

GALENO


ADSCRIPTI LIBRI.

Hoc volumine contineri uolumus libros omnes, qui ad Galenum, sed falso, referuntur. uaria enim praecepta, atq; instituta ad omnes medicinae partes accommodata, & uarijs ab auctoribus collecta hic suppetunt.

Quae nos tum noua in terpretatione, tum plerisq; correctionibus illustrauimus.

Qui autem libri huiusmodi sint, procedens pagina declarabit.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Vincentium Valgrisium.
M D L X I I.

2 400 50



MADE IN SPAIN

GALENO


ADSCRIPTI LIBRI.

Hoc volumine contineri uoluimus libros omnes, qui ad Galenum, sed falso, referuntur. uaria enim precepta, atq; instituta ad omnes medicinae partes accommodata, & uarijs ab auctoribus collecta hic suppetunt.

Quae nos tum noua interpretatione, tum plerisq; correctionibus illustrauimus.

Qui autem libri huiusmodi sint, procedens pagina declarabit.

C V M P R I V I L E G I I S .



V E N E T I I S ,
Apud Vincentium Valgrifium.
M D L X I I .

ORATIO Galeni paraphrastæ, qua homines ad bonas artes perdiscendas cohortatur: Io. Bap. Rafario interprete. fol.	2
De historia philosophica: Io. Baptista Rafario interprete.	6
De humoribus, Archangelo Piccolomino interprete.	15
An qualitates corpore uacantes sint, Io. Bap. Rafario interprete.	16
Definitiones medicæ, Io. Bap. Rafario interprete.	18
Introductio, seu Medicus: Bartolomæo Siluanio interprete.	25
De potentijs nostrum corpus dispensantibus.	35
Anatomia parua.	ibidem
Anatomia uiuorum.	36
Anatomia oculorum: Nicolao Calabro interprete.	49
De compage membrorum.	50
De ordine cuiuslibet corporis, aut de natura.	52
De uoce, & anhelitu.	54
De motibus manifestis, liber e græca in arabicam a Ioanitio, deinde in latinam a Marco Toletano translatus.	55
De spermate.	60
An quod in utero est, animal sit: Io. Baptista Rafario interprete.	65
De utilitate respirationis.	67
Compendiolum pulsuum.	70
De urinis: Iosepho Struthio, interprete.	71
De urinarû significatione ex Hippo. Georgio Valla Placétino interp.	74
Præfagium experientia confirmatum. eodem interprete.	75
Prognostica ex decubitu infirmorum: Iosepho Struthio interprete.	76
De dissolutione continua.	80
De aquis, sumpta ex Galeni & aliorum libris, capita omnia quæ apud Oribasium comperiuntur, tam in libris ad Iulianum, quam in ijs, quos ad Eustathium, Eunapiumq; conscripsit: Rafario interprete.	84
De uino, caput Oribasij lib. v. collectorû; Io. Bap. Rafario interp.	87
De simplicibus medicamentis ad Paternianum.	88
De catharticis.	101
De uiribus centaureæ: Nicolao Rhegio Calabro interprete.	103
De dynamidijs, sine principio.	104
De dynamidijs, alter: qui magna ex parte sumptus ex Aetij libris est.	105
De melâcholia ex Gal. Aetij, Rufi, Posidonijq; sententijs; Rafario inter. i 21	
De oculis, therapeuticon: Demetrio calcondylo interprete.	123
De dignotione, & remedio affectuum, qui renibus contingunt: Christophoro Heyllo interprete.	132
De cura lapidis.	137
De cura icteri.	138
De affectibus muliebribus: Nicolao Rhegio interprete.	139
De medicamentis facile parabilibus ad Solonem libri duo; Io. Baptista Rafario, interprete.	140
De secretis.	158
De medicinis expertis.	165
De ponderibus, & mensuris, And. Alciato interprete.	170
De incantationibus, & amuletis.	172
Quæsitâ in Hippocratem.	173

GAL. PARAPHRASTÆ,

MENODOTI EORATIO, QVA

AD INGENVAS ARTES, ET DISCIPLINAS

CAPESSENDAS HOMINES ADHORTATVR.

Io. Baptista Rafario, interprete.


ORATIONIS ARGUMENTVM.

Neque fortunæ, neque corporis, sed animi solum bona esse nobis exoptanda.

B

Hominem esse omnium artium, scientiarumque capacem: ac solum inter alia animantia rationis dici participem.

Cap. 1.



TRVM animantibus, quæ rationis expertia nominantur, nulla omnino sit tributa ratio, non plane constat. nam ut careant ea, quæ in uoce uerfatur, quem sermonem uocant: certe eius, quæ in animo est, quam internam appellant, omne genus animantium, quanquam uel magis, uel minus, particeps fortasse fuerit. quantum uero hac ipsa ratione ceteris animantibus homo præstet, ignorare nemo potest, qui magnum artium numerum, quas hoc animal pertractat, intueatur; solumque hominem, ad scientias percipiendas natum, quancunque uelit, artem perdiscere animaduertat. ceteras enim animantes fermè omnes paucis quibusdam exceptis, artis esse expertes cernimus: quæque artes colere uidentur, eæ natura potius, quam consilio sunt eas consecutæ: at homo nullâ artem, quæ in ceteris inesse putetur, negligendâ censet; immo uero & araneâ texendo imitatus est: & more apû multa fingit: & quanquâ terrenum aial est, tñ natantiû uim exercet: nec nõ diuinis artes excolit: quippe qui in medicina tñ Aesculapiû, tñ Apollinem æmuletur: & hunc ipsum deum in ceteris artibus, quæ ei tributæ sunt, ut in arcu tractando, in musicis, in diuinatione imitetur: & illarum omnium, quæ singularum musarum propriæ sunt studia persequatur: cum neque geometriam, neque astrononomiam a se reijciat: sed, ut est apud Pindarum, quicquid sub terra, & ultra cælum est, perscrutetur. est uero etiam industria & labore philosophiâ adeptus: quo bono nullum maius, aut præstantius datum est mortalium generi deorum concessu, atque munere. ita fit, ut licet pars rationis in ceteris animantibus sit, homo tamen solus per excellentiam particeps rationis dicatur.

Fortunæ, ac Mercurij pictura, ex qua Fortunæ inconstantia, nequitiaque cognoscitur. Cap. 2.

NON ne igitur turpe est, quæ una res nobis est cum dijs communicata, eam negligere, itaque artium studia contemnere, in aliarum rerum curam incumbere, seque fortunæ arbitrio committere? cuius cum indicare nequitiam ueteres uellent, eam siue pingerent, siue fingerent, foeminea specie eam exprimere non contenti (quanquam hoc satis esse ad ipsius significandam amentiam potuisset) ei etiam gubernaculum manibus habendum tribuerunt: globosamque pedibus basim subiecerunt: & oculis captam esse uoluerunt: ut his rebus omnibus illius declararent inconstantiam. quemadmodum igitur in nauis tempestate uehementer iactata adeo, ut fluctibus obruatur, & periculum immineat, ne submergatur, eius gubernaculum cæco gubernatori male committeretur: sic, opinor, in hac uita, in qua maiora pleraq; domus naufragia, quam naues in mari faciunt, non fuerit recte intelligentis hominis, per huiusmodi rerû discrimina se deæ cæcæ, atq; inconstanti comittere. ea. n. tam stupida, tamq; amens est, ut sæpenumero dignis hoibus præteritis, indignos diuitijs cumulet: neq; tamè ijs certis ac firmis: sed quas eadem, qua dederit, ratione, adimat. hanc deâ magnauis hominû imperitorû comitatæ. ea nunquâ permanet in uno & eodem statu, propterea quod basi est innixa uolubili, quæ ipsam ducit ac rapit modo in præcipitè locû, modo uero etiâ in mare: ubi, qui eâ sequebant, cõi fato omnes intereunt. ipsa sola innocua euadit, atq; illos lugètes, ipsamq; tum cum nihil prodest, accusantes, irridet. atq; huiusmodi quidem sunt fortunæ opera. contra uero Mercurium, orationis parentem, omniumq; artium auctorem aspice, ut qui eum pingendû, fingendûq; susceperunt, alia, quam fortunam, forma cõdecorarint. iuuenis formolus est: non fucatus ille quidem, & comptus, sed ita, ut in eius forma uirtutis animi prorinus cluceant. est enim hilari uultu, acribus oculis, basi innixus sic undique figuratæ, ut firmissima in sede, & minime omnium caduca confidat. quadrata enim est, qua etiam forma hunc deum quãdoq; cohonestant dum curant. eius etiam sodales, non secus, quam ipsum ducem, quæ nunquâ, ut ceteri fortunâ accusant, hilares: nec ab eo ulla in parte derelictos, neq; auulsos: sed perpetuo ipsum comitantes, ipsiusq; prouidentia perfruentes intueberis. ceterum fortunæ affectas oës desides cernes, nullisq; artibus expolitos,

Galeni Paraphr.

sed spe semper ductos, ut unà cum dea currente ipsi quoque cursum teneant, sed partim propius, partim longius: alij etiam de ipsius dea manu pendeant. in his omnibus Cræsum, Lydum illum, ac Poly-cratem sanium conspicies: ac fortasse miraberis, quod alteri Pactolum auro fluentem, alteri marinos etiam pisces inferuentes intueare. cernes cum ijs Cyrum, Priamum, & Dionysium. sed paulo post Poly-cratem cruci affixum, Cræsum in Cyri dominatu, Cyrum in aliorum esse potestate, Priamum consti-tutum, & Dionysium Corinthi esse perspicies. si uero oculos in ceteros conijcias, qui currentem fortu-nam sequuntur, non assequuntur tamen, magnum in gregē uniuersum odium habebis. ibi enim pleriq; sunt populi concitatores, scorta, pueri meritorij, amicorum proditores, itemque homicidæ, sepulcrorū pdatores, & fures, nec desunt, qui ne dijs quidē ipsis parcant, sed nefaria quoq; sacrilegia cōmittāt. Mer-curij chorus oēs continet modestos, artibus perpolitos, nō currentes, nō uociferātes, non inter se con-tendētes: sed deus ipse in medio est, oēsque circa ipsum ordine dispositi sunt. nec quisquā est, qui locum, ei a deo assignatum deserat. qui uero proxime ad deū accedunt, & circa ipsum in orbem sunt constitu-ti, ij geometræ, arithmetici, philosophi, medici, astronomi, & grammatici sunt. hos deinceps alter cœ-tus excipit: ij pictores sunt, quique artem fingendi statuas exercent, tum scribæ, fabri, architecti, & scul-ptores. post hos tertius ordo consequitur: qui alios omnes artifices complectitur. sic unicuique sua se-des est attributa, omnes tamen in deum pariter intuentur, & communi eius imperio parent. iam uero & F apud ipsum deum multos uidebis, quos ille in quarto quodam electo ordine esse constitutos uoluit: nō tales sane, quales prope fortunam esse diximus: propterea quod is deus non ex gestis in regenda rep-honoribus, non ex generis nobilitate, non ex amplis fortunis solet hominum æstimare præstantiā; sed eos denique, qui & bene uiuunt: & suis in artibus primas tenent, & dicto dei audientes sunt, & artes ita ut par est, exercent, plurimi facit, ceteris anteponit, ac semper apud se esse censet. hūc cœtum si noscas, ne tu non æmulaberis modo, sed etiam ueneraberis. Socratem in eo, Homerum, Hippocratem, Plato-nem, & qui hos uiros sequuntur, conspicies. quos æque, ac deos, colimus; ut pote qui præfecti quidam, deiq; administri sint. ceterorum autem omnium nemo est, quem deus unquam despiciat: siquidem non modo eorum, quos præsentēs intuetur, curam gerit, sed etiam adest nauigantibus, atque itineris se co-mitem præbet. sique nauim frāgant, eos non relinquit. Aristippus autem cum olim ita nauigaret, ut fra-cta naui in littora Syracusarum ciectus esset, primum bona esse spe cœpit, cum formā geometricam in arena descriptam uideret: quod reputaret se ad Græcos, sapientēque homines, non ad barbaros, esse delatum: deinde Syracusas accedens, ut in gymnasium peruenit, hosque uersus pronunciauit,

Quis hac die uagum accipiet Oedipum,

Eumque donis augebit pulcherrimis?

reperit, qui sibi obuiam procederent, atque agnoscerent quisnam esset: ac statim omnibus rebus, qua-rum indigens erat, condonarent. cum uero quidam in eius patriam Cyrenē essent nauigaturi, & ex eo quærerent, uellet ne quidpiam ad suos familiares eius nomine deferri; præcipite, inquit, meis, eas pos-sessiones parent, quæ enatare etiam cum possessoribus in naufragio possint.

Maius adhibendum esse studium, ut homines bonis artibus orrentur, quam ut diuitijs onerentur: & Demosthenis, ac Diogenis acuta uox in diuites imperitos.

Cap. 3.

Complures autem infelices sunt, qui cum omnia sua studia in diuitijs ponant, si eiusmodi casus in-cidant, aurum & argentum corpori appendunt, & circumponunt, & cum ipso animum etiam per-dunt. ac ne id quidem possunt intelligere, a se ipsis in primis inter animantia rōnis expertia, magis dili-gi ea, quæ sint ornata artibus. nam & aptos pugnæ equos, & uenaticos canes ceteris anteponunt: ac ser-uos artibus imbuendos curant, & in eam rem magnos sæpe sumptus faciunt: se uero ipsos despiciatui ducunt. num igitur turpe est, seruum estimari quandoque decem denariorum millibus: dominū ipsius, ne uno quidem? quid inquam, uno? immo uero ne si gratis quidem seruiturus sit, quenquam, a quo re-cipiatur, comperiet. an se ipsos solum è rebus omnibus despexerunt, cum artem nullā didicerint? cum enim animantia rationis expertia studijs cum arte coniunctis erudiant, seruumque se-gnem, & artis ex-pertē nihili esse faciendū censeant, agros quoque diligēter colant, ceterasq; res curent, ut optimus sit, quatenus earum natura fert, omnium status: se uero ipsos solos negligant, neque utrum animo præ-diti sint, nec ne, intelligant: profecto planum est, eos esse seruis, atque ijs quidem abiectis, quàm simi-limos. quocirca si in eiusmodi hominem incidas, hoc ei merito obijcies: domus tua, uir bone, recte se habet, seruique omnes, & canes, & equi, & agri, & quæ possides, omnia bono in statu sunt: tui ip-sius nulla cura habetur. recte igitur & Demosthenes, & Diogenes: quorum alter diuites, qui rudes sint, oues aurei uelleris appellabat: alter fico in præcipiti loco sitæ eos comparabat. ut enim illius fructus nō homines, sed corui, graculiq; depascuntur: sic horum diuitiæ bonis ciuibus adiumento non sunt, sed ab adulatoribus absumuntur: qui tamen si forte accidat, ut illi omnia consumant; si eis obuiam fiant, prætereunt; ac, ne se quidem eos cognoscere, dissimulant. quam ob rem non erit fortasse ineptus, qui hos fontibus similes dixerit. nam qui prius ad fontes aquatum ire solebant, cum exhausta oīs aqua est, illi abducta ueste eos permungunt. enim uero cōsentaneum est, quos nullæ aliæ res, nisi pecunia, cōmen-dabant, simulatque illis sint priuati, etiam ceteris rebus, quæ illarum beneficio eis suppetebant, destitui- quid

Oratio ad artes perdiscen.

3

A quid enim causæ est, cur hoc non usu ueniat, quando nullum proprium, atque suum bonum possideant, sed alieni semper, & ijs, quæ fortuna tribuit, efferantur?

Aduersus eos qui generis nobilitatem ostentant: & super ea re Themistoclis, & Anacharsidis Scythæ sententia.

Cap. 4.

Huiusmodi etiam sunt, qui generis nobilitatem iactant, & ob eam causam magnos spiritus sumunt. Hii enim in summa paucitate suorum bonorum ad genus confugiunt. neque id adeo animaduertunt, generis nobilitatem, eam qua gloriantur, monetæ similem esse, quæ in ea urbe, ubi curatur, probata est, apud alias gentes aduiterina habetur. quare uerum hoc est,

Te non ad istud euexit decus genus:

Nec me genus pauit, cum nil esset mihi.

Præclarus autem est, inquit Plato, thesaurus, parentum uirtus: sed præstantius est, posse illud Sthenei obijcere:

Latamur, nostros uirtute anteire parentes.

Nam si quam generis splendor utilitatem affert, eam solam affert denique, ut præclara maiorum exem-pla nobis ad imitandum proponamus: ne, si ab illis uirtutis gloria longe superemur, hoc illis dolorem, si quis modo eis sensus inest; nobis eo maius dedecus afferat, quo nobilitas illustriore sita sit loco. qui enim inscij, iudemq; obscuro loco nati sunt, hoc lucri faciunt, ut quales sint, multos lateat: qui uero tam claro, tamque illustri sunt genere, ut ne in hominum quidem uersari ignoratione queant, quem in de alium fructum ferunt, nisi, ut miseria circumuenti, magis cognoscantur? adde, quod suo genere in dignos uehementius accusamus, ac reprehendimus. quæ ob rem si quis stupidus & bardus sit qui splen-dore generis gloriatur, is sua uitia minus uenia digna esse declarat. neque enim tam accurate facta ob-scuro hominum, ut eorum qui summo loco sunt nati, peruestigamus, atque expendimus: sed illos licet mediocri sit eorum uirtus, admittimus, & quod in eis desideratur, ignobilitati adscribimus: hos uero, si nihil maiorum suorum laudibus dignum in se habeant, quamuis ceteris omnibus ualde præ-stant, nulla ex parte admiramur. quæ cum ita sint, si quis satis sanus sit, is ad artes capeffendas, atq; exer-cendas animum adiungat: quarum usu hoc consequatur, ut si nobilis sit, nihil suo genere indignum fa-ciat: si non sit, ipse suum genus illustret, ueterem illum Themistoclem imitatus, qui, cum ei nescio quis ignobilitatem generis, ut probum obiecisset, fertur dixisse: ego, inquit, ero posteris meis nobilitatis initium, meumque genus a me incipiet, tuum in te desinet. uiden, ut nihil impedimento sit, quo minus Anacharsida Scytham, licet genere barbarum, homines admirentur, ac sapientē uocent? is cum olim Cei quispiam contumeliæ loco patriam barbaram, & Scythiam obiecisset, mihi inquit, patria dedecori est, tu patriæ accomodate nimirum nullius pretij hominem, solum patriæ splendore exultantem, perstrinxit. etenim si res ipsas diligenter perspicias, non iam ciues ex urbibus nobilitatos, sed cōtra po-tius, urbes e præclaris suorum ciuium factis, & artibus ingenuis illustratas, ac celebratas comperies. nam quæ tandem de stagiris haberetur oratio, nisi Aristoteles eam urbem e tenebris in lucem euocaf-set? quis solos memoraret, nisi in eis Araci, Chryssippique uirtus, quasi lumen aliquod eluxisset? unde autem Athenarum gloria tam longe, lateque uagata propagata est? non soli fecunditate, quod satis tenuē est; sed laudibus uiuorum, qui plurimi, & præstantissimi in ea urbe nati suam sunt patriæ gloriam impertiti. id autem ex omni parte uerum esse intelliges, si ueniat tibi Hyperboli, & Cleonis in mentem, qui tantum fructum ab Athenarum nobilitate tulerunt, quantus satis esset, ut eorum uitia nota om-nibus essent, atque illustria.

Olim suem dixit genus Bœotium, ut est apud Pindarum, qui etiam ita scripsit,

Bœotiam si nos cauebimus suem. quod existimaret totius fere gentis illius maculam, quam ex opinione inscitæ susceperat, posse suo poemate, suisque carminibus delere.

Formam corporis, nisi artibus exulta sit, non esse flocci faciendam.

Cap. 5.

Audibus igitur ornandus est, qui Athenis legem tulit, ne quis patrem aleret, qui filium artibus eru-diendum non curasset. cum enim eo potissimum tempore perdiscere artes oporteat, quo formosif-sima nostra corpora sunt, plerisque accidit, ut cum se egregia esse forma perspiciant, omnem animi cu-ram abijciant. postea uero frustra dicant, utinam forma, quæ me perdidit, male percat. ac tum illud Solo-nis, quod iubet, nihil magis esse spectandum, quàm uitæ finem, eorum animis obuertatur. deinde sene-ctutem accusant, cum se ipsos debeant: & Euripidem commendant, qui monet, non esse temperantis, formam supra, quàm mediocrem expetere. præstat igitur adolescentēs nosse, suam formam esse uernis floribus similem, & quæ breuem sit voluptatem allatura: & Lesbiam esse laudandam, cum ait,

Qui forma præstat, pulcher est, dum cernitur:

Sed qui probus est, nunquam formosus non erit.

Estque parendum Soloni, cuius est eadem sententia. & contra senectutem, quæ non solum indumenta, & uestimenta, & domicilium accommodatum, sed alia etiam innumerabilia requirit, tanquam ad-uersus sæuam tempestatem imminentem se instruere quisque debet: ut bonus gubernator, qui se mul-to ante procellam parat. siquidem miserum illud est,

Cognouit factum demens. nam quam ad rem esse utilem rudis adolescentis pulchritudinem dicas? an ad bellum? immo potius scite in huiusmodi adolescentes illud dixeris,

S P V R I I.

A 3 Sint

sunt positæ, quas etiam sordidas, & in manuum opera sitas uocant: præstiterit, ex primo genere aliquâ deligere, in qua tempus, atque operam ponas. nam quæ secundo genere continentur, ex in senectute deferere artifices solent. porro primi generis sunt, medicina, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, rationum subducendarum disciplina, astronomia, grammatica, & legum cognitio, ad has, si lubet, adde pingedi, fingendiq; artem: quia licet utraque artificis manu tractetur, opera tamen instituta iuueniles uires non requirunt. ex hoc igitur genere deligenda adolescenti quædam est, nisi crasso, hebetiq; admodum ingenio sit, in qua se exercent: præsertim uero medicinæ scientia, quæ mea quidem sententia, (id quod deinceps ostendam) est reliquarum omnium præstantissima.

**G A L E N O A T T R I B U T V S L I B E R
D E H I S T O R I A P H I L O S O P H I C A :**

Io. Baptista Rasario, interprete.

Hic liber est totus fere sumptus ex Plutarchi libris de placitis philosophorum.

Qualis ante Socratem philosophia extiterit: qua ab illo partes additæ: & quid hoc in libro sit auctori propositum.



QUO PRIMUM in philosophiæ studio sunt uersati, in eam solum partem, quæ de natura est, incubuerunt: eamque esse studiorum suorum finem statuerunt. exortus autem multis post annis Socrates illud ipsum percipi ab hominibus posse negauit: quod rerum abditarum certam nobis dari comprehensionem, difficillimum existimaret. hoc autem maius adiumentum esse mortalibus allaturum, si quomodo melius uitam traducamus, mala declinemus, bonaq; ferre adscilicamus, peruestigaremus. quod cum ille utilius censeret, posthabita philosophiæ parte, quæ in naturæ contemplatione uersatur, utpote quæ ad uitam degendam usum non ferat, disciplinam quandam excogitauit, qua quid bonum, quid malum, quid honestum, quid turpe, quid dignum honore, quidque indignum aestimemus. ita enim fieri putabat, eos, qui hæc prius animo complexi essent, ab omnibus uitæ incommodis liberos fore. quamobrem ad philosophiam accessit ea pars, quæ pertinet ad mores: in qua totum consilium eorum, qui optimam uiuendi rationem delegerunt esse positum censuit. cumque intelligeret, opus esse, ut qui essent his rebus animi adhiberent, etiam assentirentur; idque se esse consecuturum, si se dialecticis rationibus cum ijs, quibus cum differerebat, recte uti ostendisset. dialecticam facultatem, qua omnia plene persuadeas, excogitauit: siquidem eius inducti rationibus res noxias declinemus, ad eas uero animum adigamus, quibus, ut perpetuo profint, est natura comparatum. quæ res fecit, ut auctore Socrate philosophia, quæ ad eum usque diem in naturæ solum posita cognitione uidebatur, tres sit partes consecuta. Nobis autem hæc erant prædicenda, ut ab ipsa origine exorsi de philosophia loqueremur. ceterum de ea differere propositum nobis est, non quia proprium quidquam afferamus; sed ut quæ ueteres monumentis literarum consignarunt, perspicue, breuiterq; explicemus: ut qui disciplinarum in studijs uersari uolunt, si hæc nostra prius legerint, nullum in super interpretem requirant: sed quidquid dictum erit, ipsi per se consequantur. id autem fiet commodius, si sophisticas, & nimis comptas differendi rationes missas faciamus: quædo non hæc conscribere instituimus, ostentationis gratia; sed ut eos adiuuaremus, qui e philosophiæ studio aliquam sumere utilitatem sibi proposuerint: quique non solum philosophos eos ducant, qui fordium palliolum gestent, sed eos etiam, qui eadem, qua ceteri homines, ueste utantur, modo animo esse contenti, philosophia quam dignissimo. nunc autem & quæ a doctoribus meis audiui, & quæ ipse sum lectione consecutus, unum in uolumen plane redigam: ut ex ijs omnibus quisque percipiat, & unde philosophia primum in Græciam peruenerit: & qui eam in illam prouinciam introduxerint: & qui in eius studio præstare ceteris uideantur.

De philosophiæ inuentione, deq; successione, & selectis philosophorum.

THales igitur Milesius, ut quamplurimi existimant, philosophandi rationem in Ioniam introduxit: proinde eius temporis sapientiam, Ionicam omnes nominant. Anaximander eius sodalis in eodem est philosophiæ genere uersatus. postea uero Anaximenes ipsius instituti successorem reliquit: cuius fuit auditor Anaxagoras. hic autem relicta Mileto Athenas profectus est: atque ibi Archelaum Atheniensem primum ad philosophiæ studium est cohortatus: eum audiuit Socrates, is, qui causam attulit, cur & qui tunc erant homines, & qui postea extiterunt, puro & recto animo philosophiæ darent operam: & quicumque ad ipsum accessissent, ita a se dimittebat, ut omnes fere philosophandi cupiditate arderent. & quanquam Socratici multi fuerint, tamen nunc illorum modo faciendæ mentio est, qui sunt a Socrate disciplinæ suæ successores instituti. eorum omnium fuit longe princeps Plato: & ut ita dicam, solus inuidia superata, socraticus dictus est. itaque ex doctrina nobilis & clarus ueteris academiæ

† Sic habetur in Grecis libris: sed si dixeris, si ijs, cum quibus differere ret, ea uere probare uisus est, &c. erit fortasse melius. † Legitur etiam in primis partibus philosophiæ: quod non placet, quod sequentia.

Amiæ princeps fuit. Speusippus ad exigui quidem spatium temporis eandem sectam defendit, sed cum in morbum articularum cecidisset, Xenocratem reliquit, qui decreta Platonis explicaret. hunc secutus est Polemo, qui & ipse in Platonis philosophia permansit, & Cratem instituit, in quo uetus academia desijt. Arcefilas enim, qui Cratis auditor fuerat, mediam academiam inuenit, hocque excogitauit, ut assertionem sustineret, huic successit Carneades, qui nouæ academiciæ fundamenta iecit, atque in eius institutis Clitomachus permansit. post omnes has, duæ nouissimæ academiciæ fuerunt, quarum priori Philo, posteriori præfuit Antiochus. cumque Socratici admodum multi extiterint, Antisthenem egoduxit: eius æmulus Diogenes eodem studio delectatus est. huius auditor Zeno Citieus stoicam philosophiam adinuenit: eoq; doctore Cleanthes usus est, quem postea Chrysippus audiuit: qui eandem sectam adamauit: eamq; excepit eius auditor Diogenes Babylonius, is, qui Antipatrum docuit: a quo Possidonium esse institutum accepimus. Aristippus autem Cyrenaicus doctrinæ Socraticæ auditor Cyrenaicam Philosophiam nobis reliquit. Iam uero nec Megaricorum differendi rationem quisquam iure contempserit. eam inuexit Euclides Megaricus, a quo disciplinam accepit Stilpo, nec cuiquam eorum, qui Socratem audierunt, acumine ingenij cedit. Stilponem uero Menedemus Eretrensis audiuit, a quo Eretriciæ philosophia manauit. Phædonem autem Eliensem inter socraticos unum e primis esse habitum nemo ignorat. eius instituta secutus Anaxarchus Abderita Pyrrhonem scepticæ sectæ auctorem docuit. Aristoteles cum diu Platonis decreta tenuisset, animum ad alia conuertit. cuius scholam, ac disciplinam Theophrastus excepit. is Stratonem auditorem habuit: qui peculiari quadam ratione rerum natura differuit. Post hos exortus Epicurus, contempta, ut quibusdam placet, philosophica grauitate, ad quoddam uitæ genus, philosophis claris & præstantibus non probatum, deflexit. eius frequens auditor Metrodorus fuit: itemq; Hermachus, qui illi successit. Summa autem genera philosophorum duo sunt: alij Italici dicti sunt, quorum Pythagoras inuentor fuit: alij Ionici, qui Elææ floruerunt sub auctore Xenophane Colophonio, cuius institutum in dubitatione potius, quam in rei alicuius assertionem fuisse pleriq; commemorant. huius decreta probata sunt Melisso, atque Parmenidi: quem rerum abditarum cognitione præstitisse satis constat. Zeno Eleates contentiosæ philosophiæ auctor fuisse perhibetur. hunc audiuit Abderita Leucippus, qui primus atomos inuenit. Democritus illius doctrina institutus, eandem sententiam maioribus confirmauit argumentis. Democriti uero auditor Protagoras Abderita fuit, qui primus artem dicendi cum philosophia coniunxit.

Sectarum nomina, unde sint ducta.

Philosophia uel ab auctore nomen accepit, ut Epicurea; uel ex fine, atque sententia, ut beata: siquidem Anaxarchus philosophiæ, in qua sui temporis homines uersabantur, finem esse beatitudinem sensit: uel ab actione, ut peripatetica: cum enim Aristoteles in congressionibus suorum familiarium doceret inambulans in Lyceo, hoc cognomine suam philosophiam nominari, censuit oportere: uel a ratione occurreret: ut Cynica, dialectica. alia a loco, ut stoica, & academica. uel ab affectione, ut sceptica. uel ab auctore, patria, & fine, ut quam Aristippus introduxit, ab eius nomine, Aristippica: a patria, Cyrenaica, a fine uoluptaria dicta est. plerique tamen uoluptatem illam esse philosophiæ finem ab Aristippo dictam uolunt, non quæ illecebris quibusdam titillet sensus, sed quietum animi statum, qui nullis perturbationibus moueatur.

Ordo partium philosophiæ, eiusque definitio.

Partem, quæ in differendi ratione uersatur præponi ceteris oportere philosophi posteriores iudicauerunt: quod existimarent, eum, qui sedulo in studia philosophiæ uellet incubere, non prius ad alias partes adiungere animum, quam differendi artem, & quid quicque sit, quid consequens, quidque repugnans, cognouisset. ceterum philosophiam quidam esse facultatem cognoscendi, & optimam uitam monstrandi dixerunt: optimam uero esse uitam eam, quæ ex uirtute sit. alij hac definitione ipsam explicauerunt, ut sit exercitatio artis ad optimam uitam necessariæ: siquidem omnes philosophiam esse exercitiationem: artem uero sapientiam, quæ est diuinarum, humanarumq; rerum comprehensio censuerunt. alij putarunt, eam potius esse habitum, quo expetenda, fugiendaq; cognoscantur: ac cum experenda dicerent, bona: cum fugienda: mala significabant: bona autem per se expetenda esse, eaque cum adepti homines sunt, usum eis ferre: mala per se declinanda, quod damnum inuehant.

Philosophiæ partes.

Philosophiæ partes, ut placet ijs, qui rem accuratissime pertractarunt, tres esse accepimus: quarum una in differendi ratione posita est, quæ nos docet, quomodo cuiusque rei essentiam ab euentis distinguamus, & quid quicque ab alio differere uideatur. altera naturam continet, cuius beneficio cognoscere licet, quid causa sit, cur ratio ordine, quantum admiramur, caelestia moueantur: & quæ sit partium illarum celeritatis, tarditatisq; ratio: quæque sunt huius generis. tertia est maxime omnium necessaria, & ad uitæ studia accommodatissima: qua mores conformantur. ea nos docet, quomodo aliorum societate utamur, & pacate cum alijs uersemur: tum uero audacissimos homines contemnimus, non ut eos odio habeamus, sed ut eludamus, aut ut nos eorum misereat: humanos uero ac modestos diligamus. est autem facilius horum uitam agere, cum ad illos pateat aditus, utilesque cum eis congressiones sint: illorum, difficile, quod nec ad eos adire, nec cum eis colloqui ullo modo possit.

De sectis

Sectarum genera quidam tria fecerunt, commune, proprium, ac maxime proprium: communem uero sectam esse consensum aliqua in re ad uitam pertinente: propriam, in arte quadam: maxime propriam, in philosophia. ex notione uero sic eam definiunt. secta est multorum decretorum, inter se consentientium, & ad unum finem pertinentium coaceruatio. Secta, quae generalissima habitae sunt ab ijs, qui de eis sunt locuti, quatuor numerantur, dogmatica, quae in multis stabilis, firmaque est: sceptica, quae de rebus omnibus dubitat: contentiosa, quae fallacibus conclusiunculis uictoriam affectat. porro fallaces conclusiunculae sunt huiusmodi, quod ego sum, tu non es: ego homo sum, ergo tu homo non es: & ceterae huius generis pueriles, & concertandi studio comparatae argumentationes. Mixta accedit, quae licet multis sit statuta decretis, in multis tamen etiam dubitat, neque omnia sic tractat, ut ea constituat. Dogmaticos fuisse aiunt Pythagoram, & Epicurum: Scepticos, Zenonem Eleatem, Anaxarchum Abderitam, & Pyrrhonem, quem in hoc studio summa cum diligentia uersatum ferunt. contentiosos uero Euclidem, Menedemum, & Clitomachum uocarunt. mixtos Xenophanem, qui res omnes in controuersiam adduxit: illudque solum asseruit, unum esse omnia: idque esse Deum, finitum, ratione praeditum, & immutabilem: & Democritum, qui cum nulla alia de re sententiam enunciaisset, atomos, plenum & inane constituit.

Philosophiae principium, eiusque ortus causa.

Pincipium tribus modis dicitur, ut causa, ut constitutio, ut demonstratio. principium causae est, cum quaerimus, quid primos illos homines in philosophandi sententiam induxit. constitutionis, cum inuestigamus, quaenam pars in artem prius sit redacta. demonstrationis, cum ea, quae probata nobis sint, demonstramus. causam uero, cur inuenta philosophia sit, esse ait Xenocrates, quia cum uita, quae in actio ne est, turbulenta sit, homines ad studium contemplationis animum appulerunt.

De signo.

Signum ita dialectici definiunt, ut sit effectum in mente coniunctum. &, antecedens, cui consequens sit adnexum. signa partim sunt indicantia, partim admonentia. indicans signum est, quod ita rei iunctum est, ut cum primum apparet, nobis rei significatae notitiam suppediet. cuiusmodi est fumus: quem ubi uiderimus, illico ex igni prodire illum cognoscimus. admonens uero signum uocatur, quod non nisi prius obseruatum in rei cognitione nos perducit. ut quae lac habeat, eam ante peperisse admonemur.

De ratiocinatione.

Ratiocinatio est, quae ex ijs, quae concessa sunt ab eo, qui cum differitur. aliquid inexpectatum concludit, ut in politica Platonis, cum Thrasymachus concessisset, iustum esse, quod magistratibus uis sit, ac magistratus quandoque errare. Socrates iustum quoque esse magistratibus inutile concludit.

De definitione.

Definitio, breuis est oratio, quae nos in cuiusque rei notitiam ducit. uel, oratio, quae breui commonefactione rem subiectam perspicuam reddit. definitiones aliae substantiae, aliae notionem attingunt.

De diuisione.

Existimant diuisionem esse rerum iunctarum secretionem: diuidi uero nomina in significationes, & totum in partes, & genera in species, ac differentias. haecque in accidentia

De iudicio.

Iudicium est consideratio, qua res dignoscitur. id uero duplex est, alterum, quo utentes uiuimus: alterum quo rem esse, uel non esse intelligimus. tribus modis etiam dicitur, communiter, proprie, & maxime proprie.

De uero.

Verum est quod alicui opponitur. hoc differt a ueritate tribus modis, substantia, constitutione, & potentia. substantia, quia uerum uacat corpore: cum sit effectum, & ab omnibus efferatur. ueritas, corpus est: si quidem est rerum omnium scientia. ac scientia princeps animi facultas esse praecipua facultas uidetur, qui spiritus iure corpus censetur, constitutione, quia uerum sit euident, ut ego differo: ueritas autem a nobis inueniatur, cum bona omnia in se contineat. potentia, quod uerum etiam malis & non ita eruditis hominibus inesse queat, cum ipsi quoque uera interdum loquantur: ueritatem uero soli consequantur ij, qui optimis praediti sunt moribus.

De ijs probationibus, quas indemonstrabiles uocant.

Cum ad eam philosophiae partem, quae logica est, pertineat etiam ea tractatio, qua argumentationes indemonstrabiles continent, par est, de eis ut differamus. eas ego indemonstrabiles ratiocinationes uoco, quae ex euidenti propositione & assumptione conclusionem probant: uel, quae nullius alterius probationis indigent. earum sunt septem genera. primum est, in quo duobus positis, quorum unum antecedit, alterum consequatur, antecedens assumitur, & consequens concluditur: ut si dies est, lux est. dies autem est, ergo lux est. secundum est, in quo ex antecedente & consequentis opposito concluditur id, quod antecedentis oppositum sit: ut si dies est, lux est: at lux non est, ergo dies non est. Tertium, quod ex annexo negato, & opposito unius partis concludit alterius partis oppositum, ut, non si dies est, lux non est: sed dies est, ergo lux est. quartum genus est, in quo ex disiuncto & eo quod sit unius partis oppositum, alterum inferitur: ut uel dies, uel nox est: sed dies non est, ergo nox est. Quintum, in quo ex disiuncto & cuius

Aeius una parte, non esse altera probatur: ut uel dies, uel nox est: dies autem est, ergo nox non est. Sextum, quo ex coniuncti negatione & una eius parte non esse reliquum ostenditur: ut non & dies & nox est, sed dies est, ergo nox non est. Septimum est, in quo ex connexo & una parte negata, alterum concludimus: ut aut dies, aut nox est: dies autem non est, ergo nox est. ac de his haec tenus.

De philosophiae parte, quae in natura contemplatione uersatur.

Quero loco pauca quaedam attingemus, & ad ea, quae de rerum natura ueteres prodidere, pertransibimus. nemo autem mihi succenseat, si quae ceteri perplexe dixerunt, ego nunc aperte me propositurum confido. siquidem hoc fieri a nobis posse speramus: & satis fore ijs, qui nunc primum ad hoc studium accedunt, si his sententijs, tanquam lacris initiabuntur. initium autem sumemus a primis rerum principijs tum efficientibus, tum materiam attingentibus. quae cum nos animo uoluermus, causas efficientes ceteris esse anteponeudas iudicauimus: inter quas primae sunt deo sine dubio tribuendae, quem eorum, quae sunt, quaeque fiunt, auctorem, &, ut ita dicam, artificem ueteres dixerunt. ac Plato quidem, & Zeno stoicus cum dei naturam quid sit, exponerent, non mundum ipsum esse, sed aliud quid praeter haec omnia, uoluerunt: idque non corpus, ut Platoni placet: corporeum uero ex Zenonis sententia. neuter tamen dei formam exponere est ausus. Epicurus humana esse forma deum putauit. Stoici non semper habere eum formam propriam. sed cum igneus spiritus sit, facile in formas eorum, quibus affluerit, se induere. Epicurus uero & locum definitum, & incessum deo tribuere non est ueritus. Stoici rebus omnibus innatum uolunt, ijsque similem effectum, cum iisdem moueri, locum mutare, atque illarum habere prouidentiam ex sua ui dixerant: ita tamen, ut cuncta ille quidem gubernet, sed tamen nullius rei curam peculiariter habeat. id ipsum Epicurus confirmat. ait enim, beatam, aeternamque naturam nec molestiam capere, nec alteri afferre: deum uero bona in cunctos homines conferre. Plato & omnium simul, & cuiusque rei singillatim curam gerere deum, in ijs solum, quae ad uitam pertinent, existimauit. qui mundum genitum uolunt, eius effectorem fuisse deum censent. alij tamen, qui mundum esse genitum concedunt, non eandem habent de se sententiam. sed Plato propter praestantiam eius, qui ipsum admirabili est artificio fabricatus, neque corrumpi, neque mortis fata subire unquam posse iudicauit. Stoici interitum mundum putant: hancque mutationem ab igni profecturam, ut cum mundus ardore conflagraret, in infinitum effundatur: & materia certo quodam tempore conuiescat, ac desinat: rursus facta rerum uicissitudine, alia elementa denuo exoriri incipiant, ac diuino iussu coniuncta, in unumque corpus redacta nouum mundum efficiant. alij autem omnes, qui deum esse rerum omnium opificem statuerunt, in hoc studium incubuerunt, ut ipsi omnium eorum, quae fiunt, causam acceptam referrent. at Plato ideas etiam introduxit, in quarum exemplum deus in rebus faciendis intueretur. atque etiam materiam qualitatis expertem, ex qua singula conficeret, resque inter se dissimiles procrearet. unum tamen non censet satis esse ad res efficiendas, sed tria simul, si quid absolutum reddi uelit. De efficienti principio satis est dictum, nunc de materia agendum est. Physici omnes materiam esse simili modo dixerunt: non unam tamen omnes concedunt: sed Pherecydes Syrus hanc esse terram existimauit: Thales aquam: Anaximander infinitum: Anaximenes, & Diogenes Apolloniates, aera: Heraclitus & Hippasus Metapontinus ignem, Xenophanes Colophonius, aquam & terram: Hippo Rheginus, ignem & aquam: Oenopio Chius, ignem & aerem: Empedocles quatuor elementa, ignem, aerem, aquam, & terram, quibus litem & amicitiam adiunxit: quarum una coniungit, & conciliat, altera disgregat, & dissiptat. Democritus, & eius amulus Epicurus atomos esse rerum omnium materiam crediderunt. Heraclides Ponticus, & Asclepiades Bythinus rerum principia statuunt moles quasdam corpore uacantes. Anaxagoras Clazomenius particulas similes inter se: Diodorus, qui Cronus dictus est, indiuidua, minimaque corpuscula: Pythagoras numeros: Mathematici, fines corporum. Strato cognomento Physicus, qualitates: Aristoteles, Plato, & Stoici naturam quandam informem, ex qua primum quatuor elementa progrediantur, tum fiant cetera. Aristoteles porro quintum corpus, quod in orbem fertur, immutabileque est, adiunxit.

Quid inter principium, & causam intersit.

Sunt, qui inter principium & causam nihil putent interesse. sunt, qui principium antecedere res omnes arbitrentur totius tamen effectus causam non esse. causam uero esse existimant in quaque re, propter quam effectus fiunt. Causarum faciunt genera quatuor: praecedens: remanet autem quod ab ea factum est, continens, quae rem effectam comitatur. ea enim praesente res fit: cum abest, definit: cum augetur, res progressum facit: cum desistit, imminuitur. perfecta causa est, quae per se solum rem conficit: causa adiuuans est, quae parem ceteris uim ad rem conficiendam confert: ut in agricolatione uidemus, in qua plurimum adiuuat, qui etiam per exiguum adiuuentum affert: ut opus quidem est duobus bobus ad arandum, sed arator si tertius bos aliorum laborem leuet, rem facilius tranfigat.

Principij, & elementi differentia.

Ionici philosophi nihil principium ab elemento differre crediderunt: Plato uero plurimum; ut elementum sit compositum, ut aqua, aer, ignis, & terra: principium uero, quod nihil prius se habeat, ex quo gigni possit: elementis enim priora sunt haec, essentia informis, & aeterna, quam nonnulli materiam qualitate

Lib. habet athena, sed Plutar. primo de Placitis phil. cap. 3. & Ci. primo. acad. infiniti.

qualitate uacantem, nonnulli perfectionem & priuationem nominant. præterea elementa concreta sunt. **E** & effecta: principium uero neutrum horum est. quare merito fecisse uidetur Plato, qui hæc distinxit.

De natura.

Naturam esse aiunt artificiosum spiritum, qui uiam ad rerum originem cõmuniat. alij esse corporum concretionem & disfunctionem arbitratur: Aristoteles uero esse eam dixit principium motus, & quietis eius, in quo est primo, & non ex accidenti. naturalia autem uocat elementa, quæque ex ijs conflata sunt, animantia, stirpes, metalla, quæ in aere gignuntur, ut imbres, niues, fulmina, grandines, quæque sunt huiusmodi.

De motu.

Motum, qui accuratius in philosophia sunt uersati, pœne omnes concesserunt: ut loci mutationem, ut cum quis e loco in alium locum se transfert. ut qualitaris, quemadmodum quispiam immutatur. tertium genus ad originem pertinet, ut cum ex ijs, quæ nulla sunt, fit quidpiam: & ad iteritum: ut cum e rei statu ad nihilum recedit. postremum attingit incrementum, ut ex paruo fit maius: & diminutionem, ut quispiam e magno fit paruus, & exiguus.

De corpore.

Cum quidam esse corpus putent siue agat, siue patiat: alij quod triplici interuallo constet, longitudine, latitudine, & altitudine dixerunt: punctum, cuius nulla pars sit: lineam longitudinem uacantem latitudine: superficiem latitudinem & longitudinem habere: eamque, si altitudinem accipiat, corpus uocant. quidam fines corporum esse corpora censuerunt. Plato uero corpus esse molem uoluit, quæ cum occupat locum, tum intra se nullam aliam molem capit: quod duo corpora uno loco simul contineri nullo modo possint.

De figura.

Figura est corporis superficies, circumscriptio, & finis. figurarum alia globosa sunt, alia angulos habent: quarum est prope infinita uarietas.

De idea.

Idea est essentia uacans corpore, quæ ipsa per se non coheret, sed materias formis carentes informans, causa est, ut res extare uideamus. † Socrates ac Plato ideas esse essentias a materia secretas, in dei intelligentia, & cogitatione, hoc est in mente diuinitas uoluerunt. Aristoteles uero ideas, & species non sustulit, non esse tamen a materia seiunctas. Stoici nostra animi sensa esse ideas arbitrantur.

De mundo.

Vnum esse mundum, & cum corporatum Stoicis placuit: Empedocles unum quidem esse mundum concedit, non tamen uniuersum, sed uniuersi particulam: reliquum esse otiosam materiam. Plato uero tribus argumentis unum esse mundum, & uniuersum suspicatur: quia perfectus non esset, nisi haberet in se omnia: quia non esset opifici similis, si non esset unus: quia denique non esset æternus, si quid excederet extra. Metrodorus non minus esse absolum censet, si dicas, unum mundum in infinito esse productum, quam si in magno amploque agro unam esse exortam spicam. cum enim infinitæ causæ sint, mundos quoque esse innumerabiles necesse est. causæ autem, hoc est atomi, infinitæ sunt: ergo etiam infinitos extare effectus, hoc est mundos, oportet, siquidem quisque eorum est finitus.

Mundi constructio.

Mundus globosus est factus hoc modo: corpuscula indiuidua, quæ motu temerario ciebantur, unum in locum plurima conuenerunt, magnitudine, figurisque differentia. itaque ea, quæ angulos haberent, magna que & grauius essent, substituerunt: quæ parua, leuia, & rotunda in sublimi sunt elata; nec prius ascendere cessarunt, quam impellendi uis quieuerit. tunc enim retro acta, cum non possent inferius descendere, in locis accommodatis consistere. Sunt autem ea, quæ circumposita erant. quare ubi ea, quæ ex omni parte circum erant, inter se sunt satis composita, extimum cælum ipsum effecerunt. quæ proxime ad illa & loco & natura accedebant, planetas: aerem naturam corporum, quæ exhalata erant, composuit: qui aer in uentum conuersus, agitare cælum coepit, & ipsum in orbem agere, ac circumuolueret: quem ordinem motionis stellæ adhuc seruant, atque ut ex corporibus, quæ superiorem locum petierunt, cælum, ignis, & aer extiterunt: sic ex ijs, quæ subsidebant, orta est terra: quam magna adhuc materiæ uis plenam, & corporis mole grauam impetus uentorum, & splendor stellarum compingendo ad eam paruitatem, quam intuemur, redegerunt. expressa enim aqua est, quæ natura fluida, coepit per decliua, cauæque loca labi. uel etiam aqua ipsa per se huc, illuc discurrens, & alueos sibi parauit, & sinus amplos confecit. atque hac quidem ratione mundi partes præcipue sunt exortæ.

De Deo.

Nunc propositum nobis est, ea de Deo afferre, quæ principio prætermisimus. ex ueteribus philosophis quidam fuere, qui Deos esse negauerunt: in quorum numero Diagoras Melius fuit, itemque Theodorus Cyrenæicus, Eumelus Tegeata, & Euripides Atheniensis, quanquam hoc aperte dicere non sunt ausi. nam Euripides sibi cauit per Siphum, metu Areopagitarum. At Anaxagoras censet, res omnes a mundi primordijs inter se confusas esse distinctas a mente diuina: atque ita cuncta esse ab illa procreata. Anaximander stellas cælestes esse deos putabat: Democritus mentem igneo, & orbiculato corpore utentem, hoc est mundi animam. Pythagoras e principijs, quæ ipse posuit, unum & mentem esse

A esse Deum, & bonum: duo uero dæmonem, & malum censuit: quæ duo moles corporea circumstat: hoc est is, quem cernimus, mundus. Socrates, & qui eius sententiam, expressit Plato, Deum esse uolunt quod unum, quod solum, quod suapte natura bonum est: quibus significat, Deum mentem esse ab omni materia secretam & liberam, & nullis perturbationibus obnoxiam. Aristoteles supremum Deum esse formam uult, eamque separabilem: & corpori æthereo, quod quintum uocat, inherentem, hoc corpus in multos orbis natura coniunctos illos quidem, sed ratione distinctos partitur: & unumquodque orbem esse animal ex anima & corpore conflatum existimat. quorum illud æthereum est, & in orbem uolubile: illa uero est ratio, quæ licet non moueatur, est tamē motus causa. Stoicis placet Deum esse ignem arte præditum, qui ratione ac uia ad mundum gignendum progrediatur, omnesque rerum omnium rationes contineat, quibus cuncta fato fiunt: aut esse spiritum toti mundo infusum, qui pro uarietate materiæ, in quam diffunditur, diuersis nominibus appellatur. ceterum deos censent esse stellas, & cælum, & mentem uel maxime. Epicuri sententia est, deos omnes humana specie esse: sed oculorum nostrorum effugere obtutum propter summam tenuitatem atomorum, ex quibus sunt conflat. idem quatuor etiam alia genera rerum posuit, eaque sempiterna, ut atomos, ut infinitum, ut inane, ut similitudines: quæ ab ipso & homœomeriæ, & elementa aliorum nominantur.

Vnde orta sit Dei cognitio.

In dei cognitionem, deuenimus, inducti pulchritudine, magnitudineque eius operum, quæ intuemur. nihil enim pulchrum est temere ortum, sed a sapienti opifice, tanquam de fonte, manauit. unde etiam est Euripidis sententia, cælum esse stellis ab artifice sapienti exornatum. hoc etiam nouimus, tum aliarum stellarum, tum Solis, ac lunæ beneficio. hi enim cõfecto sub terra itinere, eodem colore, eadem figura, eademque magnitudine, atque etiam iisdem locis, atque temporibus exoriuntur.

De heroibus, ac dæmonibus.

Thales, Plato, Pythagoras, & item Stoici Demonas esse naturales essentias confirmant: heros autem esse animas a corporibus separatas. quæ uel bonæ sint, quales eorum, qui uitam sine uitio traduxerunt: uel malæ: cuiusmodi eorum, qui scelesti fuerunt. Epicurus neutrum horum concessit.

De anima.

De anima autem fuit inter ueteres magna contentio. nolim autem uideri discere ab eo docendi genere, quod ijs cõuenit, qui modo instituuntur, si quæ hac de re fusius a clarissimis dicta sunt philosophis breuiter conabor afferre. animam igitur quidam esse uoluerunt spiritum toti corpori adiunctum, atque uni parti magis, alteri minus adnexum. huius sententiæ auctor fuit Asclepiades. alij, esse uim aiunt, quæ uiuimus. alij, principium motus eorum omnium, quæ fiunt, quæque in rerum natura consistunt. Epicurus eum aera, quem inspirando foris ducimus, esse animam censuit. hanc uero essentiam alij corpore uacantem, ut Plato: alij corpoream, ut Zeno, & qui ab eo manarunt, esse posuerunt: siquidem ipsam esse spiritum sunt arbitrati. iam uero alij mortalem esse animam aiunt, ut Epicurus, & Diocles: alij immortalem, ut Plato, & Stoici. sed Plato uult ipsam interiore motu ac suo moueri, nec unquam interituram: Stoici tam diu duraturam animam, quam diu mundus dissoluatur: ac tunc ipsam corruptam iri. alij sic adnexas esse corporibus animas probatur, ut ipsas ex ijs esse spõte natas uelint. ut pote quæ incontinentes sint, & uoluptatum cupiditate ducantur, quibus beneficio corporum perfruuntur. alij a Deo indi corporibus asserunt: ac nullum elementum esse. quod otiosum sit, quodque in rerum compositionem non ingrediatur. peccare animas quidam uolunt, quia cum liberæ sint, suapte uoluntate ad malum conuertantur. cum enim uoluptatum desiderio trahantur, ut eas adipiscantur, sectari uitia non esse flagitiosum credunt. qui uero omnia fieri fato putant, animam quoque nullo adhibito consilio in uitia incidere arbitrantur. ceterum sceleratorum animas, pœnas dare, cum e corporibus exierint, arbitratus est Plato: qui uero incorruptam uitam duxerunt, eorum animam ad Deum post mortem reuerti, & in numerum astrorum referri. Stoicis nihil horum probatur: sed placet, ut postquam a corporibus sint secretæ, quæ intemperanter uiuerunt, & uoluptates adhuc experunt, in aliud corpus iterum ingrediantur illecebris inductæ uoluptatum: quas beneficio corporis adipiscuntur. eas autem tam diu id efficere, donec recta instituta disciplina, & honesti cognitionem consecuta rectam uiuendi rationem deligant. postquam uero solutæ, liberatæque a corporibus sint, ideis proborum hominum per se lucentibus cõiunguntur, a quibus ita affectæ nullo unquam tempore diuelluntur. partes animæ tres posuit Plato, quarum una rationis particeps est: altera irarum æstu fluctuat: tertia uoluptate alitur: Aristoteles & naturalis, & uitalem addidit. Stoici quatuor animi partes faciunt, ratiocinandi, sentiendi, loquendi, & gignendi. alij simplicem, & partibus uacantem animam statuunt: nec aliud ipsam esse, quam prudentiam, quam tum mentem uocant, tum intelligentiam. Menemachus Stoicorum sectam æmulatus, loquendi, & gignendi facultatem sustulit. quia hæc ad sentiendi facultatem pertinere existimabat: atque animæ partes putauit esse sensum & rationem, quas potius quispiam merito concesserit.

De minimis.

Ante quatuor elementa quidam paruissima, orbiculataque fragmenta, ueluti elementa elementorum fuisse putant. ea minima uocantur. quæ Heraclitus quoque, sed quæ tantum cogitatione percipi antur, introduxit.

† hoc est particula similes inter se.

† Sic habet Plutar. unde hic locus sum ptus est.

† Diexarchus

Color est aspectabilis qualitas corporis. Pythagorici superficiē corporis colorem appellabant. Empedocles, quod meatibus conueniret oculorum. Plato flammam e corporibus progredientem, cuius partes apte sub oculos cadunt. Zeno, a quo Stoicorum familia manauit, colores esse primas materię formationes uoluit. Pythagorei quatuor genera colorum faciūt, album, nigrum, rubrum, & pallidum, alias colorum uarietates ex uaria mistione elementorum extare: ut animantium, ex aeris, & locorum oriri differentia putauerunt.

Mixtionem prisca ex mutua primarum qualitatum actione, ac temperatura constare dixerant. Anaxagoras & Democritus ex solo congressu. Empedocles e paruissimis particulis elementa conflat: eas autem minima quaedam frustula, & ueluti elementa elementorum uocat. Plato tria solum inter se se miseri, atque exoriri uult, ut ignem, aquā, & aerem: terrā uero solum nulli mutationi obnoxiam putat.

Pythagoras, & physici omnes usque ad Platonis ætatem inane de mundo sustulerunt. Empedocles in mundo nihil inane, nihilque superesse scripsit. Democritus, Leucippus, Epicurus, & Metrodorus atomos multitudine, inane magnitudine esse infinitum dixerunt. Stoici nihil esse uacuum in mundo, extra uero infinitum concedunt. alij tantum uacui extra mundum esse, quantum ad mundi respirationem sit satis. intus enim eum esse igneum: proinde respiratione ei opus esse.

Stoici, & Epicurei locum a regione differre existimarunt: ac locum esse eum, qui totum corpus contingit ut superficies: regionem uero, quæ partem solum, ut in uarijs uasculis usu uenit, affirmarunt.

Pythagoras putauit tempus esse globum cæli nos continentis. Plato mobilem imaginem æternitatis, uel cælestis motus interuallum. Eratosthenes solis cursum. Temporis autem essentiā esse cæli motum Plato censet. Stoici fere omnes motum: ceteri uero ingentium tempus putant. Plato genitum nota cogitatione.

Parmenides, Melissus, & Zeno Eleates ortum, interitumque adeo sustulerunt, quod uniuersum esse immobile existimarent. Empedocles, Epicurus, & quotquot e tenuibus corporibus mundum fabricantur, ex atomorum congressu gigni, & ex earum secretionem interire omnia arbitrātur. illi enim ortus & interitus proprios nullos statuunt: cum ex congressu, non alteratione res gigni putent. itaque non quantitas, sed quantitatis motum uolunt ortus & interitus momentum præcedere. Pythagoras, & alij, qui pati materiā putant, oriri, & interire proprie res uolunt: utpote qui immutatis qualitatibus elementorum res exoriri, & interire arbitrentur.

Necessitatem esse ualidissimam Thales affirmauit: quod mundo dominetur: Pythagoras eam adiacere mundo putat. Parmenides & Democritus necessitate euenire omnia crediderunt. eademque esse fatum, iudicium, & providentiam. Platonis sententia quaedam in necessitatem, quaedam in providentiam referuntur. eius uero essentiam Empedocles putat esse causam, quæ principijs, atque elementis utatur. Democritus renixum, motum, & plagam materiæ. Plato modo materiæ, modo relationem eius, qui in actione materiæ uersetur.

Fato fieri omnia Heracliti sententia est: ipsumque idem esse, quod necessitas. Plato in animis, uitaque hominum fatum quidem ponit, sed ei tamen nostram libertatem connectit, ei Stoici hac in parte cōsentiant: ac necessitatem esse aiunt, insuperabilem, uiolentamque causam: fatum uero, seriem causarum. tua illa quoque causa contineatur, quæ sita est in nobis, ut quaedam fato fiant, quaedam non fiant. Essentiam uero fati sic definiuit Heraclitus, ut eam esse rationem dixerit, quæ substantiam permeat uniuersi: fatum ipsum esse corpus æthereum, ex quo, uelut semine, gignitur uniuersitas. Plato uero, esse perennē rationem, ac legem naturæ totius uniuersitatis. Chrysippus uim spiritalem, ordinemque omnia gubernantem. in definitionibus quoque fatū esse uult, rationē, seu legem cuncta, quæ hac mundi sede cōtinentur, providentia regentem. uel rationē, per quā nata sunt, quæ orta sunt: & nascentia oriuntur: & oritura nascuntur: reliqui Stoici fatum esse causarum seriem dixerunt: hoc est ordinem, & connexum, quem transgredi nemo potest. Possidonius fatum tertium a Ioue posuit, ut primas Iupiter, secundas natura, tertias fatum tulerit.

Plato esse fortunam dixit, causam, quæ ex accidenti eas res consequatur, quæ ex instituto fiunt. Aristoteles causam, quæ accidit ijs rebus, quas ex proposito, alicuius rei gratia facimus, eā tamē & obscurā esse, & instabilem. atque inter fortunā & casum interesse, quod quæ fortuna fiūt, eadē casu quoque fiāt: siquidem in nostris modo actionibus fortuna uersetur: quæ uero casu geruntur, nō iā omnia fortuna fieri dicantur: quod in eis quoque casus cōperiat, quæ nihil ad actiones nostras pertineat. præterea uero fortuna solū ad hoies, casus nō ad hoies modo, sed ad bruta, & ad alia, uita carētia pertinet. Epicurus uero fortunā esse dixit cām incōstantē: & modis, & temporibus, & personis. Anaxagoras & Stoici, causam esse, quæ humana rōne cōprehēdi nō possit. atque alia, necessitate; alia, fato; alia, cōsilio; alia, fortuna; alia casu effici.

Pythagoras hoc rerum omnium ordine inductus, hoc quod uniuersa continet, mundi nomine appellauit. Thales unum esse mundum censuit. Democritus, Epicurusque, & eorum magister Leucippus mundos infinitos in uacuo infinito posuerunt. Empedocles solis cursum esse mundi circumscriptionem, atque finē uoluit. Seleucus eum esse infinitum asseruit. Diogenes uniuersitatem quidem infinitam, sed finitum mundum. Stoici totum ab uniuerso ualde aiunt differre: atque uniuersum quidem esse in finitum, utpote quod uacuum, quod infinitum est, comprehendat: totum uero, quia excludit uacuum, esse finitum. itaque, quia totum & mundus idem est, mundum esse finitum statuunt.

Stoici globosa figura mundum esse uolunt, alij conij, alij oui figuram ei tribuunt. Epicurus censuit, & his & item alijs constare ipsum posse.

Alij omnes & animatum esse mundum, & providentia gubernari asserunt. Democritus, Epicurus, & omnes, quicumque atomos, & inane introduxerunt, eum neque animatum esse, neque providentia gubernari, sed natura quadam rationis experte. Aristoteli placet, neque anima, neque ratione, neque mente, neque providentia esse omnibus suis partibus præditum mundum, sed cælum solum: orbemque cælestes singulos & animam, & uitā habere: quæ uero infra cælum sunt omnia esse horum expertia. si uero ea quendam habere ordinem uideantur, eum non ex se se, sed fortuito habere: quatenus inquam, a cælestibus corporibus gubernantur.

Pythagoras, & Plato mundum a deo factum esse crediderunt: eumque, quantum in se est, posse corrumpi. cum enim sensu percipiatur, fit ut corporeum sit, proinde etiam dissolubile: dei tamen providentia, non esse interiturum. Epicurus, & Stoici mundum interitui obnoxium faciunt, utpote qui ortus sit: id quod ceteris quoque animalibus, ac stirpibus uidemus accidere. Xenophanes ingenitum, sempiternū, & non caducum mundum esse contendit. Aristoteles, quæ infra lunam sunt, mortalia censet; quæ supra, æterna.

Aristoteles, de cuius sententia æternus mundus est, non ali ipsum putat. nam si aleretur, esset etiam interiturus: quia uero nullum alimentum exposcit, ideo fit, ut æternus censeatur. Heraclitus ex ijs, quæ apud nos corrumpuntur, mundum sibi suppeditare alimentum immutatione quadam existimat, Philolaus Pythagoricus duplicem esse corruptelam putauit, alteram, cum ignis de cælo fluit, alteram, cum lunaris aquæ circūuersione aer effunditur: atque horum exhalationibus ali cælum.

Physici mundum initium a terra sumpsisse aiunt, tanquam a centro, quod centrum sit globi principium. Pythagoras ab igni. Empedocles primum æthera constituisse uult, deinde ignem; tum terrā: postea aquam, ex qua in uaporem conuersa aer extiterit: cælum uero ex æthere, solem ex igni solo esse factum: quæ apud nos sunt, e ceteris. Plato, qui hunc mundum aspectabilem ad mundi, quem intelligentia comprehendimus, imitationem esse factum censet, animum primum exortum, tum corpus, quod primo ex igne, & terra, & secundo ex aere & aqua constat, memoriæ prodidit. Pythagoras, cum quinque solas figuras solidas intueretur, quas etiam mathematicas uocāt, ait ex cubo terram: ex pyramide, ignem: ex octaedra, aerem: ex ticosiedra, aquam: ex dodecaedra, cælum factum esse. qua in parte Plato quoque secutus est Pythagoræ sententiam.

Parmenides mundi partes esse coronas inter se complicatas testatus est, ut una aliam contineat. licet enim ex raro, densoque omnes sint factę, eas tamen, quæ medium locum tenent, ex opaco, lucidoque esse temperatas uoluit: quæ ceteras complexu suo coercent, æque ac murum, esse solidam. Leucippus, & Democritus tunicam & membranam mundo in orbem obducunt. Epicurus mundos operit partim raro, partim denso inuolucro. eorum porro alios circumagi, alios non item, existimat. Plato summo in loco ponit æthera, deinde ignem, tum aerem, postea aquam, ultimo terram. quanquam est interdum, cum ætherem igni coniungit. Aristoteles ætheri primum locum tribuit. hunc non esse mutationibus obnoxium, & quintum corpus censet, post ipsum collocat, quæ mutantur, ut ignem, aerem, aquam, postremo terram: quibus quidem sic inesse motum probat, ut quintum corpus, ipsi in quā orbem cælestes circūuoluantur; cetera, quæ infra cælum sunt, recto ferantur motu: ut leuia, hoc est ignis & aer, in sublime ferantur: grauiora, hoc est aqua & terra, deorsum. Empedocles elementis non tribuit certum perpetuo ac definitum locum: sed omnia in locum aliorum irreperere arbitratus est.

Diogenes & Anaxagoras post mundum constitutum, & animalia ex terra genita, mundum ipsum sua sponte unam sui partem ad meridiem inclinasse: alteram ad septentrionem extulisse sunt arbitrati. quod fortasse diuina factum est providentia, ut quaedam mundi partes habitari possent, quaedam non possent, ui caloris frigoris, ac temperiei. Empedocles autem dixit, aerem solis impulsu impetu aquilonales plagas extulisse: & austrinas depreffisse. itaque totum mundum esse inclinatum.

An extra mundum sit quidpiam.

Pythagorici extra mundū esse uacuū putarūt: quod uacuū mundus respirando attrahat: expirando, repellat. Stoicorū quoq; sententia est, uacuū extra mundū esse, ut cum ardore conflagrabit, diffundī in ipsum possit: hocq; uacuum esse infinitum. Possidonius tamen non esse infinitum uult: sed tantum modo, quantum sit ad mundi dissolutionem satis. id quod in libro primo de uacuo scriptum reliquit. Diogenes etiam uacuum posuit. at Plato & Aristoteles nec intra, nec extra mundum esse uacuum uoluerunt.

De dextra, ac sinistra mundi parte.

Pythagoras, Plato, & Aristoteles dextram mundi partem esse eam, quæ ad orientem est, unde motus exoritur, prodiderunt: sinistram eam, quæ ad occiduum sita est. Empedocles, quæ ad Solstitium, dextram: quæ ad brumam, sinistram censuit.

Quanam essentia cæli sit.

Eximā cæli circumferentiam Anaximenes esse terram iudicauit. Empedocles cælum esse solidum existimat: & ex aere qui in crystalli morem uel ignis concreuerit esse factum: & utroque hemisphærio & aerem & ignem continere. Aristoteles e quinto corpore ipsum construit: ceteri ex igne: & ex caloribus, frigoribusq; temperatione.

De cæli partitione.

Cælum diuidunt in quinque orbes, quibus Zonarum nomen imponunt Thales, Pythagoras, & qui ab eis profecti sunt. ex eis, qui nobis semper apparet, arcticus dicitur: alter, solstitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: quintus antarcticus, qui in aspectum nostrum non cadit. obliquus, quem signiferum uocant, tres medios connectit. eos uero, qui a septentrione ad austrum pertinent, æquinoctialis ipse ad rectos angulos partiū aiunt Pythagorā primū omnium excogitasse, signiferū orbē esse obliquum: quod tamen Oenopides Chius, tāquam id ipse comperisset, sibi arrogare non est ueritus.

De stellis.

Thales opinio est, stellas e terra factas illas quidem esse, sed ignitas. Empedocles ignem solum, quem æther, quo tempore segregabantur elementa, compressus illuc extrudit. Anaxagoras ætherem esse igneum suapte natura putauit: atq; ipsum suæ circumuolutionis impetu, lapides e terra tollere, eosque in sublime elatos, atque inflammatos, stellas reddi. idem alio in loco stellas uocat saxa latentia: quæ frequenti in terram casu restinguuntur: ut usū uenit, cum in flumen Aegos candens saxum in morem stellæ cecidisse uisum est. Diogenes stellas similes pumici esse uult, ac per eas mundum respirare. Empedocles stellas fixas crystallo (sic enim ipse cælum nominat) uinctas: errantes uero, solutas esse affirmat. Plato quamuis stellas multis partibus plures esse igneas arbitretur, non tamen putat, eas esse alij elementis uacantes: sed ipsi elementis in modum glutinis contineri. Xenophani placuit, stellas e succensis nubibus constare: easq; interdū restingui, noctu accendi, ut carbones: & ortum, atq; occasum esse accensionē, & restinctionē. Heraclides, & Pythagorici unāquamq; stellam unum esse mundum putant, qui terram, aquam, aerem, & æthera comprehendat, perq; aerem infinitum feratur. hanc opinionem in sacris esse Orphi dicunt: quibus, qui initiati sunt, singulas stellas esse unum mundum existimant. Epicurus nihil horum rejicit: cum hæc contingere posse non neget.

De figura stellarum.

Globosa figura esse stellas, Stoici non secus, quā mundum, Solem, & Lunam uolunt. Cleanthes conij figura. Anaximenes, ut clauos cælo infixos: alij esse ceu folia igni candentia, atque picturas.

De ordine stellarum.

Xenophanes una extremitate moueri omnes stellas putauit. Stoici quasdam sublimius, humilioribus quasdam. Democritus eū ordinē tribuit stellis, ut in summo loco sint fixæ, deinde uagæ subsequantur: inter quas Solē, ac Lunā statuit. Plato post fixas, esse Saturnū ait, deinde Iouem: tum Martem: tum Venerē: tum Mercuriū, tum Solē: postremo Lunam. ex mathematicis fuere, qui Platonem sunt secuti: sunt etiam, qui medium locū Soli assignarint. Anaximander, ac Metrodorus Chius, & Crates summū locum Soli tribuunt, deinceps Lunā collocat: in tertio stellas fixas, & uagas consistere arbitrantur.

De motu stellarum.

Anaxagoras, Democritus, & Cleanthes omnes stellas ab ortu in occasum ferri putant. Alcmaeo, & mathematici errantes aduerso motu, ei, quo fixæ feruntur, moueri aiunt: ut ab occasu in orientem procedant. Anaximander stellas ab eo orbe putat moueri, cui illæ insint. Anaximenes non aliter sub terra, quā supra, eas moueri. Platonis autem, ac mathematicorum sententia Sol, Venus, & Mercurius eodem tempore cursum suum conficiunt.

De lumine stellarum.

Metrodorus putat stellas oēs tā fixas, q̄ errantes lumen a Sole mutuari. Heraclitus, ac Stoici alij stellas e uaporibus in sublime elatis arbitrant. Aristoteli uero non probatur, cælestia, quæ eterna sint, & corrupti nō queant, alimento indigere. Plato ut mundum, sic stellas a se ipsis alij dicit.

De stellis Castoris, & Pollucis.

Quæ in malis nauibus ueluti stellæ apparent. Xenophanes esse nubeculas quasdam putat, quæ motu quodam excitæ splendorem mittunt. Metrodorus oculos nauarum metu percussorum interlucere eo tempore existimat.

De

De significatione stellarum.

SOL, Luna, & alia stellæ tā erraticæ, q̄ firmæ suo ortu, & occasu tēpestates significant, quæ tā æstate, q̄ bruma cōtingunt, ut Platonis fert opinio: Anaximenes uero Solē modo, non alia, significare hæc putat. Eudoxus, & Aratus hæc ab omnibus sine discrimine uolunt indicari.

De Sole.

Anaximander Solē esse maiore terra octies uicies indicat: eūq; esse rotæ plaustrī simile, cāthūq; habere, concauū, ignis plenū, quē nobis paruo quodā ore ostēdit, tanquā per modioli foramē. atq; hoc esse Solē. Xenophanes e siccis uaporibus colligi igniculos quosdā uult, qui in unū corpus redacti, Solē efficiant. uel Solem esse nubem succensam. Stoici fluentū ignitū esse Solem, e mari illuc comportatū putat. Plato maiore ex parte constare ipsum existimat. Aristoteles globū e quineto corpore profectū. Philolaus Pythagoricus corpus uitro cōsimile, quod ab igne, qui in mūdo inest, lucē accipiens, eā ad nos remittit: proinde ad Solis naturā tribus opus esse, igne, qui in cælo est: corpore, quod ab ipso, ut speculū ignem, & lucē possit accipere: tū luce, quæ ab eo speculo repercussa ad nos effundatur. nos. n. hanc lucem appellare Solem quā simulacrū simulacri cōsueuimus. Empedocles geminos esse Soles putauit, unū primū, ac præcipuū, eumq; esse ignem, qui est in opposita, ac media cæli parte, quam replet: quiq; ex aduerso imaginis suæ, hoc est nostri Solis, fertur: alterū esse eū, quem intuemur: qui est reflexio eius lucis, quam ex prædicta cæli parte, aere concalfacto plena, ignis ante dictus effundit: & in solis corpore, quod crystalli similitudinem gerit, transmittit: unde repercussa ad nos peruenit, & ad primi Solis motionē circumfertur. & ut rem paucis complectar, Sol est reflexio ignis, qui circa terrā mouetur. Epicurus terræ concretionem pumici similem esse putat, quæ ab igni, foramina illius permeate, accendatur. Heraclitus uaporem collectum, qui dum oritur, accenditur: dum occidit, extinguitur.

De Solis magnitudine.

Anaximander Solem esse terræ æquale censuit: sed orbē cum, quo fertur, & in quo spiritū mittit, ac ducit, septies uicies terra maiorem. Anaxagoras multo maiorem terra. Heraclitus humani pedis longitudine Solem metitur: Epicurus hæc omnia, quæ diximus, fatetur posse contingere: sed tamē Solem esse tantum, quantum apparet, aut certe paulo maiorem, aut minorem.

De figura Solis.

Anaximenes Solē latū, ut foliū credidit. Heraclitus in morem peluis, intus cōcauum foris cōueniū: Stoici rotundum, ut cælum, & stellas: Epicurus has omnes ei inesse figuras posse concedit.

De Solis conuersione.

Anaximenes cōuersionis Solis causam esse putat, quod ab aere cōdensato, & renitenti repellatur. Anaxagoras cum repelli existimat ab eo aere, qui in Septentrione est: quemq; cōpactū Sol densitate ualētiorē efficit. Empedocles ab orbe, quo cōrinetur, & a circulis brumæ, ac solstitij effici putat, ne Sol ad uertices recta descēdat. Diogenes ideo cōuerti Solē, quia alioqui Sol extingueret, cū frigus calorem oppugnaret. Stoici usq; eo ferri Solē uolūt, quousq; alimētū cōperiat, quod ei & Oceanus, & cætera maria suppediat, nepe submissos ab ipsis uapores, cū quibus est, quæ humus exhalat, admiscetur. Plato, Pythagoras, & Aristoteles id in signiferū obliquū conijciūt: qui Solē cogit, ut obliquo incessu ferat & cōueniēter circulis brumæ, ac solstitij progrediatur. quæ omnia in globo æneo facile conspiciunt.

De Solis defensione.

Thales primus interuentu Lunæ ad perpendicularū, quæ suapte natura & terrea, & obscura est, Solē deficere suspicatus est. id quod in speculo ad Solem posito comprehendere facile posse existimauit: Anaximander uero clauis foramine, per quā ignis exspirat: Heraclitus, si concauā partem ad superiora, & conuexā ad aspectū nostrū cōuertat. extingui autē Solem, cū deficit Xenophanes arbitrat: tū renascentem alij accendi. isq; ait, interdū toto mensis spatio Solem defecisse: & alio item tempore sic plane Solem defecisse, ut dies in noctem esse uersus uideretur. quidam putant densa caligine, ignota nobis, oculos nostros obduci. Aristarchus Solem ad fixas stellas aggregat, uultq; terram circa Solis orbem moueri: illaq; inclinante Solis orbem tenebris offundi.

De Luna.

Anaximander opinio est, orbē Lunæ esse nouies decies maiore terra: ipsamq; ut de Sole dictū est, rotæ plaustrī simile cāthū habere, eūq; cōcauū, ignis plenū, & e quo per foramē uapor pdeat. Xenophanes uero nubē accensam esse putat: Stoici corpus ex igni, terraq; cōcretum: Plato ignē maiore ex parte: Anaxagoras, & Democritus solidū corpus, idq; igni candens, in quo capi, motus, uallesq; insint: Heraclitus terrā nubula inclusam. Iam Pythagoras Lunæ corpus esse ignem arbitratum est.

De Lunæ magnitudine.

Stoici Lunam esse terra maiorem putant, ut etiam Solem. Parmenides Soli æqualem, a quo Luna lucem mutuatur.

De figura Lune.

Placet Stoicis Lunam, non secus, quā Solem, esse rotundam. Empedocles disco similem facit: Heraclitus pelui comparat: alij cylindro similem esse aiunt. figuratur uero septem modis: cum primum incipit apparere, cum inquam ab interlunio discessit, cornuta uidetur, mox dimidia, tum semiple. na. item a plenilunio rediens, semiplea fit, deinde dimidia, tum cornuta, postremo nō uidetur, donec

SPVRII.

B 2 iterum

iterum noua fiat. hac autē de re multa fieri uerba solēt. quidam hoc euenire existimant, quod incidat in umbrā terræ, quæ modo totā, modo aliquā eius partē tenebris obducatur.

De luna lumine.

PUt ait Anaximander, lunam habere propriam lucem, sed rariorem: Antipho suo splendore lunam lucere: eumque paulatim abscondi, propter solis uicinitatē. sic enim fieri, ut minor lux maioris præsentia obscuratur: quod etiam reliquis stellis accidit. Thales, & qui eum sunt secuti, lunā a sole illustrari censuerunt. Heraclitus idem lunæ, quod soli ait accidere. uult enim stellas, quia concauæ sint, & uapores excipiant, uideri lucem mittere: ac maiorem quidem a sole proficisci, quod ille in aere puriore cursum suum conficiat: lunam non ita magnam, quia in aere turbidiorē feratur.

De luna defectione.

Defectionis lunæ causam esse Anaximander arbitratur, quod rotæ os obstruatur: Berossus, quod minus lucidam partem ad nos uertat: Heraclitus, quia cauam partem auertat. quidā Pythagorici, reflecti lucē, & intercipi a luna uolūt: quorū illud nostra, hoc eorū, qui aduersa nobis uertunt uestigia, terra efficit. Plato, Arist. Stoici, ac mathematici uno cōsensu aiūt lunā solis cōgressu occultari, digressu illustrari: deficere autē quod incidat in umbrā terræ: quæ tūc ex diametro paulo plus, aut min⁹ sit inter utriq; fidus interiecta.

De luna maculis.

Lunam ideo esse maculis distinctam Pythagorici putant, quod maiora illic animalia, procerioresq; arbores, quàm hic apud nos, sint. illa porro animalia esse decies quinquies maiora, ualentioraque nostris, nec ullum uisatum excrementum emittere: diem quoque nostro, quantum diximus, longiorē. Anaxagoras hoc partium uarietati acceptum refert: siquidem luna ex gracilibus, corpulentisque partibus constat: proinde opacam lucidam inter punctam uideri, & eam ob rem stellam falsę lucis appellari. Stoici quoque non plene concretam lunam putant, cum scilicet dissimilibus sit partibus.

De luna distantia.

Empedocles distare lunam duplo maiore interuallo a sole, quàm a terra memorauit. mathematici decies octies, plus. Eratosthenes subducta ratione dixit solem a terra distare cētum triginta stadiorum millibus: lunam octo & uiginti.

De anno.

Annus saturni est annorum triginta: Iouis, duodecim: Martis, duorum: Solis, mensum duodecim: Veneris, totidem, itemq; Mercurij: siquidē eodē, quo sol, tēpore cursum suū cōficiūt. Lunæ annus est triginta dierū: nā mēsis tot hēt dies, si quis a cōgressu ad digressum numeret. eū uero annū, quē magnū uocat, quā octauo quoq; anno, quā undeuigesimo, quādam primo & sexagesimo cōpleri crediderūt. Heraclitus ei duo de uiginti annorū solis millia tribuit. Diogenes e tredecies sexaginta quinq; annis tā lōgis, quā fecit Heraclitus, cōstare eū uoluit. sunt qui eū ex septē millib⁹ septingētis octuaginta septē cōficiāt.

De circulo lacteo.

Lacteus circulus est nubibus similis, quod noctu in aere semp conspicitur, & lacteus, propter candorē coloris uocat. quā Pythagorici putarūt, esse hoc uestigiū incendij stellæ cuiuspiā, quæ tēpore Phaetontis e sua sede exciderit, eaq; loca, per quæ trāsiit, cōbussit. quā aiūt solē prius tēporibus illac suū iter fecisse. qui dā hæc reijciūt oīa: idq; sic nobis uideri, propter copiam & uim luminis a cælesti igne manātis, quod illis in locis a cælo, ut a speculo quodā refractus ad nostros oculos reflectat. quod etiā arcus cælestis nubes afferre nobis solēt. Metrodorus ait, hūc solis esse circulū, quod cū sol discessit, uideri a nobis queat. Parmenides lacteū colorē ex raro quod dēso mixtū sit, effici existimat. Anaxagoræ sentētia est, lacteū circulū, umbrā terrę esse: a quo cælū ita occupet, quæ cū sol terra cōdit, suo lumine cōplere cūcta nō possit. Democ. uero putat, cum multarū ac paruarū, & cohærentiū stellarū splendore. illæ. n. crebræ lucē simul mittere existimant. Arist. esse siccæ exhalationis incēdiū, quod cōtinēt, copiose fit, ut in crinitis usu uenit: quas eē infra planetas, & ab igne succēdi plane cōstat. Stoici hūc circulū eē ignis ætherei raritatē, ac planetis superiorē. hūc quoq; Possidonius ignis magnā uim esse credidit, stellis clariorem, sed splendore continuo.

De stellis crinitis, ac discurrentibus, & trabibus.

Quidā Pythagorici crinitas stellas ex ijs esse opinant, quæ nō semp apparēt: sed statis quibusdā tēporibus oriunt: alij aspectus nostri reflexionē ad solē, sicut in speculis fieri perspicimus: Anaxagoras & Democritus duarū, aut pluriū stellarū se se illuminantiū, esse cōgressum: Arist. cum ulū siccæ ex terra exhalationis accēsum. Strato astri cuiuspiā lucē dēsa nube cōprehensam: quod ēt laternis accidit: Heraclides Pōticus altiorē nubē, quæ illic a luce superna splendore accipiat. is aut eadē de cā barbatas, areas, trabes, colūnas, & alia huius generis fieri putat, ut est et oīum Peripateticorū sentētia: quæ hæc uisa oīa ex incēsis exhalationibus excitari uolūt. Epigenes spiritū terræ cōmixtū, in sublime elatū, atq; ibi incēsum eē dixit. Boethus esse aeris ardētis spēm, Diogenes crinitas esse stellas, uoluit ipse quod dē, sed quod malū aliqd portēderēt. Discurrētēs uero stellas, quas uocat, Anaxagoras ut scintillas ex æthereo igne decidētēs credit: pinde eas statim restingui. Metrodorus stellæ discurrētis speciē effici a radijs solis, quæ magna uim, ut sagittæ in nubem irruunt. Xenophanes hæc esse nubium accensarū cōstitutiones, & incuruones dixit omnia.

De tonitruo, coruscatione, fulmine, turbine, & conuolutione.

Hæc oīa effici a spiritu, densa nube intercepto, quod erūpere nititur, Anaximander putat. ille. n. incidēs in tenuiorem partem, nube disrupta, tonitruum efficit: spiritu uero secundū nubem atram extēto, coruscationem.

Acoruscationē. Metrodorus auctor est, cum spiritus in concretam, densatamq; nubem incidit, frangēdo, ac disperendo, tonare: percutiēdo, ac diuellendo, micare: si uero motus celeritate a Sole calore mutetur, fulminare: ac fulmen inualidū in turbinem degenerare. Anaxagoræ uero placet, cum calor frigori occurrat, hoc est, cum pars ætheris in aerem densum impetū facit, tum crepitu tonitruum fieri: tum ex colore, quem ex uicina nube atra ducit, coruscationem: magna uero, copiosaq; luce, fulmen: corpore paulo magis densato, cōuolutionē: magis deniq; nubiloso, turbinem. Stoici tonitruum sic definiunt, ut sit nubium coruscatio: ipsam uero coruscationem, ut sit accensio nubium attritu excitata: fulmē, ut sit incēsis nubis motu uolēto impulsus: turbinem, ut sit nubis tardius motæ progressus. Aristotelis sententia hæc omnia sunt e siccis uaporibus, qui in humidis incidentes erūpere conātur. quare dum sicci humidos pellunt, & disrumpunt, strepitumq; attritu excitant, tonitru fit. dum uero extrudunt, & erumpūt, inflammantur: & inde oritur coruscatio. cum uero magis accensū impetu uehementiore, quasi catapultæ expulsi feruntur, fulmen mittitur. turbo enim a conuolutione differt, quod ille ex calidiorē, hæc ex densiore materia constat, cum tamen magna eius in utroque sit copia.

De nubibus, pluuia, & grandine.

BAnaximenes ex plurimū densato aere nubes gignit. ex eodē magis cōdensato pluuiā manare arbitrat. ex hac, si cadens gelu obrigeat, niuem procreari putat, & item gradinē, si ab aliquo uēto frigidus cogatur. Metrodorus nubes e uaporibus sursum elatis credit gigni: Epicurus ex atomis: tum gradinē, & pluuiam longo per aerem descensu rotundari.

De arcu cælesti.

Eorum, quæ æthereis in oris cernuntur, quædam re uera corporea sunt, ut imber, & grando: quædā nihil habēt solidi, sed tñ in aem quandam sui speciem faciūt, quā nos uidemur intueri. ex quo genere arcus est cælestis; de quo loquemur, si prius quomodo aspectus fiat in nobis, exponamus. quæcūque igitur aspiciunt, ea uel recta linea, uel curua, uel refracta uidemus. Sed nemo putet, lineas conspici oculis posse. cum. n. corpore uacent, animo tantum cerni possunt. ceterum rectis lineis ea cernimus omnia, quæ sunt in aere, & quæ cornu, uitro, aut lapide speculati interiecto, uidemus: siquidem hæc rara sunt, & quæ uideri debēt, rectis meatibus transmittunt. lineis uero curuis aspiciunt ea, quæ sub aquis sunt. quæ causa facit, ut remi, si quis eos procul prospiciat, curui uideantur. nec esse. n. est curuari aspectū, cum aquæ natura sit aere densior. at imagines, quas in speculis inspiciunt, reflexis lineis intuemur: ad quod genus arcum quoq; cælestem pertinere non dubium est. prius tamen animo debemus concipere humidam exhalationē, quæ in nubem sit conuersa, tum ex ea minutas guttas, uelut rorem dimanare. Cquam ob rem cum Sol aut in occasu, uel ortu sit, (debet. n. arcus esse Soli contrarius) tum oculi guttas, quas iam diximus, conspicientes, lucem Solis in eis refractam, nempe arcū ipsum cælestem intuentur. guttæ ipsæ non figuræ, sed coloris causam afferunt. arcus enim triplici est colore distinctus, puniceo, uiridi, & purpureo. ac puniceo quidē, quia radij solis sinceri fere remittuntur: uiridi, quia magis sunt aquæ admixti, & minus puri: purpureo, quia turbidiores sunt, & inter guttas dissipati. potest quisque sibi ipse exemplū efficere, si aquā ore cōceptam soli aduerso cōpressis labijs ita reijciat, ut ros nobis referat: siquidē luce ad guttas refracta statim arcus conformabitur. Lippi quoq; si ad lucernā respiciant, iridem illic uidebunt: hæc est Platonis, Aristotelisq; sententia. at Anaximenes fieri cælestem arcū putat, cum Solis radij in nubem aduersam quæ densa, crassa, nigraq; sit, immissi non possunt euadere, sed ab illa detinentur. Anaxagoras Solis lucem, quam aduersa nubes, eaq; densa repercutit, arcum nominat. atque eum e regione Solis perpetuo consistere censet. is quoque eandem esse causam uult, cur gemini Soles, ut in Ponto persæpe accidit, uerum Solem utrinque aditare uideantur. Metrodorus auctor est, cū radij Solis in nubem sint ingressi, tum & nubem uiridem, & radios purpureos nobis uideri.

De uirgis, & gemino Sole.

DVirgæ, quas in cælo intuemur, & Sol geminus, tum habent corpus quoddam, tum non habent. habēt aut quia e nube, quæ uidemus, cōstāt: nō habent uero, quia color, quæ aspiciunt, nō proprius eis inest, sed aduētitijs: quippe qui ex ijs rebus oriatur, non quæ sunt, sed quæ apparēt. Sed oēs hi affectus, tam qui secundū naturam sunt, quàm qui adumbratim, sunt inter se consimiles.

De Ventis.

Ventum esse Anaximander putat aeris fluxionē, cuius tenuissimas, humidissimasq; partes sol dimouerit, aut absumpserit. Stoicorum schola omnem uentum esse aeris fluentis impetum tenuit: qui uarijs nominibus, pro locorum uarietate appellatur: si quidem ab occasu flans, Fauonius: ab ortu solis, subsolanus; ab urā, Aquilo: ab Africa, Africus nominatur. Metrodorus alios excitari uentos dixit, cū Sol aquosæ exhalationis humorem expresserit: Etelias uero tum sublequi solem recedentem cōfecto Solsitio, cum aer iam sit ad Septentrionem condensatus.

De hyeme, & aestate.

Hymē fieri dicūt Empedocles, & Stoici, cū aer sua densitate dominat, seque sursum pellit: æstatē, cū ignis plus pot, seque deorsum ad nos agit.

De terra.

THales, & eum secuti philosophi unā tñ esse terram uoluerunt. quidam e Pythagoricis duas, hanc nimirum, & alteram huic aduersam. Stoici unam, eamque terminis inclusam. Xenophanes in finibus

tam dixit ea parte, qua deorsum tendit: & eam ex aere, ignique consistare. Metrodorus uero cum terram E aeris, tum Solem ignis esse fecerit ac sedimentum putat.

De figura terræ.

THales, & qui ab eo manarunt, terram globosam esse dixerunt. Anaximander columnæ similem: quæ planam, non globosam habeat superficiem. Anaximenes mensæ similem: Leucippus tympani formam ei tribuit. Democritus disco similem facit, sed magnitudine concauam putat.

De terræ situ.

OVia Thalete profecti sunt, terram in medio positam crediderunt. Xenophanes primam esse collocatâ, utpote quæ radices suas sic proferat, ut nullis terminis includatur. Philolaus Pythagoricus igni medium locum assignat: eumque totius naturæ medullium putat: supra quem terram eam esse, quæ huic nostræ opposita sit: tum nostrâ statuit, quæ opposita illi esse uult, & circa eam ferri, pinde qui illic sunt, cerni a nobis non posse. Parmenides primus omnium terram extra duos circulos solstitij, & brumæ esse habitabilem monuit.

De terræ inclinatione.

Terram in austrum inclinari Leucippus existimat: ducta coniectura, quod in meridiana regione terra sit exilior; in aquilonali uero quæ summis algoribus consistatur, magis compacta: meridiana uero contra, sit combusta. Democritus uero propendere ad meridiem terram credidit, quia non factis queat, quæ illic nascuntur, sustinere. Septentrionem enim, quia intemperatus sit, pauca producere: meridiem, quia bona est temperatura, multa gignere, a quibus, dum augentur, terra opprimitur.

Utrum terra moueatur, an consistat.

Quiescere terram ceteri, Philolaus moueri ipsam circa ignem per obliquum circulum, ut Solis, & Lunam uidemus, scriptum reliquit. Heraclides Ponticus, & Ecphantus Pythagoricus dicunt illi quidem moueri terram, suum tamen locum excedere non concedunt: sed in more rotæ circa suum medium ab occasu in ortum cieri. Democritus terram initio, cum leuior esset, ac rarior, uagatam esse: progressu uero temporis grauiorem, densioremque effectam constituisse, memorauit.

De terræ sectione.

Pythagoras terram, ut celum quinque; Zonis sexuit, septentrionali, solstitiali, æquinoctiali, brumali, & australi. harum autem media, & duæ proximæ mediâ terram circulant: hæcque pars cõbusta nominatur. quæ utrinque usque ad australem, & septentrionalem plagam pertinent, quia bona sunt temperie, ideo habitabilis regionis nomine gaudent. quod uero, est reliquum, quia nimio gelu riget, habitabile non est.

De terræ motu.

Terræ motus causam aquæ acceptam referunt Thales, ac Democritus. eum sic Stoici definiunt, ut sit exitus humidus uaporis e locis, quæ sub terra sunt, in aerem prorupentis. Anaximenes terræ motus causam in terræ siccitate, & humorem cõiicit. atque illam quidem æstus, hunc pluuia efficit. Anaxagoras id proficisci putat ob aerem terræ inclusum, qui cum ad eius extremitatem peruenit, nec penetrare illam, quæ densa est, potest, locum ambientem concutit. Aristoteles ob frigus omni ex parte circumfluum id fieri putat, cum illud in abeuntis succedere locum uult. cum. n. uapor leuis, calidusque sit, in sublime ferri conatur: sed quia uis angustis, & obliquis prohibitus, succedenti dare locum cogitur, ideo conatus magnaque reluctatio subsequitur, unde fit, ut terra motu cieatur. Metrodorus adduci non potest, ut rem uiam, quæ proprium locum obtineat, moueri concedat, nisi uel pellatur inde, atque auellatur. proinde terram, si in sua sit sede, non posse commoueri: eius quidem partes loca inter se quandoque uariare. Parmenides, & Democritus terram aquis portionibus undique recessisse, & omnem in partem æque perpendere, nec habere causam, cur plus huc, quam illuc uergat, affirmant. atque inde effici, ut uiuere quidem se queat, sed mouere, non item. Anaximenes concuti terram existimat propterea, quod terram ob eius latitudinem insidere aeri, tanquam uehiculo opinatur. alij, quia non secus, quam crusta, seu tabella mari innatet. Plato motus rebus sex genera constituit, sursum, deorsum, a dextris, a sinistris, ante, & retro. horum nullo cieri terram censet. cum. n. ei non suppetat, quo plus inclinet, immota manet. quædam tamen concaua eius loca ab incluis flatibus agitari concedit. Epicurus fatetur fieri posse, ut ab aere incluso, qui crassus sit, utpote qui naturam aquæ adhuc referat, concussio terræ exciteretur, ut ipsa ueluti subter pullata moueatur. idem admittit, terram, ut quæ cauernis scateat, uel spiritus, qui sit ei interfus, quique per cauernas huc illuc percurrat, posse fluctuare.

De mari, & cur salsum sit.

Anaximandri opinio est, mare esse primi humoris reliquias. cum. n. maior eius pars, quæ dulcis erat, igni consumpta esset, reliqua, cum extenuari non possit, amara permanfit. Anaxagoras ait, cum principio aqua stagnaret, continuo solis cursu uiri coeptam esse, atque ita euenisse, ut pinguis pars in uapores abierit, reliqua & amara, & salua remanserit. Empedocles existimat terram Solis calore æstuatem mittere ex se sudorem, eumque salsum mare efficere, quia maris fluctibus eluatur. Antipho mare esse credidit sudorem corporum æstuantium. Metrodorus uero mare a terra transmitti, ceu per coluam fieri solet: itaque crassum, & salsum ab ea reddi: non secus quam in aqua, per cineres traiecta conspicimus. Platonici aquam ex aere frigoris opera genitam esse dulcem, uel autem caloris refundantem aut euaporantem, esse salsum prodiderunt.

De maris accessu, & recessu.

Aristoteles, & Heraclitus uentos cõplures a Sole excitari, & in orbem ferri scriptum reliquerunt. illis autem flatibus mare Atlanticum impelli, ipsulum intumescere, & tumidum littora magna uel aquarum adimere

Aplere: cum autem uenti posuere, aquas contrahi: atque hoc modo recessum, illo accessum effici. Euthymenes Massiliensis Luna crescente mare crescere: illa decrescere, hoc decrescere iudicauit. Plato mare attolli existimat cum aquæ in sublime feruntur: subidere, illis descendentibus. esse. n. ostium quoddam, per quod ultro citroque fiat aquarum uicissitudo. atque inde accessum, recessumque exoriri. Timæus multorum fluminum incursum in mare Atlanticum e Celtarum montibus crescere mare putat: illis rursus cessantibus, mare subidere. Seleucus, is qui etiam moueri terram arbitratus est, hanc habet sententiam, terram sua conuolutione Lunæ obuolutioni occurrere, eoque modo repercussum inter duo corpora afflatum in mare Atlanticum impetum facere, quo maria omnia attolli credit.

De Nilii incremento.

THales putabat, Nilum ab Etesijs uentis aduersus Aegyptum flantibus extolli. cum. n. tumor superuenientis pelagi ipsum sic cogat, ut erumpere non queat, necesse est, incrementum, alueumque excedat. Euthymenes Massiliensis augeri Nilum credidit externis Oceani aquis, quas ipse dulces esse arbitrabatur. Anaxagoras id fieri putauit posse Aethyopiæ niuibus, quæ hyeme densatae per æstatem liquuntur. niuibus id ipsum acceptum retulit Democritus, sed quæ sint in septentrione. censet. niues illic peracto solstitio resolui, easque primò in uapores, nubesque mutari: tum ab Etesijs in meridiem, Aegyptumque propelli: & illic imbres repentinos effundi, quibus Nilus paludes restagnant, ipseque fluuius redundet. Herodotus historicus æstate & hyeme aut Nilum æquale e fontibus manare: sed tamen hyberno tempore uideri minorè, quod sol, qui tum est Aegypto proximus, eius aquas imminuat. Ephorus, qui conscripsit historias, auctor est, æstiuo tempore totam Aegyptum laxari, eamque ob causam magnam uim aquarum prorumpere: & Arabiam, ac Libyam, quæ rara, & arenosa terra sunt, ad hanc ipsam rem plurimo adiumento esse. Narrat Eudoxus, se ab Aegyptijs accepisse sacerdotibus, mutationem æstatis in hyemem in causa esse, cur Nilus singulis annis exuberet. cum enim nobis, qui sub Cancro sumus, ætas appetit, tum ijs, qui sub Capri corno sunt, hyems instat. quare efficitur, ut inde emanans Nilus, imbribus continentibus incrementum, extra alueum latissime propagetur.

De sensu.

Ex sententia Stoicorum, sensus est rei sensilis comprehensio. multis. n. modis sensus dicitur: siquidem & habitus & potentia, & actus, & ea imaginatio, quæ aliquo sensus instrumento res percipit, & quod ipsi octauum ponunt, animæ principatus, a quo sensus omnis proficiscitur, hoc genere continentur. Sensus uero instrumentum uocatur spiritus intelligens, qui est ab animæ principatu in membra sensuum distributus. censet Plato sensum esse corporis, & animæ societatem ad ea, quæ extrinsecus sunt, cognoscenda: eam porro uim, qua id fit, ad animam instrumentum, quo facit, ad corpus pertinere: utrinque autem ad res externas intelligendas conuenire. Leucippus autem, & Democritus sensus in nobis putat excitari e rerum nobis occurrentium simulacris: ac neminem posse quicquam percipere, nisi rei simulacrum se eidem obijciat.

Utrum ne sit sensus, & imaginatio.

Sensus quidem ueros esse omnes, sed imaginationes quasdam ueras, quasdam falsas esse Stoici putant: Sac sensum uno solum modo falli in ijs, quæ intelligentia comprehenduntur: imaginationem tam in ijs quæ ad sensum, quam quæ ad intelligentiam pertinent. Epicurus tamen sensum, quam imaginationem esse ueram arbitratur: opiniones uero tum falsas, tum ueras censet.

Quot sensus sint.

Proprios sensus quinque esse, Stoicis placet, ut auditum, aspectum, olfactum, gustatum, & tactum. Aristoteles non adiungit quidem sextum, sed tamen communem quandam sensum compositarum formarum iudicem esse dixit, in quem singuli sensus suas imaginationes referunt. singula enim ille indicat, quo modo ab una re ad aliam sit factus transitus, ut figura, uel motu. Democritus plures sensus brutis, quam Dijs, & sapientibus tribuit.

De notione, anticipatione, & ratione.

DCVm homo in lucem editur, ut traditum est a Stoicis, animæ principem partem habet, membranamque persimilem, quæ sit scribendis literis accommodata, in qua notiones singulas notat. prima autem adnotandi ratio per sensus efficitur: ut si quis tunicam cernat candidam, is ea ablata, notionem illius in memoria conseruet. sique illam persæpe uideat, multas etiam eius habebit memorias. multæ autem memoriarum, experientiarum nomine appellantur, cum nihil aliud sit experientia, quam plures rei, quæ eiusdem speciei sit, memoriarum notiones autem aliarum naturalium sunt, cuiusmodi sunt, quas modo attulimus, alias nostra disciplina, ac studio comparamus. hæcque notiones modo ille est anticipationes uocantur. ratio autem, qua dicimur esse rationis participes, anticipationibus absoluitur intra septem primos ætatis annos. est enim cogitatio de re, quæ imaginari queas. res autem huiusmodi simulataeque in animæ partem, quæ rationis est compos, incidit, hoc est mentis cogitatio uocatur, nomine a mente deducto. quam ob rem in ceteras animantes non cadit res, quæ imaginari possint, sed in uos solum, & item Deos. quæ tamen in nos cadunt, ea genere sunt, ut eas queas imaginari: specie uero mentis cogitationes.

Quid phantasia, phantasticum, & phantasma differant.

Chrysippus inter hæc quatuor, phantasia, phantaston, phantasticum, & phantasma differentiam esse existimat: ut phantasia sit animæ affectus, qui & se, & auctorem indicat: ut cum quis candorem aspicit, affectus quidem ex aspectu in animo illius gignitur, eique respondet res, quæ alba sit: quod, ut in aspectu, sic

in ceteris sensibus contingit. *παυτασιν* est, quod sui imaginem gignere potest in animo: qualia sunt alba, frigida, ceteraque; quæ exteriores mouere sensus queunt. *παυτασιν* est animi affectus, cum nullus e quinque sensibus occurrit, sed potius quadam inclinatione animi exortus, quod usu uenit tironibus, qui ut se ad praelium exercent, hostem animo concipiunt, & contra ipsum ictus suos dirigunt: cum tamen nemo sit, quem gladio petant. quæ res facit, ut nihil ei extra respondeat, ut phantasia, phantasma est, ad quod inani quadam animi imaginatione perducimur: id quod frequenter atri bili agitatæ, & infanis, ut Orestis, & Theoclymeno euenit.

Quomodo aspectus in nobis fiat.

Democritus, & Epicurus a re, quæ aspicitur, oriri simulacrum putant, quod in oculos incidit eius, qui eorum utitur munere. quidam ab oculis radios ad res progredi, & a rebus ad oculos redire affirmant. Empedocles radios & simulacra miscet, hocque totum, radios simulacri uocat. Hipparchus ab utroque oculo radios ad res peruenire ait, earumque extremitatem ueluti manum atrectare: atque ita rem, quæ foris cernitur, intus significare. Plato duorum hominum concursu fieri in nobis aspectum censebat: quorum alterum oculi emittunt ad certam usque distantiam progrediens: alterum a rebus ortum, quod obuiam nobis fit. uultque aerem, qui medius interiectus est, affinisque luci, facilem utrique conuentum concedere: præcipue cum uis oculorum ignea maximo sit ad hanc rem adiumento. hæcque est, quæ Platonis collustratio nominatur.

De imaginibus speculorum.

Imagines speculorum Empedocles a rebus uis, quas ipse simulacri radios uocat, prodire existimat. hos autem in extremo speculo collectos ab ignea ui, quæ de speculo manat, secumque aerem educit, in quem radij feruntur, ostendi scribit. Democritus uero, & Epicurus illud cerni a nobis simulacrum in speculis putant, quod a nobis proficiscitur. cum primum enim in speculum incidit, quia progredi longius non potest, conuertitur, & facit, ut ipsum nos intueamur. Pythagorici eas imagines ex contractis aspectus nostri radijs excitari credunt. radij. n. feruntur intenti in modum ferri uerum densitate, ac leuore speculi repulsi, redeunt in se ipsos, ut facere manus solet, quam, si quid offendant, retrahere solemus.

An tenebræ uideantur.

Videri tenebras Stoici putant, quod ex oculis in ipsas lux quedam emanet, & aspectus non fallatur, sed tenebræ re uera comprehendantur. congregatur enim aspectus tenebris, quæ eundem quoque interceptiunt, & retundunt: lux ipsum dissipat, protendit, & usque ad res, quæ cerni queunt, ducit. ex quo fit, ut aer lucidus præstet nobis uicem medij: tenebricosus uero, obiecti. Chrysippus ea nos ratione aspicere censuit, ut a principe animi ui spiritus non ater, non obscurus, sed igneus, ac splendidus ad pupillas oculorum funderetur. atque inde effici, ut si aer uicinus esset similis, hoc est lucidus, in morem conuulsus; ad res uidebas se funderet: si dissimilis, hoc est opacus, tenebris occurreret, sicque eas intueretur.

De auditu.

Auditum effici in nobis Empedocles putauit, quia aer intimam aurium partem impellit. cum. n. ea in morem cochleæ obuoluta sit, ac tamquam tintinnabulum edito in loco appensa, omnes ingruentis aeris appulsus percipit. Alcmaeo ideo nos audire ait, quia aures intus sunt uacuae: & uacua resonare omnia, cum in ipsa uox incidat. Diogenes esse in capite aerem, eumque percuti uocibus, & commoueri putat. Plato, & qui eius sectam adamarunt, aerem, qui auribus infidet, pulsari: pulsam in principem animi sedem mitti, sicque auditum effici uoluerunt.

De olfactu.

Alcmaeo principem animi partem in cerebro sitam esse, ab eaque percipi odores, qui respirando attrahuntur, existimauit. Diogenes illam in arterijs cordis collocat: in quibus esse uult spiritum, qui ad pulmones comportatur. itaque odores in cordis sinus ingredi credit. proinde fieri, ut quibus facta est grauis respiratio, quod euenit ijs, quos destillationes exercet, exasperatis, & impactis mucos meatibus, odores non sentiant.

De gustatu.

Sapores lingua dignosci Alcmaeo censuit: idque fieri eius tum humore, & calore temperato: tum uero etiam mollitie. Diogenes, quia instar spogiae rara, teneraque sit, ideo sapores eam recipere, & eos per uenas, quæ plurimæ in ipsam pertinent, in sensum, ac principem animæ partem delegare existimauit.

De uoce.

Voces sic definiuit Plato, Vox est spiritus a cogitatione per os emissus: & impulsus aer, qui per aures, ac nervos cerebri usque in animam pertingit. hominum autem loquela proprie uox dicitur: non proprie uero est aliorum animantium sonus, & mutarum rerum crepitus. Epicurus ait uocem esse fluxum atomorum, qui a loquentibus, aut sonantibus, aut alioqui strepētibus manat. uult autem has atomos primum fluere ad ea, quæ cum ipsis similitudinem gerunt: sic autem appellat ea, quæ sunt eiusdem generis: ut rotundæ rotundis, triangulæ triangulis similes sunt. tum uero auribus occurrere, & ibi uocis sensum efficere. id uero intelligi ex utribus posse, cum multi pleni essent: & ita ex insectoribus, qui insufflare uestibus solent. Democritus quoque aerem in similes atomos diuisum, simul cum atomis uocis ad aures usque deferri memorat. nam, ut tritum est sermone proverbia, Gracculus Graculo hæret: & similia Deus semper iugit. Stoici non esse aera ex atomis constat, sed per totum continuatum, nec habere intermixtum uacuum narrat: ita fit, ut aer a spiritu agitatus, in orbem fluctuet: ut solet iniectione

A iniectione lapide stagnum. hoc solum discriminis cernitur, quod aquæ extremitas maiores circulos subinde excitat: aer uero totus ex omni parte in orbem exundat. uocis originem esse censuit Anaximander, cum aer spiritum repellit, & ad aures usque flecitur: quo etiam modo efficitur ea, quæ Echo nominatur.

Vox sit ne corpus, an secus.

Pythagoras, Plato, Aristoteles uocem esse corporis expertem dixerunt: aerem namque non esse, sed aeris extremitatem, quæ certo quodam oris impulsu figuretur. Stoicis esse corpus uidetur: quod omnia quæ agant, aut faciant, sint corpora: uocem autem aiunt agere, cum in nostris auribus sonitum creant: & facere, cum in sensu relinquat, quod percipiamus. præterea quicquid mouetur, corpus est: uox mouetur. si enim in loca polita incidat, non secus, quam a pariete pila, sic uox ad nos redit. quæ res in Aegypto facile cognoscitur. nam si quis intra pyramides semel uocem mittat, eadem quater, aut quinque deinceps remittetur.

De principe animi parte, & quomodo singula percipiat.

Stoicis summam quandam animi partem esse probatur: quam principem uim, rationemque uocant: ab ea septem alia oriri: ut aspectum, quem hac definitione explicant, ut sit spiritus a principe ui in oculos usque pertinens. tum auditum, quem esse aiunt, spiritum a ui principe in aures pertinentem. & olfactum, quem pariter spiritum esse uolunt, a principe illa ui ad nares usque exporrectum. & gustatum, quem uolunt esse spiritum a principe ui in linguam profectum: & tactum, quem esse spiritum docent, a ui principe in corporis uniuersam extremitatem distributum, ut illic comprehenderet omnia, quæ ad mota obesse, aut prodesse nobis ualerent. duo restant, quorum alter nomine facultatis, quæ procreatrix feminis sit, uocatur: quam sic definiunt, ut sit spiritus a ui principe in membra, quæ sunt ad semen gignendum procreata, de lateris: alter uero facultas, quæ uocem efficiens nominatur: quam etiam esse uolunt spiritum a ui principe in membra uoci efficiendæ idonea transmissum.

De sede principatus animæ.

Pincipem animi partem in toto capite collocant Democritus, & Plato: Strato in ea parte, quæ supercilij responderet: Erasistratus in membrana, qua cerebrum continetur: Herophilus in cauis cerebri: Parmenides & Epicurus in toto pectore sitam esse dixerunt: omnes Stoici in toto corde: Diogenes in solis arterijs cordis, quibus spiritus continetur: Empedocles in sanguine, quidam in ceruice cordis, quidam in membrana cor ambiente, quidam in septo transuerso statuerunt. recetiores in ea corporis parte, quæ a capite ad septum tranuersum pertinet. Pythagoras uero uiuendi facultatem in corde, mentem, ac rationem in capite, tanquam in arce collocatam esse existimauit.

De respiratione.

Empedocles putat fieri initio respirationem, cum primum humor foetus, qui plurimis in eius ortu fuit, minui inceperit. tunc. n. aer primum ad inane explendum meatibus adaperitis succedit. cum uero postea natius calor uelut prodire, aerem foras pellit: quo redeunte iterum aer subsequitur: hocque inspiratio, illud respiratio nominatur. nunc uero cum sanguis excurrans. per nares aerem pellat, & recurrens eundem attrahat, effici respirationem censeat: monentque hoc ut in clepsydris spectemus. Asclepiades narrat, pulmonem infundibuli fungi munere, & causam respirandi in nobis esse aerem in cavitare pectoris tenuatum. aer. n. externus, utpote qui crassus sit, illuc comportatur, indeque repellit. est. n. ea pectoris natura, ut neque multum aeris continere, neque eo carere prorsus queat. itaque aer, qui in pectore est, paulatim attenuatur: ut cum non possit totus confertim excerni, ponderi ingruentis cedens, foras exit, ut in cucurbitulis accidit. sentit præterea respirationem imperio uoluntatis effici, ob quosdam angustissimos meatus, qui in pulmone siti, & uoluntati nostræ obediens contrahuntur. Herophilus mouendi facultatem attribuit neruis, arterijs, & musculis: pulmonem uero quatuor habere motus putat: unum, quo externum aerem attrahit: alterum, quo attractum in pectus exprimit: tertium, quo expressum iterum in se capit: quartum, quo receptum foras pellit. hi tamen motus tum quatuor, tum duo sunt: primum enim & tertium edit pulmonis distentio: quartum & secundum eiusdem contractio. pectus uero bis tantum cietur, & cum se dilatat, aeremque a pulmone ducit; & cum se contrahit, & eidem, quod acceperat, uicissim reddit.

De affectibus.

Stoici affectus in membris, quæ afficiunt: sensus uero in principe animi facultate constituit. Epicurus uero: in affectis membris esse uult. Strato & sensus, & affectus in principe facultate animi collocat: quod in ea sit posita tolerantia, ut ex dolorum & cruciatuum argumento cognoscitur: quos fortes uiri animo forti subeunt: timidi uero plus, quam par sit, timent.

De diuinatione.

Dari diuinationem est Platonis, Stoicorumque: sententia. eam uero aut numinis presentia, aut metis diuinitate, aut soluto per somnum animo excitari existimant: itemque astrologica & aruspicina concedunt. uerum ut hi multa genera diuinationum statuunt, sic Xenophanes, & Epicurus tollunt omnia. Pythagoras rejicit eos, qui aruspicina faciunt. Aristoteles, & qui cum secutus est Dicæarchus duas diuinationum rationes admittunt, somnum, & furorē. quamuis. n. non esse æternas animas uelint, in eis tamen esse quid diuinum concedunt.

De insomnijs.

Democritus insomnia simulacrorum obseruatione fieri putat. Strato credidit cogitationem habere aliam quandam naturam in somnis: utpote quæ melius tunc sentiat, ideoque præstantiore sit prædita cognitione. Herophilus quæ a deo somnia mittuntur, ea necessario contingere existimat: quæ uero a natura, ea proficisci

proficisci, cum animus sibi rerum utilium, & futurarum formas fingit. quæ casu denique, ea cõfusa esse, & ex imaginum occurfu genita. quo sane tempore spectantur, ea, quæ optamus, ut amantibus accidit, qui se habere amicas in somnis putant.

De semine.

Semen esse ultimi alimenti excrementum dixit, Aristoteles, idque in se uim habere efficiendi tale, quale sit id, unde sit proiecctum: Pythagoras esse optimi sanguinis spumam, uel alimenti partem quandam superuacaneam, ut sunt medulla & sanguis: Alcmaeo cerebri particulam. Plato medullæ dorsalis defluxum. Epicurus modicum quid a corpore, animoque reuulsam. Democritus a præcipuis corporis partibus, ut ossibus, carne, & uenis deduci semen existimauit.

Utrum semen corpus sit, nec ne.

Leuippus, & Zeno semen esse corpus putant. est enim animæ pars: anima uero, ut ipsis placet, corporea est. Pythagoras, Plato, & Aristoteles uim quidem illam feminis, a qua, uelut a mente regit, corpore uacare: sed ipsum affusum humorem esse corpus affirmant. Democritus & Strato ipsam quoque uim, quia spiritus sit, esse corpus contendunt.

Utrum femina semen mittat.

Pythagoras, Epicurus, & Democritus foeminas quoque semen mittere in concubitu putant: siquidem uasa habeant, in quibus semen continetur: quæ in uterum ex aduerso effundunt. atque inde fieri, ut appetitu uerum uenerarum ducantur. Aristoteles & Zeno fatentur quidem eas humorem effundere, sed tamen id esse concoctum semen negant: esse uero quendam ueluti sudorem ex fatigatione congressus emanantem. Hippo & mares & foeminas pariter effundere semen opinatus est: ipsum tamen, quod foemina emittunt, nulli esse usui ad foetum conformandum, cum extra uterum incidat. atque hinc factum esse, ut quædam mulieres præsertim uiduæ sine complexu uirorum semen quandoque profuderint.

De conceptu.

Aristoteles auctor est, concipere mulieres, cum menstruis purgationibus uterus sit expurgatus. ait enim portionem quandam sanguinis puri cum menstruis purgationibus descendere, quæ cum uirili femine coniuncta foetum incipit. idem censet uteri sordibus impediri conceptum: itemque moerore, sterilitate foeminarum, & uirorum imbecillitate.

Cur mares, aut femina nascantur.

Marium, ac foeminarum causam Empedocles in calorem, aut frigus conijcit. atque inde manasse illud, quod literarum proditum est monumentis: primos mares in meridie natos e terra, atque in oriente: foeminas in septentrione, & occidente. Parmenides contra sensit: mares propter densitatem, in septentrione: foeminas in meridie propter raritatem esse procreatas. Anaxagoræ sententia est, tum gigni mares, cum semen dextræ partis in dextram uteri partem, & sinistræ in sinistram incidit: foeminas, cum sit locorum permutatio. Cleophanes is de quo fecit Aristoteles mentionem, mares a dextro, foeminas a sinistro gigni testiculo censuit. Hipponax hoc naturæ feminis acceptum refert. illud enim si ualidum, compactumque sit, mares: si imbecillum, & fluxum, foeminas gignit.

De monstris.

Monstra exoriri uoluit Empedocles, si semen nimium sit, si paucum, si diuulsam, si quasi euanuerit: si denique motu inordinato in uterum sit proiecctum. Strato hoc uel additioni, uel detractiõni, uel transpositioni, uel inflationi tribuit. Medici quidam hoc fieri aiunt, quia uterus tunc esset spiritu distortus.

Cur mulieres, licet saepe concubant, raro tamen concipiant.

Foeminas raro concipere Diocles Medicus putat, uel quia semen non effundant, uel quia minus, quam par sit: uel quia tale, ut in eo uis gignendi non insit: uel quia minus, plusue, quam deceat, sit calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum: uel quia uterus resolutus sit proinde continere semine non possit. Stoici culpam in uirile membrum, quod obliquum sit, conijciunt: siquidem eiaculari recte non potest. præterea uero si inter genitalia non conueniat: ut cum intro uterus abscedit, eumque attingere penis nequit. Erasistratus utero solum causam tribuit, qui tum latior, tum strictior sit, quam oporteat, tum callos obduxerit, qui meatus uteri occludunt.

De geminis, & trigeminis.

Ex feminis redundantia, & diuisione duos, aut tres infantes simul gigni Empedocles putauit. Asclepiades naturæ feminis acceptum hoc refert: ut enim hordeum inuenias, quod duorum & trium ordinum spicas producit, sic semen quoque fertilissimum reperiri. Erasistratus inde effici hoc credit, quod uterus apprehendat, ut in brutis quoque conspicimus: quorum uterus bene expurgatus ad conceptum descendit. Stoici uolunt in utero loculos esse: atque ita, cum semen in duos inciderit, geminos: cum in tres, trigeminos gigni.

Unde filij parentum similitudinem ducant.

Filium similem illi fore, cuius semen fuerit potentius, Empedocles memorauit: dissimilem, si calor semen insequens in uaporem abierit. Parmenides putat e dextra uteri parte similem patri prodire filium: e sinistra, matri. Stoici uero, cum e toto corpore, atque anima descendere semen uelint, etiam singulas particulas ad eius membri, a quo descendunt, componi similitudinem censent: quemadmodum

Adum si pictor uultum ad alicuius imitationem, qui adesset, similibus coloribus sibi effingendum proponeret: ut ita dicant generis formam, figuramque seruari: uerum cum pater, ac mater semen pariter fundant, si maternum semen superarit, matri similem: si superatum sit, patri similem fore filium.

Cur filij dissimiles parentibus oriuntur.

Medici plerique fortuito fieri hoc ipsum arbitrantur. ubi enim tam maris, quam foeminae semen refrigeratum sit, tum nati parentibus dissimiles procreantur. Empedocles ad mulierum cogitationem, in qua uersabantur, dum conciperent, effingi foetum arbitratur. quoniam enim illæ pictam imaginem, aut stratum eo tempore in oculis gerebant, ideo factum est, ut imaginibus, statuisque similes plerumque genuerint. Stoici dissimiles parentibus filios a tacita quadam radiorum, simulacrorumque mentis discordia, quo tempore semen emittebatur, gigni putant.

Unde uiri infocundi, & femina steriles fiunt.

Medici aiunt foeminas reddi steriles propter uteri densitatem, raritatem, duritiem, & obstructionem, quæ uel carne, uel callo sit facta. moerore etiam animi, corporis macie, & malo habitu, & quia distortus, aut conuulsus uterus sit, fieri idem potest. Diocles putat infocundos uiros esse, uel quia semine nullo modo effundant: uel quia minus, quam par sit: uel quia ineptum ad prolem: uel quia prius sint resoluti, uel ita distorti, ut in uterum contorquere semen non possit: aut ita paruo, ut in uuluum non ingrediatur. Stoici in causa esse aiunt uires, & qualitates discordes eorum, qui rebus ueneris utuntur: quos tamen si separet, & sui similibus iungas, natura superior reddita, erit ad prole gignendam accommodata.

De mulorum sterilitate.

Mulos ideo non gignere Alcmaeo iudicat, quia sit eorum genitura tenuior: quod ex frigore prouenit: mulasque non concipere, quia uterus ipsarum non hincit, hoc est eius os non aperitur. Empedocles uero, quia paruus, angustusque sit: nam & propter paruitatem, & quod uentri cohæreat retorto situ, ideo nec proiecctum semen attingit, nec si attingeret, excipere ipsum posset. Diocles eiusdem est cum Empedocle sententia: scribitque se in disseccandis corporibus uidisse plerumque uulvas mularum obliquo positas. eamque causam esse, cur mulieres quoque non concipiant.

An fetus in utero animal sit.

Foetum, qui adhuc utero continetur, esse animal, ideo existimauit Plato, quod se moueat, quod alimento fruatur, quod augeatur denique. Stoici esse uentris partem uolunt. perinde enim infantes, atque fructus, quos esse arborum partes nemo dubitat, decidere, cum ad maturitatem peruenerint. Empedocles respirationem foetui tribuit, esse animal negat. Diogenes partus sine anima edi putat. magno tamen calore esse præditos, qui cum primum in lucem prolati sunt, in pulmonem confugit, & inde aerem frigidum ducit. Herophilus foetibus naturalem motum concedit, respiratione priuat. uult autem mouendi instrumenta nervos esse: ac tum denique foetum esse animal, cum in lucem missus ducere spiritum incipit.

Quomodo fetus alatur.

Democriti, & Epicuri sententia est, foetum in utero alimentum ore capere. hincque effici, ut exorti infantes mammas quamprimum ore perquirant. aitque intra uterum papillas quasdam esse, e quarum illi foraminibus alimentum exsugunt, Stoicis placet, foetus per umbilicum alii. proinde obstetrices statim, cum nati sunt, ligare eum consueisse, & oris rectum digitis patefacere, ut alio loco perquirere cibum incipiant. Alcmaeo non aliter, quam spongas ex omnibus corporis partibus alii foetus uoluit.

Quid primum in utero absoluitur.

Narrant Stoici, omnia pariter absolui, Empedocles spinam in primis, quæ nauis carinam imitatur. Alcmaeo caput, in quo est animi principatus. Aristoteles cor, quod uenarum, & artiarum fons atque origo est, alicui magnum, pedis digitum: alicui umbilicum.

Cur infantes septimefres hac lucis usura frui possint.

De hac de re Hippocratis & Aristotelis sententia huiusmodi: si intra septem menses uterus impleatur, deorsum uergit, idque quod in lucem editur, uiuere potest: si impleatur, sed sursum uergat, foetus octauo mense editur. cum uero umbilicus factus sit propter extensionem imbecillus, uix attrahere alimentum potest. ideoque infans non ita copiose, ut solebat, alitur, & semienectus fame oritur. si uero in nonum mensem partus differatur, cum uterus iam descendit, tum sane integer edi solet. Polybus uitali foetui centum octoginta duos dies, & dimidium tribuit. hoc spatium sex menses continet: & septimum attingit, quia ultimi dies in septimum mensem incidunt: siquidem tot dierum interuallo sol a bruma ad solstitium peruenit, indeque redit. octo uero mensium partum non uiuere censuit, quia uterus sursum ascendens umbilicum distendit, ille distentus, aegre alimentum foetui suppeditat: ideoque ille debilis efficitur. Mathematici putant octauum mensem esse nascentibus noxium, quia nulla sit inter octauum signiferi orbis signum cum primo societas: septimum uero amicum, propterea quod opposito radiorum iactu coniungatur. si quis uero octauo mense in lucem edatur, isque uiuat, eum & infelicem, & breuem uitam traducturum aiunt. disuncti enim mutuo sunt aries, & scorpions: taurus, & sagittarius: gemini, & capricornus: cancer, & aquarius: leo, & pisces: uirgo, & aries: libra, & taurus. Diocles, & empirici memorant, se habere compertam, octauo mense natos uiuere: eos tamen imbecillos esse, ideoque plerumque e uita excedere. Timæus partum utero gestari duodecim menses dixit: sed tamen eos interdum nouem censerit, interdum septem. in causa esse, quia non statim, ut mulier concepit, menstrua supprimantur purgationes.

Utrum

Quibus genitum esse mundum placet, ij etiam genita esse, caducaq; animalia sentiunt. qui ingenitum mundum esse dicunt, ea sibi semper succedere censent. mundi enim partes sunt animalia. quae res impulit Anaxagoram, & Euripidem, ut dicerent, nihil eorum, quae sunt, interire; sed in aliud mutatum, in diuersam se formam induere. Anaximandri opinio est, animantia prius in aqua orta esse, ac spinosis fuisse corticibus obuoluta. cum uero progressu aetatis in siccum essent profecta, non diu superuixisse, quod attritus cortex esset. Empedocles censet, animalia, quae prius extiterunt, perinde ac stirpes, non recte inter se commissa, sed partibus parum conuenientibus conflata: secundo loco, nata, sic esse partibus inter se coniuncta, ut quales nunc statu sunt, talia ipsa uiderentur: tertio loco orta habuisse membra, quae ex se prodirent. quarto denique loco genita non iam ab aliquo simili ut e terra, aut aqua constituisse; sed ex se se: cum iam foeminarum pulchritudo uiros alliceret ad concubitum, & gignendam prolem. omnia autem animantia quatuor esse distincta generibus, habita temperaturae ratione. quaedam. n. sua sponte ad aquas feruntur, ut pote quae sint ad eorum naturam accommodatiores: alia in aerem se recipiunt, quod plurimum illius in se contineant: alia terram incolunt, quod suo pectore ad ipsam adducantur: alia denique toto pectore uocem mittunt, quod similem temperaturam obtinuerint.

De animantium generibus: & an cuncta, quae sensum habent, usum rationis sint consecuta.

Est in manibus Aristotelis liber, in quo facit animantium genera quatuor, ut quaedam terrestria, quaedam aerea, quaedam aquatilia, quaedam caelestia esse intelligamus. ipsas enim stellas, atque caelum esse animal aeternum, ac rationis compos arbitratur. Democritus, & qui eum sequitur, Epicurus, caelestia non ponit. Anaxagoras ait, in cunctis animantibus esse rationem, quae in actione uersatur: ea uero, quae uelut mens est patibilis, quam mentis interpretem uocamus, non concedit. Pythagoras & Plato brutis etiam rationem dant: sed in temperie corporis fieri, ut usu rationis careant. idq; praecipue contingere, quia loquela eis non fit data, ut canibus & simiis: quae licet gannitu uocis quidpiam significant, tamen quid illud sit, eloqui non possunt. Diogenes non censuit bruta esse rationis expertia, sed tum corporis crassitudine, tum nimio humore esse factum, ut neque intelligant, neque animaduertant: sed afficiantur, ut furentes solent, in quibus princeps animi pars de sua sede deturbata est.

Quo tempore fetus in utero conformetur.

Empedocles articulos in hominibus trigesimo sexto die incipere, omnibus autem partibus undequingagesimo absolui dixit. Asclepiades in maribus, quia calidissimi sint, membra sexto uigesimo die distingui, quinquagesimo perfici. quosdam etiam esse, quibus haec minore spatio eueniat: foeminas intra duos menses incipere, quarto absolui, quia sint uiris frigidiores. ceteras autem animantes ex G facili coitu elementorum tota pariter & incipere, & perfici.

E quibus elementis quaeq; membra sint conflata.

Carnem ex aequali quatuor elementorum portione factam esse Empedoclis sententia est: neruos ex igni, terra, & duabus aquae partibus: unguis, e neruis, qui aeris contactu obriguerint: ossa ex aquae & terrae partibus uideri constare: e quatuor tamen elementis composita esse, in quibus maior sit ignis, terraeq; copia. sudores & lacrymas attenuato, eliquatoq; sanguine erumpere.

Quo tempore homo perfectus sit.

Heracliti, & Stoicorum sententia est, perfectos homines esse, cum secundum septennium sit transactum: quo tempore adolecentes emittere semen incipiunt. tunc enim existimari arbores perfectas, cum edere fructus coeperint. non perfectas, usque dum fructum non tulerint. Aristoteles post septem annos hominem perfectum censet, quod ab eo tempore boni, malique cognitio in pueris insit, ipsiq; ad disciplinas percipiendas sint apti. alij putant, homines tertio perfici septenario: quod iuuenes tum sint, atque pubescant: corporisq; uiribus plurimum excellant.

De somno, ac morte.

Somnum conciliari Alcmaeo putat recessu sanguinis in eas uenas, quae fluxui sanguinis destinatae sunt: H mortem autem sequi, si illuc omnis se recipiat. ita enim corpus nimium refrigeratur. a somno autem excitari nos putat, sanguinis reditu. Empedocles & somnum, & mortem a sanguine oriri credit: sed illum e sanguine parum refrigerato: hanc ab eodem profus refrigerato afferri. Diogenes ait, si sanguine qui per omnia membra est distributus, uenae impleantur, & aer, qui in uenis est, non totus tamen, in pectus, & uentrem impellatur, somnus excitabitur; ipsaq; membra maiore calore quam consueissent, corripientur: at si totus illuc impellatur, mors sequetur. Plato, ac Stoici irrepere animantibus somnum arbitrantur, cum ille spiritus quiescit, qui sensibus uigilantibus deseruit: non quod uelut in terram concidat, sed quod principem animi partem petat: quae pars est intra supercilia collocata. mortem autem afferri, si ille spiritus omni sit profus motu destitutus.

Utrum somnus & mors animi sint, an corporis.

Tam ad animum, quam ad corpus pertinere somnum dixit Aristoteles: causam uero somni esse uaporem a uentre in caput submissum: & calorem, in corde uigentem, quem alimentum crudum refrigerat: mortem uero ad corpus solum pertinere, quod mori animus nullo modo possit. Anaxagoras, cum somnum ex longa corporis fatigatione excitari putauit, solum etiam affici corpus sensit: sed animos, cum a corporis societate disiunguntur, interire. Empedocles censuit mortem esse eorum, ex quibus

A quibus homo constat, secretionem. proinde animos non secus, quam corpora interire, & somnum caelorum discessu nobis irrepere.

An stirpes sint animalia.

Empedocles putat stirpes non solum esse animatas, sed etiam animalia. ex hac coniectura id posse perispici, quod se se moueant, quod intenti earum sint rami: quod eosdem adductos ad nos, uix permittant sequi: quod remissos summa celeritate reducant, ut pondus etiam secum trahant. Aristoteles ut animam eis inesse concedat, esse tamen animalia non censet. nam animalia & sentiunt, & appetitu ducuntur; & eorum quaedam intelligunt, Stoicis, & Epicureis placet, stirpes ne animam quidem habere. quod solis animalibus insit anima: quorum alia concupiscunt, & quod appetunt, prosequuntur: alia ratione sunt praedita: sed stirpes non animae ui, sed casu quodam expullulant.

Quomodo stirpes augeantur.

Est Empedoclis sententia, stirpes inter animantia primum e terra exortas esse, ante quam circumagi sol incepisset; diesque a nocte esset distinctus. in eis quoque maris & foeminae coniunctas rationes inueniri; quod eis temperaturae conuenientia tribuit: esse praeterea in eis, ut ui caloris, qui terrae subest, incrementum. proinde fit, ut stirpes haud aliter sint terrae partes, quam foetus uteri. fructus porro esse excrementa ignis & aquae, quae in stirpibus insunt. folia decidere e ijs, in quibus aetius calor humorem consumpsit; semper frondere eas uoluit, quae maiorem humoris uim habeant, ut laurum, oleam, palmam. saporum autem uarietates & ex alimenti uarietate, & e stirpium extare differentia: siquidem ipsae e terra id trahunt, quod sibi familiare sit. nam & uinum ut ex uitium uarietate, sic ex diuerso solo distilli le gigni solet.

De alimento, & incremento.

Empedocles existimauit, tum denum ali animantia, cum alimentum accommodatum suppeditatur: crescere uero cum magna uis caloris adest: minui, diminuto calore: extingui denique, utroque sublato: huius autem temporis homines si cum ijs, qui primis illis temporibus in hac mundi sede fuerunt, comparentur, perinde atque infantes censerit oportere iudicauit.

De febre.

Febrem hac definitione Erasistratus explicauit, ut sit motus sanguinis, in uasa spiritus ingredientis sine uoluntatis arbitrio factus. ut enim mare, nullis agitatum uentis, conuiescit; aliquo autem uento per uolentiam impulsus fluctuat: sic in corpore, cum sanguis motu cietur, uasa spiritus ingreditur: atque ibi calefactus, totum corpus calore perfundit. Febrem quoque esse unum ex ijs accidentibus, quae superuenire morbo solent, memorauit. Diocles autem nobis auctor est, ut ope eorum, quae sub aspectu cadunt, ea, quae oculorum effugiunt obtutum, uideamus: quare cum cernamus ex inflammationibus, abscessibus, & uulneribus sequi febrem, etiam cum quis habet febrim, licet quidpiam horum fieri non uideamus, intus tamen aliquid horum esse factum suspicari nos debere. Herophilus etiam nullo morbo antecedente exoriri posse febrem iudicauit.

De morbis.

Alcmaeo in apta caloris, siccitatis, frigoris, & humoris temperie sanitatem constituit. idem addit dulcedinis, amaroris, & aliorum huius generis aequalitatem: morbos uero oriri censuit, quoties unum ex his sit ceteris praestantius: propterea quod cuiusque redundantia societatem dissoluit, atque ita morbum gignit. Diocles morborum causam refert tum in elementorum ex quibus corpus constat, inaequalitatem: tum in aeris constitutionem. Erasistratus ex alimento uel nimio, uel incognito, uel corrupto nasci morbos credit: integra uero nos frui ualitudine, si tantum, quantum satis sit, cibi sumpsimus: & in cibis sumendis ordinem quandam seruauerimus.

De senectute.

Inter Stoicos, medicosque omnes conuenit, aduentare inopia caloris senectutem: eosque serius conuenire senescere, in quibus maior caloris insit copia. Asclepiadis sententia est, Aethiopibus citius, quam alijs senectam irrepere: quod eis sexagesimo aetatis anno accidit. causa est Sol, qui plus, quam par sit corpora eorum excaecat. contra in Britannis cerni, qui centesimo uigesimo anno ad senectutem perueniunt. calorem enim natium diutius conseruant, utpote qui frigidam regionem colant. Aethiopum uero corpora, cum a sole relaxentur, rariora sunt. atque sub ursa habitant, densa: proinde hac quoque lucis usura diutius perfruuntur.

GALENI DE HUMORIBVS,
LIBER.

Archangelo Piccolhomino interprete.



QUOD est in mundo elementum, hoc in animalibus est humor, quemadmodum & in tempore tempestas. Non autem omnino eadem, aut familia sunt. Sed eadem quidem sunt qualitatibus & agentibus & patientibus. A quibus eadem essentiam habent. Atque componentia sunt, principiaque eorum, quae sunt in nobis. Differunt autem inter se, & multis rebus, & nominibus ipsis. Prima. n. elementa ex quibus constat mundus, sunt aer, ignis, aqua, & terra. Tempestates autem ex quibus tempus constat, sunt uer, aestas, hyems, atque autumnus. Humores uero sunt bilis, sanguis, pituita, & nigra bilis, ex quibus astantia componuntur & homo. Omnia autem humiditate, calore, siccitate, & frigore contemperantur. Sanguis enim & aer, & uer, sunt calida & humida: quaequam alijs aliter de aere uideatur. Bilium autem ea quae flaua est, & aestas, & ignis, sunt calida & sicca. Ea uero quae nigra est, & terra, & autumnus, sunt sicca & frigida. Pituita autem, & aqua, & hyems, frigida sunt & humida. Conueniunt autem inter se humores, elementa ac tempestates, atque etiam discrepant. Aer enim, & ignis, siccitate & humiditate differunt, caloris uero communi iunguntur. Ignis etiam, & terra, frigore: & calore dissentiunt, utraque autem sicca omnino sunt. Quemadmodum terra, & aqua, frigida: distant uero siccitate & humiditate. Aqua denique, & aer, humida sunt, calore autem ac frigore differunt. Eodem modo humores, & tempestates, inter se & congruunt & discrepant. Atque etiam inmixtionem perficiunt, quam Graeci φιλία χυμωρ, id est odiosam nominant. Sed elementa quidem, eadem omnino sunt: & eorum quodque in eodem permanet loco: & inter se mutatione, permanentionem habent, alimentoque hisce, quae nutriuntur, proportionem respondente: idque, fit ratione quadam prouidente. Atque etiam tempestates eodem modo motionibus solis ad austrum & boream & fiunt & appellantur. Humores uero non eodem modo: neque ijdem omni ex parte sunt, uerum inter se differunt, & loco, & colore, & facultate, & consistentia, ac qualitate. Atque necesse est mutari humores, quemadmodum & elementa ipsa inter se mutantur. Non autem necesse est eundem semper mutationis ordinem seruare humores, neque aequaliter eosdem auferere. Sed in nonnullis quidem, a terreo in aqueum, ordine quodam, & ab aqueo in aereum, a quo in igneum fit mutatio. In nonnullis autem ordine non seruato, a pituita in bilem, & a sanguine in humorem nigrum. Testimonia autem huius opinionis sunt, terreus sanguis & melancholicus, pituita salua, quae proxime ad bilem ipsam accedit, sicque in ipsam facile mutatur. Apparet autem bilis tum pituitosa tum mucosa, similiter & sanguis, ut in hydropticis & cachecticis, quemadmodum in calidioribus & siccioribus bilis flaua non mixta. Atque ijs ipsis non concoquentibus, bilis porracea, & uomitione, & deiectione apparet. Ordine ergo mutationum, progreditur uictoriae ordo, contrarium autem accidit hisce quae eo ipso ordine mutantur. Augetur autem in alio atque alio alius humor, alia atque alia re, nimirum temperie, anni parte, regione, aetate, uictus ratione, quemadmodum in omnibus omnes, statis periodicis ac tempestatibus, & generantur & incrementum habent. Aestate enim augetur amara bilis: & maxime aetate, & temperamento, & uictus ratione similibus. Praeterea & ijs quae extrinsecus accidunt. Curae enim, & irae, & dolores, & labores, & exercitationes, & uigiliae, & inediae, & indigentiae, plurimum flauae bilis humorem ac cumulant. Quemadmodum & somnus, & aquae potiones, & marinarum, & humidarum rerum omnium & crassarum, & uiscosarum esus, pituitosum. Et pedestrium, & uolatilium carnes, & oua, & quae facilia coctu sunt omnia, & quae bonum succum gignunt, sanguineum humorem accumulunt, nisi quaedam natura propriae in prauam aliquam qualitatem mutet ea, cum fuerint assumpta. Similiter & humorum melancholicum quaedam accumulunt. Sed & si inter se misceantur. Hoc enim modo cum mixtis inter se alimentis utimur, & consentanea illis consequuntur. Augetur autem in adolescentia sanguis. Quo circa tales iucundi sunt, & insano quodam amore erga res pueriles affecti. Bilis autem augetur in iuuenne, quem iracundum, & animosum, & acerbum efficit. In eo autem qui iuuentutem est egressus, nigra bilis abundat. Atque pessimus est hic humor, & in quamcunque parem impetum fecerit, retentus est perdifficilis, ac incommutabilis. Atque ipsius aetatem, uersutiam, & iniuriarum memorem, & quodammodo implacabilem efficit. Viget autem in sene pituita. Ipsa uero aetas pigra, obliuiosa, ac somnolenta est. Humida enim est, & frigida, quemadmodum aetas declinans sicca & frigida: & adolescentia, calida & humida: & iuuentus pro humore proportionem respondente, atque superante. Loci autem & ortus, & permanentionis, & motus ipsorum, sanguinis quidem sunt hepar, uenae, & ambae nares. Flauae autem bilis parua uelica est propria, & quod circum hepar, & per aures mouetur, id quod cuique apparet. Pituitae uero, stomachus, & lumbi, & per os. Quemadmodum nigra bilis, id quod est sub hepate, & splen, & per oculos, ut dicitur. Color autem ipsorum humorum, sanguinis quidem est ruber. Pituitae uero est albus. Bilis autem flauae septem sunt species. Quaedam enim est flaua, quae illa quidem elementi rationem

de humoribus.

16

A nem habet, altera pallida, tertia rubra, quarta porracea, quinta uittellina, sexta aruginosa, septima isatidea. Nigra autem bilis proprius color, est oleaceus. Atque hic est, qui dicitur niger. Est autem sanguis gustatui dulcis. Bilis flaua, amara. Et nigra, acida. Pituita autem primum est qualitaris expers, deinde acida, tum dulcis, & praeterea salua. Sunt autem nigrae bilis differentiae quatuor. Vna enim est ex sanguinis faece. Altera ex assatione bilis. Tertia bituminosa dicitur, eo quod luceat bituminis instar: Quarta autem. Ex ijs autem, & sanguis, & pituita, & nigra bilis crassam consistentiam habent. Bilis autem flaua est & tenuis, & leuis, & sublimipeta, quemadmodum reliqui duo humores sunt graues. Sanguis autem medius est participatione caloris. Videtur autem ualetudo in animantium corporibus ueluti imprimi, humorum aequabilitate & symmetria. Deficientibus autem ijsdem, aut exuperantibus praeter modum, uel quantitate, uel qualitate, uel locorum mutatione, uel coniunctione ordinem non habente, uel putredine, ob malam collocationem morbi, contingunt. Quemadmodum & dici consuevit morbos accidere humorum ametria. Sicuti & ualetudinem restitui detractione & additione, & praeterea tenuitate & crassitudine humorum, & omnino eucrasia & symmetria eorumdem. Ut in sexto de popularibus morbis ab Hippocrate praclare est dictum: humorum, hos quidem educere, oportere, hos autem immittere, attenuare, temperare, hac re quidem, hac uero non. Secundum enim causam affectuum effectricem, remedia inuestiganda sunt. Nam oportet humores exquisite qualitate esse temperatos, & quantitate aequales, ut ualetudo permaneat, & si absens sit, redeat. Cum enim appellationem aliunde habuerint liquores, ab eo, quod una liquecant, dicti sunt omnes. Perspicuum est ergo, si hoc sit sanitas, quod non est tale, morbum esse, quemadmodum est demonstratum. Quoniam autem morbus, qui genus est, in uarias species diuiditur, necesse est profecto diuersas illas morbi species, ab aliquibus differentibus causis proficisci. Causae autem sunt humores & symptomata. Haec quidem, rebus quibusdam extrinsecus accidentibus. Illi uero, eo quod mutantur ob incrementa & decrementa quae fiunt in aetatibus, & tempestatibus, & uictus rationibus, & temperamentis, quemadmodum dictum est. Hoc autem & Hippocrates confirmare uidetur, cum inquit, alios in alijs tempestatibus & florere & dominari in corporibus animantium humores. Atque etiam colores in hominibus esse diuersos dicit, pro imperio humorum in temperamento dominantium, & natura comparatum esse, ut pro humoris uicentis natura, morbi gignantur. Et in proemio libri de humoribus, color (inquit) humorum, ubi non est aliqua eorum perturbatio, quemadmodum florum, pro imperio humorum, consuevit in successione aetatum mutari in hominibus. Quemadmodum igitur & animae mores. Humores enim ipsam morata efficiunt. Sanguis, n. hilariorum ipsam efficit. Flaua autem bilis iracundiorum, uel audaciorum, uel uelociorum, uel certe. Curunque. Pituita uero tardiorum, & stolidiorum. Nigra denique bilis iracundiorum, & impudiciorum. Mutantur autem & animae mores in morbis, idque pro specie humoris exuperatis, quemadmodum in delirationibus cernere licet. Ipsarum enim, quaeunque a sanguine originem habent, cum cantu fiunt & risu. Quaeunque autem a flaua bile, audaciores & acerbiores sunt. Ob eamque causam Hippocrates inquit, impudentiae quae cum risu fiunt, securiores: quae uero cum studio, periculosiores: studium appellans audaciam. Quaeunque uero ab atra bile, tristiores, taciturniores, & instabiliores. Quaeunque denique a pituita, sunt nugaces & stabiles. Atque alibi, ut in primo de popularibus morbis, Silenium insanuisse cum cantu & risu, ipsemet testatur. In tertio autem de uulgaribus morbis dixit Philischi delirationem factam fuisse audacem. Nam inquit eum insanuisse circa meridiem. Flaua enim bilis morbi causa erat. In Cyzico autem mulierem quandam, quae gemellas filias pepererat, dicit delirauisse, atque delirationis speciem taciturnam & languescentem fuisse. Ipsa enim mulier taciturna erat, nec quemquam auscultabat: Nigra autem bilis morbi causa erat. Pythonem uero, qui habitabat iuxta Telluris templum, insanum nugacem factum esse. In eo autem pituitosa erat causa morbi. Post haec oportet eum, qui curandas suscipit uarias morborum species, causas ipsorum praecognoscere. Quicumque enim, (ut Hippocrates inquit) morbi causam tenuerit, is morbo occurrens, poterit remedia accommodata ex contrarijs, corpori adhibere. Atque etiam in libris de morbis, inquit. Qui de sanatione recte inquirere uelit, percontantique respondere, & contradicere recte, eum haec animaduertere oportet. Primum quidem a quibus omnes morbi hominibus fiunt. Cognoscuntur autem causae morborum, primum quidem ab aetate. Si enim adolefcens aegrotat, maxime aegrotabit a sanguine, quemadmodum superius demonstratum est. Atque deinceps eodem modo. Secundo a tempestatibus. Si enim uerna fuerit tempestas, sanguis maxime dolore afficit. Tertio a uictus ratione. Rerum enim esculentarum & poculentarum alia alius humoris procreatrix est: ac uini potationibus & uoracitatibus affectiones sanguineae comparantur. Sic Hippocrates cognouit Silenium. Didicit enim eum ex potu aegrotasse. Atque etiam olitoris mulierem, cui suppressio mensium facta erat. Se enim supra modum cibis ingurgitauerat. Quarto a regione. Si enim calida fuerit, calidiores inducit affectus. Quinto ab exanthematis. Quae enim rubra sunt atque rotunda, sanguinea sunt: quae autem lata, pituitosa: & alio modo alia, quemadmodum in aphorismis ostendit inquiring, sudores uere & aestate genitos, a sanguine & bile esse. Postremo a colore, quemadmodum humoris dominatus, sic & morbi causa cognoscitur. Est autem iudicium illud, quod a colore sumitur, non minimum, sed eorum iudiciorum quae maxima sunt exquisitissimum: atque etiam & Diogeni, & ceteris illius seculi sapientibus, tanquam ars quaedam diuinandi habebatur. Nam homines illi de coloribus longum habuerunt sermonem, atque pro eorumdem differentijs, partiti sunt morbos:

bos: rubricolores uocantes, sanguineos: & flavicolores eos, in quibus amara bilis imperium tenet: & nigricolores, in quibus nigra: albicolores, pituitosos. Atque etiam morbos ab ipsis humoribus profectos, rubricolores, flavicolores, nigricolores, & albicolores nominabant. Verum nescio quam ob causam multa artis prætermittentes testimonia, quæ illa quidem plurimum possunt morbi exquisitum discrimen afferre, solis coloribus, perfectum discrimen imbecillitatis, acceptum retulerint.

*GAL. ATTRIBUTVS LIB. IN QVO PROBATVR,
QUALITATES CORPORE VACANTES ESSE.*

Io. Baptista Rasario interprete.

ARGUMENTVM.

Qualitates, & cetera accidentia falso a Stoicis corpora nominari.

Cap. 1.



Nullam e rebus meis, ne si ea quidem minima uideatur, tibi esse ignotam uelim (nam & hoc ipsum, de re quapiam celare amicum, nõ exiguum est) sermonem cum quodam, qua fieri potuit diligentia habitum, ad te scribendum existi maui. cum in sermone, qui improuiso habitus sit, desiderari solet diligentia, tũ uel maxime, si sit cum ambicioso, contentiosisq; institutus. agebatur enim de qualitatibus, omnibusque accidentibus, quæ esse corpora Stoici confirmant. aduersus quos hæc afferenda sunt. num cũ corpus quis dicit, statim nobis usu uenit, ut renitentem substantiam triplici dimensione contentam intelligamus? nam si hoc solum dicat, triplici contentam dimensione, nihil erit, cur id, quod affertur, corpus potius, quam inane, & locum intelligamus. debent autem definitiones, ac descriptiones, logicæq; explicationes, quarundam esse rerum, & earum modo, explicatrices, quas declarare uolumus, & non communes aliarum: cum non sit de communibus instituta disputatio. hoc autem, quod triplici dimensione constat, commune esse corporis, inanis, & loci, planum est. id uero Stoici fateantur, necesse est: utpote qui inane in rerum natura pertractando reliquerunt: quamuis id in mundo esse pernegarint. ceteros uero philosophos id plane intelligere necesse est. qua enim ratione inanis naturam negarent, nisi uniuersum esse unum intelligerent? si intelligunt, non aliud quicquam se intelligere, si fateri uerum uelint, corpus affirmabunt: sicut nec sine tempore, ut planum quoque est, non sine loco: & hoc quidem, triplici dimensione contento, ut rem triplici dimensione contentam in se recipiat. his rebus testimonio sunt singula corpora sensibilia. corpus enim quod cubiti longitudine, palmi latitudine, & quatuor digitorum altitudine sit, locum exigit, qui ei proportionem respondeat, a quo capiatur. hoc nobis constitutum sit, & de omnis corporis ratione contemplandum.

Si qualitates corpora sint, fieri, ut corpus corpori accidat.

Cap. 2.

Utrum notio corporis sit huiusmodi, & ab ea definitio trahatur, perspicuum est, unumquodque; fateri nisi sit amans litium, & neque eadem definitione explicari, atq; intelligi, neque naturam æqualem habere hæc singula, hoc est tres dimensiones: neq; eandem capere definitionem, neq; dici posse, corporis longitudinem esse corpus: nisi connexionem: cũ sit corporis accidens. similis est ratio latitudinis, altitudinis, grauitatis, figuræ, & uno uerbo, ceterarum qualitatũ, atq; accidentiũ. sed hæc, ut quibusdam placet, neq; esse, neq; intelligi sine corpore possunt. quod si expẽdamus, unã horã oĩa efficere, ac protrahere, ac dicere nihil aliud, q̃ unũ solũ corpus, certe erit absurdũ. sunt. n. innumerabiles naturæ substantiarũ ex proprietate ductæ, itemq; qualitatũ, & accidentiũ: quæ & differũt, & uaria sunt, atq; cõtraria. ubi igit̃ de differẽtia loquamur, ullũ horũ esse idẽ cum altero ne dicamus. præterea si figurã, quæ corpori accidit, esse corpus dicemus. patet a nobis dici, corpus corpori accidere, quod absurdum est. quodnam. n. eorũ potius substantiam, quodq; accidens esse affirmabimus? si uero unica notio est corporis, ut corporis, certe qui figurã esse corpus dicit, is aut uacãs sensu nomẽ de accidente profert, aut homonyme nominat cũ corpore. quorum utrunq; absonũ est. nã & significat aliquid: proinde nomen est: & notionẽ a corpore diuersam indicat, licet corpus a figura non separetur. similis est in ceteris accidentibus ratio, coloribus, saporibus, quæq; ad olfactum pertinent, & auditũ ut in uocibus, uerbis, sibilis, stridoribus, applausibus, gemitibus, crepibus, stertoribus, bombis, sonis, ac strepitibus. si uero dicat quis, hæc omnia, & cetera consimilia esse quoquo modo aera percussum, recte ei obijcietur illud Menandri: Nimirũ hæc perdidere te miser. propterea quod circa corpus tale quidpiam nõ intelligatur, quod ego quoq; confiteor. sed rem habentem cum re habita unam eandemq; debere censeri, non concedo. neq; n. Cleanthes erat tuberculum, cum hoc ei in morbo accidisset. neq; item Chrysiptus, neq; Epicurus urinae stillididium: quãuis eis acciderit, ut eo morbo uexati e uita excesserint. quare neq; percussio aeris est aer. sed differt natura, intellectu, & definitione, quæ quid utrunq; sit, explicat. porro & inter se, & a corpore diuersas esse figuras, petam hoc ad probandum testimonia. geometræ aliam circuli, & aliarum figurarum

Aguratum, & aliam corporis definitionem tradiderunt. quorum aut diuersæ definitiones sunt, etiã significationes differũt: ac multo etiã magis animi notiones. quis igit̃ sapiens hæc oĩa esse unũ dicat? ac si corpora esse dixerimus ea, quæ corpori accidũt, ex eis quæ nã alicui accidere dicemus? utrũ hæc erũt corpora de numero eorũ, quæ ita ab oĩbus solẽt appellari: ut & cũ his oĩbus, & priuatim cũ singulis corporibus cõiunctione iungantur? nã absurdũ utrũq; est, siue hæc corporeã habeãt substantiã, siue corpori dicantur accidisse. si igit̃ corpora sunt accidentia, oĩa quæ sunt in rerũ natura corpora nõ abimus, & nõ alia accidentia alia corpora. si nõ corpora, sed alia quædã, fiet, ut accidens nõ sit corpus. uel si his oĩbus, quæ corpora sint, accidat id, quod re uera corpus appellari ab omnibus solet, perinde erit, ac si quæretur de te, an quod manet indiuisibile accidat his omnibus, ipsis in numeros æquales non diuisis. hoc enim nullo unquam tempore, ne minimo quidem, non controuersum permanfit.

Non posse corpora accidentibus accidere, & qua inde absurda consequantur.

Cap. 3.

Sunt qui cõtra sentiant, hæc nimirũ rebus, quæ sint, accidere, quod si quis, ut absurdum, fugiat, cõcedatq; æquali numero ijs, quæ uocantur accidentia, quæ ipsa quoq; corpora appellat, accidere substantiam: is se rerũ naturã & notionẽ peruertere, plane ignorat, si corpora dicat accidentia, corpusq; accidentibus accidere, & accidens corporibus corpus efficiat: ut merito postea dubitaturus quispiam sit, itaq; dicturus, si id, quod appellari corpus consueuit, diuisum accidentibus numero æqualibus, cuiusque istorũ priuatim accidit, alia corporis pars alij accidenti parti accidet. sin aut accidentia quoq; sunt corpora, & corpus oẽ in infinitũ secãt, singillatim unumquodq; horũ infinitorũ corporũ alijs accidentibus, quæ & ipsa corpora sunt, accidit. uide, quot absurda cõsequantur: nã & corpus corpori accidit, & qd̃ unũ putat, infinitis: & simul totũ & nõ totũ. ac totũ, si uniuersa figura pomis, ac rotũditas, quãta est, accidat omnibus alijs, quæ pmo accidũt: nõ totũ uero. si unaqueq; ex infinitis particulis nõ est eadem cũ eo, unde sit dissecta. ac si pomi corpus est corpus, & figura, & color, & odor, & sapor, q̃ gustatu percipiẽ, & horum unũquodq; solũ in infinitũ secãt, an nõ ex infinitis pomis erit cõstatũ, eaq; singula erũt rotũda nõ secus q̃ rotũ pomũ? si quidẽ eiusdẽ figuræ particeps est & pallidũ, & dulce, exẽpli gratia, aut austerũ: taleq; ad olfactum est. itẽq; singulæ particulæ infinite erũt pomũ, si hæc habet oĩa. atq; ita ex infinitis corporibus, immo uero potius ex infinitis pomis, quod oculis subiectũ est, pomũ erit cõstitutũ. qd̃ multis modis ridiculũ est. sed unaqueq; pars nõ rotũda, nõ iã erit pomum, sed eius pars: pomum. n. cum figura rotunda erat. si uero unũ solũ ex unica substantia corporea, multisq; ac uarijs accidentibus cõstet, nõ ne planũ est, nullũ eorũ corpus esse: utrum hæc singula propriũ locũ obtinẽt, an eundẽ oĩa? si propriũ, clarum est, nec proprietatẽ, nec qualitatem eorũ mutuo cõicatã esse: neq; pomũ eẽ orbiculatũ, neq; pallore coloratũ, neq; hac aut illa ad gustatũ, aut olfactũ qualitate affectum eẽ. si sunt simul oĩa, unũq; occupat locũ, proprietatem cõfusio est: ut in medicamentis, q̃ ex multis, ac uarijs formis cõfecta sunt atq; cõmixta: in quibus proprietates & qualitas cuiusq; admixtæ materiæ itegra nõ seruat: sed unũ quid ex oĩbus efficit. nõ est igit̃ in cera cuiusq; ut ita dicã, spẽi cognitio, ut huius orbiculatæ pomi figuræ, huius coloris, & aliorũ accidentiũ singillatim. ac magis ẽt, nisi hæc partes appositæ, se se mutuo tãgant, sed p totas totæ mixtæ sint, ppria cuiusq; qualitas perit. quin ne mixtionẽ quidẽ hæc proprie appellabis. nã, si proprietates quædã p se non sint in unũ cõductæ, nec detẽtẽ, quo mō ea mixta dicentur? oratio. n. ita prouehet, ut nullũ sit terminũ re-pertura, si corpus lōgitudo, corpus ẽ: si itẽ latitudo, & altitudo: simul. n. in quã, infinitæ erũt corporũ infinitates breui lōco, quẽ sensus circũscribat, & itẽ horũ multorũ, imo potius infinitorũ corporũ [erit infinita] multitudo. Accidentia nõ esse corpora, alioqui corpora corporibus subito cedere, et alia absurda sequi per multa. Ca. 4.

G. l. ap. 1. m. i. numeri. sed non coheret itaque legen. ἀριθμίου.

An igit̃ sempiterna est? & quõ primã substantiã qualitate uacatẽ dicẽt, ex qua & mundũ, & oēs rerum singularũ formas effectas uolunt an ex quodã facta tpe, & oĩa in idẽ cõuenerunt, ut ex illa cõiactioe res cõcretæ fiant? sed hoc & maxime absurdũ, & multis eẽ modis affirmat. primum, qd̃ corpora nõ eẽ naturæ unũ materiæ uident, multæ at, infinitæq; differẽtiæ sunt cõis substantiæ: alia figurarũ, q̃ spetie infinite sunt: alia coloris, & huius qd̃ spetie innumerabilis: alia saporis, ad gustatũ ptinẽtis, cuius est ẽt interminata differẽtia: alia ad olfactum, cuius est ẽt multiplex uarietas. quare infinitates, & differẽtiæ qualitatũ corporatarũ erũt ex eorũ snia infinitæ, una erat, q̃ facta est, quãptiri p icertas nimirũ oportet: q̃ qd̃ opus ẽ, ut corporeæ fiant: nã anticipat corpus eẽ, & quædã effectẽ substantiæ. si uero unũquodq; horũ corporũ infinitorũ in infinitũ secẽt, infinite illæ infinitates quõ, & quĩ cõueniẽt? in infinitũ. n. p trãstri nõ pót. & lumẽ est corpus, & cãdor, & calor. uidemus at oẽ corpus quotũ, quãtũq; est, naturã simul autẽtricẽ p se hẽre. & aqua a sole calfacta, amplior sit, & maior. p inde maiore locũ requit. quõ at figurã, & reliqua accẽtia, singula exiguũ in locũ, milij corpus, exẽpli causa, nõ excedẽtẽ, cõueniũt, simulq; spirãt: & ex æternitate, neq; mutari in uniuersum deberẽt, neq; corrũpi. nã quod æternũ est, mutationi, nõ est obnoxio: cuiusmodi sunt naturæ deorũ, qd̃ si uerum sit, quõ aliquã cerã, uerbi gratia, transmutabimus? & quid fiet, si quadrata sit, eãq; rotundã faciamus? an substantia erat quadrata? si. n. ceræ substantia ante erat quadrata, nunc unde ei accessit, ut rotunda sit? & qua de causã ea forma inducta est? si per corpus, absurdum est: cũ ne cogitatione quidem complecti queas, ut corpus per corpus penetret: si nõ q̃ sciat renixum esse pprium corpus, ut percipue nos ei docuit definitio. si p inane, erit nihilo minus absurdum. quĩ Stoici nihil eẽ iane in mũdo uelint: & rotũditas sit corpus, & reliqua hẽat accẽtia, & figurã, q̃ & ipsa, ut planũ est, rursus ex alia corporata figura erit, & illa ex alia, hocq; i infinitũ. si uero ex figuris rotũdis, q̃ in infinitũ secant, hoc aggregatũ rotundũ factũ aspectu nostro percipiẽ, considera, quãso, fabulã, & quot

SPVRII.

C ex

ex hoc cōmento infinita consequantur. si non ex rotundis, quomodo ex eis quidpiam sit rotundum? ridi- culum est sane dicere figuras rotundas in rotundam figuram scari. cū contra attestetur hoc, quadrata inquā in quadrata nō scari. quid porrō de ceræ transmutatione dicent? an differentium corporum figu- rationes sibi mutuo cedunt unā cū intelligentia? qui non erit ridiculū, tanquā animatas, rationisq; par- ticipes substantias exire, & sibi mutuo, quali ex cōstituto, cedere? atq; et id, qd' dicit, sit infinitus. si unā cū cogitatione digitos porrigimus, & contrahimus: nam si pugnus, & exporrectionis non sunt accidentia, sed corpora, necesse erit, ut infinitas simul figuratas accedere, recedereq; figuraciones dicamus. ac si duas solas esse dicas, nec numero pares porrectionibus, & contractionibus, hoc uarijs adhuc difficulta- tibus erit inuolutū, ac multo et maiorib', nisi cōtractionis, porrectionisq; figuratiōes accedat: sed altera manu desinit, saltatorē. n. momēto t'pis dissolui oportebat, corporibus alijs post alia clā abscedētibus. ad hęc autē dicit si cōionis causa sunt effectricia corpora, quonā pacto acetū fiat? quō inconcoctionē ef- ficere? quō abire? & unde ueniūt corpa qualitatis acetū effectricia? si in uino inerat, quo mō tūc uinū, & nō acetū erat? signū ē tertia quādā ex utroq; qualitas, q' nec uinū, nec acetū ē, siue mixtiōe, siue appositioe ea sit facta tēperatio. *Que absurda circa primam materiā contingāt, si qualitates esse corpora concedatur. Cap. 5.*

AD ea autē absurda, quæ allata sunt, hæc et accedūt: substantiā ex multis, uarijs, differentibus, cōtra- rijs, infinitisq;: uel solū nō infinitis numero cōcretionibus eē cōstitutā: itēq; in infinitas cōcretio- nes diuidi: hæc nepe definitā, quā oculis cernim', uerbi grā, pomi naturā, quā Stoici primā materiē, pri- mām; substantiā uocāt: ex qua & mundū, & unāquanq; rē in ipso semper esse procreatā uolūt. si qualita- res erāt corpus, cur hæc quoq; nō erat qualitas? liquidē habebat qualitātē. ac si alias qualitates non ha- bebat, saltē pōdus habebat, qd' esse corporis dicūt. iā cur simplicē esse aiūt primā substantiā, & nō cōpo- sitā? si eā esse terminatā, terminisq; utentē dicāt, patet eā quoq; figura esse predictā. absurdū. n. est, corpus proprijs circumscripsum terminis non omnino figura constare: & si hoc ex suppositione non intelligat. quocirca si habebat hæc oīa, quæ ut ipsis placet, corpora sunt, nō erat profecto, expers qualitatis, neq; simplex, sed pluriū diuersorūq; corporū conuentus, & coagmētatio. atq; ita ex ipsorū sententiā nihil erat nō mixtū. si nihil horū habebat, in primis ne p'cipi quidē pōt: & p'ter nomē, aliud est nihil. si. n. tale eē nō oportet, nihil est, si quale, sed ut tres dimēsiōes, & figuras nō habeat, oīno hoc eius propriū accidēs ne in cogitationē quidē cadit, graue ipsum esse, aut leue. nec minus absurdū est, si quis dicat hoc habere si mul utrunq; & cū eodē, nō cū alio, atq; alio cōparatū: cū illa substantiā nō habeat eorū quæ ab ipsa, ut dicit, facta sunt: & unūquodq; primorū quatuor qualitātē habeat. erat. n. magis consentaneū, si qualita- tis expers erat, ut quæ ex illa fiūt, ac fingunt, eā haberēt. si uero neque illa hanc habebat, neq; unum ex suppositioe, essetq; æthere' ille ignis, a quo & elemēta, & mūdū esse p'creatū asserūt: quo mō hæc, q' ge- nita, effectra, sic itaq; hūit: nō magis utiq; figulus uasculis, quæ ex luto fingit, auri qualitātē circūponet.

Si accidentia sint corpora, præter cetera absōna, hoc sequi, ut Iupiter sit Proteo mutabilior. Cap. 6.

Quare solus Medicus is est, qui et multis medicamentis, quæ oīa parem qualitatem habeant, ex ea mixtione quoddam medicamentum diuersum qualitate efficit. Iouem autē negant primæ substan- tiæ figuratiōem, aut longitudinem, aut ullum aliud accidens miscere: siq; miscet, & ea quoq; numero eorum, quæ sunt, continentur, æterna itidē esse perspicuū est. iam uero qua ratione uolūt primā mate- riem solā, qualitatis expertem, esse æternā, & non itē alias qualitates, oīaq; accidentia? neq; n. aiunt ef- fectorē esse Iouē, ut artificē, qui manu faciat, sed totū per totā materiā permeantē omniū opificē esse. diuini autē ignis quantitatem, & singula, quæ in quantitātē cadunt, accidentia, ut longitudinē, latitudinē, altitudinēq; , præterea uero eius partem rationis compotē, & beatitudinē si esse substantias dicēt, easq; corporeas statuet, certe Iupiter, ut iam patet, ex corporibus cōstabit, & non simplex, erit, sed cōcretus. si uero naturas ipsas sine substantia in accidentibus esse cōtendent, nostra sententia confirmatur, neq; accidentia, neq; qualitates corporeā habere naturā. si uero Iupiter se trāsformans æquali numero cum ijs, quæ dixi, accidentibus, innumerabiles qualitātū conuersiones nanciscatur, uilior erit illo in fabulis decātato Proteo. ille enim in paucas se naturas, easq; nō indecoras, se se cōmutabat, ac trāsformabat: H

Horrendo fuluum præfert nunc ore Leonem:

Fitque liquens unda, aut umbrosis montibus arbos,

Squameus aut anguis, sus horridus, atraque tigris.

ipse aut, nihil adeo turpe est, quin id fiat: nā p' hoīem imprudentē, ipse nimirū est imprudēs: p' sententiā de turpi, turpiū auctor: p' aīalia rōnis exptia, in ferinā naturā uersus: p' lapides & ligna, inanimis effect' p' stercus, respuēda natura, & inutilis efficiēt. si uero se ipse, ut materiā trāsformare, figurare, atq; efficere uult, quonā modo hæc poterit efficere, nō magis quam fictor statuā auream ex plūbo facere pōt. sed ea p'cedunt, eos esse corpora confirmāt. hora autē est, ut dicamus, nos p'cedentibus corporibus moueri, rur- susq; ab illis conuiescere. deinde aut affectus accedunt, itemq; recedūt: atq; hæc esse corpora dicunt. at quō, non sit ridiculū, si pruritū esse corpus dicas? ac nō solū, quod scabit, sed etiam quod quis scabit, cum uero nullus affectus sine corpore agente, & patiente accedat, hoc ipsos in fraudē impulit, ut affe- ctus corpora noīarint. uerum si ratione quādā noīandi p' relationē sic uocaret, eis ego nō succēserē. scio enim ita quoq; albā uitē appellari ex relatione ad albos racemos, quos profert: & t'pa mala dici p' ca- lamitates, quæ tūc accidūt, & noctē auxilio uacantē, in qua nullū sumus auxilium cōsecuti. sed hi primo

† Fortasse le- gen. 270000 difficile. ut paulo post. † G. l. 270000 72. i. incorpo- rea. sed no; cōuenit. idē sic, ut nosle- gen. puto.

R.

R.

† V. l. habet. i. n. on.

† Al. Simplicii bus. nam. v. l. habet 270000. † Impresit. lib. 1. d. i. i. pro- pria.

† Al. ipse uero utpote qui materia & c.

A& præcipue errarunt: figuratum enim corpus dicimus, affectumq; & motum. at figuram, affectū, & mo- tum non dicimus corpus. immo uero nec pugnum appellamus corpus: sed manus quodam modo figu- ratas. age uero quid facient aduersus eos, quibus placet, solas res corpore uacantes, & non iam corpo- ra, efficere? quid Aristoteli respondebūt, qui cum generalem rerum diuisionē faceret, alias esse substan- tias, alias accidentia censuit? quid item sibi ipsi uolunt, cum substantias, & accidentia pronunciant? si hæc quoque esse corpora dicunt, quæ neq; etiā ut partes corporis uocantur corpora, ut manum, ut digi- tum: nec uelut in talento minam. si uero figuram hoīs esse corpus aiunt, iam tempus est, ut formam ani- malis, ortūq; & interitū, & rationē, & prudentiam, & Atheniensem esse, & philosophari, & Sophronisici, filiū esse, & simum, & caluum, & abdomine prominenti corpora dicamus: deniq; ceteris accidentibus si pares numero corporum formas statuas, animal ipsum magis esse, quā Briareū, & Typhonem, mul- tiplex, ac pluribus præditum corporibus facies. si animalis forma corpus est, quomodo cunctis accidit animantibus? quomodo essentia, quomodo in loco esse? siq; ut omnis oculus proprium locū habet cor- pus perlucidum, ita etiam singula habent accidentia, absurdum est: sic enim horū admixtio nulla ipsorū natura perficietur. sed habet hoc, ut dixi, difficultatem, ut omnia unum occupare locum asseramus. nam confusa, & in uale commixta neq; uarietatem non seruent, neq; naturam suam, ut in medicamentis mixtis fieri monuimus. utrum inquam, totum corpus formæ animalis tam multis accidentibus singul- latim accidit, an pari numero, ut diuiduntur? nam utrunque absurdum esse superior declarauit oratio. quid. n. cuiq; opus est corpore, si ipsa sunt corpora? ceterū singula accidentia non esse corpora, ex hoc quoque percipies. oculis oclusis uel ipso tactu corpus tactu temporis deprehendimus: colorem aut saporem, non unā deprehendimus, neque item figuram tactu corpore. & tamen hæc singula a materia, non tactus cōprehensione erant deprehēda: cum pomi rotunditas, exempli gratia, spectari ratione non possit. eadem de sapore ut ratio. ac si unumquodq; accidens est corpus, quid tandem sibi uolunt, cum aiunt, solum corpus diuidi in infinitum, & non figuram, uerbi gratia, & dulcedinem, & cetera sin- gillatim? idque non complicatione inquam, uel relatione ad id, quod appellari corpus consueuit, sed recte. cur autem, ut dixi, solius corporis hanc esse definitionem uolunt, triplici inquam dimensione cū renitentia contentum? & non colorem, non liquore, nō sapore, nō cetera accidentia singillatim hac de- finitione explicant, si hæc omnia esse corpus asserunt. quamuis enim specie differant, cōmuniter tamē genera esse uolunt omnia. ut igitur siue hominem, siue equum, siue bouem definitio, animal genitū, mor- taleque dico, quæ sunt hisce communia: deinde singulorum proprietatem adiungo: sic in cuiusq; acci- denti asserenda definitione, substantiam corporatam triplici dimensione cū renitentia cōtentam dicāt, Hæc chare Pindare, ut explicentur, a Stoicis postula: nec ut alios secum eisdem erroribus implicitos unā rapiant: sed sinant, ut crimina resellant: contradictio enim falsarum opinionum non est in eo posita ut cum amicis, eas communices, sed eas ut explices, atque dissoluas.

GAL. ADSCRIPTVS LIBER, QVI MEDICAE DEFINITIONES INSCRIBITVR.

Io. Baptista Rasario, interprete.



D

RACTATIONEM definitionum, quæ & medicis oībus, & ijs in primis iuuenibus, qui nup institunt, q' utilissima est, ut tu, medicorū præstātissime Teuthra, a me petijsti, in unū redigere, & cōsignare monimētis litterarū cōstitui. cū. n. ars me- dicinalis sit ad uitæ usus accommodata, sitq; ad hoīum adinuēta salutē, ac multa, ea; pulchra p'cepta cōtinet, nec facile percipi posse uideat, sit, ut definitiones quibus multa explicari paucis possunt, utilissimæ sint futuræ. illud. n. in omni- bus artibus, ac sciētijis optimū docēdi genus est, quod nō proluxa oratione, & quæ nullū exitū reperiat, sed breui recte dignoscat. quā ob rē p'isci, quiq; ante Hippocratē fuere, quorū ad nos libri peruenerūt, nec quicquā, quod ad artē pertineat, definitione ex- plicarunt, nec multa, sed pauca admodū uolumina posteris reliquerūt: quos sane par ē ornare laudibus, & qd' primi animū ad hęc appulerūt, & qd' aliquid ad uitā utile reperire studuerūt. Hippoc. aut post hos exortus tū medicinā scripsit illustrauit, tū uero in lib. de arte definiuit. fuitq; is bonorū semp auctor, cu- ius apud Græcos ne posteritas quidē oīum seculorū immemor erit: qñ is in oēs beneficia publice con- tulit immortalia. qui uero post ea t'pa floruerūt, scripsere illi quidē definitiones, sed non cuncti. in hoc aut studiū diligenter incubuisse uidentur ijs, qui Erophili sectam adamarunt, & Appollonius Mēphites, itemq; Attalensis Athenæus: sed hi neq; ordine, quo decebat, usi sunt, neq; librū cōfecerūt: sed uage, & passim suis in libris cōscripserūt. ad hoc accedit, ut cū nō oīa, quorū in medicina usus ē, definitioe expli- cāda sibi proposuerint, mōca sit corū, & decurtata tractatio. ac si quis scire aueat, uera ne sint, quæ mo- do asserimus, in promptu sunt eorum libri, quos perlegat: nos uero lōga instituta oratione, definitiones a maioribus proditas totidem uerbis adscribentes, eas apto ordine distribuemus. ac si quas ueteres nō attulerint, eas nos proponemus, & in ordinem redigemus; atq; ut tu censuisti, librum collectorū abso-

lutum conficiemus. atq; his quidē, optime Teuthra, nec fuisse, nec fore iuuenibus instituedis quicquā
 utilius mihi persuadeo. ac de his hæcenus. in primis aut necesse est exponamus, & quid utilissimum, &
 quid ordini doctrinæ accommodatissimum, & quod definitio ipsa sit. deinde uero definitiones subiūgemus.
 Ac definitio quidem, ut quibusdam placet, est oratio, quæ explicat, quid sit id, quo de agitur. potest etiā
 hoc modo exponi. definitio est oratio intelligentiæ. quidam sic quoq; scriptum reliquerūt; definitio est
 oratio, quæ perfectionem resolutione consequitur. definitio est oratio, quæ leui submonitione in rerū,
 quæ uocibus subiectæ sunt, cognitionē nos perducit. uel sic, definitio est oratio, quæ rei essentiam indi-
 cat. uel, oratio, quæ rei notitiam indicat, atq; aperit. Determinatio uero est rei, quæ ut uniuersalis dicta
 sit, nec tamē sit uniuersalis, ad uniuersale per appositionē deductio. Descriptio est oratio, quæ nobis ad
 rei, quæ declaratur, adumbratam cognitionem uiam aperit. aut sic, Descriptio est oratio, res adumbra-
 tim cōmonstrans. Scientia est firma, certa; cōprehensio, quæ a rōne dimoueri non potest. eadem defi-
 niri hoc pacto potest: scientia est habitus, qui ex uilis opinionem affert, quæ a ratione non potest dimo-
 ueri. Ars est ex multis animi perceptionibus exercitatione conquisitis, & in unum exitum rerū, quæ in
 uita sunt, spectantibus, coaceruatio. uel, Ars est ex animi perceptionibus usu conquisitis, & in unum exi-
 tum spectantibus, coaceruatio. Hippocrates in libro de arte, medicinā ita definiuit: ipseq; princeps me-
 dicinam uocauit: ut sit, quæ ægros prorsus liberet a morbis, ac morborum uehementiam obtundat, &
 ne desperatis manum admoueat: quod planum sit, medicinā posse hæc omnia. pleriq; uero sic
 definiunt, Medicina est quæ sanis uictus rationem præscribit, & ægros curat. secta est assensio mul-
 titudinis decretorum. arte ordinatorum, quæ ad unum finem referuntur. uel sic, secta est coaceruatio de-
 cretorum, se se mutuo consequentium, & quæ consequi uidentur, aut existimantur. posset etiam ita quis
 dicere. secta est, cum multa decreta inter se consentiunt, quæ ex ijs, quæ consequi uidentur, aut putant,
 consequuntur. huiusmodi etiam definitio quædam reperitur, secta est assensio multorum decretorum,
 quæ & se se, & apparentia consequuntur. uel sic, secta est ex decretorum multitudine consensio, quæ con-
 sequentia inter se ad unum finem pertinent. Decretum (seu dogma) & proprie, & communiter dicitur:
 communiter, rei consensio in actione: proprie uero, magis rōnalis secta dogmatica est appellata. princi-
 pes autem medicinæ sectæ, duæ sunt, empirica, & rationalis: ac methodica, tertia. Agathinus Spartanus
 quartā inuenisse sectam uidetur: quam super compositiuam nominauit: aliqui electricam uocarunt. em-
 pirica secta est earum rerum, quæ sæpe, & in eodē, & simili modo fere uisæ sunt: rationalis secta est ob-
 scurarum rerum scientia, atq; ex ijs operibus, quæ ipsam in facienda medicina consequuntur. methodi-
 ca est ratio, quæ ab ijs, quæ apparent, progreditur, & rerum abditarum comprehensionem gignit: ut si
 sudores adfuerint, etiam meatus sunt. nam sudor est res, quæ apparet: meatus uero esse, abditum est. Ratio
 cinatio est oratio, in qua positis quibusdam, aliud quid, quàm quæ posita sunt, prius ignotum, necessa-
 rio conficitur. Epilogismus est ratio, quæ id, quod ab intelligentia defleat, ad certā ducit notitiā. Theo-
 ma est res uniuersalis, quam ex fine medicinæ cōsequentē statuūt: uel pronunciatū uniuersale, quod me-
 dicinam cōplet: uel theorema est, cuius cōtrariū raro euenit. anceps opinabile est, cuius pōt contrariū
 pari rōne euenire. Finis est, cuius causa, quod ad medicinā prinet, efficitur. uel hoc mō. Finis est, ad quē
 oīa, quæ medicinæ sunt, referunt. sic etiā posset defini. Finis in medicina est, quæ cōsecuti, nulla p̄te-
 reā indigemus. Perfectus Medicus est, qui in cōtēplatione & actione est oībus numeris absolutus. Opti-
 mus est, qui in medicina recta rōne facit oīa. Homo est aīal, particeps rōnis, ad mentē, & scientiā adipi-
 scendam natū. Aīal est essentia, aīata, sentiēs, quæ impetu, & uolūtate cietur. Aīa est essentia, uacās cor-
 pore, quæ, ut ait Plato, suo motu cietur. ut uero Stoicis placet, est corpus leue, quod per se mouet, cōue-
 nienter feminis rōnibus. ut autē proditū ab Aristot. est, perfectio corporis organici, phisici, quod faculta-
 te uitam habeat. corpus est magnitudo ex trib. dimensionib. habēs in se longitudinē, altitudinē, ac lati-
 tudinē: aut, magnitudo ex tribus constās interuallis. Elementum est, ex quo primo, & simplicissimo fa-
 cta sunt oīa: & in quod simplicissimū cuncta resoluent. Athenæus porro Attalēsis in tertio libro sic scri-
 ptum reliquit: Elementa medicinæ, ut quidā ueteres existimarūt, sunt hæc, calidū, frigidū, humidū & sic
 cum, ex quibus primis, apparentibus, simplicissimis, & minimis constitutus homo est: & in quæ postre-
 ma apparentia, simplicissima, & minima resoluetur. Elementatio est eorundē, eadē de re, & simili mō do-
 ctina. alij sic: Elementatio est ab elemētis ad finē uia. nostra autē corpora ex solidis, humidis, spiritibusq;
 constāt. solida sunt ossa, chartilagine, nerui, musculi, uenæ arteriæ, & uiscera, quæ oculorū effugiunt ob-
 tutum: humida sunt humores, & excremeta: spiritus, calor innatus, qui in corde est. Dissectio est absco-
 ditariū partiū cōtēplatio. dissectionis sunt duo genera: quorū alterū data opera aggredimur, alterū ca-
 su fit. est autē qd̄ data opera obimus, qd̄ dogmatici docēt, ut ptes occultas cōprehēdamus, uel in uiuis,
 uel in mortuis, ac uel ī totis uel in partibus. casu autē fit, cū sorte accidit, ut in magno illato uulnere usu ue-
 nit: in quo genere soli empirici uersant. Chirurgia est manuū nō tremularū celer motus cū experientia
 cōiunctus. uel artificiosa manuū actio in medicina cōuenientis finis cōpos. Pericrania est neruosa mē-
 brana, quæ totā caluariā cōplectit. Meninges corpora neruosa, arteriosaq; sunt quibus cerebrū cōtinet,
 cerebrum est albū, molle, tanquā e spuma quadā concretum, humidum, ac calidum. Cerebellū est post
 cerebrum collocatū, similisq; est & naturæ, & coloris cū cerebro. Dorsalis medulla similē cerebro natu-
 rā habet, pinguior tñ, & cādidior. Oculi ex quatuor cōstant tunicis, neruosisq; sunt, inq; eorū sensum su-
 biecti colores, magnitudines, ac figuræ cadunt. Aures neruosa, chartilaginosaq; sunt, ac uoces, & earū
 differentias

Apud Hippo.
 in principio
 lib. de arte, &
 e. i. non.

isthm.

A differentias sentiunt. Nares neruosa chartilaginosaq; odores percipiunt. Lingua uenosa & carnosā est,
 ac subpinguis, saporum gustatu prædita, estq; ad deglutendū cibum adiuuētō. Larynx chartilagineus
 est. per quem spiritum ducimus, uoci conformandæ adiutor. Pulmo arteriosus est, ex leuibus, asperisq;
 arterijs, fungosior, respirationis instrumentum. Thorax ex uenis, arterijs, neruisq; a natura effectus, ad
 respirationem concitandam. Cor nerueum, musculosum, uenosumq; est, atq; arterias habet. con-
 formam gerit, subpingue: ex quo arteriæ, uenæq; exoriuntur: per quas sanguis, & spiritus comportatur. fe-
 ptum transuersum nerueū est, uiscera quæ in thorace ab ijs, quæ sub thorace sunt, distinguens, ac sepa-
 rans. Iecur uenosum, calidum, ac sanguine redundans est: ac primam sanguinis procreationem plurimā
 facit. estq; uentriculo ad concoctionē adiuuētō, quod sua uicinitate ipsum cōcalfaciat. Lien est ueno-
 sus & arteriosus: uasa habet tenuia, multa; inter ea cavitates, quæ ob rem rarus, fungosusq; est. Stoma-
 chus neruosus, arteriosusq; est, appetitus, ac deglutitionis auctor. uel, meatus humidi, sicq; alimenti.
 Venter uerosus est, humidus ac ficci alimenti receptaculū, ad concoquendū cibū constitutus. Inte-
 stina neruosa sunt, ea; partim ad excipiendum, partim ad excernendum excrementum comparata. Re-
 nes carnosus sunt, ex carne friabiliore constati: sanguisq; humidi excrementi, ac uelut lacunæ a natura fa-
 cti. Vesica neruosa est, receptaculum & instrumentum humidi excrementi excernendi. Testes carnosus
 sunt, ac perfragiles, humidus, calidusq; adiuuant concoctionem seminis, quod in parastatis est. Parastatis
 sunt ex uena, arteriaq;, quæ in idem conferuntur, confecti: ac semen simul fouent. Vterus extrinsecus
 neruosus est, intrinsecus carnosior: uas est foetus continendi. Excretio est, cum excrementa corporibus
 adiecta feruntur. Stercus est alimenti expurgatio in facienda concoctione, & distributione, secreta. Uri-
 na est sanguinis in magna uena percolatio, quæ per renes & ureteres in uesicā comportatur: uel sic, Uri-
 na excrementum est in iecore genitum, secretum in renibus, per ureteres in uesicam comportatum: atq;
 inde per eius collum emissum, quod Græci *υριθρον* uocant, quod ea parte urina exeat. Urinæ autem effi-
 ciens causa est sanguinis in iecore procreatio: eadem cohibetur, uel quod sanguis in grumos con-
 crescit, uel quod meatus genitalium concidit: uel propter renum affectum, qui eam partem in consen-
 sum trahit: uel propter ulcerationem deniq; ceterum prima suppressionis urinæ nomenclatio est isthu-
 ria, cum urina retinetur: secunda, dyuria, in qua urina ægre it: tertia, strāguria, quod guttatim distillet.
 Humores, ex quibus animantes constant, quatuor sunt, sanguis, pituita, duæ biles, flaua, & atra. hæc;
 corporis elementa medici uocant. ac sanguis calidus, humidus, dulcisq; est: pituita frigida, humida, sal-
 sa, & tenax. flaua bilis calida, sicca, acris & mordax: atra, arida, frigida, acida, grauissimaq; sanguis por-
 rō calidus, humidusq; in uenis copiosus est, in arterijs parciore, atq; ex eo animal nutritur. pituita frigi-
 da & humida ad deglutendos cibos, & articulos mouendos a natura præparata. Flaua bilis calida, sic-
 caque est, ad stomachum firmādum, & uentris excretionem facta. atra bilis frigida, siccaq; est, ut nuper
 dicebamus: itemque acida, ac grauissima. eius sedes in liene est, & cum sanguine miscetur. ab eo autem
 feiungitur, ne ille crassus, & ignauus sit, atq; ægre digeratur. [sunt præterea quatuor melancholici humo-
 ris discrimina: primus horum humorum est elementaris, alter ex bili nimium afflata gignitur: huncque
 bituminosum uocant, quod modo bituminis splendorem ex se mittat: certius, qui ex pituita, quæ com-
 putruit, efficitur: quartus, qui ex sanguine foeculento constat. Flaua bilis sex differentiarum afferuntur: bi-
 lis ipsa elementalitatis: quæ uitellum, quæ glastum, quæ porrum, quæ aruginem refert: postremo loco pal-
 lida est. Pituitæ differentiarum sunt hæc, dulcis, salsa, qualitatis expertis. Humor in uentriculo triplex est
 status, aut innatant, aut exuguntur, aut inducuntur. Mucus cerebri expurgatio est, ut princeps animi
 pars leuationem nanciscatur. sudor est percolatio tenuis, ac serosa humiditatis, quæ inest in sanguine.
 Vena est uasculum sanguinis, & natui spiritus, qui sanguini immixtus est. ea; neruosa, humida, calidaq;
 est, & sensu prædita. Arteria est uasculum sanguinis paucioris, & purioris, & natui spiritus contem-
 perati copiosioris, & tenuiorum partium. estque calidior, siccioreque, & maiore sensu prædita, quàm ue-
 na: & motum ad pulsum accommodatum habet. [Vel ad hunc modum: Arteria concuum corpus est,
 Dex duplici tunica. ea; uitalem spiritum subministrat. eadem, dum distenditur, purum exci-
 pit aëra, & cor, ac natium calorem refrigerat. dum contrahitur, fuliginosa, fumeaque excrementa
 expellit. est autem usus pulsus, ut per aërem refrigeret. ceteris aeris essentia, eo quod ad nostrum spiri-
 tum aggregetur, sit animalis spiritus procreatio, & amplificatio.] Neruorum triplex differentia est: qui
 enim e cerebro, dorsaliq; medulla exortum capiunt, ij proprie nerui nominantur: qui e musculis, ten-
 dines: qui ex ossibus, copulæ. Nerui de cerebro, eiusq; membranis cōes exorti, sicciore, ac minus cali-
 di sunt, q̄ uenæ: maioreq; sensu, q̄ arteriæ: ac motus uolūtarios absoluūt. qui uero ex ossibus, articulos,
 & mēbra corporis colligāt, & cōtinent. Musculi neruosa corpora sunt, quibus est etiā intermixta caro, ad
 mouēdas corporis partes cōparati. Mēbrana periosteæ sunt tenuia, fibrosa; inuolucra, quæ tanquā of-
 sū indēmāta natura fabricata est. Pinguedo est affusio alimentī, q̄ circa mēbranas maxime cōcreuit, sen-
 susq; expertis est. Caro cōcreta est ex sanguine, humidaq; est, ac calida, ac mollitiē corpori affert. Medul-
 la in ossibus inest, eorū cōtēta cavitatibus, ac pinguis, & sensus expertis. Chartilagine corpora magis ter-
 rea sunt, sensusq; uacantia. Ossā sunt corpora sicca, ac terrea, & frigida, & sensus expertia. Dentes sunt,
 qui alimentum secant, & conficiunt, & ad uocem articulandam nonnulli adiuuamento sunt. [Palatum
 superior oris pars dicitur, & a cæli similitudine *σπερμα* appellatur. Gurgulio exigua caro est a fau-
 cibus exorians, & uocis organum. Alueoli sunt ossium cavitates, in quibus infixi sunt dentes.]

ungues sunt fines neruorum, ornatus gratia facti, & ut facilius quidpiam digitis acciperetur. Alij sic, E unguis sunt cutis sicca, frigidaque concretio, ac sensu uacans. Pilus corpus frigidum, siccumque est, sensus expers, tutelae, decorisque causa effectus. [atque] ornatus quidem causa in capite, atque merito exoritur: ad usum uero, in genis, ac supercilijs. ceterum in capite ob cutis siccitatem & uim fuliginosorum excrementorum quae a partibus inferioribus sursum mittuntur, plurimi proueniunt. causa autem, cur in florenti aetate condensentur, sunt haec: & quod in ea aetate magna uis excrementorum redundet: & quod cutis meatus sint latiores: nec cutis nimis arida, aut mollis sit. at in pueris contra fit, tum quod fuliginosa excrementa non sunt in eis copiosa, tum quod meatus in eis non sunt facti. ac magis etiam propter huiusmodi meatuum angustiam, porro calui fiunt homines duplici de causa, & propter nimiam siccitatem & quia accommodatum alimentum pilis desit: cutis neruorum corpus est, totum corporis ambitum honestatis causa tegens, & ad causas noxias propulsandas genitum. semen uis est in humido conuersa, quae huius rationem continet: quae uis cum est aptas rationes, materialque conuersa, in hominis procreatione explicatur. aut aliter hoc modo: semen est humor in parastatis contentus, ex calido spiritu profectus, ex quo gigni homo potest. uel, semen est spiritus calidus in humido: qui suo motu cietur, potestque tale gignere, quale sit, unde emissum sit, Zeno uero Citieus sic definiuit: semen est abstractio hominis, quam homo cum humida parte animae transmittit, & comixtio cum genere maiorum. estque ipsum tale, quale si id fuerit, unde sit excrementum. Natura est ignis artificiosus, qui ad ortum uia progreditur: [atque a se mouetur magna uia] aut, ut traditum est a Platone, natura est, artificiosa uis. [uel, natura est uis, se ipsam mouens, unde formatio, generatio, perfectioque] existit. iam uero etiam ciuileque rei temperatura, & habitus naturae uocabulo appellatur. motio quoque impetu excita, & item uis, quae animal regit, natura nominatur a physicis hominibus Hippocrate, ac Galeno, qui & naturae & medicinae summam notitiam habuerunt. Aliter, Natura est spiritus calidus, qui motu interiore ac suo pro rationibus feminis cietur: quique praescripto ac definito curriculo temporis homines gignit, perficit, ac tuetur. Habitus est spiritus qui partes continet, & cohibet. Appetitus est desiderium, & peruestigatio. Deglutitio est solidi, humidique in uentriculum a stomacho facta attractio. uel sic, Deglutitio est ingestio humidique, ac solidi alimenti ex ore per stomachum in uentriculum facta. Concoctio est mixtio, & in succum mutatio, uel uel alimeti elixatio in uentriculo & intestinis, quae per mutationem in digestionem terminatur. Aliter, concoctio est alimenti confectione, quae per mutationem in uentriculo & intestinis fit, uel ita, est alteratio propria ad gignendum sanguinem: quam actionem obit natura per calorem: estque elixationi similis. atque alimenti concoctiones a natiuo calore fieri censet Hippocrates. Erasistratus uero, attritu, laeuigatione, & complexu uentriculi, & proprietate spiritus aduentitij. Empedocles, corruptela. alij, in quorum numero est Asclepiades Bithynus, digestionem ex crudis fieri prodiderunt: ab eodem quoque dictum est, animam esse quinque sensuum exercitationem. sanguinis procreatio est alimenti in sanguinem mutatio. Digestio est concocti, distributi que alimenti, & in sanguinem mutati in omnes corporis particulas, & item partes attractio, a natiuo calore facta. aut sic, Digestio est concocti alimenti in corpus uniuersum attractio, quam natiuus calor efficit, cum propria mutatione, & confectione. Incrementum est progressus corporis in longitudinem, altitudinem, ac latitudinem. Nutritio est adiectio facta corporibus in ambitu, & latitudine. Aetates sunt quatuor. prima adolescentium, secunda eorum, qui in florente sunt aetate, tertia mediorum, quarta senum. Adolescentes calida & humida temperatura sunt, ueri similes. Qui florem aetatis agunt, calido ac sicco sunt temperamento: qualis aetas est. Medij frigidi & sicci, qualis autumnus. senes frigidi & humidique, hyemi consimiles. redundat in adolescentibus sanguis, in florente aetate, flaua bilis: in media, atria: in senibus, pituita. causa est, quia natiuus calor est in adolescentibus copiosus, in florenti aetate uigens est, medius in medijs, paucissimus denique in senibus. Adolescentia est, in qua corpus augetur: cum in eo & calor, & humor incrementum sumat: & ea, quae abscedunt, equalia sunt ijs, quae adhibentur: aut certe quod accedit fit plus, quam quod recedit. Flos aetatis est, aetas, in qua animal auctum, perfectumque est: absolutumque calor & humor, & aequalia sunt, quae recedunt ijs, quae assumunt. senectus est aetas, in qua animal minuitur, ac deficit, quod calor & humor in ipso minuatur, frigus uero & siccitas adaugeant. Respiratio est thoracis, pulmonisque motio: eius partes sunt inspiratio, & exspiratio. aut sic, Respiratio est attractio aeris per os, & nares in cerebrum: & in cor per fauces, & pulmonem. eius quoque aeris portiuncula in uentriculum pergit: & ex eo, qui acceptus iam sit, particula quaedam in circumfluum nobis aerem retribuit. Perspiratio est attractio aeris propter uoluntatem a natiuo calore per extremitatem simul facta cum ijs, quae dimanant. aliter, Perspiratio est attractio aeris ex corpore, cum naturali appetitu per corpus uniuersum, rursusque per meatus excretio. Pulsus est distentio & contractio cordis, & artierum naturalis. eius partes sunt distentio, & contractio. uel sic, Pulsus est cordis, artierum, cerebri, eiusque membranarum motio naturalis, & praeter uoluntatem per distentionem, & contractionem. Potest ita quoque definiti. Pulsus est motus naturalis & praeter uoluntatem, eius caloris qui corde & artieris continetur. [alij sic, Pulsus est naturalis motio per distentionem ac contractionem, ut natiuus calor refrigeretur, & uitalis robur augeatur, & spiritus animalis procreetur. uel, Pulsus est uerus nuncius eorum: quae imis in partibus latent: estque uates abditorum, & index incertorum, apto motu, multoque pulsu affectionem eam praenunciens, quae sub aspectum non cadit. Genus uero pulsus est motus perennis, nec a uoluntate progrediens, in motus perpetui distentione, & contractione positus, & in corde, artierisque] initium situm

A situm habens. ceterum arteria uel in orbem mouetur, uel in rectum. planum uero est, eam in orbem non moueri. sed uel ex hoc etiam cognoscens, eam in rectum non impelli. nam quae recto motu cietur, de loco in locum uadunt, ac finem mouendi nanciscuntur. ergo arteria in rectum non mouetur. ita fit, ut si duo motus sint, ipsaque neutro eorum moueatur; ut nullo motu agitur. at mouetur. nullo igitur motu, in orbem, & recto cieri eam affirmamus. utrum uero mixtus sit eius motus, centrum affert consentaneam probationem. centrum autem uoco medium punctum, a quo se distendens arteria extrinsecus erupit: & quem se uicissim contrahens, reuertitur. atque hoc quidem modo in rectum moueri eam existimares. quia uero in orbem perpetuo agitur, opinionem affert, quasi in orbem moueatur. motionis genera sunt sex, ortus & interitus; accretio, & diminutio, alteratio, ac loci mutatio. Princeps animi pars est ea, quae totum animal gubernat: estque imo in cerebro, & eius basi collocata [quidam sic] pars animae princeps est, quae ceteris praest, ac fere dominatur, & imperat, & in base cerebri residet. pars famulatrix est principi subiecta, eique seruit, & in reliquo corpore sita est. sensus est animi affectio per corpus, rem quae mouere queat, nunciens: siquidem sensus agens uis est. *αισθησις* est instrumentum, quod sensum aliquem sibi commissum continet. sensibile est, quod sensus percipitur. sensus particeps est id ipsum, quod sentit: ut sensus sunt aspectus, gustatus, olfactus, ac ceteri sensus. *αισθησις* uero, ut oculus, nares, lingua: quae etiam sensuum instrumenta nominantur. sensibile, ut lignum, lapis, aut paries, aut columna, & reliqua, quae in sensum cadunt omnia. sensus, particeps, ut Theo, Dio, & ceterae animae, in quibus est facultas sentientium. di. sensus quinque sunt, aspectus, auditus, gustatus, olfactus, ac tactus. hi suum ministerium, ac famulatum animae praebent, ut Asclepiades Bithynus uoluit: atque ideo animam esse quinque sensuum exercitationem affirmat. Aspectus est, qui per oculos efficitur, temperato in ipsis spiritu tenui, qui potissimum in sede pupillae consistit: ex quo uidentur apprehensiones existunt. Auditus est, qui fit temperato in auribus spiritu, qui sicior sit potius, quam tenuior: unde apprehensiones audiendi gignuntur. olfactus est, qui fit per eum spiritum, qui naris continetur, qui humectus, halituosusque sit, ex quo ea, quae in olfactum cadunt, apprehenduntur. Gustatus est, qui efficitur, eo spiritu, qui linguae inest, potius humidior. Tactus est, qui fit per spiritum, quod corpus permeat, quo corporum apprehensiones fiunt. Motus, qui transitum iunctum habet, animantium est. is appetitu impellente efficit, cum princeps animi pars imperat, subseruit uero spiritus is, qui est in neruis diffusus, membraque transfert. Vox est, quae impetu principis animae fit, quae se se, ac spiritum quoque per fauces usque ad pulmonem & linguam extendit, cum haec partes uicinum aere percipiunt. Memoria est retentio & conseruatio in anima rerum, antea obseruatarum. quidam sic definiunt: Memoria est praeteriti comprehensio: cuius praesens sensu comprehensum est. Recordatio est, cum multo interiecto spatio temporis, post alias res, iterum subit cogitatio, ut quibus animus prius motus est, recordemur. somnus est naturalis remissio animi a finibus ad principem partem. uel, somnus est animi propensio secundum naturam a finibus ad principium progrediens. [alij hoc modo, somnus est requies, & cessatio ab actionibus animi. utilis autem materia hunc conciliat, quae a uentriculo in cerebrum coportatur, eaque humidior potius, & modice calidior existit. Iugilia est animi intentio a principio in omnes partes, particulasque corporis pertinentes. sanitas est apta temperies secundum naturam, primorum succorum, qui in nobis sunt. uel, est actio naturalium facultatum non impedita. uel, Sanitas est apta quatuor humorum temperatio. constat enim animal ex calido, frigido, humido, & sicco. aut sic, Sanitas est concentus calidorum, frigidorum, humidorum, & siccorum, ex quibus homo conflatus est. sanitatem comitatur pulchritudo, bonus habitus, integritas. ac pulchritudo quidem, non qualis est, eorum, qui se comunt, quae facie unguentis illinenda, capillisque tingendis ac similibus comparatur. Bonus habitus, non qui a gymnastica, sed qui ab ipsa sanitate consequatur. Integritas est absolutarum partium firmitas, & symmetria. bonus igitur color, & partium proportio, & concinnitas est in ijs, in quibus est pulchritudo: siquidem pulchritudo est partium proportio, cum bonitate coloris. inter sanitatem & bonum habitum hoc interest, quod sanitas est etiam bonus habitus moderatus: bonus uero habitus est interfecta sanitas. at bonus habitus gymnasticus ne sanitas quidem est. Virtutes corporis sunt sanitas, robur, pulchritudo, integritas: uirtutes animi sunt prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. ceterum sanitas proportionem reddet temperantiae: quae quidem sanitas est bona primorum temperatura, & constitutio: temperantiae uero est, ut animum ab omni affectione, ut a uoluptate, metu, tristitia, cupiditateque puram reddat. quod in causa est, ut animi motus perturbatione uacet: ipsaque sit animi constitutio, ac sanitas. animi quoque fortitudini robur corporis reddet. nam robur est corporis firmitas, & uis, quae expugnari non potest, ab ijs, quae corrumpere corpus existimant: fortitudo uero est animi robur & uis ad ea perferenda, quae speciem uehementer faciunt mortis, laboris, arumque, & uno uerbo, omnium quae graui, terribiliaque uident. comparat est pulchritudini iustitia. etenim pulchritudo in symmetria membrorum cum bonitate coloris uersatur: iustitia in symmetria cuiusque rei exuperantia. unicuique enim pro dignitate tribuit, ut Dijs, parentibus, cognatis, amicis, familiaribus, ciuibus denique, prudentiae comparatur integritas. ut. n. haec membrorum corporis, sic illa rectorum animi comprehensionum est perfectio. sanitas, secundum naturam est; morbus, praeter naturam. [quod autem natura est, id quidem neque secundum naturam, nec praeter naturam censetur: cuiusmodi est ualde gracilis, & siccus: aut crassus, ac pinguis: uel naris simis, aut aduncis esse; aut oculis coeljs: aut si quis uarus sit, aut uatia. nam qui sic affectus est, is non est secundum naturam constitutus] est enim symmetriam praetergressus. sed nec praeter naturam: quia obire actiones non prohibetur. quod autem non natura est, cuiusmodi est, ut neque

secundum naturam, neque præter naturam, neque natura sit. ut sunt, qui habent uirilines, uerrucas, my-
 mecia, & consimilia: quæ quidē neque secundum naturam sunt, cum nō cōprehendantur ijs, quæ sunt secū-
 dū naturam: neque præter naturam, cum actiones nō lædāt, sed neque sunt natura, cū neque a principio exte-
 rint, neque ab ortu facta sint. quare restat, ut sint non natura. nam ei, quod secundum naturam est, id
 quod natura constat: & ei, quod præter naturam est, id quod non natura est, proximum est ratio-
 ne. Partes autem, quæ ad uitā degendam propriæ sunt factæ, hæ sunt, cerebrū, cor, pulmo, iecur, & uen-
 triculus: quibus quidē affectis animal necessārio aut protinus, aut posterus e uita excedit. quæ uero
 ad bene uiuendum pertinent, sunt oculi, pedes, manus, ac reliquæ particulæ. nam si hæ male afficiantur,
 uiuit quidem animal, sed non feliciter. Morbus est primorum, quæ secundū naturam constant, intem-
 peries: uel intemperies humorum, qui in nobis sunt, aut, Impedimentum facultatum naturalium. aut,
 corporis a naturali statu ad eum, qui præter naturam sit, cōuersio. aut morbus est intemperies primorū,
 in qua aut sicca, aut frigida, aut calida, aut humida dominatur. corporū autē constitutiones morbis ma-
 xime obnoxia, ex particulis, quarum est temperatura cōtraria, constant: ut optimæ cōstitutiones factæ
 sunt ex organicarum partium symmerria, & apta similia inter se temperatura. Affectus est naturalis
 actionis alicuius, aut etiam aliquarū impedimētum. Herophilus autem sic, Affectus est, qui nō semper
 eodē tēpore dissoluit, sed modo breuiore, nō lōgiore. Aegrotatio est habitus morbosus totius corpo-
 ris, aut eius partis. Morborū alij cōtinui sunt, alij intermittētes: alij acuti, alij diurni; alij peracuti. nu-
 mero acutorū cōtinēnt phrenitis, ueternus, dolor lateris, pulmonis inflāmatio. febres ardētes, ac tertia-
 na cōtinētes. Peracuti angina, tā quæ intus, q̄ quæ foris occupat: morbus attonitus, cholera, distentio
 neruorū, & cōsimiles. Diurni tabes, affectio renū, articularūq; aqua inter cutem, marcor, comitialis
 morbus, & ceteri huius generis. continui semitertiana, febris succensa, quæ ardens quoque nominatur.
 Intermittentes sunt hi, tertiana, quartana, quintana, & qui sunt huiusmodi. Iam morborū alij sunt acu-
 ti & continui, ut febres ardentes, phrenitides, dolores lateris; hi. n. & acuti, & continui sunt, quidā neque
 acuti, neque continui: cuiusmodi sunt diurni. Febrim sunt quatuor tempora, inuasio, incrementum,
 status, & declinatio. Morborū differētiæ esse nouem Hippocrates prodidit, acutū, peracutū, malignū,
 diurnū, medium, mortiferum, salubrem, periculosum, & periculo uacantem morbū statuens. affectus
 aut peracutus est qui & ui, & specie maior, ac difficilior acuto est: ac fere septem diebus iudicatur: quē
 ēt appellare acutissimū solitus est. Malignus morbus est qui facultate magnus, difficilisque est, specie tñ
 debilis, nec statuta habet ad iudicationē tēpora. Diurnus morbus est, qui modo ad priorē, modo ad
 meliorē statū uergit: & mēstruo, aut annuo spatio iudicatur, aut ēt simul cū homine perit. Medius mor-
 bus inter diurnū, acutumq; statuitur: & tum in melius, tum in deterius inclinatur. ac fere diebus lx. aut G
 lxxx. iudicatur. Mortalis morbus est, qui omni ratione mortem affert, siue id breui, siue longo tempo-
 ris spatio faciat. Salubris morbus est, qui nunquam letifer efficitur. Periculosus morbus est, cuius par
 est momentum & ad salutem, & ad mortem. is anceps quoque dici potest. Periculi expers morbus est,
 qui semper, quantum in ipso est, semper ad salutē uergit: estq; potestate idem cū eo, quē salubrē diximus.
 Morbus specie magnus est, ut uulnus quod carnosus in partibus magnum spatium obfideat. magnus ue-
 ro re ipsa, ut punctura in neruo, aut musculo. ea enim aspectu exigua est, sed magna ut. Infirmitas dici-
 tur morbus, qui inueterauit, habetq; multā imbecillitatem coniunctam. uel, est exiguus morbus, qui de
 uiribus aliquid detrahit. Aegrotatio est permanens circa ea corpora, in quibus uita est, constitutio. He-
 rophilus esse affectū dicit, qui nullo negotio soluitur, ac facile moueat, cuius essentia in humoribus cō-
 sistat. acutus affectus est, qui facile soluitur, aut interimit, quatenus in eo est. Vagi morbi sunt, qui omni
 tempore, omniq; in loco exoriuntur. Indigenæ sunt, qui in locis quibusdā abundare solent. Vulgares,
 qui temporibus quibusdam complures eodem in loco grassantur. Pestilentia est morbus, qui ab aere
 corrupto exortus aut oēs, aut multis partibus plures corripit sic, ut plurimi intereant. est etiam alia de-
 finitio quædam ad hunc modum. Pestilentia est communis plurimorū affectus, qui eodem tempore
 & in urbibus, & gētibus acuta pericula, & mortem inducit. Sic quoque potest tradī definitio. Pestilentia est H
 aeris commutatio, ut anni tempora suum ordinem non seruent, & multi eius morbi ui pereant. Causa
 est, quæ aliquid facit in corpore: ipsaq; uacat corpore: estq; alia procatartica, alia continens, alia ante-
 cedens. procatartica, uel externa, est quæ opere confecto, separatur, ut canis, qui momordit, scorpium
 qui ictum intulit, Solis exustio, quæ febrim excitauit. Continens est, quæ cum præfens est, præsentem
 morbum conseruat: & sublata, tollit: cuiusmodi est in uesica calculus, aut aquula, aut ungula, aut tuber-
 culum in oculo: & alia huiusmodi, quæ Medici non modo in numero causarum, sed etiam affectū sta-
 tuunt. Athenæus uero Attalensis ita scriptum reliquit: causa est id, quod facit: hocque antegreditur.
 aliter, causæ procatartica, uel externa, sunt quæ totam operis perfectionem antegrediuntur: & quas
 nulla alia præcedit. Antecedens causa est, quæ a procatartica uel omnino, uel parte quadam sit. uel sic,
 Antecedens causa est, qua præfens, effectus ipse adest: & illa adaucta, adaugetur; & diminuta, minui-
 tur: & sublata, etiam ille tollitur. Causa per se finiens dicitur, quæ ipsa per se finem affert. concausa est,
 quæ parem uim cum alia nacta, opus facit, cum ipsa per se sola facere id non queat. causa adiuuans est,
 quæ opus quidē conficit, sed uix itaq; alij adiungitur, ut facilius conficiat, cū ipsa per se non possit. Ma-
 nifestæ causæ sunt, quæ cum agunt, aut faciunt, per se ipsæ sensu deprehenduntur. alij sic. Manifestæ
 causæ sunt, quæ & ipsæ euidentes sunt, & opus sibi conuenienter effici declarant. non manifestæ
 causæ

A causæ sunt, quæ non ex se ipsæ, sed ex signis percipiuntur: ut abdita, quæ neque ex se ipsis, neque ex alijs
 percipiuntur. Ad tempus obscuræ sunt, quæ, cum detectæ sunt, ipsæ per se apparent, & admotæ cor-
 poribus per signa deprehenduntur. uel, ad tempus abdita sunt, quæ aliquandiu absunt: & rursus cade-
 re sub sensum possunt. Notatio est per notam, aut notas comprehensio. uel, Notatio est signum, quod
 rem non perspicuam patefacit. signum est dignotio rei futuræ. quidam sic, signum est, cuius cog-
 nitio notitiam alterius, nobis antea incogniti suppeditat. Affectuum significatio est externorum,
 internorumque notatio. Præfagium est scientia rerum futurarum. Prænotio est, cum præfimus, quæ
 euentura sint corpori. signum prognosticum est, quod nobis futurum indicat. Prædictio est rei futuræ
 prænotio, ac prænunciatio. Pathognomicum signum est, ex quo affectus cognoscit. concursus est sym-
 ptomatum congressio. symptoma est accessio affectus. signa auxiliaria sunt, quæ nos admonent curatio-
 nis, in ipsis obseruata. Auxilium est, quod utiliter hominibus admouemus, constatq; ex qualitate, quan-
 titate, ordine, & occasione. curatio est ordo auxiliorum, quæ se se consequuntur. uel occasio, & tempus
 recte faciendi: uel, tempus aptum, in quo ægrotis auxiliemur. Indicans signum est, quod primas fert, in
 re aliqua abdita deprehendenda, quæ idem bonum consequatur. signum quod recordationem excitat,
 est, ut Empiricus placet, res apparens, & ex antecedente obseruatione perspecta, quæ adiumento est, ut
 B rem, quæ cognoscitur, ad memoriam reuocemus. eorum quæ adfunt præsentia signa sunt omnia, quæ
 pathognomica appellatur: siquidē dum hæc fiunt, & adfunt, affectus quoque adfunt: his cessantibus, mor-
 bi quoque soluantur. præsentia, quæ sint præteritorum signa, sunt ut cicatrix, quæ factum prius ulcus ar-
 guit. præsentia uero, quæ sint futurorum, sunt, uelut cadauerosa facies, mortis. præterita uero præterito-
 rum, ut remissio post declinationem. ea enim declinasse morbum indicat. præterita præsentium, ut ab
 aspidē ictum esse, perniciosum signum censetur. uel sic, præterita præsentium, ut tenue intestinum uul-
 neratum esse, pernitiosum habetur. præterita futurorum, ut contractio ossē, obductū itri callum. ita enim
 fiat oportet, ut statum suum nanciscatur. alij sic, præterita futurorum, ut cum os de capite demptum sit,
 cicatricem fore. superuentia præsentium, ut si seni uulnus inflatum sit, ei periculum ex uulnere im-
 minere. superuentia superuentium, ut ex uulnere conuulsio. nam qui conuulsus est, non iam præ-
 terea uiuit. [Febris est natiui caloris ad statum declinatio: qui quidem præter naturam sit, cum pulsus
 & uehementiores, & crebriores sint facti. uel febris est cordis & arteriarum calor, qui naturæ modum
 excedit, ac uitale robur lædit.] uel sic. Febris est morbosus caloris excessus, qui sese effert, ac pulsus fre-
 quentiores, crebrioresq; reddit. nonnulli uero hac definitione utuntur, febris est intemperies spiritus
 naturalis, in calidiorem, siccioremq; mutat. febris continens est, quæ nec diem, nec noctē intermittit.
 C eaque [neque] remissiones, & accessiones infert. Febris ardens est, quæ multo cum feruore hominem
 affligit, neque ullam corpori requiem impertitur: & linguam exiccat, nigram reddit, frigida cupiditatem
 inuehit. † Inflans febris est, quæ præ calore intento pustulas in ore excitat. Lipyria est, in qua tum extre-
 ma, tum superficies refrigerantur, interna calent, excretiones cohibentur, sitientibus lingua aspera fit,
 pulsus paruus, & languidus: perinde ac si se intro calor receperit. Febris fluens est, quæ cum alui fluore,
 ac sæpe etiam uomitibus refrigerationem inuehit, ac subitam uirium deiectionem: habetq; sitim, som-
 ni uacuitatē, & pulsuum paruū adiuuat. Febris adstricta est fluenti contraria, ut quæ excretiones
 nullas afferat, magnosq; pulsus conseruet, ac corpus tractu temporis emaciatum reddit. Arquata febris
 est, quæ galbulæ aui colorem similem gignit, ac iecur in sublime attollit, linguam exiccat, & horribilē
 cutim facit. Pestilens febris est, quæ multo cum calore sitim affert, quæ resingui non possit: [itemq;
 uomitus bilis cuiusuis generis] ac foetentes alui excretiones: ut quæ deiciuntur, similia sint tetro palu-
 dum odori: urinas præterea multas, & graucolentes, pulsusq; paruos, & languidos reddit. Lenta febris
 est, quæ cum capitis grauitate oritur: affertque aut sanguinis per nares profluuium, aut excretionis co-
 hibitionem, aut corpus reddit male ad symptomata necessārio consequentia comparatum. Horrida
 est, quæ calorem habet rigori coniunctum. in ea admodum imbecilli pulsus sunt, ut ne in tactum quidē
 D cadant, sed sint, ac si intro recesserint. in ea uenter intumuit, ac murmurat. lingua ualde humida: quæ
 quiddam acido simile habet, quo tāquam salua circumluitur. Typus est ordinatus intentionū, remissio
 numq; reditus. uel, sic, Typus est tēpus affectus, cui accessio, & remissio ordine quodam accidit. Circui-
 tus est tempus in morbo, quod ex intentione, remissioneq; factum sit. Quotidiana febris est, quæ sin-
 gulis diebus ac noctibus ut plurimum eadem hora inuadit. Tertia est, quæ uno die, aut nocte accedit, dein-
 de duos dies, aut noctes intermittit, ac quarto repetit. Semitertiana est, quam nos, senem docto-
 rem secuti, qui in primo de morbis uulgarib. libro acutam febrem uocauit, non omnino intermittere,
 sed unum diem leuiorem, alterum grauiorem afferre affirmamus. Methodici uero semitertianam paru-
 am ex duabus esse intermissionibus dixerunt. Erraticæ febres uocantur, quæ neque statuto, neque
 ordinato tempore, sed incerto statu oriunt. Diastole, hoc est elatio, & tanquā excitatio cadit. Systo-
 le est cōtractio, & collapsus, sensum non mouēs, sed apta rōne, cōsecutioneq; deprehendit. Palpitatio
 est cedētis corporis, & non renitentis, elatio, ac submissio: quā spiritus efficit: eaq; non semp durat, sed
 quibusdā tēpibus efficit. alij sic, Palpitatio est elatio, submissioq; corporū musculosorū, a spiritu facta, quæ
 nō semp, sed certis tēpibus excitat. Pulsus magnus est, quē edit arteria in lōgitudine, latitudine, altitu-
 dinemq;

Aliqui legunt
 Pophigodes,
 de qua in E-
 pid.

dimēq; multā deducta. Paruus pulsus est, qui cōtra ab arteria paucissimū in lōgitudine, latitudinē, & alti tudinē elata efficit. Medius est is, q̄ inter hos ambos interiaccet, ī lōgitudine, & mensura ī orbē, & in am bitu ad proportionē sentitur. Plenus est, qui tā distentus tangēdo sentiē, ut tunica arteriæ facta crassior uideatur: quod uero intus occlusum est, id potissimū & humidius, & maiore corporis mole præditū ap pareat. Vacuus pulsus est, in quo ambitus arteriæ in omnes partes gracilis, ampullosusque est, & infu sa materia uix deprehenditur, atque adeo exilis est, ut si quis digitis premat, inanis sit apprehensio oc cursura. Durus pulsus est, in quo arteria neruosa, ut ita dicam, rigidaq; apparet, ac spiritus, qui intus est, tensus, ut uim quandam reperiendi ictus obtineat. Mollis est duro contrarius: utpote qui rem issam, mollemque arteriam habet: & spiritum intra se exolutum, & mitiorem ictum. Humidus est mollis, mitisque est ea, quæ in ipso inest materia, atque etiam cum humore quodam sub tactum cadit. Aridus pulsus est, cum uelut absumptus humor sit, & sicca, atque aeris exhalationi admixtus. uehe mens est, qui & contentum motum, & uiolentum ictum parit. Languidus, cuius tenor exolutus, & im becillus ictus est. Medius, qui inter hos proportionem quandam seruat. Celer, qui breuem distentio nem, contractionemque habet. Ordo pulsus est in magnitudine, aut uehementia, aut rhythmo, aut alia differentia quadam, affectio. Ordinis uacuitas est uaria status pulsuum instabilitas. quidam hoc modo. Inordinatus pulsus est, qui quibusdam ictibus modo crebrior, modo rarior est. Aequalitas est cum pa res sunt quadam pulsus differentia. Inæqualitas, cum impares sunt quadam ipsos pulsus consequen tes differentia. Vel sic. Inæqualis pulsus est, in quo modo uehementior, modo lāguidior est ictus. [qui dam etiam aliter: Inæqualis pulsus est, qui in parte quadam arteriæ se altiore ostendit: quod facit, ea persflata & amplificata. in alia uero, perinde ac illa coangustetur, quatenus capere potest, uehementia inæqualis inest: ut pars quadam arteriæ maiore ui effert, quædam remissius, atque infirmius uideatur.] Herophilus Bacchius ita scriptum reliquit: Rhythmus est motus, qui in temporibus definitum ordinē habet. Zeno Herophilus sic, Rhythmus est ordo eorum, in quibus arteriæ diducuntur, cum ijs colla tus, in quibus contrahuntur. sed præstat hac uti definitione, Rhythmus est temporis proportio in par tibus quæ partes quadam pulsuum inter se, ratione affectæ sunt. Heterorhythmus appellamus eū, qui alterius ætatis rhythnum habet. Pararhythmus dicimus, qui quodam modo habet rhythnum qui prope accedit ad eam ætatem, in qua spectatur: qui tamen illi ætati conueniat, rhythnum non habeat omnino. Tremulus pulsus est, qui ictum refert neque æqualem, neque non fluctuātem, sed ueluti dimou eatur. Obliquatus est, qui non recta constituta arteria præter suum positum efficitur. Miurus. i. decur tatus a situ est. nam cum superiores arteriæ partes angustantur, inferiores uero contra, fit, ut ibi plus di latentur, & superiores contrahantur, plerique autem uocant *μειορὴ ζώνη*, cum maior ictus sit adactus, qui deinceps sequuntur, semper subtrahendo minores multo redduntur. Miuri quoque appellantur, cum ex frequentibus fiant rariores. eodem quoque nomine appellatur pulsus, cum e celeri in tardiorem demigrat. Dicrotus est, cum arteriæ discessio, quæ esse creditur, non perfecta sit, sed moratur, idque pro ratione subductionis, aut intercisi spiritus: tum sit perfecta debita contractionis repetitio. Araneæ uero speciem referens pulsus est paruus, ac breuis auræ pulsū mouetur. Intermittens est, cum cōtractio nibus distentionibusq; efficiendis, arteria unius pulsus tempus intermittit. uel sic. Intermittens est, in quo non modo in duobus, sed etiam tribus, aut pluribus ictibus una, aut etiam duæ, aut plures disten tiones desiderantur. Intercidens pulsus est, cum inter binos ictus, qui suo ordine edātur, medius qui dam ictus intercidit. Deficiens dicitur, in quo arteria non modo duobus in ictibus, sed etiam tribus, aut pluribus immota manet. uel hoc modo. Deficiens est, qui a magnitudine, uehementiaque exorsus; semper magis diminuitur, & usque dum ullam habet magnitudinem miurizon nuncupatur. ubi uero di minutus sit, & minor redditus ad minus uergit, deficiens appellatur. Caprizans est, cum arteria, quæ se distendisse uideatur, non omnino distenta ad alium ictum prius, quàm speciem contractionis faciat, ma iore impetu transilierit, & secundus ictus sit uehementior. Recurrens est, qui quantum magnitudine, aut uehementia statum egreditur, postea in alijs tantundem retrocedit. Formicans est paruus, uacuus, H creber, languidus, & omnino ad extremum perductus. Vel sic. Formicans est, in quo digitis arteriæ ad motis ueluti formicæ ambulantis species existit. quæ res ipsum & paruū & languidum esse declarat. Phrenitis est mentis insaniam, cum febri acuta, ut flocci legantur, mens de suo statu deturbetur, eiusque pulsus impediatur, sapientia obliuione obruatur. aut Phrenitis est læsio præcordiorum breuis cum tremore, uocis exilitate, & contrectatione, quæ fere a maligna febre fit. Lethargus est propensio ad somnum, quæ excitari agre potest, cum uitio coloris, flatuosoq; œdemate, & solidarum partium, spiri tusque eius, qui pulsū ciet, imbecillitate: isque plerumque in hebetate, malignaque febri exoritur. ce terum lethargus excitatur, aut affecto principio, aut ab abscessu. Angina est acutus circa collum affe ctus, & grauis: qui ægrum suffocatione opprimit. uel sic: Angina est inflammatio, tum extra collum, ut partes in tumorem extollantur: partim intra tonsillas, ut in affectum etiam instrumenta respirationis trahantur, ac difficulter edatur respiratio. Conuulsio est affectus, quo nerui, musculiq; capiuntur, cum eo, ut modo totum corpus, modo pars sine uoluntatis arbitrio trahatur. Distentio neruorum, est exten sio, aut infixio neruorum omnium, & musculorum in corpore. uel distentio est conuulsio in rectum, cū colli ac maxillarum tractu, dentium adhæsu, quo tempore ceruix neque annuere potest, neque renue re. Emprophotonus est, cum ceruix trahitur, nec retrorsum flecti potest. Opisthotonus est, cum retror sum

† In grec. lib. παύτων. i. om niū: sed uide tur ita legētur ut nos cōue timus. † Obscuritate

A sum trahitur, neq; flecti antorsum potest. Comitalis morbus est cum mens & instrumenta sensus op primuntur, ut homo repente cadat, & etiam ex ore spumam mittat. Catochus est uacuitas sensus in anima, ut uniuersum corpus quasi gelu obriguerit. eius sunt tria genera. unum somniculosum statuunt Lethargo proximum: alterum cum uigilia coniunctum, cui distentio neruorum est affinis, & ea, quæ suffocatio ex utero nominatur: tertium genus est, quod non inscite quis phreniticum uocari: siquidem ex catocho, & phrenitide inter se coniunctis efficitur: sicut etiam † Typhonia, quæ uel delirus est le thargus, uel lethargicum delirium. Apoplexia est mētis deprehētio, amisso sensu, & corpore resoluta. [Est etiam apoplexia, cum sensus, & motus in omnibus neruis amittitur. uel, Apoplexia est sensus mo rusq; toto in corpore priuatio, cum actionum, quæ principem locum tenent, læsione. ea ab humore fri gido fit, qui principes cerebri uentriculos confertim obstruat.] Apoplexia a paraplexia, ut pars a to to, differt. nam apoplectici profus sunt paraplectici: at paraplectici nō omnino apoplectici. inter eos bent: apoplectici & hæc habent, & mentem, & torum resolutum. paraplectici deniq; uocantur, quibus solum aut dextra, aut sinistra pars resoluta est. Peripneumonia est inflammatio pulmonis cum febri acu ta, & difficultate spirandi. malæ quoq; hoc morbo laborantib. rubræ sunt. Pleuritis est dolor lateris B membranæq; succingentis, ad clauiculam usque summum humerum, & scapulam exprorectus cum acu ta, & non intermittente febre, itemq; pungente dolore, & horrore, & spirandi difficultate, tussiq; con iunctus. Cardiacæ affectio est innati tenoris liquatio, & languor. ea uitio oris uentriculi plerumque ori tur: & stomacho male affecto cum nimia sudorum copia. aliqui eam ex cordis inflammatione existere crediderunt. proinde malum, quod inde sequitur, hoc est uirium exolutionem, affectionem, aut synco pen cardiacam appellantur. Inflatio est, cum maior copia spiritus collecta in stomacho continetur, ip sumque & uentrem unā distendit: ut etiam alimenti dispensatio impediatur. Cholera, peracutus, & gra uis affectus est, quæ repente hominem uel ad defluxum redigit per uomitus, aut per alui profuuium; aut copiosam excretionem, ad tormina: & paulo post ad febres, quales ex intestinorum difficultati bus consequuntur. uel hoc modo. Cholera est acutus affectus cum uomitibus copiosis, & biliosis, & alui deiectionibus, in quo suræ contrahuntur, & extrema refrigerantur. in his pulsus minores, langui diosque fiunt. Ileos, seu tenuioris intestini morbus est intestinorum inflammatio, ut nec flatibus, nec deiectionibus exitus pateat, & tormina uehementia consequantur, & cruciatus superueniant. Re gius morbus est bilis per cutim effusio, ut extrema cutis eo colore infecta fiat pallida, & uitiatur. ceterū ita affectis albæ alui deiectiones sunt. Insania est mentis alienatio, & a rebus legitimis, & bene ualen C tium more declinatio, sine febri. Melancholia est affectus, qui cū magno animi angore mentē lædit. ea a rebus charissimis animū auertit, & sine febri oriē. quibusdā uero si magna atræ bilis uis superueniat, sto machū lædit, ut uomitu reijciatur, atq; ita mens quoq; simul offendant. Cephalæa affectus est, qui circuiti bus quibusdam intolerabilem capitis excitat dolorem, ut & aures sonent, & oculi rubore sint perfu si, ac prominentes. uenæ quoque frontis simul distenduntur, & rubor faciem occupat. Heterocra nia est, cum modo dexteram, modo sinistram partem capitis dolor obsidet: ac modo augetur, modo mi nuitur. Scotomatici uocantur, quos obtenebrationes consequuntur. eisque circumferri caput uide tur. & splendores oculis obuersari putant. Destillatio est multorum humorum defluxus per palati foramina, & nares: [qui humores descendentes loca subiecta uitiant] & dum excernuntur, unā cum spiritu erumpente sonum quendam edunt. Aquæ reformidatio est affectus ex rabiosi canis morfu ortus, cum potus auersione, conuulsione, & singultu, ac uero etiam delirio. *Βούλιμος* est affectio, in qua per exigua interualla cibus requiritur. qui ita affecti sunt, exoluuntur, concidunt, decolores fiunt, & extrema refrigerantur, stomachus angitur, pulsusque languidus efficitur. Phagedæna con stitutio est, in qua multum cibi homines appetunt, quod cum nimium sumpserint, continere non possunt, sed eiiciunt, ac rursus appetunt. Tabes est pulmonis ulceratio, aut etiam thoracis, aut D faucium, ut tussis consequatur, febresque languidæ, & corpus colliquetur. Tabes enim communi ter uocatur omnis corporis diminutio, & colliquatio. quam uero *σθόλιω* proprie uocant, est imminutio, & colliquatio corporis cum ulcere. ceterum tabes, quæ *σθόλιω* dicitur, *ἀπὸ τῆς σθόλιω*, quod est minue re, nomen inuenit. Dyspnoici sunt, in quibus spiritus uelut in angustum redactus expiratur. Asthma est affectio, quæ in respiratione magnum conatum, ac spirandi difficultatem inducit. ac nonnullos sedere, & resurgere compellit. Hepatici sunt, quos diurnus iecoris dolor comitatur cum tumore, duritia, & corpore decolore. his quoque febris ardens superuenit, ac lingua exiccatur. Scir rho laborans iecur est, cum tumor durus, & tangenti renitens ipsum obsideat, ac dolore uacet. Lienosi sunt, quibus inflammati lienes ad naturalem statum non reuertuntur, neque ab inflamma tione liberi euadunt: sed duritia perseuerat: quocirca per morbos defluxionibus tentantur, & nati uus corporis color immutatur. Scirrus lienis est, cum lien maior, ualde durus, & in tumorem ela tus est. Diarrhea est fluxio alui copiosior, & diuturna, sine inflammatione, & ulceratione. Cælia ca affectio est alui fluxio, non recens illa quidem, sed diuturna, cum torminibus, multisque excre tionibus, ut etiam corpus gracile reddatur. Dysenteria est intestinorum ulceratio cum inflamma tione, cruentisque, & fæci similibus secretionibus, aut strigmentis cum morfu, & dolore alui, at que intestinorum. Tenesmus affectio est, quæ partes inferiores, & rectum ipsum intestinum attin g it:

tres differentia, phalangosis, casus, subortus. non desunt, qui duplicem ordinem ad illas aggregent. est enim autem hic duplex ortus alterius pilorum ordinis exortus in summa gena prater naturam. Encanthis est carnis in magno angulo exuperantia. Anchiops est tumor, in quo humor collectus continetur, in magno angulo perforatus, aut non perforatus; hoc autem nomen inuenit *απο τοῦ ἀγγύλι* quod est prope, & *λωλ*, id est oculum: quia prope oculum sit. Suffusio est aquosi humoris concretio, quae tum magis, tum minus aspectum impedit. differt a glaucomate, quia suffusio est concretio aquosi humoris, glaucoma uero est humorum prater naturam in caesium colorem mutatio: & quia in glaucomate nihil plane uident: in suffusione uero non nihil. Aquula est incrementum pinguedinis, quae sub palpebra superiore est, quae facit, ut ab oculis prater naturam humor fluat. Leporinus oculus est superioris palpebrae retractio, ut oculus, dum clauditur, non totus contegatur. Pterygium est exortus corporis corneae adnatus. Ectropion est subortus carnis in palpebra, quae sua grauitate palpebram foras euertit. cur autem palpebra euertatur, causa est aut caro adnascens, aut resolutio, aut cicatrix, quae obducta sit. Ptilosis est casus palpebrarum ab acerrimo fluxu proueniens. Staphyloma est nigri tunicae extensio cum ardore, quae acini uuae similitudinem imitatur. Sarcoma est incrementum carnis in naribus, naturae modum excedens. Polypus quoque sarcoma quoddam est: ac polypus a polypodibus piscibus nomen duxit. nam ut illis multae sunt propagines, ipsiq; & molles sunt, & augentur, ita quoque hic affectus. sarcoma autem a polyo differt magnitudine, & forma. Ozæna est profunda, & graue olens narium ulceratio, quae halitum ex se mittit. Parotides sunt abscessus prope aures. hos quidam *δισκοκάρους* uocarunt. febribus plerunque superueniunt, & ab eis homines liberant. Leuce est coloris corporis in album mutatio prater naturam. Herpes est ulcus ex bilis redundantia exortum, & depascens. Atheroma est neruosa tunica, quae humorem pulsi similem continet. Steatoma est adhaesio pinguedinis prater naturam. Appensio est longiorum membranarum applicatio ad uicina corpora. Ancuryfma est uenosi uasis dilatatio: aut materiae spiritalis dispersio sub carne, quae diffiliendo distribuatur. Hyposphagma est extracuriam extimam, simile uibici. Ganglium est nerui collectio prater naturam, quae in corpus concretuit. Aphtha est ulceratio in superficie oris proueniens. ea in puerulis potissimum abudat. Inflammatio est tumor cum rubore ac duritie, dolores cum pulsu afferens. ea dicitur *φλεγμῶν*, quod locum quasi *φλέγη*. hoc est urat. uel sic, est tumor cum dolore coniunctus, ac renitens cum rubore, sine febris. Erysipelas, hoc est ignis sacer, est rubor cum ignita inflammatione, qui interdum febres, & horrores affert. [uel, erysipelas est tumor cum rubore, & dolore, qui a sanguine bilioso originem ducit. Carbunculus uero tumor cum ulcere est, qui ex sanguine magis melancholico, & putrefacto oritur.] Inanimus autem aut uenae sectione, aut cucurbitulis, aut hirudinibus, & quae sunt generis eiusdem. sanguinem uero detrahimus propter nimiam copiam: praesertim cum sanguinem esse morbi causam suspicamur. in quacumq; autem detractione, tutior praeposenda est; uitandaq; grauis, & medicamentum dandum. Cucurbitula utitur, cum locus contusus est: Hirudine uero, cum opus est locum leuiter aperire. Scirrhus est tumor corporum durus, & grauis, cui motus, ac sensus coniuncta difficultas est. Abscessus est corporum ex inflammatione in pus mutatio. Mutilatio est particulae corporis defectio. Tofus est lapidosa substantia, & renitens. Hydrocephalon est aquei humoris, aut faeculenti sanguinis in aliqua parte eorum corporum, quae caput ambiunt, collectio. Fistula est tubus cum callo coniunctus, angustus, oblongusq; interdum etiam obliquus. habet os, quod cicatrice includi non potest: & per ipsum certis temporibus tenuis humor excernitur. Duo autem sunt genera fistularum, quorum alterum caecum est, & os habet in profundo, ac sinum in extima cure: alterum occultum, habetq; in profundo & os, & sinum. Fauus est ulcus, quod continua habet foramina, e quibus melleus humor effluit. Phagedæna est ulcus, quod ea, quae propinqua, adiacentiaque sunt, erodit. Cancer est tumor malignus, ac praedurus, & sine ulcere, aut etiam cum ulcere. nomen hoc ei tributum est, ad cancri animalis similitudinem. Dionisisci sunt ossae eminentiae prope tempora exortae. eadem cornua appellantur, nomine ab animantibus cornigeris ducto. Terebo est ossis pertusio ex corruptela facta. nomen hoc est ab accidentibus foraminibus affectui tributum, quasi perforatio quaedam sit. Glandula est conuolutio quaedam arida, & carnosa: uel, est carnosa conglobatio. Struma est caro sicca, & quae aegre dissoluitur. Bronchocele est tumor gutturis. differt ab eo, qui in scroto oritur. Anchyle est affectus ceruicis tendines, aut articulos occupans, quo actiones impediuntur. Exomphalus est umbilici prominentia, quae uariis de causis efficitur. Gynaecomasthon est incrementum prater naturam eius pinguedinis, quae sub mammis est: In contextu est abscessus, cum eorum corporum, quae imis in partibus latent, aut uulcerum in pus mutatio efficitur. Acrochordon est exortus in orbem qui basim angustam habet. Panus est abscessus in inguinibus nascens. Epiploomphalon est cum omentum in umbilicum decurrit. Hydromphalon est lenti humoris in umbilico consistentia: qui etiam interdum sub tunica est. Poromphalon est tosi in umbilico concretio. sarcomphalon est carnis aut placidae, aut malignae in umbilico prater naturam adhaesio. Pneumophalon est umbilici dilatatio. Hyposphidias est affectus, in quo glans priapi est retracta. Thymus est asperæ carnis exortus, quae caro similis circa pudenda, & sedem nascitur. Lipodermos est defectio pelliculae glandem contegentis, ut distrahi iam non queat. duae sunt phymi differentiae: nam uel a natura, uel postea fit, ulceratione praecedente: Fissila sunt diuisiones, quae labia callo obdurata habent. Periepiphy-mosis est cum neruus glandis retractus est adeo, ut deduci amplius praeputium non possit. Circumcisio,

† quod per eam sanguis fluat.

† Ramex
† Detritio
† Scabies
† Corporis

† Dolores.

† Verruca.

A sio, aut circumsectio est ablatio pellis, qua glans colis tegitur. Haemorrhoidis est dilatatio uasorum, sedē contextentium. nomen traxit *† ἀπὸ τῆς τοῦ αἵματος διὰ τῶν αἰσθητικῶν*. Haemorrhoidum quinque sunt differentiae, quae a magnitudine, multitudine, figura, loco, & constitutione ducuntur. In magnitudine uero differunt, quod aliae exiguae, aliae magnae, aliae mediae sunt. in multitudine, quod in quibusdam magna earum uis, in quibusdam paucae reperiuntur. in figura, quod aliae basim angustam, aliae latam habeant. in loco, quod aliae in ano, aliae in constrictore, aliae in recto intestino sint. In constitutione, quod quaedam mites, malignae quaedam habeantur. Condyloma est extuberatio, quae in ani parte, rugosa, cum inflammatione excitatur. Scrotum tres affectus solent occupare, rames, scabies, detritio. in scroto tumores nascuntur hi, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cirfocele, pforoccele, epiplocele, & enteroepiplocele. Hydrocele est lenti humoris in scroto parte collectio. Enterocele est intestini in alium locum delapsus, qui aut paulatim, aut repente sit factus. eius causa sunt haec: antegressa, intensio, uel ictus, continens, iterata extensio, aut ruptio ipsius. Hydrenterocele est intestini prolapsus, & lenti humoris in scroto collectio. Cirfocele est dilatatio, aut amplificatio uasorum aut omnium, aut quorundam testes nutrientium. Hygrocirfocele est dilatatio uasorum, a quibus alimētum testibus suppeditatur, & lenti humoris in aliqua scroto parte collectio. Epiplocele est prolapsus omenti in quadam scroto parte consistens. Enteroepiplocele est B intestini, & omenti in aliquam scroto partem prolapsus. Cele est tumor, qui aliquid praedictorum continet. nam tumor omnis scrotum occupans cele appellatur. Crypsorchis est, cum testiculus, aut testiculi recedunt. Phacosis est multa scroto extensio. Psoriasis est scroto duritia cum uehementi pruritu: interdum etiam cum ulceratione. Gangraena est *†* cutis mutatio a naturali cuiusque statu in aliqnum, & extinctio cum ulceratione, aut sine ea oritur, aut omnium humorum plenitudine praecedente, aut extinctione, aut inflammatione ex chirurgia exorta. Os est, ut Platoni placet, medulla calore concreta. ut uero quidam Medici prodiderunt, concretio terrena, ac solida, & sensu & sanguine uacans. Commune chartilaginis, & unguis est, ut sensus expertes sint, & inaequales, sed chartilago est ossis imago. saepenumero enim articulis adiecta est: at unguis ossis superficies est, aut dura, siccaque cutis concretio. Hermaphroditus est masculini, foeminaeque sexus coniunctio, ut in utroque suum sit genitale. Dracunculus est ulcus, quod ad se neruum a propinqua parte delatum habet. dictus autem dracunculus est, quod neruus in motionibus ad ulcus abscedat, in eoque occultetur. Clauus est ulcus orbiculatum in planta pedis, callo obducto. semen autem, ut est Platonis, Dioclisque sententia, e cerebro, dorsique medulla excernitur. Praxagoras uero, ac Democritus, & item Hippocrates ex toto corpore dimanare existimarunt: ac Democritus quidem his uerbis, Homo, inquit unus erit, & homo omnes. Hippocrates uero ad hunc modum, Genitura, inquit, undique manat a corpore: atque a sanis sana: a morbofis, morbosa. semen est, ut Stoicis placet, humor, quem animal, cum spiritu, atque anima, sed tanquam non eius partem mittit. ut uero tradidit Asclepiades, est genitabilis humor, quem in complexibus ueneris excremimus. Existit quaesio, utrum foemina semen mittat, ut mas facit. nam foemina & eiusdem cupiditatibus ducitur, & ipsi de obnoxia morbis est. & ex dissectione plane apparet, in ea seminis esse conceptacula. est item maximum huius rei indicium, quod matrum similes oriuntur. ceterum semen a mulieribus mitti testatur Hippocrates in libro de natura pueri: Si, inquit, genitura, quae ex ambobus dimanauit, in locis muliebribus manet, primum simul miscetur. quippe cum mulier quietem non agat; & calfaciendo coaceruatur, atque crassescit: deinde spiritum concipit. semen a genitura differt, quod semen sit id, quod in meatibus seminis est. alij, quod iam excretum est, esse semen aiunt. nos uero, ut Asclepiades sensit, semen etiam in ijs, in quibus nondum est generandi potestas, esse confirmamus: genituram uero esse nondum concoctum semen. causae infocunditatis sunt duae, altera in uiro, altera in muliere consistit. & utraque multis modis dicitur. a muliere causa oritur, si ea perfrigido, aut prepingui utero sit. a uiro, cum spado sit, captus testiculis, aut alio morbi genere affectus. quod utero gestatur non est grauidae mulieris pars, alioqui cum id interiret, omnino mori mulierem oporteret: aut cum foetus in lucem editus esset, in obeudis integris actionibus ipsam ledi perinde ac pars desideretur, qua priuatum corpus sit. Foetus alitur capto & attracto per secundas alimento. non alitur autem per os, sed per umbilicum: ipsumque esse animal quidam dixerunt, quid negarunt. quotquot autem esse ipsum animal pronunciarunt, in hanc coniecturam ex motu uenerunt: nam & mouetur, & ut sentiens animal, in matris uoluptatibus, ipse quoque uoluptate perfruitur, & latatur: in eius moerore, contrahitur, & cogitur. sensus autem non est ulli rei, nisi animali, a natura tributus. qui non esse ipsum animal uoluit, ali quidem & augeri aiunt non secus, quam arbores, sed tamē appetitū, & motum illi conuenientem, qui sunt in animalibus, adimunt: siquidem non modo non citra uoluntatem, sed neq; etiam uoluntate mouetur: sed ut arbores, & stirpes: quibus motionū causas affert uentus: foetibus uero humor circūfluus, & lubricitas, & uteri forma: qui uterus, cum plenus est globi formam acquirit, globus uero formam habet, quae est ad omnem motum accommodata, utpote quae omni basi uacet. Asclepiades foetum neq; animal, neq; non animal dixit esse, sed similitudinem cum dormētibus gerere. quo enim modo illi sensus habent, eiq; non utuntur, sic etiā quae utero continentur. Mas gignitur ex quorundam sententia, cum semen e dextra parte ductum in uterum sit coniectum: foemina, cum e sinistra. alij peculiari seminis temperaturae hoc tribuerunt. ut a calore eius, aut frigore hoc ipsum existat: nam calidius mares, frigidius foeminas gignit. Gemini, ac ter gemini fiunt, ut nonnulli sentiunt, quia

quia semen in calidum uterum pertractum frangitur: atque ita gemini, tergeminiq; gignuntur. alij cau-
sam in superfoetationem retulerunt. nos, si semen in hac ambo conferri compertum sit, gemellos ori-
ri confirmamus. Monstra autem, ut quibusdam probatur, gignuntur, quia uterus fit obliquus. nā inæ-
qualiter effusum semen monstra gignit: quæ etiam ratione plumbum colliquatum si inæqualiter effun-
datur, opus inæquale efficit. porro monstra aut propter defectiōem, aut propter redundantiam sūt.
in magnitudine quoque monstra sunt, ut quæ caput magnum habent: & in paruitate, ut quorum caput
est exiguum. Quid causæ est, cur octo mensium partus non uiuant, cum septimestres uiuant? nimirū,
quia octonarius numerus est par, & coniunctus, & non criticus: septenarius uero impar, & non coniū-
ctus, proinde criticus. Conceptionis causæ existit ex uteri moderato calore, recēs facta mensrua pur-
gatione, & corporis commiscendi libidine. hæc enim si simul coierint, semen continebitur. in primis
efficitur foetus secunda: tum cetera. ipsa autem secunda ex duabus uenis, & duabus arterijs, & quinto,
quod urachum uocant, constituta est. secunda porro appellatur *χρόνιον*, seu quod sit foetus *χρόνιος*, hoc est
conceptaculum; seu quod ei *χρόνιον* est, hoc est suppeditat alimentum. Dolores, qui in partu fiunt, sunt
spiritus, qui confertim comportatur, impetus, ad foetus excursum. Mensruæ autem purgationes mu-
lieri datae sunt, ut causæ sanitatis excernantur, & cum sunt cohibita in grauidis, foetui alimentum affe-
rant. Pica prægnantes corripit, duobus fere, aut tribus postquam conceperint, mensibus, quod male
affectus stomachus sit: siquidem foetus nondum tantam uim habet, ut alimentum consumat. Causa pi-
cæ est materiæ redundantia, & stomachi perturbatio. signo est, quod ubi foetus increuerit, & sanguis
deorsum comportetur, stomachus ad statum suum redit. Foetus in lucem eduntur quatuor figuris, in
caput, quæ forma naturæ conuenit: & in pedes, in latus, inque duplum, quæ præter naturam sunt. Aegri
partus triplici modo oriuntur, habita ratione eius, quæ grauida sit, tum eius, quod utero geritur, exte-
riorum denique. atque habita ratione grauidæ mulieris, duobus modis, ex animi motibus, ut cum Ze-
lotypa fuerit, aut mœrore, aut alio quouis affectu sit confecta: & ex ijs, quæ uersantur in corpore, ut cū
angustos meatus habeat, aut præpinguis sit, aut tum primum utero gesserit, aut uterum habeat, qui nō
alatur. propter id uero, quod utero geritur, cum infans in utero moritur, uel geminus, aut monstruosus
editur. externæ uero causæ sunt, aut rigida hyems, aut æstus uehemens. Ulcerum uteri quandoque in
causâ sunt abscessus, quandoque pessus perniciosus: quandoque scirrhus, qui cum alijs diu perdurat.
Sarcosis in utero est coaceruatae carnis exortus. eam carnem, si magna sit, scalpello uellicare conuenit,
& particulatim excidere: ut citius emoriatur: si parua, statim adimenda est. Hæmorrhagia est copiosa
sanguinis effusio. hæc, si magnum sit uulnus, large fluit: si angustum, per eiaculationem prodit: ut in ue-
næ sectione usu uenit. Inter hæmorrhagiam, & hæmorrhoidem hoc interest, quod hæmorrhagia est, ut
dixi, larga sanguinis effusio, hæmorrhoidis uero est cum sanguis dissiultando, ac paulatim exit. erumpit
autem sanguis duobus modis: dissiultatione, aut dissiultatione. cum uero dissiultando, & propter uasorū
nostri corporis erosionem sanguis fluit, non ita facile sanatur. arteriæ difficiliter curantur, quàm uenæ:
itemque profundæ partes, extimis: & quæ propius ad has, aut illas accedunt, facilius, aut difficiliter cu-
rantur. ceterum sanguis solet fluere, ut eum non facile cohibeas, ex his locis, ex musculis temporū, ex
cerebri membranis, ex palato, ex columella, ex collo, ex alis, ex inguinibus, & reliquis huius generis.
ex hominibus uero, si ætatem attendas, iuuenes; si habitum, prauis humoribus affecti: si anni tempus,
æstate, sunt huiusmodi. *χρόνιος*, Hippocrates semper humores corporis uocat, ex quibus nos consta-
mus, ut sanguinem, ut pituitam, ut bilem utranq; , flauā, atque atram: Platoni uero, & Aristoteli *χρόνιος*
est quæuis qualitas in gustum cadens, nobis insita. qualitates autem sunt hæc, acor, austeritas, acerbitas,
acrimonia, falsedo, & dulcedo. hæc q; fuit Mnesitheï sententia. Ea medicinæ pars, quæ affectus per-
tractat, continet quid, & qualis sit affectus & morbus in genere, & quid in parte: itemque quid causā,
quid signum, quæque huius sint differentiæ (hæc namque plures species sunt) & non qualis sit affectus
causarum, e quibus morbi nascuntur. iam uero loca etiam spectat, quæ affectus habent infesta. si qui-
dem peruestigamus, quis affectus sit phrenitis, morbus comitialis, ueternus, dolor lateris, peripneumo-
nia, resolutio neruorum, & qui sunt huius generis. horum causæ tum apertæ iunt, tum latent: tum ante
gressæ, & antecedentes, tum continentes. ad summam quærimus, quæ sit affectus constitutio, & de
quibus corporis partibus ij morbi dicantur. Crisis est digna, ac uelox in tempore morbi dissolutio. Cir-
cuitus est repetitio, quæ deinceps fit ordine dispositi temporis conseruato. Vis animalis in cerebro est:
in quo inest etiam princeps eius pars, hoc est mens, & ratio. in corde irarum ardor existit. cor uero, &
iecur pariter corpus administrant. Est autem facultas naturalis, alitrix, & auctrix. Cor a iecore ducit san-
guinem, quo alat corpus, & augeat: spiritum a pulmone: hasque materias elaboratas, & confectas sic
in totum corpus distribuit. Organica, est chirurgiæ pars, quæ adhibita restitutione, & apta curatione,
ossa humana præter naturam affecta per sanat. ossa duobus modis iuncta sunt, per articulum, & coag-
mentationem. Articulus est ossium commissura, quæ ossa motum a natura nata sunt. Coagmentatio
est commissura ossium, quæ natura non mouentur. Luxatio est cum ossa, quæ uel articuli, uel coagmen-
tationis beneficio mouentur, extra naturam sunt delata. Exarticulatio est ossis, quod secundum natu-
ram affectum sit, ex cavitare profunda in alienum naturæ locum egressio. Dearticulatio est cum os a na-
turali loco ad eum, qui præter naturam est, delabitur. Motio est ossium, quæ per fixuram, aut harmoniā
compacta sunt, de sua sede in eam, quæ naturæ opposita sit, deturbatio: ut in planta pedis ossiculis rus-
pris,

Artis, aut uertebri usu solet euenire. Diductio, est mutua ossium, quæ per suturam & coalitum iuncta
sint, separatio, aut diuulsio. Restitutio est ossis, aut ossium a loco, naturæ contrario ad eum, quem natu-
ra præscripsit, traductio. Tentio est corporum tractus. Mochlia, est ossis, aut ossium a loco, qui præter
naturam sit, ad naturalem perductio. Catatafis est tractus corporum infernam in partem. hoc fit, tum
principijs, quæ causam tentendi afferunt, e regione oppositis: tum transumptione in contrarium: ni-
mirum transmissis, & superius adnexis per rotulas principijs, quæ tendunt. Anatafis est tentio super-
nam in partem, per traductionem, quæ intelligi potest ex ijs, quæ de catatafi modo memorauimus.
Distentio est tractus corporum ad inferna loca, atque superna. † Exelcysmus est ossis, uel ossium ab
extremitate in profundum attractio. Ruptum est ossis, aut ossium a profundo ad extremitatem addu-
ctio. Traductio est ossis diducti in suum locum collocatio. † Extasis est infania ad exigui spatium tem-
poris. † Explexis est mentis de suo statu deturbatio ex aliqua repentina perturbatione, quæ foris adue-
niat. † Enthusiasmus est, uelut cum quidam de statu mentis deiciuntur in sacris, si quid intueantur, aut
si tympanorum, aut tibiærum sonum, aut signa quædam auribus percipiant.

† Exelcysmus
† Mēis emo-
tio.
† Colternatio
† Fanaticus er-
ror.

B GALENO ASCRIPTA INTRODVCTIO SEVMEDICVS.

*Quem librum olim Ioannes Andernacus latinum fecit: nuper uero
post Bartholomæi Syluanij recognitionem ad Græci
exemplaris collationem castigatus.*

Vide in secunda sectione sexti epidemiorum, comm. 42. ubi citatur liber Herodoti,
qui inscriptus est Medicus.

Quomodo inuenta sit medicina.

Cap. 1.



Multa in hoc
libro ex codi-
cibus manu-
scriptis nunc
sunt.

RTVM inuentiones uel deorum filijs, uel quibusdam eorum propinquis,
quibus dii primi artem omnem communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac
igitur ratione & Aesculapius medicinæ, quam primus ab Apolline patre in-
stitutus, hominibus tradidisse dicitur, inuentor extitisse apparet. Porro ante
illum ars medica nondum hominibus fuit cognita, nisi quod ueteres medica-
mentorū & herbarum, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo
eruditi heroes nouerant: ad hæc quæcūque Aristeo, Melampodi, & Polyido
adscribuntur, experientiam quandam habuere. Apud Aegyptios sane præ-
ter herbas, aliam quoque medicamentorum rationem in usu fuisse Homerus hunc in modū testatur.

Fertilis Aegyptus rerum, medicamina mista,

Optima multa, simul deterrima plurima gignit.

Porro ex cadauerum confectione, quam in condiendis ijs asseruandisq; habere moris erat, multa
etiam, quæ manu administrantur, apud primos Medicos inuenta esse uidentur. Quædam dicuntur
ex casu obseruata fuisse, ut suffulos appungere, inde, quod capra quæpiam ex suffusione male habes,
iunco aculeato in oculum impresso, uisum receperit. Quin & clysteris usum ab Ibi profectum esse
scribunt. Hæc enim colli cute tanquam clysteris utre, marina, Nilique aqua impleta, rostro eam si-
bi ipsi per anum indit. Scribit etiam Herodotus historiographus, quondam ægris per compita ex-
positis, illos, qui iisdem aliquando morbis laborarant, referre solitos, quibus unusquisque usus, sani-
tatem recuperauit: atque hoc modo ex multorum usu ac experimentis rem medicam constatam esse.
Sed hæc quidem experientia ratione uacua, nondumq; rationalis fuit. Ceterum perfectam medici-
nam, & omnibus numeris absolutam, nimirum diuinam aio, Aesculapius solus inuenit. Illam uero,
quæ inter homines uersatur, huius successores Asclepiadæ posteris ueluti hæreditario acceptam tradi-
derunt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusq; perfectam apud Græcos me-
dicinam in lucem protulit.

Quæ medicina principia.

Cap. 2.

PRincipia medicinæ tria sunt, unum inuentionis, alterum constitutionis, tertium interpretationis.
Inuentionis igitur medicinæ (ut simpliciter dicam) uetustissimum plane, citraque rationem prin-
cipum, experientia est: quemadmodum apud Aegyptios, & reliquos omnes barbaros. Redigendi
uero in artis constitutionem, sicut Asclepiadarum medicinam, ratio & experientia. Interpretatio-
nis, ut scribit Athenæus, uel traditionis, quemadmodum quidam dicunt, initium, naturalis est specu-
latio. Enim uero simpliciter & Hippocrates dixit, Medicæ rationis initium primū natura est: nā a natura
SPVRII. D inspectione

inspektione Dogmatici auspicantur, quoniam ex ijs, quæ secundum naturam sunt, & illa, quæ contra e-

Quot sectæ medicorum, quæq; earum notæ.

Cap. 3.

SECTÆ medicorum tres sunt, Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationem præ-

Qui trium Sectarum principes extiterint.

Cap. 4.

RATIONALIS sectæ & auctor & princeps Hippocrates Cous fuit. Post hunc Diocles Carystius, Pra-

In uetustisimo græco codice manu scripto anno tatur hic de esse caput, cuius hoc est argumētū: Quæ propria sit medicing.

Codex nu scriptu habet... realibus, qz leſtio acco- modata ad ſum est. & ē t uidetur. gisse uenit te ipres.

Apiades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ præfuit Philinus Cous, qui primus eam a

Medicina scientiæ sit, an ars.

Cap. 5.

RATIONALIS aliqui, e quorum numero est et Erasistratus, medicinam partim scientiâ, cuiusmodi est

Quid sit medicina.

Cap. 6.

DEFINITIONIBUS rationales uis sunt, descriptionibus empirici: de quibus quæstionē instituere philo-

Quot partes medicinæ.

Cap. 7.

PRIMARIÆ medicinæ partes sunt, rerum naturæ contemplatio, causarum notitia: uel affectuum con-

& ad curandi rationem necessaria, non tamen ipsa est curatio. Materie enim beneficio curatio abfoluitur, & materia quidem sine curatione nihil aliud confert. Signa uel citra curationem ad cognoscendum, quae mederi queas, & quae minus, necessaria sunt. Ad haec faciunt, ne incius ijs, qui medicinae nullum locum reliquerunt, manum admouens, erroris notam incurras. Iam uero quinque harum partium medicinae, cuiusque diuisio quaedam angustior est. pars igitur, quae naturam contemplatur, dicitur, in qua de hominis natura differimus. constat autem, si diuidas, elementorum notitia, quibus homo componitur, tum generationis foetus, & formationis, praeterea interiorum & exteriorum corporis partium speculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, ossiumque rationes perscrutamur: in qua ea, quae praeter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuum status diligenter indagamus. His. n. incognitis nemo recte nouerit, quo modo morbos curare conueniat. *σημειώσθαι* tum sanitatem tuetur: tum praecauet, quo minus corpora in morbos incidant: ubi inciderint, ad sanitatem reducit. *σημειωτικόν* praeteritorum cognitionem, praesentium inspectionem, & futurorum praesagia continet, *θεραπευτικόν*, id est curandi facultas, ea quoque in tres partes diducta est, ut una esset, quae uictu: altera, quae medicamentis: tertia, quae manu mederetur.

An medicina diuisio in quinque partes diducta necessaria sit.

Cap. 8.

Proinde rerum naturae cognitio necessaria est hoc potissimum nomine, quod nisi naturalibus antea cognitis ea, quae a naturali habitu recedunt, cognoscere queas nunquam: nam praeter illorum naturam morbi consistunt. Causarum uero & morborum notitia non minus & ipsa desideratur, ut affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus: tum ipsos affectus a ueteribus appellatos eorumque status cognoscamus. Vtilis sane & symptomatum affectibus incumbentium cognitio est, nam ab horum congressu, quem Empirici *συμφορῶν* graece, latine concursum uocant, corporis uicta speciem nanciscuntur. Quamquam iidem Empirici in syndromis, quae cuique accidenti conueniant, obseruarunt. Methodicis curationem affectus indicant, quemadmodum Rationalibus causae, licet ipsi nihilominus tum affectus, tum concursus inquirant. Totum autem causis attribunt, quarum non nullae euidentes, aliae continentes, quaedam coadiuuantes, aliquae concausae, reliquae praecedentes dicuntur. Euidentes, quae Graecis uocantur *προκαταρκτικαί*, id est antegressae, sunt, quae dum aduersam ualitudinem creant, separantur, ut frigus, labor, Solis exustio, cruditas. Continentes, cum praesentes sunt, & morbi quoque adsunt: cum tolluntur, morbi etiam discedunt, ut spina, & telum. Concausae, quas Graeci appellant *συνεταί*, quae affectum sua ui possunt generare: generant uero & alteri cohaerentes, ut lapis in uesica, & inflammatio. Nam ambae urinae suppressionis causae sunt, etsi per se utraq; illam generare possit. Coadiutrices causarum partes, quae sua uirtute morbum efficere non possunt, sed alteri auxiliantur, ut libido articulare morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem. Praecedentes, siue internae, quae ab euidentibus uel praeparantur, uel coadiuuantur, ut sanguinis abundantia nutrimenti copiae soboles est. Praecedunt autem Erasistrati *παρέμπτωσις*, id est coincidentiam, quae omnium morborum causa est coniuncta, uerum citra praecedentem non accidit. Porro salubris pars, quam Graeci *ὑγιεινὴν* dicunt, non solum ut pars medicinae, sed tanquam potior ea, quae medetur, ei praeponebatur. Multo enim praestat morbum profusum non admittere, quam morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe praestabilius est ante, quam in tempestatem incidat, iter absolueret, quam fluctuantem periclitatumque euadere. Atqui differunt rursus in salubri parte, sanitatem tueri, & morbos incessentes longius arcere. Etenim primum consueta uictus ratione administratur: alterum curatorijs auxilijs, ut morbum, qui conflare debet, supprimat ac dissoluere anticipet: siquidem, quae iam ortis affectibus mediantur, eadem quoque prius, quam orientur, prohibent illos consistere. Similiter pars, quam *ἀναλαμπτικὴν*, id est refectricem, appellant, differentie cum illis non nihil habet. Qui enim recreat uires recolligitque, ut non amplius praeter naturam, ita secundum naturam se nondum habet, sed ab eo, qui praeter naturam est, nuper habitu absolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam uictus rationem desiderat, nec curatoriam, non enim aegrotat: nec eam, qua sani utuntur, ut qui nondum absoluta fruatur sanitate. Quo fit, ut nec qualitate, nec quantitate paria sanis possit assumere. *σημειωτικόν*, hoc est adnotatrix pars medicinae, curationi morborum per uictum summe est necessaria. nam praeterita & praesentia symptomata ad morbi causam inueniendam diligenter inspicimus. Insuper maxima eius necessitas est ad praesagiendum, mors, an salus expectanda sit. Pari modo medicina, quae manu medetur, tum illa, quae medicamentis auxiliatur, sine indiciorum obseruatione non absoluitur: quippe praesagia eodem modo desiderant, quibus scias, quae curationem non admittunt, quaeque eam recipiunt quidem, sed uehementer aut offendunt aegrum, si curentur, aut e medio tollunt. Iam uero curatoria pars triariam diuisa est, una uictu: altera medicamentis: tertia manu medetur. Prima auxiliorum, quae digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, est administratio: Quae omnibus quidem egrorum, sed praecipue febricitantibus in usu est. Quae manu medetur, pars curatoriae est: ea incisionibus, uisionibus, & ossium in suam sedem deductione homines curat. Medicatio, *φάρμακία* Graecis dicta, nudis medicamentis interiores affectus & exteriores sanat. uictus enim conuenientem rationem, quandoque uero & manu opus requirit, quemadmodum chirurgia & uictus ratio medicatione utuntur. Itaque a rerum naturae contemplatione altius auspicabimur: quonia nec in sanis secundum ualitudinem tueri, nec in aegris morbi

A morbi causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, nec curationem admoliri recte possis, ignorans, quibus homo elementis constet, & quo modo his immutatis a natura, quam obtinebant prius, morbi nascantur.

De elementis humanis.

Cap. 9.

Constat igitur homo ex primis mundi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturalium cum Hippocrate consensu, non quod ex his ipsis, sed proportionem eis respondentibus homo constituitur. Atqui ex Hippocratis sententia, dum dissoluitur, in haec prima resoluitur, & unumquodque rursus in suam ipsius naturam, homine uita defuncto, redire necesse est, siccum in siccum, frigidum in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiusmodi tum animantium, tum aliorum uniuersorum natura est. omnia similiter oriuntur & desinunt similiter. conflatur enim ex his praedictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde singula originem nata sunt, eo quoque recedunt, quemadmodum Homerus hisce uerbis inquit inuens dissolutionem, in haec futuram.

Vos aqua, uos tellus cunctos aliquando tenebit. Caeterum hominem uelut ex secudis & humanae naturae uicinis quatuor humoribus, sanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra constitutum esse physici pronuntiant. quoniam foetus in prima sui formatione ex genitura & sanguine, qui a matre per urachum influit, auspiciu coepit. in his autem quatuor humores erant. Qui ex tribus, ijsque compositis hominem prodijisse censent, haec praeponebant initia, humida, sicca, & spiritus, quae Hippocrates graece *ἰσχυρὰ, ἰσχυρὰ, & ἐνομαύρα* hoc est continentia, contenta, & impetum molientia, appellat. Continentia igitur sunt solida omnia, ut ossa, uerui, uenae, arteriae, ex quibus & musculi, & carnes, totaque corporis moles conflata est, ad haec interiorum exteriorumque concreciones. Contenta uero humida sunt, quae in uasis per tota corpora dispersa feruntur. Atque haec quatuor praedictos humores uocat Hippocrates. Impetum molientia spiritus existunt, quos ueteres duos, animale & naturale numerant: Stoici tertium inuehunt *ἐκτικόν*, quem habitum nominant. Erasistratus uasa triplicia, uenas, uenas, arterias, omittis spiritibus & humidis, tanquam initia & totius corporis elementa constituit. Nam duplici materia regi animal affirmit, sanguine tanquam alimeto, spiritu tanquam naturae functionibus obeudis coadiutore: non autem ea, ut principia, intelligit. Multae sane aliae partium species non ex tribus illis compositae inueniuntur, ut uerbi gratia cerebrum, medulla, atque ossa omnia. Cerebrum igitur uel medullam nutrimenti parenchyma, quasi affusionem exponas, audeat appellare, sicut adipem, iecinoris, lienis, & pulmonis consistentiam. At ossa neque nutrimenti parenchymata, neque ex praedictis uasis triplicibus composita esse dicere possit. Asclepiadi hominis elementa sunt corpuscula manantia, fragiliaque, & inuisibilia foramina. Secundum Athenaei sententiam non quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, sed eorum qualitates calidum, frigidum, siccum, & humidum. Ex quibus duo causarum efficientium munere funguntur, puta calidum & frigidum: duo materialium, siccum & humidum supponit. Quintum uero ex Stoicorum opinione introducit spiritum cuncta penetrantem, a quo omnia continentur, & gubernantur. Hippocrates cum trifariam hominis elementa diuisisset, in continentia, contenta, & ea, quae impetum faciunt, quibus omnia de elementis post ipsum assertis comprehendit, necnon naturae elementorum tractationem, & eorum, quae praeter naturam sunt, causas, haud scio, quo modo successores eius unam illam re uera diuinam Aesculapij medicinam in tres partes sibi cohaerentes distribuerint atque diuiserint. Alij enim humidis tum eorum, quae secundum naturam habent constitutionem, tum causam eorum, quae praeter naturam solis attribueret, ut Praxagoras & Herophilus: Alij solidis corporibus initia & elementa attribuentes, ex his tum quae natura consistunt, tum morborum causas inde capiunt, ut Erasistratus & Asclepiades. Athenaeus uero & Archigenes spiritu solo ea penetrante, tum naturalia consistere ac gubernari, tum morbos uniuersos hoc prius offenso creati dixerunt. Vnde & *πνευματικὸν*, i. spirituales, ueluti qui omnia spiritibus tribuant, nuncupantur.

Exteriorum corporis partium appellationes.

Cap. 10.

De partibus corporis seu particulis, & quae earum nomina sunt, primus Arist. docuisse simul ac conscripsisse creditus est. Temporis autem processu Medicis quoque ipsis posterioribus de iisdem tractare necessarium uisum est, ne manu allata quaque partem aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficienter earum notitiam haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Erasistrati sectatores aemulati, ut Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidunt igitur totum corpus Aegyptij Medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non ut illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipsius corporis dicitur. Huius particulae sunt haec. Anterior superposita supercilij, pilis nuda, inter utranque aurem sita, Frons nominatur. Hac superior capillis intacta, Sinciput. Partem ab utroque sincipitis latere supra aures sitam, Tempora appellamus. In media capitis regione sinciput superante est Vertex. unde, uelut a centro circulus, capillorum prouentus incipere uidetur. Post uerticem a posteriore capitis parte ad usque tendines Occiput descendit. A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, & ore ad mentum usque circumscripta a supercilij incipiens, Facies dicitur. Vbi enim frons a superioribus descendens definit, Supercilium, seu termini eius eminentes, & pilis confiti eam excipiunt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in ipsius terminis Aures sitae sunt, quarum pars aperta Ala dicitur, refracta ab anteriori in posterius ipsius summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronem exurgens, graece xyfter appellatur. Huius acuminis concauum quod subiacet, conchula. In huius medio rotundum

Hic annotatur in graeco exemplari manuscripto, caput unum definitur, cuius argumentum est, De naturalibus functionibus.

alias ipsorum.

tundum forame, meatus auditorius uocatur, sub quo particula pinguis ab aure suspensa fibra est, seu auricula, superior pinna. Oculi supercilij subiacet, quae & lumina dicuntur, nempe tota figura cum ipsis particulis. Superius inferiusque interiores tunicas contegentes, Palpebrae appellatur, haec inferior, illa superior. Committuntur inuicem crebro & extremo tactu ad uisus recreatione, & ad prohibendum, nequid extrinsecus uolenter oculis incidat: Maxime uero, quae admodum in somnis, uisoria uirtutis auertenda gratia, quo melius homo conquiescat. Partes aut iuxta oculos totos sita, qua palpebrae inuicem committunt, tarsi nominantur. unde pili proueniunt, quos cilia nuncupant, a quibus orta sunt, ducto nomine. Facti aut in hoc sunt pili isti, ut uisoriae spiritum, uel, ut quidam aiunt, radios interiore parte effusus perspiciedi gratia dirigant. His itaque elapsis, uel retortis, nequaquam animans similiter in rectum, uel in longum uidere potest. Interiores oculi termini, ubi palpebrae coalescunt, canthi. i. anguli dicuntur, alter iuxta nasum, iuxta tempora alter: hic paruus, ille magnus. Quod in horum medio consistit, oculi cadidum. Huius rursus medium Iris circulus coloribus uariis occupat. unde & a similitudine, quam cum caelesti illa Iride habet, nomen accepit. Huius rursus media pars, per quam uisus peragitur, Pupilla est. Nasus oculos interiacet. eius partes utrinque sita, Nares uocantur, quibus aialia respirant & olfaciunt. Exteriores autem narium partes, Pinnulae siue Ala nominantur. Quod autem eas discriminat, Interseptum uocamus. In utraque; nasi parte, quae proprie concaua sunt sub oculis sita, concaua nuncupamus: unde quidam concaui nominantur. Per morbum autem haec at tolluntur ob hominis crudelitatem uel displicentem dispositionem. His autem superiores internasum & aures, Mala, [priscis etiam Genae dicuntur,] quae bene coloratis & ingenuis pudore suffusus rubet. Hinc Maxilla ad mentum usque descendunt, & hac in mucronem definunt. Mentum id omne est, quod labro inferiori longa orbiculari figura subiacet, Suprema pars labri sub naribus μύσταξ Graecis, Homero ὑπὸν appellatur. Quod intra labra describitur, & ab eis constituitur & continetur, Os est. Videntur enim haec quasi connata, post diducta os efficere: quare etiam ueluti nuper diuisa apparet. Quod caput excipit, & ad humeros usque pertinet, id totum Ceruix dicitur. huius posteriores partes proprie Tendines appellatur. Dein sub ceruice humeri utrinque; prominent, quorum uerticem ἀκρωμιον, quasi dicas summum humerum, nominant. Quod ab hoc prorsum uergit, Claviculae existunt, inter quas iuguli habentur. Ab humeris Manus incipiunt, utraque; ex suo latere propensa. harum pars ab humero ad cubitum usque; pertendens, Brachium uocatur: Ancon autem, id est cubitus, qua tota manus flectitur: cuius exteriori parte Graeci καρπὸν, & horum Attici ἀλέκτρανον nominant. Dein Cubitus, quo & homines metiuntur. Vbi hic definit, & cum summa manu articulum facit, Brachiale dicitur. Succedens huic pars μετακάρπιον, quasi Postbrachiale dixeris. Inde Nodi, a quibus digiti incipiunt, Graeci κορυφῶν appellat. Digitorum maximus, Pollex est, ἀντίχειρ Graecis dicitur, quod toti summae manus cooperans aequipolleat. Post hunc Index, nomen ab usu, ut apparet, sortitus. dein Medius. hunc Medio proximus sequitur, Graecis παράμεσος dicitur Medicus dicitur, atque ab ijs nomine sortitus. Postremus Paruus dicitur, quod omnibus sit inferior. Itaque a brachiali summa manus dicitur: cuius supinae pars iuxta pollicem assurgens, Vola nominatur, graece δέναν. huic pars opposita ὑποδέναν. id est subuola uocatur. Verum, unde digiti procedunt, σίδηρος. i. Pecten manus est. Quod medium horum omnium est, concauum manus dicitur. Supra uero thorax ea pars appellatur, quae a collo toto ad ilia usque ex anteriore parte protenditur. Huius pars, quae sub clauiculis utrinque & manibus habetur, Costae sunt. ex quibus & latus utrinque dicitur. In harum medio Pectus. Huius rursus medium usque ad chartilaginem, sub qua uentriculi os delitescit, στήθον Graecis dicitur. idem locus etiam extrinsecus ita appellatur. Hinc Abdomen oritur. Quae sub uentriculi ore ad partem exteriorem apparent, Subchartilagia nominamus, Graeci ὑποχάρδρια, quoniam secundum rectitudinem sub chartilagine ueluti post ipsam habentur. Sunt autem musculi, qui expansi membranae praetenui ueluti araneae, quam περιτόμιον Graeci nominant, subiacent: extrinsecus uero cute conteguntur. Aequiuoco autem cum his uocabulo etiam interiore uiscera uocamus hypochondria. quoniam & ipsa sub chartilaginibus notharum costarum ab interiore parte existunt: sed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen est: Quod utrinque est, Η κενεὸν id est inane seu uacuum. Ilium medium occupat Umbilicus. Sub hoc fumen Graecis ἕτρον uocatum. Postea Pubes sequitur, quae & aquaticulus, graece ἐπίστον dicitur, in quem thorax finit: ubi & masculorum pudenda constituta sunt: tum foeminarum ad femoris utriusque exortum, ut sub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles uocatur, summitas eius, Glans: qua foramen habet ad excretionem, δερσίδριον ab usu nuncupatur. Cutis, quae eam contegit, Praeputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius uergens ραφίς id est sutura uocata est. Quae uero ad usque sedem producitur, ταῦρος, hoc est Taurus. Testiculi duplici nomine apud Graecos didymi & orchis intus & foris appellantur. Quod testiculos ambit, ὄσχεον Graeci, nostri Scrotum uocant. Mulieribus autem pudendi (sic enim nominauit ipsum) sinus ipse, κτείς, id est pecten, uocatur. At, quae sinum ambiunt, Alae uocantur. Inter has autem caruncula ad fissuram exorta, Graecorum lingua νύμφη nominatur, nostra Colliculum appellare licet: quam, quod multo promineat, Aegyptij in uirginibus excidere consueuerunt. Porro recti intestini orificium per sedem prodiens, quo excretionem, cum lubet, retinemus, Anulus a figura, ab officio Strictor uocatus est. Ceterum posteriores corporis partes, quae collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totum, ἰσθμὸν. i. tergum, uocatur: inde utroque; in latere ἀμώπλάται. i. scapulae habentur. Media ipsarum pars μεταρρεῖον, quod est dorsum, cui

A cui etiam stomachus intus subiacet. Rursus media totius tergi sedes superne ad clunes usque; spina dicitur. Huius partem, quae recto tramite sub dorso habetur ἀκνησιον Homerus nominauit, manifesto alijs dictionibus exponens, κατ' ἀκνησιν μέσση νότα. quae & iuxta rectitudinem longitudinis media sunt terga, mediisque est dorsus & lumbi. Spinam Lumbi, Graecis ὀσφύς dicitur, quae ἰξὺς nominata est, quatenus cingimur; excipiunt. Hi in Os sacrum terminantur: in cuius utraque; parte Coxae sunt: in his Nates: quae his subijciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosae ipsi corpora substrata sunt. Quorum Gibbae partes, quae orbiculari res sunt σφαιρόματα, ceu modo orbium factae, Graecis nominantur. Inde corpus unum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorum diuisiones ueteres Graeci διχάλαον nominant. atque haec tota ad extrema usque; Crura dicuntur: quae uero a coxis statim incipiunt, Femora: ubi uero artus postea committuntur inferioribus, articulumque; efficiunt, Genua nominamus. Eorum partes retrorsum spectantes, Poplites, uel Ancyle: Inde ad ima maximi artus Tibiae: quarum anterior pars Ocrea, posterior Sura nominatur. Postremum ossium tibiae in utroque; latus excedens, Talus est: ab hoc profecti, Pedes proprie appellantur: quibus etiam mensuram sibi aliam homines in altum tollentes pedem inuenerunt. Pedis pars posterior Calx: prior a talo usque; ad digitos, τάρσος Graecis uocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicientibus a talo uersus magnum digitum procedens, πτεδῖον Graecis appellatur, id est planities. Quod sub hac statim in medio imi pedis habetur, concauum dicitur. Infimum, quo terram contingimus & ingredimur, planta uocatur. Quod post concauum ad digitos assurgit, Pecten pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem sortiti nomina, quoniam nec eisdem praestant usus, quanquam magnitudine, aut situs ordine conueniant.

* Graeci exemplar habet sibi. pectus.

Interiorum anatome.

Cap. II.

ANatome ab usque quidem dicitur etiam exteriorum corporis partium & particularum commemoratio, quae uerbis uniuersuiusque; ipsorum naturalem situm, ordinem, usum, quem aiant praebent, propriam cuique; illorum appellationem, de quibus iam retulimus, percenset. proprie uero anatome, interiorum cum sermone explicatio dicitur. Si quidem oculis eas indicatas esse, anatome non est, sed cuiusque; notitia ex sermone ac uerbis accepisse, & naturales actiones, quo modo ipsae obeant, didicisse, praeterea quam inuicem conuenientem uiscera, aliaque; corporis partes per uenas habeant. Cerebrum itaque; ex nullo eorum, quae praediximus, principali uase compositum esse uidetur Erasiltrato, eoque; nutrimenti parenchyma. i. affusio ipsi esse uidetur. Est autem corpus simplex, atque; ob id osium, quae humano continentur corpore, & praecipuum, & princeps. Quapropter Plato & Hippocrates animi principatum in eo constituunt. Comprehenit sane membranas duas: Una & contigua assimilique; χορειδής. i. secundi formis Graecis appellatur, ueniosiorque; est: Altera, quae huic superiacet, caluariae quibusdam partibus magis adhaerescit. Sed haec ueniosior existit. Ex superiore igitur parte uenae nutrimentum a corde iuxta eum locum, qui Graecis ληχνηδόν dicitur, ex arterijs uero, quae ad basin sunt, acceptum in id deriuant: inde & nerui exortus principium ex eo capiunt, unde & animi functiones uniuerso corpori concitant. Neruorum autem species duae sunt, una uentos ossium connexus colligat, continentque; altera sentiendi mouendique; pro arbitrio facultate toti corpori transmittit. Atque; hinc etiam musculorum prouentus est. Oculorum meatus & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos uisoriae spiritus oculis impartitur. Inde uero nares etiam processus habent, per quos & odoratur, & cerebrum expurgatur. Ad aures processus non sunt, uerum a posteriore parte tenuis membrana, quam Graeci μινύγμα uocant, perforata est, atque; in uermis speciem processum habet: per quam similiter ipsae repurgantur. In illius principio cerebri pars Graecis κωνοειδής appellatur, quae coni speciem referat, sedem habet. Iam uero illinc & spinalis medulla incipit. Ceterum duos habet cerebrum uentriculos, quorundam opinione unum ubi animi principatus residet. At Caluariae ossa superiore parte sub cute, membrana, quae per suturas meningibus prodijt, περιηράμιον Graeci nominant, conteguntur. Estque; haec origo membranae costas succingentis, quam ἐπιεξοκόττω nominant, & septi transuersi, & peritonaei, & omnis membranae neruosa. Oculum ex Hippocratis sententia habet duas tunicas, quas Hippocrates μινύγμα, quod ex illis prouenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, non nulli quatuor. Ex quibus prima de foris est a Graecis κερρατοειδής. i. cornea uocata. Ea reliqua sui parte alba est, pupillae loco extenuatur, perspicuumque; subiectum colorem reddit, quatenus niger, uel caesus, uel fuluus apparet. Secunda, qua pupilla est, modico foramine concaua, quae, quae parte interiore sit acino uuae similis, ἰσχυροειδής a Graecis nominatur. Tertia retis modo finem habens, ἀμφιβλήστροειδής nuncupatur: perinde quasi in summo quartam tunicam a non nullis inuectam excipiat, quam & ἀδύλον, ceu minus apparentem uocare consueuerunt. Est etenim membrana minima simul & tenuissima, sed prima & secunda firmae membranae, crassaeque; tunicae sunt: tertia uero & quarta tenuissima. Quare & Hippocrates priores solas cognouit, oculus, inquit, membranas duas habet. Porro triplices haec tunicae humores continent. Hunc ab aquae similitudine ὑδατοειδής Graeci uocant: Illum ὑαλοειδής, quod uitro quiddam simile referat. Tertium κρυσταλλοειδής, hoc est crystalli modo pellucidum. Palpebrarum interiores partes carnosae: mediae chartilaginosae: exteriores cute teguntur. Atque; quam chartilago media dura est, adeps subiecta est lenimenti malagmatis uel instar, quae frequenter exuperans, guttas parit. Lingua maxime carnosae est, in quam duplex neruorum genus ab ima parte cerebri prodiens inferitur. Alij molles appellati gustandi sensum ad principium: alij duri motum arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicem exigua inhaeret lingua, Graecis ἐπιγλωττίς dicta, quae, cum deglutimus, recurrens, arteriam claudit, nequid ex firmioribus humidis in ipsam delabatur. Cuius rei

† Ex graecis antiquis haec adduntur: & arterias & neruos, per quos & conspiratione & confluxio omnium & oia sunt. * Alias λήνον. i. torculas.

quoque causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguæ radicem, utrinque conspicuæ: duæ E
 his proximæ penitiores. Nominantur eadē et *παριθιμας*, quoniam locus ad quæ fixæ sunt, isthmo, præsertim cū
 per inflamationē intumuerūt, eoq; transitū hunc arctū nimis reddūt, figura respondent. Porro, cū dua-
 bus animal materijs gubernetur, alimēto, & spiritu, ad hūc quidē percipiendū, nares, os, fauces, aspera
 arteria, & pulmo, partes sunt aptissimæ. Nares sane & os respiratori seruiunt: gurgulio, ne frigidus in
 fauces aer cumulatim irrūpat: aspera arteria, ut eūdē in pulmones deducat, quorū in pectore sedes est:
 per hos & omnis fit respiratio submittētes quidem se, ut spiritus emittatur: attollentes uero, ut idē re-
 cipiatur. Quare actione similitudinem quandam cum fabrorū follibus habere uidentur: figuram uero
 unguis bubulæ seruant. Porro ex spiritu in pulmone elaborato quicquid maxime necessarium est, ad
 sinistrum cordis uentriculum defertur: quicquid inutile est, illac, qua inspirauimus, efflat. Nutrimen-
 ti uasa ad excipiendum, & instrumenta ad elaborationem instituta hæc sunt, os, dentes, stomachus, uen-
 triculus, ieiunum, & tenuia intestina. Os quidem & dentes cibum extenuant moluntq;. Stomachus
 appetit & deglutit: appensus autem asperæ arteriæ ad septum usq; transversum porrigitur. Venter
 omnis est ad concoctionem. incipit uelut a media chartilagine, ubi uentris os situm dicitur. subfidet le-
 uiter iecinori, latitudine græcorum literam *σ* referens, & altero extremo in sinistriorem partem uer-
 git, ubi est & Græcis dictus *πυλωρδς*, quoniam portæ modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, F
 prohibet. Ieiunum & tenue intestinum digestioni dicatum est, in sinus multos implicatum. committi-
 tur aut mēsaræo seu mesenterio, quod uenæ in id descendentes intertexunt, per quas digestio plurima
 fit ad portas hepatis. Ei uero tenuius intestinum est ita connexum, ut pars eius esse uideatur, quippe
 ieiuno explicato perfimile est. [Differt tamen, quod nec uacuum sit, nec uasorum copiam habeat.] De-
 inde cæcum intestinum, alimento recipiendo accommodatum. Huic adhærescit *κόλον*, i. laxius intesti-
 num, quod excrementa ex distributione segregata suscipit. Pertendens autem in dextram supra umbi-
 licum inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totumq; amplexum abdomen in rectum intestinum
 definit. Cum igitur duo meatus a lato oris spatio incipiant, alterum iuxta priorem colli partem, bron-
 chum uel asperam arteriam nominamus: [alterum, stomachum.] Vnde uero initiū capit arteria, & ubi
 aperitur, *σπέρυγγα*, i. fauces, uel *λάρυγγα* Græci uocant. Ceterum totus meatus os chartilaginibus anuli
 modo uel circuli compositis constat, quo firmus continuæ animantis respiratori maneat, [nec com-
 primatur. quare etiam ostium eius semper patescit. Nam cibi abstinentiam tolerare potes diutissime,
 non inspirare ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purū hunc spiritui transitum na-
 tura dedit, ne impediendi quid sentiat. Enimuero, si quid uel cibi, uel potus in arteriam imprudenti-
 bus delabitur, strangulationes, & tussēs statim excitantur, donec a spiritus impetu excussus efferatur. G
 Iam uero aspera arteria spiritum pulmone transmittit, definitq; in eiusdem arteria asperas, quas ipsas
 quoque bronchia nominant. Stomachus interius, quàm arteria, existens, ceruicis uertebri annexus,
 longissime cum aspe. a arteria porrigitur. Sed bronchus illi adiunctus, cum cibum deglutimus, recur-
 rens exacte ipsum lingula cooperit, quæ ex linguæ radice trahit originem. Porro hæc lingula non mo-
 do os claudit, sed etiam cibum a lingua uel utilibro purgatum, & arteriæ orificio superimpositum
 ad stomachum pontis modo deijcit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet.
 Dum appetit quidē, se attollit, & quæ offeruntur, deglutit: dum autem accepta quasi elidit, & ad subie-
 ctas partes expellit, ac uentriculi orificio contiguo per transversum septum tradit, submittitur. Per quæ
 angustum existentē meatum in uentrem alimenta descendunt. Ventriculi naturale officium est, ut ali-
 mentum sibi commissum concoquat, quod a concoctione primum ptisanæ cremori perfimile est: uerū
 per eum, quem *πυλωρδν* a Græcis appellari diximus, qui adhuc arctior est, alimentum ieiuno instillatur:
 quod cum tenue sit intestinum, in flexuosissimos orbes natura implicauit, ne ex facili uideat diffeca-
 retur, diuellereturq;. Mesaræum seu mesenterium anfractus & orbes eius amplectitur, atq; ipsos sustē-
 rat: quanquam id non solum hunc præstat usum, sed etiam uenas duas sub iecinore emergentes [ful-
 cit] quæ post in diuersas partes diducuntur, & mesaræo inferuntur, quo & ipsæ (sunt enim tenues) ru-
 ptionis periculum effugiant. Sustinentur autem ab intexto eidem simul basi, huic inuidentes, & uelu-
 ti substrato alleuæ finiunt. Atque hoc pacto in singulis anfractibus ad hirudinum similitudinem cō-
 positis, aperto ore ieiuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul
 autem inter exugendum, protinus ipsum in sanguinem mutant, qui succus antea erat, dum in ieiuno
 esset. Non enim aliunde uel pituitæ, uel sanguinis, uel alterius cuiusdam uas esse natura indicat. Rur-
 sus igitur duæ factæ ex multis uenæ a mesaræo acceptum, ad iecinoris portas digerunt. In iecinore cū
 sanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa singula pariter fecernuntur. Flaua bilis ad uesci-
 ei inherentem defertur: atra ad lienem. Iam uero ab hepate uersum in sanguinem alimentum, in dex-
 trum cordis uentriculum distribuitur. A corde sanguis per iugulares uenas (*σπαγιτιδς* a Græcis nomi-
 nantur) ad superiores corporis deriuat. Per cauum autem uenam in uniuersum corpus diffundi-
 tur. Ab hac rami duo, sanguinem iam a ferro discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub clunium car-
 nibus, per quas urina defillat, inherent. Ad uescicam autem per meatus dictos græce *ούρητηρας* proficisci-
 tur. Vesica corpore suo urinam recipit, & per colem foras excernit. Testiculi uero substantia glandu-
 losi sunt, conceptacula & officinæ feminis, quod per singulos nervos ab inguinibus dependentes,
 Græci *κρεμασθηρας* nominant, ad eos fertur. In quos etiam alia uasa ipsos nutrientia descendunt. Cete-
 rum

Arum duabus tunicis conteguntur quarum tenuiorem Græci *ερυθροειδῆ*, ualentio rem *δαπρον* appellant.
 Ab his est, quod *δσχοον* a Græcis id est, scrotum dicitur. Foeminis autem uulua scroti conuersi simi-
 litudinem refert. Venæ in partem eius interiorē quàm plurimæ aperiuntur, per quas sanguis ex-
 purgatur: qui in conceptibus retinetur ceditque in alimentum foetui, & formationem. Nam a ue-
 nis, quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes uenæ, ab arterijs ibidem sitis binæ arteriæ, &
 a neruis unus neruus mutuo in unum congressu meatum *ούραχον* appellatum absoluunt, qui infan-
 tis umbilico inferitur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab umbilico autem uenæ ad iecinori-
 ris portas sanguinem in foetibus transmittunt: arteriæ uero iuxta uescicam, crassiori arteriæ: neruus
 hic spinæ infertatur.

De ea anatomes parte, quæ ad ossa pertinet.

Cap. 12.

Ossium duplex compositio, una ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad sta-
 bilitatem, Græcis *συνάθρασις*, i. coarctatio dicitur. Huius autem tres sunt species, sutura, coagmē-
 tatio, & fixura. Suturis igitur capitis ossa constant. Inueniuntur autem suturæ in plurimis quinque.
 Prima per frontem, *σφραγιά* a corona, cui affimulatur, Græcis dicitur. Altera per uerticem *δθολαία*,
 quod uerū repræsentet, uocatur. Tertia per occipitium, a græcorum litera *λ*. *λαμβδοειδῆς* ei nomen est.
 B Duæ, quas *κροταρίας* nominant, in utroque temporum una. Ossa caluariæ septem numerantur, occi-
 pitis unum, uerticis duo, temporum item duo, frontis unum, polymorphi unum. Cerebrum duos ab
 utraque cerebelli parte processus obtinet: *κορώνας*, quasi dicas tubercula, Græci appellant, qui in primæ
 uertebri cavitates insinuantur, in quæ, uelut centro, secundæ uertebri caput in latera mouetur, annuit,
 renuitq;. Deinde ossi dicti processus duo paululum inuicem diffidentes, per quos tendines & nerui
 deorsum feruntur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt, iugalia
 id est *ζυγωειδῆ* appellata. Sub his rursus alia duo petræ modo prominent: *κροταρίδῆ* uocant. Priore capitis
 parte processus sunt telo similes: hinc quoque *βελονοειδῆς* a Græcis dicitur. Facti autem sunt ad fau-
 cium diuisionem. Vbi summæ eorum partes chartilagine committuntur, os *ύοειδῆς* appellatur. Quæ
 uero super his sunt, nomen desiderant. Quorum in priore parte situm est os a multiplici forma di-
 ctum *πολύμορφον*. Porro superioris maxillæ ossa coagmentatione constant. Facies item coagmentatio-
 nes nouem habet. Prima in lato utroque oculorum spatio situm obrinet: duæ a latere narium utro-
 que: alia medias nares recta interfecat. Maxillæ quoque singulas habent. Duæ rursus obliquæ pala-
 tum secant, unaque in rectum idem palatum diuidit. Communes autem faciei & capiti, sunt in of-
 sibus iugalibus. Iam quidem faciei duodecim ossa sunt, narium duo, oculorum quoque totidem, ma-
 clarum singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis similia. Maxilla inferior quorundam
 sententia duo in mento connata habet ossa, non nullorum unum. Ceterum dentes fixura iunguntur,
 quippe receptaculis ipsorum infixi sunt. Sunt autem numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in su-
 periore atque inferiore maxilla, quia secant, *τομῆς* a Græcis nominantur, canini quatuor maxillares seu
 molares uiginti sunt. Reliquorum ossium clauiculæ ad summum humerum coeuntes deligantur: Ad
 pectus autem articuli, & coagmentationis mitionem facere uidentur, & Romanæ literæ S, cuiusque
 simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim utroque latere habentur. Septem ex eis cum
 spinæ uertebri, cumque ossē pectorali utrinque coeunt. Reliquæ quinque a posteriore parte spi-
 næ inferuntur: In anteriore parte inuicem reuientes chartilagine colligantur. Uertebri uero om-
 nes quatuor & uiginti sunt. Septem in ceruice, dorso duodecim, quinque lumborum, post om-
 nes os sacrum, quod ex uertebri inuicem connatis constare uidetur. Quin & pectus similiter ex se-
 ptem ossibus unâ coalitis ensis figura structum esse apparet. At brachium utrunque humeri articu-
 lo coarctatur. Porro suo ipsius capite oblique in scapularum sinum immittitur. Ceterum scapulæ mu-
 sculis, qui posteriore parte costis substernuntur, incumbunt. Cubitus & radius, quem Græci *κροταρία*
 appellant, coalitus quidem modo sese contingunt, articuli uero modo, alteri brachij capiti com-
 mittuntur. Tribus enim sui uertebri brachium in cubiti cælaturam, structura literæ *σ* similem, infe-
 ritur. Quarta iam uertebra radius ueluti circa axem uoluitur. Brachialis ossa tria mutuo coalitu de-
 ligata sunt: ad cubitum tamen & radium articulum apte faciunt. Postbrachialis quinque ossa uidere
 licet articulum cum brachialis ossibus, quibus connata sunt, explentia. Palmæ ossa cum eisdem, &
 postbrachialis ossibus coagmentatione iunguntur, continenturque. Ceterum cum primis digitorum
 internodijs coarctantur, digitorum uero internodia singulorum tria, quæ articulo componuntur.
 Femoris os unum est, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum sinum conijcitur. Quam
 commissuram neruus, qui e medio sinu prodit, & in medium femoris caput inferitur, continet. Co-
 xæ, quæ duo sunt ossa a posteriore parte, cum ossē sacro priore inter se coalescentiam habent: ubi
 & pubis ossa uel pectinis nominantur. Tibiæ utriusque ossa duo, nempe tibiæ & fibulæ, non perue-
 nit autem fibula ad genu articulum, uerum sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus ob-
 tinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os rotundum,
 sublatum, scuti breuis instar, commissuram eorum continens, quod in summo coarctetur. Fibulæ supe-
 rior extremitas anteriori tibiæ parti sub infertione connectitur: Iuxta malleolos autem, qua desinunt
 utraque tibiæ ossa, ligamento nerueo, chartilaginosoque inuicem colligantur. ceterum intus talo incū-
 bit intra se ossa conuinciens. Talus, iuxta pedis longitudinem situs, perone, hoc est fibulæ, infidet, eiq;
 firmiter

firmiter coaptatus est. Ceterum tibi ossibus, tum ei, quod *σκαποειδής* uocant, in anteriore ipsius parte articuli iunctura committitur. Rursus scaphoides, ubi cum talo coit, excavatum est, ut scaphæ speciem referre uideatur. E regione gibbū calles tres habet, quibus ossa *χραιοειδής*, quæ tria sunt, inferuntur. porro, quod cibi figuram representat, extrinsecus situm est. coarctatum est autem carnosa parti, & calci. Processum quoque ex inferiori ad priorem partem obrinet, quem plantæ os retinendi ipsius gratia subiit. Deinde os dictū *πυλόν*, & ipsum quinque constat ossibus. Tum deinde quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs, similiter ijs, qui in manu sunt, cōposita, si magnum excipias. is enim solus duobus constat. Contrahunt autem horum iuncturas membranosa quædam ligamēta: talum & calcē ualida admodum, & quædam ex ijs rotunda, simul & neruea, chartilaginosaque.

De humorum facultatibus, morbis, eorum differentiis, causis, ac curationibus.

Cap. 13.

Humores corporis ex prima generatione quatuor, commisti inuicem & temperati sunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, sanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iecino re, atra in liene. Ceterum duplex spiritus innati species, alius naturalis, alius animalis. Nō defunt tamē, qui & tertium hæcticon introducunt. Hæcticus igitur est spiritus, qui lapides cōtinet. Naturalis animalia & stirpes nutrit, Animalis sentiendi, omnisq; motus facultatem animalis exhibet: Situs autem est in animantibus. nam his tribus animalium natura constat. Itaque animalis in capite sedem habet: naturalis in corde: hæcticus in toto corpore uersatur. Naturæ actiones sunt, a prima generatione impregnatio, foetusque formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio, in uentriculo concoctio, digestio, in sanguinem alteratio, segregatio, nutritio, & auctio. Excernuntur autem in corpore sterces, pituita, uraq; bilis urina, sudores, muci, salua, & lac. Animæ uero facultates, sensus, & uoluntas. Sensus quidem sunt quinque, quibus animantia per corporis instrumenta funguntur, uisus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Instituit autem anima quædam sine corpore, ut cum ratiocinatur, uel reminiscitur. Cum corpore, ubi id ad quorundam receptionem, uel excretionem, uel ad loca mouet. Respiratio composita quædam actio esse uidetur, partim ex arbitrio, partim sponte & naturaliter, ut in somnis facta. Sanus igitur homo est, primis, unde constat, elementis: & secundis, unde formatus est, quatuor humoribus, tum quantitate, tum qualitate mediocriter inuicem contemperatis: solidis autem partibus, ex quibus compositus est, nec diuisis, nec condensatis, nec e loco suo motis: spiritibus nec intensis nimium, ut in phreniticis, nec dissolutis, ut in lethargicis, uel in ijs, qui cardiaco affectu affliguntur. His enim hæcticus spiritus resoluui uidetur. Sanus autem homo conseruandus est consuetis exercitijs, & cibi patrijs quolibet anni tempore obseruatis: copia eorum solum uitanda est, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariunt. Præcautione morbi sunt, uel qui iam imminēt, uel futuri sunt. Si ex plenitudine proueniant, inedia, uel purgatione, uel uenæ incisione curandi sunt. Si ex labore & indigentia, quieti corpus dare & nutrire conuenit. Verum vniuersi morbi ex Hippocratis sententia, partim extrinsecus ex acre nos ambiēte, partim intrinsecus ex esu, potioneq; proficiscuntur, a quibus humorū aliquis uel abundat, uel deficit, uel qualitatem commutat. Ab his etiam spiritus infiti nunc intenduntur nimis, nunc plus æquo relaxantur. Solida uero corpora foris, & intrinsecus multas causas habent plures affectus sustinendi. Erasistratus autē & Asclepiades in vniuersum vnam omni morbo causam tribuūt: Hic sanguinis in arterias coincidētia, ille corporeæ molis in raritate extensionem. Plenitudinis morbum facientis notæ sunt uasorum conuexio, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulsuum magnitudo cum robore. Indigentia signa, collapsus tumoris, gracilitas in facie, & exiguus pulsus cum imbecillitate. Itaque febrem ueteres ipsam perse affectum arbitrantur: Erasistratus, & recentiorum non nulli *επιγνήμα*, i. accessorium, seu confectariū affectum. Febris igitur est natui caloris in ardentem conuersio, eo, quod intro aduersus perspirare prohibeatur. Indicia febricitantium colligimus ex calore intenso & intolerabili, tum in accessionis principio ex languido, inæquali, & crebro pulsuum motu: In statu, ex uehementissimo motu elato, & ueloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardentem, mordacem, acrem, & constantem, cum pulsuum frequentia & duritie, ex alto uenientem, febrem esse definiunt. Sunt autem duæ eius species omnium sententia, continua, & intermittens. Continua est, quæ non ad integritatem prius, quàm morbus ex toto solutus sit, uenit. Intermittentis rursus sex species inuenimus apud ueteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanam, septimanam, & eam, quæ a nono die nomen habet. Quotidiana est, quæ singulis diebus aut noctibus accessionē uel decessionem facit. Tertiana unum diē præstat integrū, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde decessionem facit. Quintana tres: Septimana quinque: Quæ a nono die uocata est Græcis *επυταία*, septē. Nā semitertiana, mō inter cōtinuas, mō inter intermittentes ponit. Iam uero reliquorum morborum duo genera sunt, uel cum febribus, uel sine febribus. Quidam enim acuti, quidam longi sunt. Acuti quidem hi, Phrenitis, Febris ardens, cui nomen est caufos, Synanchē. i. Angina, Pleuritis, Peripneumonia, Cardiacus affectus, Regius morbus, Cholera, Voluulus, Colicus dolor, Apoplexia, Tetanus, Opisthotonus, Emprothotonus. Acuti igitur a sanguine fere & flaua bile, in nonnullis corporis partibus, quas ij male habent humores, superfluis, & in deterius uersis constituantur. Lōgi a pituita & atra bile, similiter uel copiosioribus, quàm naturæ modus exigit, uel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, uictus ratione, uel inedia, uel purgatione, uel uenæ incisione curandi sunt. Qui ex abstinentia in morbum incidere, alimentis restituere conuenit, quibus incoctio & humorum acrimonia morbi causam fecerunt, ijs fomentis & cataplasmatibus concoctio

† Græci in presci, legē ut uertic terpres. Am qui tamen bent scapho di ossi, & legēdum est

Acoctio paranda est. Acria contemperanda sunt, & cibis boni succi atque humectantibus uti oportet. Ceterum quatuor in toto morbo particularibusque accessionibus tempora auxilijs afferendis dicata sunt. Initium, incrementum, uigor, & inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana conuenit, quibus & in totum abstinerere triduo conducit. Venæ sectionem in initio recentiores ad tertium usque diē statuunt. Veteres etiam post tertium diem præcipiunt, si uires suppetant, & morbus postulet. Nutrimen ti tempus a triduo iuniores: antiqui non omnibus, sed ijs, qui copia laborant, tum iunioribus, tum senioribus instituunt. Pueros statim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos, quibus huiusmodi consuetudo est uel loci, uel aeris circūflui gratia. Ante cibum post triduum primum perfusiones capitis & præcordiorum ex usu sunt: sequentibus diebus cataplasmata & clysteres. Perfusiones igitur in præcordijs calidas semper affumere oportet, & simplices, ex cumini uel xylanethi decocto: Ad caput, calefacientes quidem in lethargo, & in omni graui sopore: refrigerantes autem in phrenitide, & quauis acuta febre conueniunt. Cataplasmata quædam solo melle & oleo conficiuntur, uocanturque, *μαλακτικά*, quasi interpretatis emollientia. Quædam ex aqua, cui oleum sit adiectum, sunt, quæ *ἀμυγδαλίον* Græci nomināt. Alia his insperguntur, ueluti pollen, lini semen, & foenugracum. Clysteres hydrelæo, melle, sale, & nitro modico præparantur. Tempus eorum ante cibum est, dum accessiones remittuntur & inclinant. In continuo morbis diluculum. Phrenitis est mentis alienatio. Notæ sunt, insaniam uehemens, temeraria manuum gesticulatio, floccorum, & festucarum collectio, & febris acuta. Causam habet magna ex parte bilem. Constituitur in cerebro, uel eius membranarum quas *μηνιγγας* appellant, uel, ut quidam aiunt, in septo transuerso. Curatio hæc conuenit. Initio, si præsciis fueris, uenæ incisio, cucurbitulæ conueniunt, subtractio, & clyster, & abstinentia conueniens: instante autem morbo perfusiones soporiferæ, inunctiones quidem inter acutos, ut quartana inter longos morbos refertur, a recentioribus non item. Oriatur ex bile nō nimis sicca, circa uenas, quæ ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis missione: in statu, frigida, tum aliorum, quæ refrigerandi uim obtinent, potio confert, uel epithema, cuiusmodi ex feruenti hydrelæo præparatur. Angina est circa ceruicem inflammatio. Eius speciem unam Græci *κυνέγχον* appellant, quæ in interiore ipsius parte orta subito strangulat: Alterā *συνάγχον*, hæc in exteriorem partē incumbit, eoque minus strangulat, minusq; periculosa est. Vterque affectus uel a bile, uel a pituita salsa nascitur, idq; non nunquam cum febre acuta, non nunquam sine febre. Remedium & generosissimum & præsentissimū est sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pituitam per os educentia, & cerata foris imposta. Asclepiades ultimum auxilium posuit, de quibus summus metus est, ne strāgulētur, superiorem gutturis partem incidere. Pleuritis lateris ab interiore parte inflammatio est. Huic febris acuta, dolor uehemens, & tussis accedit. a bile potissimum constituitur. Præsidio est in initio adhibita uenæ incisio: deinde cataplasmata & sicca fomenta, nempe milij & salis: postremo medicamenta intrinsecus purgantia, quæ *πλευριτικά* nominant. Cauenda uero in his sunt uentris profluuia. Peripneumonia, non nullis auctoribus inflammatio grauis est circa pulmonem, idq; grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non posse uidetur, sed uicina eius loca, cū in dispositione eiusmodi sunt, ea ut ita nominentur, faciunt. Habet autem hic morbus febrem acutam comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuriticam concitat, secundum alios tamē pituita. Remedium fere huic cum superiore malo commune est. Cordis affectus est, quem Græci *καρδιακόν* uocant, non quod in corde affectus sit, sed quoniam stomachum ueteres cor appellabant, quo in febre acuta resoluta, ægrotos immodice digeri contingit. Accidit fere ex immodica abstinentia, uel parum tempestiua uenarum sectione, uel cum aliquid præter rationem corpori admittitur. Quare alimento, quod facile distribui queat, & recal facere, succurrendum est: quemadmodum ex uino ac niue: cibo, qui ex ualentiore materia est, & stomachum corroborare potest. Est, cum uisceribus inflammatis, potissimum iecino re, hic morbus eueniat: cum e contrario, ablatione & cataplasmatibus inflammationi dicatis opus est. Arquatus seu regius morbus, quem *Ἰκτερον* Græci nominant, est bilis in summam cutem redundantia. Interim cum febre acuta oboritur, interim sine illa, cum interiorum aduisione, & stomachi uitio. Si præcordia inflammantur, cataplasmata primum desiderant: si copia laborant, uenæ sectionem: si minus, medicamenta, quæ bilem euacuant, aut uentris ductione & intestinorum, aut per urinas, aut per sudores, aut per nares. Cholera duplex est secundum Hippocratem: Altera humida, in qua, uti omnes norunt, uehemens est excretio, bilis supra infraque erumpit, intestina, grauius torquentur. Accedunt conuulsiones, sepe etiam crurum suræ contrahuntur. Remedio contractionibus sunt perfusiones calidæ: in ijs, quæ contrahuntur, balneum post expurgationem, tum alimenta, quæ ex facili disponuntur digerunturq; & stomachum adiuuant. Alteram, siccam choleram uocat Hippocrates, ab eadem prouenientem causā, ac circa eadem consistentem, at citra uentris fluorem & uomitum. Ideoq; remissionem præcedentem & per cataplasmata requirit, nec cibi ingestione, sed contra inedia opus est. Voluulus, & colicus dolor, intestinorū inflammationes sunt, quorum alter tenuioris, alter plenioris. Quare deiectiones includuntur, & flatus intestinū inuoluti, eo, quod exitum non habent, dolores uehementes & tormina concitant. Voluulus autem dispositione & accidentibus acutior, magisque periculosus est. Alterutro autem morbo extreme laborantibus uomitus concitatur uoluulus patientium. Auxilium est uoluuli maxime sanguinis missio per initium, plerunq; abstinentia, & cataplasmata mitigantia, & inflammationem discutientia. Efficacius iuuant medicamenta,

A. l. i. f. 4. c. 17. E

medicamenta, quæ καλῶς nominant, intro per sedem iniuncta. Nam dolores auferunt, somnum conciliant, & aluum mouent. Apoplexia ex humorum crassorum copia generatur, qui capitis uasa, unde corpori sentiendi mouendi; facultas aduenit, obstruunt. Quamobrem, qui huic malo sunt obnoxij, sensu, uoce, & motu priuantur. Hippocrates de hoc uitio scribit, Apoplexiam, inquit, ualidam soluere non licet, imbecilem haud facile. Sanguis mittendus statim iam oppressis, modo & ætas consentiat, & uires sustineant. Tetanus, Opisthotonus, & Emprosthotonus, neruorum morbi existunt. uerum utraq; species est conuulsionis neruorum, qui a capite descendentes, corpori motum distribuunt. Nam, si uiscosi humores eos obstruant, affectio talis oritur. Quæ si scapulis caput annectat, quo minus possit annuere, & προσθόνου: cum mentum pectori contrahit, ut renuere nequeas, ἐμπροσθόνου: cum rectam, & immobilem ceruicem tendit, τέτανον Græci appellat. Sanat venæ sectio, si copia subest: ut uidere licet apud Hippocratem in illo, qui prolapsus humi uulnus in caput acceperat. Medetur enim eis & frigida copia sæ infusio, si ætas sit, præsertim si non gracilis, sed quadratus existat æger, nam caloris reuocatione molitur. Multi sane ceratis modice recalcifiantibus & relaxantibus utuntur, ad hæc infusionibus similibus, necnon lanis oleo imbutis atque impositis, & fomentis & cataplasmatis calidis. Longi morbi interioribus accidunt hi, cephalæa, morbus comitialis, uertigines, oculorum caligationes, insania, melancholia, lethargus, distillatio, raucitas, grauedo, sanguinis eruptio, suppuratio in thorace, tabes, abscessus in medio latere, abscessus in clauiculis, iecinoris affectus, tenesmus, dysenteria, lumbrici lati terelesque, ascarides, coxarum dolor, articularis morbus, podagra: elephantia ad exteriores partes spectare uidetur. Ex longis morbis cephalæa, internus capitis dolor est, qui in circuitu interdum affligit a pituita nascens. interim unam capitis partem infestat: tunc ἐπεροκρανίαν nominant. Auxilium utriusque est sanguinis detractio, uel cucurbitulæ occipitio impositæ, educio pituitæ per os, per aluum purgatio, & epithemata, quæ inter cataplasmata, uel malagnata, uel epichrismata scribuntur: postremo causa eius sinapismo rescitur. Morbus comitialis, quem & sacrum uocant, circa neruorum, qui a capite descendentes sensum motumque uniuerso corpori distribuunt, originem consistit. Causam eius Plato & Hippocrates pituitam & bilem atram indicant. Homo concidit, qui hoc malo detinetur, quoniam ei sentiendi mouendique meatus obruantur, spumat ijs os ob humorum commotionem, quæ a neruorum conuulsione prouenit. Qua de causa interim urina sine uoluntate prorumpit. Præsidium affert pueris imuberibus natura circa pubertatem efflorescens, & morbum humoribus natiuo calore exiccatis terminat. Qui pubertatem excesserunt, ægre aut nunquam sanantur. Caliginis oculis offusæ & Vertigines, cognata sunt uitia morbo comitiali, ab eisdemque causis prodeunt, atque easdem sedes occupant. Hoc tamé intercedit discriminis, quod illæ in superficie corporis, nõ intus accidant, ob quod facilius, quàm G hic, curantur alui ductione, præsertim per hieram, administrata, deinde apophlegmatismis, & uomitibus per circuitum partim a cœna, partim ieiunis adhuc excitatis. Omnium maxime ueratro succurritur. Mentis alienatio duplici specie insigni constat. hanc Græci μανίαν, i. insaniam: illam μελαγχολίαν, idest atram bilem appellat. Complures uero & harum existunt differentiæ, nominum adhuc indigæ. Constituitur itaque mentis alienatio circa totum caput, Causa insanix flaua bilis est. Ob hoc, qui tali uitio laborant, tumultuosi, præcipites, manu prompti, contumeliosiq; fiunt. Melancholia nascitur ex atra bile, humore frigido & tenebroso. Vnde melancholici tenebriones ac lucifugæ, tristesque apparent, de omnibus suspiciosi, hominum consuetudinem oderunt, solitudinibus gaudent, quemadmodum Beliorophontes a Poeta describitur.

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis

Ipsè suum cor edens, hominum uestigia uitans.

Medetur per uentrem purgatio, & maxime, quæ per uomitum excitatur: adhuc his magis utrunque ueraturum soluit. Lethargus morbus est phrenitidi contrarius: Est enim profunda in somnũ delatio, & inexcitabilis. Huic uitio obnoxij oïum, quæ dicuntur, obliuiscuntur, atque hæc in febris ipsos comitantur. Locus igitur affectionis, caput est: nam in membranæ cerebri constituitur. Causa ipsius pituita est, humor frigidus, frigiditate ac humiditate somnum inducens. Curatur conuenienter contrario modo, quæ phrenitis. Fricantur superiores corporis partes acris quibusdam & pungentibus: tum ea adhibent, quæ odore excitant, mouentq; Cibi similiter fundentes, secatesq; pituitæ perfusiones capiti admouentur, quæ exiccandi uim obtinent, & cataplasmata aliquando præcordijs. Crebro nanq; hæc inflammatione uexata, neruorum quoq; in capite principium constringunt, grauantq; Humor a capite oppleto destillat interdum in nares, interdum in fauces, alias in pulmonem. Atq; has tres spēs Græci κούριαν βράδρον, & κατάρροον, siue κατάραγμα, idest grauedinem, raucitatem, & destillationem nominant. Grauedini itaq; facile & breui succurritur, deinde raucitati, modico sane & calido uictu, qui frumentacei generis existat. Destillatio in thoracem non ex facili curatur, immo sæpe immedicabilis est. Nam ab ea acris & salsa partibus exesit, sanguinis educio sequitur. cuius tres causæ referunt. Vel n. uasa erosionē passa sunt, ideoq; sanguis in asperâ arteriâ descendens per os reijcitur: Vel rupta sunt uolenter. Vel ob imbecillitatē non continent, sed ad aperta oscula eũ transmittunt. Differunt sanguinis excretio, & reiectio. Hæc etenim uel a pulmone, uel aspera arteria prouenit: Illa a stomacho, & sanguis apparet nigrior. Qui ex thorace reijcitur, flauus magis & spumans: deinde hic cum tussē, alter sine illa spuitur. Sæpenumero etiam a capite per palati foramina in os defertur sanguis, præbetque educationis falsam imaginem.

A imaginem. Loci, ex quibus proprie sanguis educitur, tres sunt. Primus fauces, unde minore cum periculo sanguis reijcitur, faciliusque sistitur. Secundus aspera arteria, atq; hic morbus curationem difficulter accipit, plenusque periculi est. Tertius pulmo, ubi minus omnibus præsidij, plus periculi affectus habet. Comitatur enim maxime suppuratio & tabes, ut ait Hippocrates, cuius uerba hæc sunt, Sanguinis spuitionem puris spuitio, huius spuitionem tabes, tabem mors sequitur. Non nulli etiam ex latere sanguinem educi arbitrantur. At hoc ambiguum est. Salus uitij huius est, sanguinem reprimere, uel uenæ sectione aliò ducentem, idque potissimum in iuuenibus, uel postea sistentem, uel in ædia copiam eius imminuentem, uel simplici quodam medicamento, ut acacia, hypocyttide, balaustio, plantaginis succo, atque id genus alijs. Suppurationis præsidium uetus sunt ferramenta candentia, quæ thoracem exciccent, fluoremq; in exteriores partes dirigant. Iuniores consueuerunt mitigare cataplasmatibus, & delingendis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os assumptis prius, quàm corpus inficiatur. Inscribuntur autem proprie medicamenta ad purulentos. Quæ suppurationes medio latere constituuntur, resectæ proprie ad linamentum humoris excretionem habent, quæ si uniuersum fiat, hominem interimit. Accidunt uero suppurationes quoque sub transuerso septo, quæ se intus occultantes abscessus nominantur, non ex æquo periculosi, nec curationi resistentes, plerumque intus rupti hac excernuntur, uel partibus exterioribus diuisis. Diocles memorat etiam thoracis suppurationes erumpentes interim in arteriam, quæ ad renes ac uescicam tendit, simul cum urinis excerni. Tabes, proprie dicitur in pulmone uel in thorace corporis ob suppurationes colliquatio. difficilis eius salus est, aut nulla. Lactis usus potui datur, dum consistit: loca ficciora conueniunt. Superior Aegyptus & Libya maxime huic malo medentur. Hippocrates tabis cuiusdam coxendicum meminit, ισχλαδίκην uocans, qua in suppurationibus circa os sacrum accidentibus corpora colliquescunt. Similiter alterius renum, cui νεφριτική nomen dedit. Porro iecinoris & lienis inflammationes, si in pus uertuntur, & ipsæ mediocriter corpus consumunt. At hæc suppurationes multo citius curantur, minusque periculosæ sunt, quàm quæ pulmone affligunt. Verum, si minus in suppurationes mutantur inflammationes, sed crudæ & in scirrhi natura permanserint, malum habitum corpori afferentes, tandem aquam inter cutem afferunt. Quatenus autem simplices extiterint, in iecinore, febres continuas afferunt: In liene, quartanas magna ex parte. nam huius speciei causa bilis atra est, quæ in liene tanquam uasē continetur. Vnde quartanæ auxilium est, ante rigorem summas partes propter humoris frigiditatem fomentis tueri. In intermissionibus educio per uomitum. Aquæ inter cutem, quam Græci ὑδροπαι uocant, tres species sunt neotericorum sententia. Primam ἀσκήτιον, Secundam τυμπανίτην, Tertiam ὑποσπαστικόν nominant. Hippocrates duas statuit. Nam τυμπανίτης & ἀσκήτης eiusdem speciei sunt, quoniam in utraque nutrimentum in aquam redactum, inter intestina & peritonæum transfunditur. Sed in hac aquæ plus, quàm spiritus, in unum intus contrahitur: in illa copiosior spiritus, minor humiditas est: in reliqua solidæ totius corporis partes in aquæ naturam transeunt. hanc & Hippocrates immedicabilem esse scribit, uocatur autem & λευκοφλεγματία. Causa uero cuiusque hydropsis est, auctore Erasistrato, inflammatio iecinoris uel lienis, temporis spatia in scirrhum indurata. Nam, cum alimenti in his uisceribus confectionem, atque in totum corpus digestionem impediatur in aquæ substantiam ipsum commutat, quod ita refrigeratum, inter intestina & peritonæum transmittitur. Hoc quoque malum Hippocrati salutis spem nullam habet. Quod si uel absque inflammatione hydropsis, præsertim ἀνασάρια eueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in uenis amplius edomante, sanguis caloris inops aquæ naturam induit, & ex uenis, ceu oleum ex utribus, defluit. Quousque enim sanguis exactus in uenis est, ab earum corpore continetur. Vbi uero in eo pingue exuperauerit, ut in obesis, sanguis effusus adipem generat, aut in aquam uersus, aut, dum nõ continetur, diffunditur in locum, qui intestina & interiorum abdominis membranam interioret, aut per uniuersum corpus effunditur. Tolluntur duo alij hydroopes uel malagnatis exiccantibus, uel medicamentis urinas cientibus, uel hypelatis purgandi facultate præditis. Renes affecti dolores magnos pariunt. Locus autem male habens non ex facili potest discerni, quod exterioribus partibus cohareat, laxiusq; intestinum, κώλον appellant, ipsis incumbat. Quare, cum offenduntur, uel externarum partium inflammatio, uel coli affectio esse apparet. Non raro eodem affecto intestino renes consentientes dolent. Affectus autem, qui in eis consistunt, hi sunt, inflammatio, exulceratio, calculi, languor. Cum inflammatio renes exercet, nihil per urinam innovescit, sed dolores excitantur potius, non exacte locum primum dolentem ostendentes, ob eam, quam dixi, rationem, uerum intolerabiles: quippe qui nec cataplasmatibus cedant, nec imminutione per cucurbitulas facta remittantur. Sola medicamenta nephritica intus accepta præsidio sunt. si exulceratio eos infestat, interdum purulenta per urinas excernuntur, interdum cruenta. Cum inest calculus, aliquando cruenta, partibus uidelicet ab eo exasperatis, eiiciuntur. aliquando arenulæ in urina subsident, si friabilis sit lapis, uel etiam recens modo nascatur. In languore sanguinolenta urina redditur, quasi nondum segregata. Vescicæ affectus hi sunt, languor, furfuratio, calculus, exulceratio, circa colem maxime. His accedit urinæ suppressio, eiusque difficultas, & stillicidium. Ex his uero, alijsque causis proficiscuntur. Græci prius uitium ισχυρίαν, alterum δυσουρίαν, tertium τραχουρίαν appellant. Inflammationis notæ sunt circa pubem dolores, urinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplasmatibus, perfusionibus, & a cibo abstinentia. Quod si excedat, sanguinem quoque per uenam mittere conuenit. Exulcerationis

cerationis indicia sunt, sanguinolenta excretio interim, interim purulenta, non nunquam mucosa, & circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maximeque dulcis bonique succi alimentum, ad hæc quæ intus adhibentur aduersus ulcerationem uescicæ, & Bylini medicamentum. Languorem uescicæ in nit & urina, cum citra mingentis uoluntatem effluit. Difficilem morbus curationem aut nullam recipit. Lapidem in uescicæ esse, digiti in rectum intestinum per sedem immisi exquisitissime deprehendunt, sed ita, ut index ad medium in summo reflectatur, atque in priorem uescicæ partem, ubi & lapidem in tantem contingunt, referuntque; in uescicæ ceruicem. Calculorum differentia plures sunt, quidam enim illorum adnati sunt, alij possunt auferri. Rursus aliqui facile frangi possunt, non nulli non possunt. Itaque magna ex parte adnati difficulter curantur. Ex alijs autem, qui facile franguntur, dissoluentibus medicamentis excerni possunt. Duros & dissolubiles chirurgi tollunt, carunculam diuidentes uescicæ ceruicis. *ισχυρία* summa est urinarum retentio. *σπυγγουρία* urinae stillicidium. *δυσουρία* urinae difficultas. Atque hæc multis e causis proueniunt, aliquando calculo uescicæ ceruicis impaeto, ac meatum in totum obstruente, uel si intus quippiam relictum sit, aut uescicæ innatet. Urinae retentio, propter uescicæ inflammationem nimiam, aut repletionem immodicam accidit, uescicæ scilicet ad excretionem imbecilli, aut ceruicæ uehementer ex urinarum acrimonia per morsum contracta, aut ex grumis sanguinis iter occludentibus, aut ex urinarum crassitie. Hæc medicamentis resoluentibus oportet discutere. Plenitudinem uacuare feramento, quod Erasistratus *καθετήρα* nominat, Romanorum litteræ, s; simili. Stomachus uentris & intestinorum principium est, siue naturaliter, siue præter naturam afficiantur. Stomachi igitur uitia sunt, inflammatio, exulceratio, sanguiniseductio, inflatio, humiditas flaccida, cibi fastidium, ingestorum ciborum incontinentia. Inflammationem ergo notat dolor incumbens. Succurritur perfusionibus & cataplasmatis, alimentis frumentarijs, & quæ facile possint digeri. Exulcerationem in stomacho notat proprie putredo, mordicatio, deglutiendi difficultas. Auxiliantur his extrinsecus imposita, cibi que probe succulenti. Sanguinis e stomachoeductio ipsidem medicamentis sistitur, quibus ex thorace eiusdem reiectio, ijs, quæ superius adnotata sunt. Inflationem dissolunt discutientia, & quæ ructus mouet. Humiditatem, siccorum efus, & abinthij potio tollunt. Cibi fastidium aut ex pituita adiacente oritur, ideoque exiccare illam ex usu est: aut a bile supernatante, unde stomachus purgandus est: aut naturæ impotetia, & functio appetitoria reddenda. Nam oculi quoque propter spiritus uisorijs imbecillitatem hallucinantur. Aduersum uictus fastidium huiusmodi adhibenda sunt, quæ appetitum prouocent, suppeditentque. Stomachus autem non continet accepta propter humiditatem, maxime uero ob impotentiam ac imbecillitatem, sicut dimissa manus non continet, quæ attingit. Expedi igitur corroborare, fortiosemque ipsum reddere, tum uniuersum corpus reficere. Ventrem multa uitia stomacho communia infestant, præterquam appetentiæ prauitas. Sed concoctionis male obita functio uentriculo propria tribuitur, ut quæ potissimum in eo administratur: quem affectum profluuium sequitur. Reliqua igitur pari modo cum ijs, quæ stomachum cruciant, curabis. Fluxus exacte disquirendus est, cur alimento incocto accidat: & si inflammatio eam pepererit, cataplasmatis & perfusionibus occurratur. Si pituita humiditatis illius flaccidæ parens, quam Græci *πλάσιν* appellant, uictus ratione exiccanda est. Si bilis exuperet, eam purgare utile est. Si ex imbecillitate prouenit, ut infirmis, robur corpori faciendum est. Si ab ipsa qualitate eorum quæ concoctu difficilia assumpta sunt, uel quæ prompte corrumpuntur, uel quid alienum habent, post curationem, talia oportet interdiceret. Dysenteria, idest intestinorum tormina, est affectus intestinorum: generatur in uentris profluuijs, humoribus corruptis immorantibus, erodentibus, & exulcerantibus intestina. Fit etiam sine fluxu, primum ab humore acri intestina intus exedenti. Est, cum in morbi decessione *δυσεντερία* contingat, quam curari Hippocrates prohibet, ne suppressio intestini alium quempiam morbum maiorem accersat. Illam, quæ ex fluore nata est, reprimentibus & sistentibus fluorem medicatur: Aliam, cuius origo ex acris cuiusdam humoris rosione est, dulcorantibus, & quæ mitigare possint, abluendo ipsa exulcerata similibus. Diuturno tamen morbo, depasta ulceris ramenta & putrida solent deijci, tum profunt immisi pastilli ex sandaracha, calce, auripigmento, atque id genus alijs compositi. Vbi uero non fit ramentosa ulceris deiectione, non his utendum est, quoniam conuulsionem faciunt. Quod si talis intestinorum exulceratio in superiore quoque parte consistat, neque sic pastillorum usus est. Non enim statim ad affectos locos perueniunt. nam, ubi sanos contingunt, perniciem eis faciunt. Verum medicamentis utendum est, quæ superioribus locis conueniunt, quorumque titulus est aduersus dysenteriam inditus. Ex dysenteria, intestinorum læuitas oritur, ubi ex magna ulceratione multæ cicatrices intestinis oboriuntur, propter quas cibum non retinent: unde ex intestinorum læuitate uocata est Græcis *δυσεντερία*. Quamobrem talis est insanabilis. cicatrices nanque non sanescunt. Si uero ex intestini imbecillitate contigerit, tum quoque grauis est, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit, si molaris robur uniuerso corpori ac intestinis adiungere. Ceterum causa etiam morbi pituita est, intestinis lubricitatem illuendo generans. Succurrit inedia reficcando, & cibi pituitæ contrarij. Tenesmus proprie morbus est recti intestini. Hoc enim inflammatione laborans, crebræ, inanesque egerendi cupiditates & impetus exercent. Profunt ei fomenta parti inferiori adhibita, stringentia, tum alimentum ex frumentacea materia, & reprimens. Quod si perseveret, nihilque imminuatur, enematis ex pistillanæ cremore, & hircina adipe utendum est. Lumbricorum, qui intestina excruciant, triplex est species. Quidam n. ætates, palmi longitudine, uel etiam maiore, ad stomachum usque proferunt. Quidam breues, & minusculis

Anusculis uermibus similes, *ἀσκαρίδες*, Græcis appellantur. circa rectum uero intestinum generantur non nulli lati & oblongi adeo, ut in totum exporrigantur intestinum: quos Græci uocant *κρίπας* simul & *ταυίας*, quod similes fascijs sint. Teretes itaque ad remedia faciles: maxime autem in pueris hi: ascarides in ijs, qui sub pubertatem sunt, abundant: ægre præsidij cedunt, & excernuntur, nisi cibis acrioribus, & medicamentis diapicras compositis [oleoque cum uino] maxima ex parte iniectis. Coxarum dolores, articularum uitia, & podagra sola inter se magnitudine differunt: ceterum causis & locis, qui affectum primum sentiunt, ipsidem constant. A pituita nanque plerumque sunt: circa neruos consistunt, quibus articuli conferuntur, motumque recipiunt. At coxæ dolor, quem Græci *ισχυρία* nominant, in ipsius articulo ortus, ad talos usque non raro extenditur. Præsidio erit sanguis ex talo missus, cucurbitulæ coxis admotæ, clysteres acres, quique intestinorum tormina quodammodo faciunt. Et foris, cataplasmata acopa, & malagmata adhibita profunt. Podagra solos pedes affligit. in statu quidem febrilis dolor inteditur, eoque refrigerantibus opus est. In declinatione torpor cum frigore hominem occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articularum uitia, prædictis similes affectus sunt, circa articulos omnes consistunt: medicamenta curatoria, mitigantia ceromata, & uictus rationem aptam desiderant. Morbus, quem Græci *ἐλεφαντίασις* uocant, ab elephanti similitudine nomen fortitus est. Nam, qui hoc uitio laborant, cum tem crassam, duram, elephantorum modo asperatam habent. Originem mali excitat pituita crassa, & atra bilis, uel mucosa, maxime disseminata. Hi enim humores ferinum ipsum denunciant. Quare solū ueratrum siue nigrum, siue album, præsentancum elephantiasis est remedium. Impetiginis duæ species sunt, quæ cutem molestant. Vna tolerabilis, mitiorque est. Altera effera, quæ difficilior tollitur. Squamulae in his ex cute abscedunt, sub quibus locus rubicundior, fereque exulceratus apparet. Gignitur affectus a pituita salsa, & flaua bile: unde, ceu in salugine uasis fictilibus, ex cute secedunt squamæ. Succurritur medicamentis pituitam mouentibus, & quæ extrinsecus corpori illinuntur. Lepra quoque cutis uitium est, sed magis subalbidum, asperiusque apparet. Ea uero asperitas est, ueluti psudraciorum erumpentium. Plora uero, idest scabies, exulcerata magis est. Pituita salsa utrunque malum proprie producit. Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinsecus illinuntur, quibus ad lepram & scabiem titulus est, ipsidem succurrunt Vitiligo, quam *ελφον* uocant, duas habet species, albam, & nigram. Hæc ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholicæ dicata conueniunt: Alba a pituita non salsa. Leuce habet quiddam simile uirilgini albæ, sed magis colore terram albidissimam refert. a lepra uariatur, quod lenior hic cutis, minusque aspera, quam in illa sit. Omnia huiusmodi curantur medicamentis pituitæ trahendæ idonea, tum sinegmata foris adhibita.

De curationis per medicamenta diuisione.

Cap. 14.

Medicina, quam Græci *φαρμακείαν* uocant, duplex est. Prima interiores morbos curat: qua potissimum uictus ratione sanans utitur: Altera exteriores, citraque illam manu nihil peragitur. Medicaminum ad interiora pertinentium species duodecim existunt. Quædam cephalica, quasi dicas capiti dicata medicamina: quædam stomatica, idest oris uitij accommodata, dicuntur. Alia concoquunt: alia ad tussim inscribuntur. Alia anodyna, quæ dolorem leuant: alia alexipharmaca sunt: alia purgant. Non nulla proprie ad iecur inscribuntur: sic ad lienem: ad renes affectos. Sunt, quæ aduersus uescicæ calculos & ulcera nomen habent: similiter ad uulnam. Iam uero stomatica sunt, quæ ad gingiuas cruentas putridas, erosas, & dentes faciunt. Eodem referuntur, quæ aphthas & crustas, tum quæ uia descendentem sanant. Quæ concoquunt, partim ad stomachi uel uentriculi imbecillitatem conducunt, partim ad horum inflationem, quædam ad sanguinis reiectionem e pectore. Quædam ad pleuriticos uel peripneumonicos: alia ad tabidos: alia ad asthmaticos, id est suspiriosos, uel eos, qui non nisi recta ceruice spiritum trahunt, *σφραγιστικοί* uocantur. Aliqua ex his asperitatem arteriæ, & uocis abscissionem auferunt. Porro anodyna nunc renum affectus sedant, nunc uentris profluuium, aliàs intestinorum tormina, aliàs plenioris, nempe coli, tenuiorisque intestini, id est ilei mala: communiter omnia quemuis dolorem mitigant, Dextinguuntque. Alexipharmaca simplicia, alia ad aliud uenenum usurpamus: Theriace aduersus omnia & prius & post sumitur. Inter purgantia quædam per superiores corporis partes agunt, quemadmodum, quæ ueratro constant, uomitumque cientia omnia. Per inferiores, quæ scammonia, aloë, elaterio, colocynthide, euphorbio, cocco gnidio, atque his similibus. Tertio ordine ab his ponantur, quæ lumbricos latos repellunt: cuiusmodi medicamentum est, quod cerui cornu, menta, & pipere præparatur. Est & quarta species caput tantum per os atque nares purgantium, quæ in capitis, oculorumque affectibus proprie sumuntur. Ad hæc quæ in arquato crebro in usu sunt. Conuenit autem per superiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus huius est, cum morbi intermittunt. Inferiori parte adhibita, acutis, ut pleuritidi & peripneumoniæ. Tempus uero uniuersæ est, particularium accessionum remissio. Exteriorum remedia undecim species continent, alia discutunt, alia concoquunt, alia cruentis statim imponuntur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricem inducunt, alia oculis, alia uniuerso corpori adhibentur, alia adurunt, erysipelatis, herpetis, carbunculis idonea. Alia sunt, quæ illinuntur, acopa, & excalefacientia, quæ ad neruorum resolutiones faciunt, articularum morbos, podagras, tetanos, opisthotonos, omnemque neruorum morbum. Alia pustulas summa cute orientes, leucen, alphum, impetiginem, & lepram absterunt. Quæ digerunt, & concoquunt, phymatis, & cuilibet id genus abscessui auxilio sunt. Digerentia sunt

sunt omnia, quæ constant sale, & quæcunque etiam nitro, ut Cresiphontis compositio testatur. Coney-
 quentia, resina, galbano, ammoniaco thymiamate. Quæ cruentis imponuntur pharmaca, fusci coloris,
 ad recentia corporis uulnera ualent. Quæ proprie uiridia & nigra sunt, ut barbarum, capitis mala, &
 canum morsus sanant. In ulceribus, partim pus educuntibus in his, quæ laborant inflammatione, uten-
 dum est, ut tetracharmaco: in fordidis uero, repurgantibus, ut uiridi diluto: in cauis, replentibus: in car-
 ne supercrescenti, reprimentibus, ut quæ ex myli & squama conficiuntur, in uehementi quoque sangui-
 nis fluore sistendo non parum efficacibus. Adurentibus interim in diducendis partibus, ac aperiun-
 dis utimur, uelut in abscessuum comprehensione, interim in palpebris cum summa cutis relaxatur, &
 procidit, uice confutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatam retrahimus. Aliquando in capi-
 tis morbo difficillimo, quem *κεφαλαίτιον* uocant, per altas cruatas humores in exteriorem educentes assu-
 mimus. Adurentium materia lixiuium, calx uiua, auripigmentum, sandaracha, sæcula, atque id genus
 alia. Ex cephalicis medicamentis aliud ad achoras, capitis furfures, & eruptiones ualet: alia ad capi-
 tis dolorem, & heterocraniam. Aurium remedia partim earum inflammationem, partim exulceratio-
 nem, partim influxum, partim difficilem auditum, partim contusionem iuuant. Oculorum pharmaca
 septem species habent. Quædam enim ad incipientes lippitudines, ut quæ diagauciu, & diacrocii, &
 cynaria inscribuntur. Quædam ad eorum dispositiones, ut nardina, & theodotia appellata. Quædam
 ad fluorem, quæ ex thure, acacia, & erice fructu componuntur. Quædam ad scabritiem, ut ex metallis
 confecta, nempe usto ære, chalcitide, & aris squama. Quinta ad siccam lippitudinem, & scabiosam, col-
 lyriorum species est, tum siccorum oxyderricon, id est uisum exacuentium, eiusdem cum superioribus
 materia. Sexta humidorum, quæ ad suffusiones inscribuntur, ex fellis generibus hyænæque potissimum
 composita. Septima cataplasmatum species in oculis uehementer inflammatis & circumdolentibus
 usurpatur, ex meliloto, passo, fœnugræco similibusque materijs confecta. Oblinimus palpebras initio,
 repellentibus, & cuiusmodi sunt dia glauciu, & dia crocu medicamina, etiam solo ipso glaucio. Interius
 affectis exiccantia, lenientiaque admouemus, ut nardina theodotia. Quæ uero ad colorem decorem-
 que formæ conciliandum illinuntur, qualia hedycreo & sandyce constituuntur, non medicina, sed ar-
 tis cultui ac elegantia dicatæ sunt propria.

De oculorum affectibus.

Cap. 15.

Affectus, qui totum oculum exercent, hi sunt, taraxis id est perturbatio, lippitudo, epiphora, infla-
 matio, œdema, inflatio, scirrhosis, chymosis, carbunculus, strabismus, conuulsio, palpitatio, myo-
 piasis, gangræna, putredo, ulcus, fistula, xerophthalmia, pterophthalmia, sclerophthalmia, proci-
 detia, atrophia. In membranis hi consistunt, ruptura, exesio, distentio, anastomosis, crassities, densitas, cor-
 rugatio, extensio, raritas. Interiores palpebrarum partes infestant, aspretudo, crassities, sycosis, tylosis,
 durities, chalazosis, pladarotes, mydosis, farcosis, porialis. Exteriores hydratides, lichiasis, phthiriasis,
 meliceris, gangræna, phymata, colobomata. In corona crithe, posthia, trichiasis, distichia, tristi-
 chia, phalangosis, pyrosis, ptilosis, psoriasis, madarotes, paralytis. Communes toti palpebræ, pa-
 ralytis, proci- detia, diuersio. Angulis hi accidunt, encanthis, ancyle, pterygion, rheas, prophytis.
 Extrinsecus, ægilops, anchilops. Album affligunt, phlydracion ulcus, hypophagma, abscessus, che-
 mosis, cœloma, pterygion, phacosis icterus, tofus: Iridem oculi infestant, argemon, nephelion, a-
 chlys, epicauma, ulcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, staphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix,
 leucoma, cœloma, proptoma, unguis, pyosis, exulceratio. In pupilla esse solent, suffusio, glaucosis,
 mydriasis, phthisis, synchysis, platycoria, amaurosis, rhytidosis, nyctalops, hemeralops, myo-
 piasis, diapyxis. Meatus exercent, aporexis, paremptosis, symptosis, anthracosis. Taraxis igitur seu per-
 turbatio, est, cum oculus leuiter ac mediocriter comotus tandem rubicundior euadit. Lippitudo, cum
 album rubescit, & palpebræ attolluntur, cum dolore conuiuent, ægreque manus admotas ferunt. Inflama-
 tione oculorum rubor intendit, palpebræ magis eleuantur, ut non nisi magno negotio queas suspicere,
 Epiphora, tum inflammationis magnæ uniuerso illata corpori, tum largorū suorū cōmune nomen est. Pro-
 prie uero de oculis refert, ubi cum maxima inflammatione, et humoris copia influxerit. Oedema nominat,
 cum eleuatus apparet oculus, & colorē amisit, uel et ægre mouetur: interim album quoque supra nigru at-
 tollitur. Inflatio dicitur, cum subito tumescens oculus decolor fit, exuperante pituita: ut plerumque senibus
 ætate potissimum solet accidere. Scirrhosis ex inflammationis diuturnæ uehementia oritur, carne incre-
 scente, & subliuida. Profluuium laborat oculus, cum non solum rubet, sed multas quoque lachrymas excernit. Xero-
 pthalmia. i. arida lippitudo, cum anguli ulcera & aspretudinē, pruritusque contraxerunt, palpebræ rubent,
 & lachryma falsa & nitrosa profluit. Sclerophthalmia, quasi dicas dura lippitudinē, est, cum palpebræ du-
 riores sunt, oculi rubet, & cum difficultate quadam mouent. Proptosis. i. proci- detia, appellat, ubi cum inflama-
 tione moti sede sua piciunt. Atrophia nominant, cum ex longa imbecillitate, uel alia quadam latente cau-
 sa paululum quasi impulsus, deinde cauatus ad radicē cum dolore minor euadit, obscureque: aut nihil oīno
 uidet. A speræ dicunt palpebræ, cum euerse sanguinolentiores apparent, & magis asperæ carnosæque, &
 fici acinis similes. Crassæ uocantur, ubi euerse duriores ijs, que naturaliter se habent, existunt, & scabris
 magis carnosæ. Sycosis. i. ficus, accidit, cum in palpebrarū parte interiore carni quid simile enatum fue-
 rit, quod emineat, & oculus totus ægre moueatur. Tylosis. i. callus, nuncupat. cum in palpebris aspre-
 tiones ex senectute crassiores, albidiores, & parū seniles extiterint, eoque minus deteri possunt. Scleria-
 sis

Asis, id est durities, est tumor palpebræ cum rubore doloreque, difficulter aboletur. durat magis, quam in-
 flammatio. Chalazia uel chalazosis orbicularia quædam intra palpebras tubercula sunt circumscripta.
 nomen a similitudine grandinis acceperunt. Pladarotes, sunt mollia ueluti corpora uetusta & maxime
 decolora palpebrarum parte interna nondum aspredinem habentia, propterea *πλαδαρότης* a Græcis uo-
 catur. Mydosis commune nomen est partium, quæ ex putrefactione corrumpuntur. Palpebræ quoque
 eadem laborant, ubi & tumentiores apparent, & assidue diffuunt, adipem paulo copiosorem sortita.
 Crithe, quæ & posthia, dicitur, cum parte interna palpebrarum iuxta corollas suppuratum oblongum,
 figura hordeo simile sit, unde appellatum est. Generantur alia quoque maiora in medijs palpebris eod-
 em appellata nomine. Lithiasis, albida quædam & crassa, callis lapillisque similia, quæ oculum pun-
 gunt, in palpebris retorsis ostendit. Phthiriasim uocamus, cum palpebrarū pilos multi lati exiguique pe-
 diculi infestant. Ditrichiasis laborat oculus, cum pilis naturalibus alij subnascentes ipsum pungunt fluo-
 remque concitant. Ptilosis est cum alij quidem subnascentur, naturales autem collapsi fractique stimulant ac
 pungunt. Phalangosis, cum pilorum subnascentium duplex triplexue acies, uel in superiore, uel inferio-
 re palpebra prouenit. Resolutus oculus dicitur, ubi naturali motu destitutus, neque sursum neque deorsum
 intendi possit, uerum sentiendi expertus consistat. frequenter hoc mali partibus etiam oculi accidit.
Ectropiō seu diuersio, palpebrarum uitium est, cum exulceratis oculis plus extra feruntur. Encanthis,
 ubi ex ulcere caro in angulis iuxta nares supercreuerit. nautæ, ac piscatores hoc uitij peculiare habent.
 Unguis uero, est in albo oculi præter modum exulcerato carneque oppleto membranula tenuis & ner-
 uosa: quæ oriens ab angulorum aliquo ad nigrum & uerticem eius peruenit. Rheas, cum angulus ex la-
 rente quadam causa secesserit, aut praua curatione sublatus fuerit, ut lachrymas continere non amplius
 possit, sed humorē dimittat. Cohærescunt palpebræ cum albo oculi, uel nigro ex ulceratione. Et si nigro
 cohæreat, uisus omnino prohibetur: si in albo, minus. Græci hoc malum *αγγυλασιον* appellat. Aegilops,
 uel anchilops, abscessus quidam est ad angulum, qui naribus propior est, pus continens, quod erumpens
 aut os exedit, aut ad angulum, uel usque ad nares destillat. Phlydracion communi uocabulo circa cor-
 pus totum & circa album oculi fit. Est autem uelut pustula in summo rubicundum. Ulcus oritur in albo
 uel nigro, cum summa cuticula, quam Græci *τιδερμίδα* nominant, diuisa Lunæ figuram, uel rotundam,
 cauum, similis coloris, uel subalbi acciperit. Hypophagma uocant, cum uasis in prima tunica ruptis ab
 icu, sanguis intra albi spatium & interiorem tunicam coierit, atque oculi color statim cruentus, post liui-
 dus existat. Chemosis ex inflammatione uehementiore utraque palpebras in exteriorem partem de-
 torquet, ne totum oculum contegant. Proprie uero Chemosis dicitur, cum album utraque iridis par-
 te inflammatione afficitur, iuxta irim autem cauum hiatarum similitudine apparet. Cœlomata sunt
 rotunda & caua ulcera, bothrijs latiora, quæ in oculis circa irim nascunt. Argemō, in iridis circulo, uel in
 albo, interdum etiam nigro, ulcus rotundum & subalbidum oritur. Nephelion, summæ cutis ulcus pau-
 lo maius argemo, & albidum, Achlys, est circa totum nigrum a superficiali ulceratione cicatricula re-
 nuissima, acri caliginoso assimilis. Epicauma, cum in superficie cuticula adusta ulcus contraxerit, uel
 etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innascens. Bothrion, est ulcus cauum, purum, angustum,
 puncturis rotundis simile, ulcusculo altius. Phlyctænam uocant, ubi per exulcerationem, uel etiam sine
 hac exterior ceratoidis tunicæ membrana tenuissima & sublimis elata, intra se humorē collegerit, aut
 sub tunica spatio crassior humor currens phlyctænam pariat. Myocephalon morbus est, cum tunica prio-
 re iuxta irim, exulcerationis uitio exesa, secūda proci- detur, ut ceu muris caput referre uideatur. Staphy-
 loma dicitur, quando oculi pupilla cum inflammatione & dolore attollitur, & album colore, & acino
 uua simile redditur. Hypopyon uniuersam irim pure occupat, uel eius dimidium. Rhexis, id est ruptio,
 est exulceratio ab icu, uel alia quadam causa, in alto totas subinde membranas diuidens, ut etiam hu-
 mores, quibus uidendi facultas administratur, effundat. Cicatrix appellatur, ubi nigro oculi ex alto ul-
 cere membranæ crassities superuenit, & color albi apparet. accidit quoque albæ membranæ dictæ,
D sed non perspicitur. Albugo nihil a cicatrice differt, nisi quod ex ulcere maior cicatrix, simul & crassior
 in iride nascatur, quam Albuginem nominant. Clauus est carnosus nigri excessus solidus, cum leui al-
 baque uelut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohærenti consurgens. Suffusionem quidam in-
 terpretantur, cum humor quidam in pupillam destillauerit, concreueritque sæpe adeo, ut uisum offen-
 dat, uel in apparentibus hebetet. Glaucosis est humoris crystallini in album atque aqueum colorem
 mutatio, cuius gratia uisus impeditur. Mydriasis dicitur, cum pupilla quidem nihil colore uariat, dilata-
 tur aut magis, quam natura poscat, ut iridis circulo fiat proxima, & uisioni noceat. Phthisis, id est tabes
 appellatur, dum pupilla arcte coit, uel stimulo assimilis fit, tum hebetior, tum rugosior, aut ex imbecilli-
 tate periculosa, aut ex capitis dolore uehementi. Confusio, dum humores oculorum suo loco non con-
 sistunt. proprium ordinem seruantes, sed huc illucque feruntur. Hebetudo, summa uisionis sine causa
 euidenti offensio. Nyctalopes uocantur, qui die uident obtusius, sole occiduo acrius, nocte magis ad
 huc: uel contra, die parum, uel peri aut nocte prorsus nihil. Myopes uicina uident, remota non item.
 Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac discutitur, suffusione
 sicciior. Abruptio est, quando meatus a cerebro & meninge in oculum descendens, ex icu capitis, uel
 casu ex alto diruptus est ita, ut absolutam cæcitatem afferat. Coincidentia, ubi in meatum, qui a basi
 cerebri ueniens, oculo uidendi facultatem tribuit, humor adaperto, uel rupto uase incidit, obtu-

ratq; eū: unde cū dolore uisus offendit. Symptomatis accidit, cū meatus ex atrophā, uel resolutione fit. **E** arctior, cōciditq;. Quod uitiū ut rarū est, sic remedijs ægre cedit. Carbūculus, crustosum est ulcus, depascēs cū fluore, & bubone, aliquādo etiā cū febribus, interim in toto corpore, interim in oculis factū.

De exterioribus capitis affectibus.

Cap. 16.

Circa uero capitis exteriores partes consistunt ij, qui inter longos ascripti nō sunt. Caluarię autē fracturarum differentia quinque existit, rhogme, engysoma, ecpiesma, apechema, & camarosis, distētio futurarū, hydrocephalō, achores, pityriasis, meliceris, atheroma, fauus. Porro eam partē, quę capillo tegitur, & mentum occupant alopecia, ophiafis, caluities, madarotes. Pili oēs fluunt, extenuant, quasi fantur, scinduntur, squalescunt, in puluere rediguntur, sublauescunt, canescunt. Oculorū morbi separatim conscripti sunt. Auriū, contusio, pterygomata, fractura chartilaginis, fordiū uel exuperātia, uel defectus, grauis auditus, surditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciant ozena, polypus, ulcus, fractura, peruersio, cōpressio, simosis. Os infestat gingiuarum putredo, detium erosio, eorūq; dolor, & cum ē sede sua labant, t[abcessus, epiglottis,] epulis, parulis, aphthæ, crustæ, tonsillæ, uua, ficus. Faciem occupant ephelis, uari, lentigo, ossium fractura, distentio cōmissurarum, eluxationes maxillæ inferioris à superiore gena. Ceruicem habent synanche, cynanche, strangulatio, uertebrarū expulsio, strumæ, steatomata. Humeros male habet uerticis ipsorum fractura, distentio. Iuncturā cubiti occupant meliceris, atheroma, steatoma, humor aqueus. Brachiale, ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia. Quācūq; corporis partē inflāmatio, œdema, inflatio, durities, abscessus, ulcus purū, ulcus sordidū, canū, carne supercrescēs, crustosum, siccū, fluens, subpascēs, callosum, fistulosum, mydefis. i. putredo, phyma, dothien, therminthes, phygethō, chalaza, phagedæna, phycitides, carbūculi, epinyctides, erysipelas, herpes. Māmillas peculiariter, tū naturalia sexus utriusq; uexāt carcinomata. Quālibet corporis partem impetū carcinoma occultū, carcinoma ulceratū, therioma. Inguina, bubones simplices, phymata purulēta iuadūt. Genu, gonyalgia, rheumatismi, tofi. Poplites steatomata, anchyle. Tibiā, uarices. Surā, scirrhomā, chironia ulcera. Summā pedis partē, nigredines, necrosis, podagra, fistulæ. Calcē, squamæ.

De cutis affectibus.

Cap. 17.

Cutem, totiusq; corporis partes exagitant lepra, p[er]fora, alphas albus, alphas niger, leuce, impetigo simplex, impetigo agrestis, dracontiasis, acrochordones, thymi, myrmecia, clau, calli. Quædam horum ex podagra & articulari morbo, quædam ex sese oriuntur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcæ, fissuræ, procidentia, condylomata, pylides. Aduenit etiam toti uulua procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habent enterocèle, cirsocele, epiplocele, sarcocele, porocele, steatocele. Totius corporis ossa patiuntur cariem, sphacelum, fracturam sine uulnere, uel cum uulnere, ecbyrosin. Fracturarum differentia quinque sunt. Prima schidacedon facta, per rectitudinem: Altera per transuersum, cauledon. Tertia raphani in morem raphanedon. Quarta caryedon ideft in modum nucis. postremo alphitedon, hoc est in speciem farina. Nigrescunt interim ossa in fracturis, interdum sine his. Articulis omnibus accidunt, paragoga, e sede propria motio, eluxatio, præterluxatio, colligatio, porosis, rheumatismi, distentio commissurarum.

De Chirurgia.

Cap. 18.

Chirurgia est alieni, ut proprie uocant, per incisiones, concinnationesq; cum uia quadam & ratione ablatio: ad hæc uulnerum atq; ulcerum curatio: quæ in corpore humano administratur. Primariæ eius actiones duæ sunt, compositio, & diuisio. Harum rursus multæ sunt species. Compositionis quidem, fracturum ossium coniunctio, & deligatura, luxatorum repositio, intestinorum, quæ prociderunt, collocatio, ad hæc, uulua, & recti intestini. Abdominis suendi ratio, *γαστροπαγία* Græci appellant. Curatorum applicatio, siue adductio, ut in naribus, labris, atque auribus. Diuisionis species, simplex incisio, præcisio, hypospatismus, periscythismus, angeologia, excisio, adustio, rasio, limatio, sectio per ferram. Simplici sectione in abscessibus uniuersis utimur. Diuidendum uero membrum est recta linea, non transuersa. Præcisioni locus est in alis, inguinibus, natibus, & ano instar myrti adhibita. Hypospatismo in fronte, cum oculi fluunt. Periscythismo inincipite, & colis pellicula, quam præputium uocant, nigricante. Excisioni in membris nigrescentibus, & capitis fracturis. In omnibus autem, quæ ad ossa pertinent, alijsque multis ustio, rasio, limatio, ferræ usus utiles sunt. Ustio candentia ferramenta requirit, proprie in ijs iam malis omnibus, quæ depascunt, & oculis rheumaticis, coxis, uel etiam interioribus. Etenim in tabidis cādentia ferramenta assumuntur, & in lienosis: tum in brachijs, quæ in aliam excidere consueuerunt: insuper in ægilope, in nigricantibus, uel ijs, quæ refecantur propterea, quod aperiantur uasa: postremo in alijs sanguinis profusionibus. Hæc itaque in capite consistunt, quæ à manu auxiliantur. Fracturarum autem capitis genera sunt quinque: Rhogme, engysoma, ecpiesma, apochema, & camarosis. Non nullorum sententia additur & sexta, trichiasis, per summam ossium insculptio. Hydrocephalon quatuor species obrinet: Vnam cum intra cerebrum & inuolucrum eius humor subsidet: Alteram, cum intra membranas & ossa: Tertiam, cum intra os, & pericranium: Reliquam, ubi os & cutem interiaret. Circa cutem oriuntur meliceris, atheroma, & extrinsecus alopeciafis. Itaque alopecias laniamus, meliceridas & atheromata myrti modo, uel simpliciter summam cutem diuidentes, deinde tunicas digitis auellent, cum ipsa humoribus, qui insunt, auferimus.

Amus. Quod sub ossibus est, excidimus. Quod tandem intra meningem cerebrumq; incidit, insanabile est. Omnis fracturarum caluarie species excisione administratur, excisoribus id, quod in ossibus fractū est, auferentibus. Veteres igitur modiolis per circumuersionem secantes ipsa excidebant. Posteriores terebris uti sunt, ægros in sedile, tum sectores collocantes. Hac tempestate excisoribus tantam sedem exhibent. Ex oculorum uitijs hæc manus præsidium expetunt, trichiasis, hydatides, encanthis, ungues, staphylomata, suffusiones, fluores diurni, & excedentes, palpebrarum calculi, coagmentatio oculos ambientium in idem, ægilops. Palpebras itaque relaxatas consuiimus, t[er] quod præter naturalem habitū est, auferentes. In palpebris non relaxatis, tacus candens ab angulo sub ipsis radicibus immittitur. Hydatidas singulatim tollimus. Encanthis, ungues, & staphylomata præcidimus. Staphylomata quidē t[er] solum ad ipsas radices per medium transiere aculina ducente oportet. Ungues & encanthis uel lino uel hamulo attrahimus. Hypochyma deducimus pungentes circa irim ex minori angulo, t[er] deinde in eius summo concretum pupillæ humorem fractionibus radentes, stringentesque, ne suspicias. Hypospathismus, periscythismus, & angeologia fluorem sistunt. Hypospatismus itaq; tribus fit supra frontem diuisionibus. Post ferramento (quod spathomelam appellant) per corpora, quæ interiarent, transmissio. Periscythismus est, cum transuersis lineis coronæ modo frons secatur. Altera ipsius parte paulo superius, quàm tempora sunt, quædam triangula amputantur, Græcorum literæ Δ similia. Angeologia perficitur uasis latentibus a tempore ad tempus in profundum diuisis. Palpebrarum calculi medicamentur magna ipsarum diuisione, qua lapides integre auferimus. Connatas palpebras scalpello aperientes [sicis medicamentis] diducimus. Aegilops ad os usque excidentes ferramentis candentibus adurimus. Sunt autem, qui loco ferramentorum candentium terebratos forant usque ad nares. Polypum, qui in naribus nascitur, angusto specillulo ab osse resoluimus, & rasorio cultello postea radices demetimus. Ozænæ raro ad sanitatem proficiunt. curatio uero earum in iisdem uerfatur. In ore epulidas & parulidas diuidimus, ubi suppuratio se ostenderit. Uuas demissas, siue collapsas nimium, excidimus, uol sella prehendentes. Dentes eximimus scarificatione circa eos facta. Adenas excedentes naturam in tonsillis aduersis plagis amputamus. In ceruice steatomata, & strumas, cute diuisa, & digitis auulsa, tum uasorum complexu dissoluto tollemus. Ganglia, quæ in metacarpis seu postbrachialibus magna ex parte eueniunt, & mulieribus lana uictum quæritantibus plerumque extundimus, interrim ceratis mollita curamus. In alijs phymata & strumas præcidimus. similiter in inguinibus. Abscessus in spatio intercostali diuidentes non uniuersim, sed moderate, paulatimq; puris excretionem molimur. Sunt, & qui adurant eos. Carcinomata in multis corporis partibus, maxime circa mammas oriuntur. Præcidimus ubicunque fuerint, & ferramentis peruruntur non admodum ignitis. Non desunt, qui rasorijs ferramentis ignitis simul secantibus, & adurentibus utuntur. Exomphali, omnes, quibus umbilicus extuberat, appellatur. Differentia triplici comprehenduntur. quidam enim pneuma tomphali, quasi qui spiritum sub umbilico collegerint. Alteri enteromphali, quibus intestina ad umbilicum procedunt. Reliqui hydromphali, qui aquam sub umbilico gestant. Omnes differentia manu sanantur, lino duplici per acum immisso, & umbilico circumstricto. Hydropicis paululum sub umbilico a sinistris pungimus ferro instar myrti facto, donec inania penetrauerit. Apellarum duplex curatio, horum, qui intrinsecus excoriantur, illorum, qui extrinsecus orbicularim in summa cute diuiduntur, ut præputium intus attrahatur. Qui per angustias præputij exere glandem nequeunt, summa eius pellicula, quantum licet, retracta, dein callis, qui in conspectum prodeunt, scalpello per summam auulsi curantur. Hypospadiæ sunt, qui ex generatione, urinae iter inferius sub dicto cane habent: curantur autē summa glande perforata & canaliculo immisso. Qui dicuntur atreti, siue foramen habeant tenue, siue nullum omnino, auxilium capiunt hoc pacto: Acuto specilli immisso adaperimus, deinde digitum submittentes undique absoluius. Lapides in uesica habentes secamus, calculum in uesicæ collum adigentes, incisario autem lapide utentes semel superiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id didoneo, quod propterea *λίσθηλον* Græci appellant, calculum auferimus. Quibus fluere urina quoquo modo coepit nimis, rhyadicos appellant, si magnus callus fuerit, præcidendo ipsum curamus. Quibus urina propter copiam non redditur uesica distenta, ut remittere se nequeat, per fistulam cathetera urinam elicimus. Porro huic instrumento ad Romanæ literæ, s[ic] figuram facto, quod in urinae iter usque ad uesicam demittitur, inditur filum, quod in summo habens lanæ paululum procumbens, urina madefactum, deinde foras extrahitur, quod urina tanquam ducem uia sequitur. Tumorum, qui scroto accidunt, septem species sunt, hydrocele, porocele, steatocele, sarcocele, epiplocele, cirsocele, enterocèle. A quibusdam hæc complicata adduntur, hydroenterocèle, sarcoepiplocele. In his, qui hydrocele laborant, scrotum diducendum est, & ubi maxime uenosum est, inuenta que tunica, humorem ea comprehensum euacuare oportet, & tunicæ superuacanea auferre: in quibus sine tunica est, excernere humorem sufficit. Steatocelas, & porocelas similiter, sinistra manu scrotum extendentes secare conuenit, postea in superficie diducere, donec adipi, uel callo, uel alij cuiusque incidamus, & hoc auferemus. Pari modo sarcoceles tractantur. Oportet autem subiacentem carnem albicantem præcidere, subram excoriare & detrahere, ac tunc reliquias adimere expedit. In cirsoceles extendens uaricem hamulo in superficie diuisum, exceptumque auelles, relicta ceu digiti parui latitudine: reliquum extensum absca. Cura uero non mediocri adhibenda est in neruis illi complicatis,

SPRIL.

E 2

κρημαστίρα

†Fasciolam ab ipsis auferentes, quantum commensuratio iuxta palpebrarum figurā postulat. †Pilos per acum illaqueamus.

† alias abscessus in lingua.

†Pilo transmissio ablaqueantes.

†Donec acus penetrarit, & loco uacuo excipiantur: deinde per obliquum ad iridem perducere summa eius parte compositum circa pupillam humorem deducimus, deligentes & stringentes, ut ne abiciat.

†Alij legunt *λίσθηλον* sub *λίσθηλον* in *λίσθηλον*.

Græci uocant, & testiculis. Enterocelicos, & epiplocelicos ita secamus, reprimentes intestinum, uel omentum diligenter, mox seminarium meatum auferemus, q̄ fieri poterit, commode: Sin minus, peritonæum attrahentes, & laqueo excipietes præcidimus. Hamorrhoides lino duplici per ipsarū bases translucentes constringentesq; post horas duas abscidimus. Fistularū non nullæ perforatæ nō sunt, os tantum habentes. Quædam perforatæ uel intus in anum, uel extrinsecus. In perforatis in anum, oricularium spicillum immittes, mox digitum in sedem afferēs, intestinum attrahes mucrone spicilli, idq; amputabis, ab inferiore loco incipiens, similiter & in exterioribus ani. In non perforatis spicilli acuminē omnes sanas particulas penetrare conuenit. Sunt, qui loco recisionis præcisionisq; partium foramina interiacentium lino byssino in summitate spicilli conuerso diuisa auellunt, intermedias partes quotidie circumtendentes fila amputant, & callum mollientes medicamento Aegyptio cicatricem inducūt. Hic modus primum ab Hippocrate conscriptus est. Varices in cruribus primum extrinsecus incisuris per totum insignitis, deinde inclinantes summa cute prehensa, ipsam primam diuidimus, & mox hamulo attractum uaricem illigamus, quo post omnes diuisiones facta, uel uaricem extractorio instrumēte, quod Græci *μυσόδιον*, uocant, eximimus, summa discindentes, uel bicipiti spicillo exceptum, lino per ipsius uentriculum secundum euerisionem extrahimus. Dracontia uaricibus similia sunt, magnum uero dolorem, dum paululum prominentes mouentur, concitant. Oportet autē diuisis, ut uaricibus, summam cutem detrahere, sicq; præcidere. Clauos, callos, acrochordonas, thymos, myrmecias excidentes adurimus, uel psorico illinimus. Curta in naribus, auribus, oculis, hoc modo ad naturalem habitum restituuntur: Labra scalpello undiq; deradentes cruentamus, deinde adduentes dēfius suimus: iuxta maxillas autem ex utroq; labrorum extremo, qua inuicem coeūt, intus & extrinsecus diuidimus, distendimusq; uofellis, ne caro inde relaxetur. Quæ auribus uel naribus curta accidunt, cum fuerit chartilago diuisa, producere aliam conuenit, sicque consiere lanæ filo.

De artibus confractis, partibusq; à suo articulo dimotis.

Cap. 19.

Fracti artus ex distensione quidem in rectum restituuntur: ex deligatura callo obducuntur. Caluaria ergo fractiones quot modis accidant, quomodoq; curentur, diximus. Et, si in facie fractura cōtingat, ut in capite, sanare conuenit, ossē, quod affectum est, exciso. Sciendum autem est, quæ ossa fracta curacionem non recipiant. Si igitur nares confractæ sunt, non recte possunt restitui. Aures etiam frangi scribit Hippocrates, quoniam & chartilago imitatur os, ægerrimeq; in pristinam figuram reducitur. Verum, si ex palato fracturam accipiant nares, simæ, ut inquit, euadunt & insanabiles. Porro, si clauicula frangatur, uel iugulum, uel costa aliqua, & hæc frequenter refarciri non possunt. Epithemata in iugulo adhibenda sunt, ipsūq; ab ala ad alam deligandum est. Ceterum, si quod maiorum membrorum fractum sit, uel minorum partium aliqua, ut digitorum nodi, uel ossa brachialis, uel postbrachialis, uel tarsi, omnia quidem in magna frustra cauledon, uel raphanedon, & schidacedon franguntur: minutatim caryedon, uel alphitedon. Omnia ergo fracta deligantes, extendentesq; admodum uehementer & ualide diducere, & multum inuicem separare oportet, ut iustum situm, pristinaq; figuram recipiant. Nō autem in rectum omnia restitui debent, sed ad proximi, cui coherent, membri figuram. At, si os rectum sit, in rectum: si obliquum, uel alio quouis modo curuum, simili modo. Modus autem deligaturæ ad omnia præparanda hic est. Fascia est linteis ueteribus faciēda, quæ tum latitudine, tum magnitudine membro respondeat. Latitudine quidem in maximis digitorum quatuor, uel quinque. In tenuioribus non minus digitorum trium. Deligaturæ hæc ratio. Prima fascia ter nobis in fractura sursum uersus fertur ut plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit, euariantibus deligationibus deorsum quidē tribuitur, sed ad superiora reducitur. irrigari hydrelæo, uel œnelæo, uel glycelæo adusq; triduum expe dit: post cerato diluto & liquido, ut oleum crassum uideatur. Verum fascia ita parerur, ut non nimium premat, ne membrum emoriatur, sed quoad adiaceat apteq; adhæreat: neq; sit laxa, ut contineat & repellat influxus, ne oboriatur inflammatio. Post splenia triplicia quadrupliciaq; adhibeantur, quæ artus crassitiem impleant: quo nec sibi mutuo incidant, nec diffidentes interuallum relinquunt. Ab his fascia conuenit triplex, quæ à fractura deorsum ueniens, sursum rursus feratur, ibiq; finiat. Solutiones membri primæ tertio quoque die faciendæ: post septimum uero diebus intermissis pluribus, prout necessitas exiget. Inde licebit ferulas circumponere, sed ita, ut ad ultimam fasciam lana apponatur, & ex interuallis ferulæ collocentur, cum membrum ab inflammatione est prorsus immune, curua ipsarum parte extrinsecus sublata, leui autem intus deligaturæ iniecta, quibus superligabuntur uel chordulæ, uel nauticum filum. In fracturis cum uulnere, pro his omnibus splenia duplicia uel triplicia facientes per singula crassitiem membri circularim implebimus, ut termini ipsius inuicem incumbentes separentur: totumque membrum his contineatur. Primum sane ex prædictis imposta madida esse conuenit: deinde lanas propositas, & fascias post lanas habere per subiectam sedem canalis aperti. Maxime is modus deligaturæ confert ijs, quæ alphitedon fracta sunt cum uulneribus, & multa confusione musculorum, in quibus etiam linamenta liquoribus competentibus madentia imponenda sunt. Linamentorum sunt quinque species, aliud flexile, aliud rasile, aliud uulforium, aliud lucernarium, aliud priapiscorum appellant. In luxatis uero distensione quidem antecedente opus est: repositio pro quolibet membro propria assumitur. Omnia in Hippocratico subsellio restituuntur, simul & tensa, & commissa. Caput luxatur, nam prima ceruicis uertebra coarctatur ad secundam. Maxilla inferior ex iugali,

Iugali, quod est ad malas, excidit. folis autem manibus in sedem suam compellitur, hinc illincque ad superiorem adducta. Humerus in alam tatum excidit, capitulo rotundo & leniter cauo, quod Iones *επιπλοον* uocant, cum distensione in sedem reducitur. Sunt & alia [inferiores] quas palæstricas nominant. Cubitus in omnes quatuor pares excidere potest, si in anteriorem interiorēve, cum distensione quodammodo flexuræ cubiti consistit: Illa, extensione uehementiori. Brachiale, & postbrachiale, ad hæc digiti luxati, modica distensione reponuntur. Quæuis spinæ peruersio, curuitas, & inclinatio, & tortuositas instaurari non possunt. Femur ad coxas uel intro ad colem, ut extra ad oppositam partem prolabitur, retro ad clunes, & ante in inguina. atque hæc quatuor differentia immedicabiles. Genu quoque crebro in anteriorem partem prolabitur, & facile ex flexura restituitur: minus in interiora excidit, reditq; multo rarius in posteriora, in anteriora nunquam: quippe ossa, propter patellam, quæ continet (nisi & ipsa fracta fuerit) nullo tempore elabuntur. Talus modice prolapsus ægre restituitur. Si magna sit luxatio, & uiolenta, ne sustinet quidem instauracionem. Periculosa enim nimis, & si cum uulnere accidit. In digitis nihil ultra fieri debet, quàm quod in ijs, qui sunt in manu, positum est. Omnes uero coagulationum eorum separationes, ut in facie, cubito & radio, tibia & sura, metacarpio, brachiali palma, in ueterem figuram restituuntur. Porro, quæ membra nigrescunt, uel depascuntur, siue ex fracturis, siue uio lenta adstrictione, tota sæpe ressecamus. Similiter in ijs facimus, quos uenenatæ feræ momorderunt, mox ferramentis prope candentibus passionem sistimus, post ferramenta porro uiridi cum sale illinimus. Deinde ubi crustæ ruptæ fuerint, tanquam ulcera curamus. Venenatorum morsus neque cito ad cicatricem ducimus, sed frequentius ulcerum fluorem ex eis concitamus.

καταρσθόν
i. ablata fue-
rit, uel ut ha-
bet alius co-
dex manuscri-
ptus, καταρσθ-
όν. i. curatæ
fuerint.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE
VIRTVTIBVS NOSTRVM CORPVS
DISPENSANTIBVS.



Dispensantibus corpus nostrum uirtutibus, quot sint numero, & quæ sit unaquæq; & quem in animali quælibet locum obtineat, necessarium est scire omnes medicos, ad scrutandum de passionibus, & inuestigandum eam quæ patitur, & sanandum maxime ipsam. Scire igitur oportet ipsas ex tribus provenire periculis. Ex capite quidem eam qua ratiocinamur, & meminimus, & sentimus, & de loco ad locum permutamur. Ex corde uero eam qua irascimur & percalidi sumus, & adhuc pulsus habemus in ipso corde & in omnibus arterijs. Ex hepate autem eam secundum quam nutrimur, & augemur, & cibum appetimus, & assumptum elaboramus concoctione, & digestionē, & sanguificatione, & appositione, & prosphyfi, & discretionē, & excretionē. Ad has autem suppositiones sequitur necessario desipientias quidem, & manias, & melancholias, & phreneses, & lethargos, & catarhos, & apoplexias, & epilepsias primi principij esse ægritudines, & omnino in eis pati caput, uel primum & solum, uel compatiens alteri particulæ. Febres uero alias, & epialas, & impulsatilitates, & malas pulsatilitates, & infrigidationes, & rigores & syncopas, & marasmos, & quæcūq; alia talia, alterius principij esse passiones, & pati in eis ipsū cor, uel compatiens alicui alteri, & maxime ortorum ab eo, uel solo ipso secundum se male habente. Atrophias autem, & cachexias, & cacochymias, & discolorationes, & icteros, & diarrhœas, & urinarum immoderatas excretiones & elephantiasas, & can-dros, & uniuersos hydropas tertio principio fieri patiente, uel aliquo ortorum ab eo. Spiritus autem qui secundum arterias & cor, uitalis est & nuncupatur. Qui uero secundum cerebrum, animalis: non ceu existens substantia animæ, sed ut primum eius organum habitantis in cerebro, quicumque sit secundum substantiam. Ignorare enim eam confiteor, cum a nullo demonstrationem euidentem didicerim, solum autem adinuenerim complexionem cerebri oportere custodire commensuratam necessario eos qui meditari & uiuere recte eligunt. Sicut autem uitalis spiritus secundum arterias & cor generatur, materiam habens generationis ex inspiratione, & humorum uapore, ita animalis ex uitali amplius elaborato habet generationem. Decens enim fuit magis omnibus eum transmutatione certissima potiri. Quo circa & uelut labyrinthum telam per quam uariam condidit natura prope cerebrum, retiformem plicaturam, diuturnam eius moram in uasis ingenians. Omnes uero particulæ corporis, a cerebro habent sensum & motum: peruenientibus alijs quidem neruis ad organa sensuum ad dignotionem sensibilem, alijs autem mouentibus ea, quæcūque mouentur motu qui secundum impetum. Cerebrum quidem non sensibile organum a natura, sed sensuum factum est. Hæc igitur sufficiant ad præsens. Generatio uero animalis, dispensatio a tribus principijs consistit. Vno quidem eo quod in capite seruatum est. cuius sunt opera secundum se quidem, phantasia, & memoria, & reminiscencia, & scientia, & intellectus, & excogitatio.

rio. in ad aliquid uero, principalis sensus sentientibus animalis particulis, & eis quæ mouentur secundum impetum. Alio autem eo quod in corde situatum est. cuius opera secundum se quidem modo est uelut ingeniariæ & permanentia ut non uincantur. secundum passionem uero, uelut ebullitio innata caliditatis, desiderante anima punire eum qui existimatur tristasse. Et hoc uocatur ira. in ad aliquid autem, principium caliditatis esse ijs quæ secundum partem particulis. & arterijs motionis pulsatis. Tertij uero principij firmati in hepate sunt omnia quæ secundum nutritionem animalis. quorum maximum in nobis, & in omnibus fere animalibus est sanguinis generatio. Huius autem usus est & delectabilium finitio, in qua uehementius nocent motu secundum intemperantiam & uoluptatem operationum.

GAL. ADSCRIPTVS LIBER, DE ANATOMIA PARUA.



QUONIAM interiorum membrorum corporis humani passiones erant ignotæ, placuit ueteribus medicis, & maxime Galeno ut per anatomiam brutorum animalium, interiorum partes manifestaretur. & cum quædam bruta animalia, ut simia, inueniantur nobis in exterioribus similia, ita secundum interiorum positionem nulla inueniuntur adeo similia ut porci, & ideo in eis anatomiam fieri destinamus. Est autem anatomia, recta diuisio membrorum, quæ sic fit. Porcum debes inuersum ponere, & per medium gutturis incidere: & tunc tibi primum lingua occurrit, quæ dextrorsum & sinistrorsum quibusdam neruis alligata est, qui mortui dicuntur: quia cum ipsi a cerebro ueniant ad pulmonem, à pulmone uertuntur ad linguam, per quos lingua mouetur ad uoces formandas. ibi iuxta sunt quædam carnes glandulosæ quæ dicuntur farynges. Qui colligitur humor, in eis facit blancos. In radicibus linguæ oriuntur duo meatus scilicet trachea arteria per quam transit aer ad pulmonem: & œsophagus per quem immittitur cibus ad stomachum: & est trachea arteria super œsophagum: super quem quædam chartilago est quæ dicitur epiglottis, quæ eleuatur aliquando, ut cibus & potus per tracheam non descendat, & aperitur ut aer intret & exeat. Inter tracheam arteriam & œsophagum est locus qui dicitur isthmus, id est inter duo principia, in quo aliquando humor colligitur ad apostema quod dicitur angina: aliquando pars est intus & pars extra & dicitur squinantia: aliquando est totus extra & dicitur synantia: tunc debes separare tracheam arteriam ab œsophago, & inuenies pulmonem & cor. Cor uero est in sinistra parte, & pulmone in dextra, quorum quilibet in sua capsula continetur. In capsula uero cordis colligitur materia quæ facit syncopen. in capsula pulmonis colligitur materia quæ facit peripneumoniam. & tunc uidebis quædam uenam quæ concaua dicitur: quæ ab hepate uenit per medium diaphragmatis, & subintrat inferiorem atriculam cordis: & fit arteria de qua sunt omnes arteriæ aliæ quæ procedunt ad membra in quibus fiunt pulsus, quibus mediantibus cor alligatum est pulmone, & thrachæ arteriæ, & fistulis pulmonis, in quibus colligitur humor qui facit sanguinem, aliquando colligitur extra eas, & facit anhelitum: & aliquando intus, & extra eas, & facit orthopnoeam. Et quod pulmo sit cauernosus, potestis probare, si cum calamo intromisso instetur. Sub illis membris est panniculus, qui dicitur diaphragma, qui diuidit ea a nutritiis, qui coniungitur teneritatibus costarum, in quibus colligitur humor, qui facit pleuritid. Tunc debes reuerti ad interiora. & ad nutritiua, & computa longitudinem œsophagi usque ad septimum spondylum, & ibi incipit os stomachi supra diaphragma: stomachus uero inferius. Sub stomacho est intestinum, quod dicitur portonarium: sub portonario est duodenum: sub duodeno, ieiunum: sub ieiuno, orbum: sub orbo, laccus: sub sacco, longaon: & sunt ibi quædam gracilia intestina, quæ lateraliter uocantur, in quibus est iliaca passio. Ex dextra parte sub fundo stomachi est hepar positum, in cuius substantia est, quasi quædam uesica, quæ cystis fellis appellatur. & super hepar sunt duo panniculi girbus, & sifac: qui sunt impliciti uelut rete, quod apparet ibi pinguedo: & dicitur grossus girbus. quod autem subtilis, sifac: qui procedunt usque ad splenem, per quos uenæ transeunt, per quas melancholia ad splenem ex hepate mittitur. Est autem splen membrum oblongum in sinistro latere positum. Loca quæ sunt sub splene & hepate dicuntur hypochondria. Tunc debes omnia intestina extrahere, & tunc occurret tibi in medio spinæ arteria magna: sub qua & uena magna continetur, quæ arteria fit de omnibus arterijs capitis, quæ de recto condensantur in uenam magnam, & arteriam quæ descendit ad lumbos: & ad se uarias arterias transmittit tam dextrorsum, quam sinistrorsum ad inferiora. Vena autem magna fit de uenis capitis condensatis, quæ uenit usque ad renes, & bifurcatur, & ibi fit caua uena, in qua infunduntur capillares uenæ, quæ præ nimia paruitate sui uideri non possunt, per quas urina cum quatuor humoribus uenit ad renes. Sunt inter ea autem & renes quædam membra oblonga, & concaua in principijs lumborum posita: & in renibus decoloratur urina a quatuor humoribus. tunc inuenies ibi duos meatus, qui ureteres dicuntur

† Al. uigor animæ.

† Al. giribus.

† Al. reuertit.

A dicuntur pori: & per eos refudat urina in uesicam. nam infiguntur uesicæ, qui etiam transeunt per quendam panniculum, quo omnia intestina præter longaonem clauduntur, qui uocatur * epigome cinctus menon, quo aliquo erupto cadit intestinum in oscheum, supra quem est quædam pinguedo, quæ uocatur omentum: supra omentum est fumen.

Nunc de anatomia matricis dicendum est.

Sciendum est autem quod natura hoc membrum in mulieribus disposuit, ut quicquid in toto mense de superfluitate generaretur, ad hoc membrum in consueto tempore tanquam ad sentinam totius corporis mitteret: & inde mulieres naturaliter menstrua habuerunt. Est etiam hoc membrum ager naturæ, qui excolitur ut fructificet, in quo aliquando ut in bonam terram semen eicitur, quod adhæret in ea, & per actionem cooperantis naturæ calidæ, & spiritu mediante inferius scinditur more grauis: & a se ramulos emittit per quosdam radices uel ora, quibus infigitur matrici, & per quæ nutrimentum sibi ministratur & futuro foetui, & sic postea actione uirtutum, ut sæpe a me uobis dictum est, si bene recolis, futurus foetus generatur, & augmentatur. Est autem posita matrix super intestina, & supra collum eius est uesica, & sub ea longaon est, & inferius est uulua. Tunc debes scindere matricem per medium os, ubi inuenies duos testiculos superpositos, per quos sperma mulieris mittitur ad matricem, ut ex eo & uirili fiat foetus. Habet autem matrix septem cellulas, & si prægnans est, in ea foetum inuenies, supra quem uidebis quendam tunicam, quasi quendam camisiam, quæ secundum dicitur, quæ rumpitur quando foetus recalcitrat ad exitum, quæ alligata matrici & foetui uenis per eam transeuntibus nutrimentum ad matricem, & ad foetum transmittit. & illi meatus quibus foetus alligatur, dicuntur cotylidones. Est etiam ibi quidam magnus meatus, qui umbilicus dicitur, qui rumpitur iuxta matricem in quantitate quatuor digitorum, ex cuius ligatura fiunt phlegmone in umbilico.

Nunc de anatomia cerebri uideamus.

Debes ergo in summitate capitis incidere, & remota cute inuenies pelliculas quasdam, quæ dicuntur musculi, sub quibus inuenies os, quod dicitur cranium. sub cranio est pellicula, quæ dicitur dura mater, sub qua est pia mater, denique cerebrum. In oculis est tunica, quæ appellatur coniunctiua, & apparet alba: quæ est iuxta eam, aliquantum est subnigra, & dicitur cornea: quæ sub illa magis est nigra & minor, & dicitur uuea. Tunc incide per medium, & humor qui prius exibat, dicitur albugineus: qui post eum est, clarus est, & coagulatus in modum crystalli, & dicitur cristyfallinus: & qui ultimo est, ipse uitreus appellatur. Nerus, qui ab interioribus uenit ad oculum, qui est albus, & angustus, ipse dicitur opticus, & qui uenit ad aures, dicitur auditorius neruus.

GAL. ATTRIBVTVS LIBER DE ANATOMIA VIVORVM. CENSURA.

Liber, in quo multa uera & Galeno digna continentur, sed tamen longe ab eo differens, quem Galenus ædere proposuerat.

Partium corporis diuisio, natura, usus, & dignitas.



MEDICORVM anatomicos necesse est præcognoscere, quod humanum corpus cum sit compositum, ad hoc ut sit sustentaculum motuum & operationum diuersarum, ex multis & diuersis componitur instrumentis. coniungitur enim nobilissimæ animæ, a qua influunt ei potentiæ nobiles, & uirtutes multiplices, quarum ministerijs regatur, & saluetur inesse, & prohibeatur a corruptione, & a casu ueloci. Sed cum nullius uirtutis ministerium compleatur nisi per organum conuenienter adaptatum: tunc exigitur adaptatio, & præparatio organorum multiformium, ad texturam corporis humani ordinandam, per quæ uirtutes negociant, & effectus quos intendunt attingant. Verum quia operatio quælibet absque multiplici iuamento non saluat diu, neque fit: tunc oportuit ut organa specialia haberent speciales texturas ex partibus diuersis. Et dico quod tã ea, quæ partes eorum a medicis membra appellantur, quarum generatio est ex humoribus proportionatis, sicut humorum ex cibis. Vnde membrorum alia simplicia, alia composita: Simplicia sunt, quorum quacunque partem sensibilem assumpseris, erit illa toti concicis in nomine & definitione: sicut os & caro. Composita sunt, quorum quacunque partem assumpseris animalis, toti concicis non erit nomine & definitione, sicut manus & facies. Membrorum similibus partium primum est os: quod creatum est durum, quoniam corporis est fundamentum, & motuum sustentamentum. tamen & ipsum etiam & secundum magis & minus in duricie diuersatur. Post ipsum est chartilago in duricie mollior, ad flectendum humilis, sed omnibus alijs durior. In cuius creatione iuuamentum fuit, ut per ipsam ossium cum pelliculis, &

carnibus facilius & melior fieret continuatio. Si enim molle cum duro absque medio componeretur, E accideret ei passio uehemens apud percussione, & coarctationem seu constrictionem: & ex casu ipsius supra durum immediate, & resistentia, seu repulsione duri constantis: quare ordinata fuit positio mollis cum duro: & inuestita fuerit ossium extremitates bucellares, & cōcaua, hoc corpore medio, sicut est in oculo, scapula, & in ossibus costarū, & in epiglottali chartilagine, & in osse suspēso in furcula, & in alijs pluribus: Non solum autem hoc iuuamentum, sed etiam alia in eis reperiunt iuuamenta plura, sicut in osse, quod suspenditur in furcula ad defensionem oris stomachi. Et quādoque per ipsam melior uicinitas fit iuncturarum sese inuicem fricantium: alioquin sui duritie rumperentur. Et aliquando iuuat in sustentando membrum molle extensum, & elongatum in suo itinere: propter quod alio indiget, cui innitatur, & a quo confortetur. Postea sunt nerui, qui sunt tanquam uirgulta orta a cerebro, & a spinali medulla, a substantia nuncia seu uicaria in ipsis, dura & flexuosa habentes substantiam, ad separandum difficilem. Et iuuamentum eorum est deferre uirtutes sensibiles a cerebro, & motiuas ad partes alias: & corroborare totum corpus per quod incedunt, & dilatare quādoque; se in cinctorio membrorum ceu carentium, sicut hepatis, splenis, & pulmonis. ista. n. membra, & si sensum non habent, positum est tamen super ea cinctorium neruorum cooperiens ea, quā quando apostematibus & uentositate tensa fuerint, peruenit apostematis grauedo, seu pondus, aut uentositatis extensio ad cinctorium, & ad ipsius radicem, & sentit ipsam. Postea sunt corda ab extremitatibus musculorum dacentes originem, quarum substantia substantia neruorum similis est, ad membra tendentes mobilia. quā quando retrorsum trahuntur, propter sui principij attractionem ea retrahunt, quibus alligantur: & quandoque laxant, quia eis accidit relaxatio ex eo, quod relaxantur sua principia, & ad suos tendunt situs: & quandoque extendunt: sicut apud sui extensionem, quam habent ex suis principijs egredientibus mensurā suā longitudinis consueta. Et substantia chorda cōponitur ex neruo, & ligamento ingredientibus musculum, in quo perficiuntur, & sunt tanquam fila in eo, & ut plurimum penetrant per medium illius, & ex altera parte egrediuntur, & aggregantur in unum, & chordam constituunt: quā quando separatur a musculo, ad iuncturam uadit, aut ad membrum mouendum, & colligitur in seipsa, & in chordat ipsam sicut chorda arcum. Postea sunt ligamenta: sicut prædiximus, similia neruis. Et quaedam eorum absolute ligamenta uocantur: & quaedam sunt, quibus appropriatum nomen aliacab. Illud autem, quod ad muscululos extenditur, non uocatur nisi ligamentum: quod autem ad musculum non extenditur, sed continuatur inter duo extrema ossium, aut inter alia membra, annectendo unū alij firmiter, & ligamentum, & aliacab appellatur, & ipsius extractio, & origo est ab osse. unde & sensu caret sicut & os. & hoc prouisum est ei melius, ne propter motuum suorum uehementiam & multam fricationem doleat. Iuua G mentum ipsius est nexio, & concatenatio iuncturarum, & corroboratio neruorum, quandoque enim nerui separantur de suis principijs, & partiuntur, & ramificantur in membris, & propter hoc in suo processu magis subtiliantur, quanto magis remouentur a suo motu, cum rami ipsorum multo fiant subtiliores, quā radix, quā obrem ne cadant in defectum, & corruptionem, gubernauit eos Dei sapiētia misericorditer agens. etenim ex ossibus rem similem sibi extraxit, quā connexio uel ligamentum appellatur, & ipsam neruo miscuit, & ex eis, quasi rem unam effecit, & sic acquisita sibi crassitie securius incedit neruus ad membra longinqua, & non est timor de resolutione uirtutis eius: & præterea nō erat conueniens, ut nerui ossibus continuarentur, quā sunt sustentamenta, & radices membrorum mobilium. ossa enim sunt solida & dura nimium: neruorum autem substantia mollis, & subtilis. Post ligamenta sunt arteria, quā sunt organa concava, in longitudine extensa, neruosa, & in sui substantia ligamentalia, habentes motiones diuersas, & quietes assimilatas, seu proportionatas motionibus, & quietibus cordis quod est earum principium. Et sunt composita ad hoc, ut per ipsas euentur cor a suis fumis, & respirer calor naturalis, & spiritus distribuatur in membra, quā sunt post ipsum, propter partitionem & ramificationē, quā suscipiūt. Et postea sunt uenae, arterijs in aliquibus assimilatae, nō habentes motū dilationis, uel constrictionis sicut & arteria: & hoc est quod quieta noiantur. Et sunt creatae ad hoc, ut sint uia per quas feratur sanguis nutrimentalis, & membrjs partiatur secundum quod necessarium est. Vnde de necessitate ad omne membrum instrumentale ueniunt duae uenae, pulsatilis & non pulsatilis, ad defendendum duo genera sanguinis, quibus membra indigent ad sui conseruationem & nutritionem. Licet & aliam habeant utilitatem istae uenae in corpore, communem cum neruis in eo, quod sunt ligamenta carniū, sicut postes in pariete. Et significatio super hoc est, quod uidemus, quod in corporibus, in quibus liquefiunt membra & caro, apparent uenae crassiores alijs membrjs magis diminutis. Et alia est necessitas suae manifestationis, ut per uenulas paruas diuidatur sanguis, & facilius accipiat alterationem, & conuersionem. & iterum, ut sanguis crassus remaneat, & retineatur ab eis, & cohibeatur ab exitu: & in quibus relinquuntur orificia ampla, non coercetur sanguis ab exitu suo omnino. unde in palato, naribus, & ano; sunt multoties sanguinis exiturae. Et post hæc sunt panniculi, quorum textura est de filis neruosis sensu nequaquam perceptis, quorum spissitudo est tenuitas quaedam in superficie scitata, ad hoc ut sint continentes conuenienter, & bene cooperientes superficem corporum aliorum propter iuuamenta plura. Ex quibus est, ut semitam eorum, in quibus est in sua figura & factura bene custodiant: & hoc iuuamentum est in tunicis cerebrorum, & grandinis glacialis & humorum suorum, quorum substantia de natura currens, & mobilis est. indigent tamen ut figantur, & stent ordi nati

* alias manentiam.

tal. alba.

A nati in suis figuris, ne accidat error in operationibus uirtutum perficiendis, quarum necessitate creantur, & existunt, ut suam existentiam in consequentiam contrahant. Et ex eis est, ut fiant suspensoria aliorum corporum, sicut renum a dorso: & ut sint continentia quaedam, sicut stomachus & intestina. & ut per ea membra quaedam sensum in superficie solum habeant, sicut pulmo, hepar, & splen, & renes. Et ex eis est, ut per eos distinctio, & diuisio habeatur super membra diuersarum intentionum, sicut inter os & carnem, inter spiritualia & nutrientia propria diaphragma: & ut inter duas concauitates com pares, & hæc est intentio uelaminis separantis thoracem. Et postea est caro: cuius iuuamentum est ut adimpleat tunicas, & connectat ramos, quæ in suis cōplexionibus & coloribus diuersa in diuersis membris reperitur: sicut alba & mollis in pluribus: rubicunda ut in corde: purpurea ut in hepate: subnigra, seu nigra ut in splene, & etiam in uua. Et membra alba albificant materias quas conuertunt, sicut mamillae lac, oua semen: & rubra rubificant, sicut hepar sanguinem. Splen uero & renes sanguinem rubrum, quasi similem magis appetunt: similem dico in colore & natura. Et uerum est, quod glandulae sunt species carniū diuersorum iuuamentorum, in locis enim iuncturalibus, & etiam sub lingua, ponuntur ad nutritionem humiditatis necessariae, ad motum facilem & uelocem, & prohibitionem actionis superfluae aduenientis propter fortitudinem motuum: & quandoque ad recipiendum uenas transeuntes ab uno in aliud, sicut mesaraicas euntes ab hepate ad stomachum & intestina: quæ indigent solo, cui innitantur: sicut res honoratae in hora suae laxationis, ne prosternatur uirtus earum, & consimile est iuuamentum glandulae pinealis suppositae cerebro: propter quod replet interstitia uenarum transeuntium ad diuersas partes cerebri. Adipem & medullam non negat Aristoteles partes animalis esse necessariae, quarum generatio est ex eo, quod relinquitur de nutrimento caloris innati: & coagulatur propter sui imbecillitatem, cum consumi non possit: & est aeriae substantiae multum, ad quod se conuertit natura, & transfert in usum necessarium, & recipit ab eo iuuamentum multiplex. Quorum unum est, ut non dimittat calorem innatum euanescere, immo retineat ipsum, & coadunet & multiplicet: & hoc notum est in zirbo, & in pinguedine renum: quare circa membra frigida de natura, calore multo indigentia, propter humiditatem multam, quæ solet in ipsis dominari, circumdata est in animalibus, & plurima reti, & præcipue in locis distantibus a principio caloris naturalis, & maxime in frigidis complexione & humidis. Medulla est superfluitas sanguinis in ossibus concauitatem habentibus: & hoc significatur per hoc, quod omne animal abundans in sepo, & pinguedine, abundat & in medulla: & puer quando est puer, in osse enim eius reperitur sanguis: & conualescente calore in ipso, & decoctione, albescit. Et quod sit superfluitas sanguinis ossa nutrientis significatur, quia illa medulla est calida & humida: & ossa sunt frigida & sicca: & superfluitas est contraria ei, cuius est superfluitas, quare uidetur, quod potius sit superfluitas ossis medulla, quā eius nutrimentum: & hoc significatur per hoc, quod in ossibus animalium frigidorum multa reperitur medulla, quia calor ossium in eis non potest dissoluere pinguedinem siue medullam, propter quod leo non habet medullam, quoniam consumitur ex calore in ipso osse. Iuuamentum medullae ossis est, ut ipsum fomentet & humectet, & ut ipsum mollificet ne frangatur: & ideo quia motus ipsum exicat, & ut os per ipsam forte sit & solidum. Post partes istas ultimae in mollicie, & a duritie maxime elongatae sunt humiditates uisui deferuentes, & præcipue albuginea, quæ clara est ualde & subtilis. creata est enim in facie glacialis, clara igitur posita est propterea, quod gradetur delatio luminis super glaciale. Si enim pissia crearetur, obtegere & uelaret lumen ab omni eo, quod ipsum sequitur. Spinalis medulla ergo a quibusdam putabatur medulla, sed Aristoteles dixit, quod non fuit medulla, quia in se habet duriciem, quæ non accidit medullae, & dixit, quod ipsius iuuamentum erat per spinam transire ad modum tigni, iuuando remotionem spondylorum, & spinæ, & omnium quæ ex eis oriuntur, sed posteriores aliam inuenerunt ipsius utilitatem, descendit enim a cerebro sensificans uirtutes, & mouens membra sequentia caput. Et hæc sunt hominis D simplicia membra, in quorum unoquoque sunt uirtutes ad sui regendi custodiam & tutelam: Et sunt duae res necessariae. scilicet motiua de loco ad locum, & digestiua, seu maturatiua: & motiuam de loco ad locum diuidunt Medici in tres. scilicet in appetitiuam, quæ trahit rem necessariam ad locum: & expulsiuam, quæ expellit rem non necessariam de loco: & retentiuam, quæ retinet, quod necessarium est in loco. licet eadem uirtus sit apud philosophum, ponentem principium motus & quietis ab illo motu esse indifferens. Et dico quod materia uniuscuiusque membri similitudinem partium aut est ex spermate, aut ex sanguine. Quæ generantur ex spermate sunt omnia membra præter carnem & adipem, quorum generatio est ex sanguine. Et secundum philosophum sperma masculi & foeminae diuersarum est intentionum, intentio enim spermatis masculi est informare ad similitudinem eius, a quo sperma separatū est. Et intentio spermatis mulieris est recipere formam secundum similitudinem eius, a quo seminatū est. A spermate igitur masculi spiritus est, & artifex, & forma: & a spermate mulieris est fundamentum, generatio, & materia. Caro uero ad replenda loca uacua, ex sanguine solo generatur spisso, quem caliditas & siccitas coagulauerat. Adeps uero, ex eius aquositate & unctuositate, quam coagulauit frigiditas, ideo caliditas eam dissoluit. Et ex sanguine generata renascuntur post perditionem suam, & illud quod est generatum ex sanguine, in quo adhuc est uirtus ex istis spermatibus, si tollatur, iterum renasci potest, sicut dentes in pueritia. Item quæ complexionis sanguinis uicina sunt, non indigent multitudine

dine conuersionis sanguinis ad sui nutritionem: immo statim in suo occurfu in eo conuertuntur. quorum uero est materia sperma, & sunt a complexione sanguinis remota, necesse est ut multis conuersionibus sanguis in eorum nutrimentum secundum ordinem conuertatur. Quapropter in quibusdam membris tanta sunt foramina sicut in ossibus, quatenus eorum nutrimentum sanguineum stet in ipsis & mox retur, ut ea procedant paulatim, & paulatim conuertendo illud in sui similitudine perfecte. A carne autem separata est ista foraminum diuersitas. Præterea licet plura prædictorum membrorum simplicia nominentur a Medicis, non suis tamen carent complexionibus, & texturis, sicut uenæ, & arteriæ, & panniculi omnes. Componuntur enim ex uillis seu filis, ordinatim in eorum textura positus, sicut quandoque uidemus in artificialibus, & hoc propter necessitatem plurimam. Nullus enim motus nisi per uillos cõpletur. Motus enim uoluntarius per uillos fit in musculis. Et motus naturalis, qui est attractio, retentio, & expulsio, fit causa uillorum, ex quibus uasa naturalia texuntur, sicut stomachus, & intestina, uenæ, arteriæ, uesica, gula. Et sicut in artificiali textura tenduntur fila quædam in longitudine, quædam in latitudine, quædam in transuerso quandoque: ita in naturali: quæ protenduntur in longum, appropriantur attractioni: in latitudine uero tensa, expulsionis, & sunt constringentia: quæ uero cadunt secundum transuersum, proprie deseruiunt retentioni, & sunt tanquam frena secundum formam situum uorum in medio posita, ad prohibendum superfluam uelocitatem motuum expulsiuorum & attractiuorum. Neque sunt naturæ motus cum impetu, sed quadam successione & gradatione uolunt fieri. Et quandoque omnes istæ species uillorum in eadem tunica simul reperiuntur, & quandoque in diuersis: & in diuersis tunc reperiuntur, quæ in latitudine, tunc tenduntur magis in tunica extrinseca, & aliæ duæ uillorum species in tunica intrinseca magis. Veruntamen illi, qui in longitudine procedunt, ad superficiem magis declinant intrinsecam. Et ista separatio uillorum non fuit facta nisi ut uterque motus proueniret melius & magis expedite. Et in membris, in quibus exigitur multa mora & fixio longa, fortius commiscetur uilli retentionis cum uillis expulsionis, sicut in stomacho, matrice, uesica, & moloculo, quæ omnia ampla sunt, & concauitatem habentia: in membris autem in quibus non habet locum ista necessitas, uehementer, non ita, sicut in intestinis, quibus magis necessaria est attractio multa cum forti expulsionis. Item membrorum substantiæ neruosa & quæ proprie uasa sunt, quædam unâ tunicam habent, quædam duas. Vnam tantum habent illa, de quibus non est timor ut accidat eis læsio ex materia contenta, cum sit mollis & quietæ, sicut sanguis quietus qui habitat in uenis. Vnde nec uenæ: nec uesica indigent multiplicata tunicarum cooperientium, nisi necessitate coacta. immo semper conantur corpus alleuiare quantum possibile est. Igitur multiplicatio tunicarum propter multiplicem necessitatem & magnam communitatem creata est cum prouidentia. Necessaria est enim quandoque G fortitudo & spissitudo uasis propter bonam custodiam securam, ne forte findatur propter motum materiæ contentæ, cum fortis sit & continuus. Alia est necessitas plurima in custodia uehementi materiæ mobilis, circumdante ne soluatur & pereat, ex quo immineret periculum maximum, præcipue cum ipsa sit uehiculum proprium animæ. & ideo studendum ualde fuit in custodia eius. & hæc materia est spiritus & sanguis qui in arterijs repositus est, & est primus thesaurus, & melior, quæ habet natura. & hæc est causa multiplicationis tunicarum in arterijs. Tertia necessitas est uehemens attractio & uehemens expulsio, quibus indiget membrum separatim. Vnde utrumque instrumentum factum est membrum singulariter & absque permissione. & hoc manifestum est in stomacho & intestinis. Quarta necessitas est operationum diuersitas, quæ a diuersis procedunt principijs, & diuersas habent intentiones, & complentur melius secundum complexionum diuersarum naturas. Cû igitur huiusmodi operationes sint inuitabiles in aliquo membro, & maxime necessariæ: uoluit natura inter eas diuidere, & unicuique operationi instrumentum proprium præparare ad hoc, quod utraque operatio secundum quod melius est, per se in actum procederet, sicut in stomacho, in quo fuit necessaria operatio sensibilis, quæ melius completur per membrum neruosum: & operatio digestibilis, quæ melius completur in membro carnosum. Vnde ipsum natura tunica carnosam muniuit & neruosa, ut per neruosam fieret temperantiæ & diste- H rantia rei ingredientis perceptio: & per carnosam, rei digerendæ secundum quod possibile est, maturatio accidit. Et natura fitus istarum tunicarum cum prouidentia & discretione ordinauit. Neruosum enim & sensibile interius posuit: Carnosam uero digestibilem exterius. Potest enim digerentis actio ad digerendum sine occurfu prouenire. Actio uero tangibilis absque obuiatione rei tangendæ non fit. Et cutis quæ est totius corporis indumentum, ex duabus laminis constat: quare accidit eleuatio unius laminæ absque alia cum uesicula. Laminæ autem illæ ortum habent ab extremitatibus uenarum & arteriarum & neruorum quæ terminantur in eis. Et creata est una perforata ut cribellum ad hoc, ut per ipsam fiat respiratio uaporosarum substantiarum seu superfluitatum interiorum membrorum, ex quibus in pluribus partibus studet natura pilos multiplicare, ut eos obijciat rebus nociuis & permutatis, & ut sint tutamentum & defensio nobilis membri, in cuius regimine sollicita est nimium natura. Et hæc est intentio in creatione palpebrarum & pilorum superciliorum, uidelicet ut sint in defensione a lumine superfluo, a fumo, & a puluere, & ab omni eo quod ad oculum uolat, aut descendit de capite ad ipsum. Et sensificatur cutis a diuersis neruorum extremitatibus procedentibus a cerebro, & a diuersis spondylis medullæ spinalis. Et ipsius sensus debilitas uel subtractio semper sequitur nocumẽtum uerui deferentis sensum ad ipsam: sicut sequitur mollicies cutis in posteriori parte capitis. ex læ- sione

*alias cutis

A sione partis neruorum egredientis a foraminibus existentibus inter primum & secundum spondylum colli. Cutis itaque diuersatur in raritate & spissitudine. ubi enim est magis rara & pilosa, magis est aspera: ubi magis spissa, magis lenis & plana: & sicior magis est aspera, humidior magis est mollis. Et quædoque multiplicantur tunicæ uel cortices in membro propter fortitudinem & tutelam, sicut in tunica dura seu cornea, quæ secundum ueritatem cõposita est ex tunicis subtilibus quatuor quæ sunt cortices superpositi, & ut si excorietur unus eorum, non fiat commune nocumentum, & propter hoc quod locus opponitur foramini, est magis indigens fortitudine & tutela. Et hæc dicta sunt de partibus simplicibus pluralitatem in tunicis habentibus. Organorum uero alia sunt quibus fit seruitium, & sunt regalia, & alia sunt instrumentalia seruitia. Regalia igitur quibus seruitium fit, sunt ea super quæ est repletio uitæ, & sunt mineræ uirtutum spiritualium animæ & spiritus & intellectus, & sunt officialia, & loca eorum. Membra uero regalia intrinseca sunt septem: & quadam eorum præminent in sublimitate & principalitate eorum. quorum sublimitas & principalitas magis notificantur, sunt quatuor, cor, cerebrum, hepar, stomachus. & ista creata sunt famosa in sublimitate, quoniam sunt mineræ uirtutum spiritualium regentium corpus hominis. & post illa in celsitudine sunt testiculi duo, & renes, & uesica. Ista enim. vij. sunt diuersa secundum. vij. orbis stellarum & centra earum. & si istis addamus pulmonem & B splenem, iam reperiemus. ix. indignitate famosa, comparata. ix. sphaeris, & diuisa iuxta. ix. orbis mundi. Regalibus seruentia quadam sunt apparentia & extrinseca, ut oculi, aures, manus, & pedes: intrinseca uero iij. epiglottis, gula, canna, intestina, & similia. Et posuit Deus carnem, & neruos, & renes, & testiculos, & uelamen cordis, & pectoris, uulua, & epiglottidem & duas amygdalas, & linguam ex parte sanguinis, Et dico quod sanguis est emanans ab hepate. & locus eius sunt uenæ & cor. & dominium eius est in superficie corporis, & anteriori parte capitis. & proprietates consequentes ipsum sunt risus, desiderium, gaudium, coitus, multitudo somni. Et proprietates eius in stomacho est uelocitas digestionis, facilitas penetrationis, & in corpore toto facilitas alterationis substantiæ eius ad substantiam carnis. Et creauit Deus excelsus cerebrum, & pulmonem, & omne quod est in corpore ex membris frigidis, & humidis, & phlegmaticis. Et ipsum principium & elementum posuit phlegma, & diuisit ipsum sicut aquas in diuisiones. s. super faciem terræ. Et in diuisione aeris, quam deferunt nubes. Similiter pars phlegmatis, quæ currit in canalibus pulmonis, & continuatur aeri, adiuuat ipsum in *propereando ad cor cum facilitate, & excitatur per ipsum. & confortatur uirtus, anhelitus in expulsione fumii calidi, cuius retentio posset esse causa combustionis cordis. Et est pars alia, quæ ascendit a pulmone ad cerebrum, & post sui compressionem descendit de cerebro, sicut descendit ros ex aere pro- pinquo terra. Et eius dominium est in parte posteriori cerebri, & in pectore. Et in moribus sequitur dominium ipsius id quod est castitas, pietas, paucitas desiderij coitus: In motu autem id quod est pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas responsionis: In corpore autem id quod est paralytis, tremor, debilitas. Et proprietates eius naturæ in stomacho, est infrigidatio caloris, & ex acuitate ciborum & potuum, & reliquarum materierum superuenientium stomacho & cordi. quod est quia uirtus expulsua confortatur cum sit ei simile, sicut simile per suum simile, & compar per suum compar. Et creauit Deus excelsus & gloriosus fel, quod est calidum & siccum, & igneum, & domus cholerae citrinæ. & posuit ipsum annexum hepati, adiuuans hepar super decoctione cibi. Et posuit dominium cholerae citrinæ in uertice, propter sui leuitatem & sublimitatem, & eius altitudinem & eleuationem. Eius autem respiratio est in utrisque auribus, quia sunt ex diuisione eius, & ipsius natura. & assimilatur ei ex membris quod est calidum & siccum. Et ipsa quidem cholera currit in corpore cum sanguine, propter conuenientiam & combinationem eorum, sicut est conuenientia olei ad lampadem. Et de proprietatibus naturæ eius in stomacho est attractio cibi, & adiuuans super digestionem, & emundandi faciem. Et hoc quod consequitur: uirtus moralis ex actionibus eius, est inconstantia, furor, & subtilitas, & acuitas, & soleitia, & audacia, & eleuatio, & desiderium coitus, & memoria, & D uelocitas responsionis. & totum corpus consequitur ex eo calorem & siccitatem. Et assimilauit Deus ossa, chartilagines, pilos, & ungues, & ligamenta cholerae nigræ. Omne enim membrum congelatum, terrestre, priuatum sensu, est ex melancholia. & sedes ipsius est in splene, & dominium in uisu, & in sinistro corporis. & per eam accidit taciturnitas, & cogitatio, & grauitas, & stertus, & tarditas, & timor, & solitudo, & pusillanimitas, & aspectus, & in successibus, & in stomacho proprietatem habet retinendi, & expellendi, & excitandi appetitum, & corpus ex ea consequitur frigiditatem & siccitatem carni, & immobilitatem proportionatam sibi secundum magis & minus. Posita sunt autem quatuor principia regalia corporis animalis a quibusdam: ab alijs uero tria: ab alijs autem duo. sed a sapiente uerificatum est unum esse principium tantum in animali, & istud est cor. Anima enim una est uirtus actu, potentia uero plures. tunc exigitur quod alicui uni coniungatur priuatio, a quo omnia sequentia suas trahant uirtutes uitales, & operationes naturales, & descendat ab eo ut reducatur ad ipsum, sicut in particularibus reducimus ad sensum communem omnes sensus particulares. Quare in animalibus diuersa membra officialia necessaria fuerunt, contrahentia scilicet uirtutem ab uno membro & uno principio, quod in perfectis animalibus est officiale, & in imperfectis cõsimile sicut in ostreis scilicet quæ non habent sensum nisi unicum scilicet tactum, & membris carent officialibus, habent tamen membrum cõsimile. Sed cum calor naturalis figatur & sustentetur in corde, merito

de merito ipsum est principium aliorum. omnia enim trahunt aliquid ab eo. Ipsum autem non de necessitate ab omnibus. Item cum sit positum fundamentum spirituum & caloris uitalis, & cum spiritus sit uehiculum uirtutum uitalium, sensibilibus, & motuarum: necessarium igitur fuit, ut uia sua per ipsum caleferent & perficerentur ab eo, & ita ut haberent spiritum tantum apud sui radicem. Calor enim & ipsum uia, sicut effectus & causa, ab ipsius radice consurgunt ut dicit Aristoteles. Sed Gal. dicit quod hepar est principium nutritionis, cerebrum uero sensus & motus. Sed non uidemus hominem communitatem habere ad plantas secundum sensum & motum, sed secundum nutritionem tantum, quare cor cum non sit principium nutritionis, neque sensus & motus, secundum ipsum non erit principium. Sed si dicas quod aliqua uirtus habeat principium a corde, quae non pertinet ad nutritionem, neque ad sensum, neque ad motum: tunc illa uirtus erit praeter sensum, & motum, & praeter uirtutem in qua animalia communicant cum plantis, conueniet omnibus membris. Sed non reperimus talem in animalibus, neque in membris ipsorum. Et si dicas quod sit principium motus quod est secundum pulsum: tunc omnia membra communicant cum eo in pulsu: aliter non esset principium uniuersale omnium membrorum animalis. Et si dicas quod cor habet filum longum ad unam operationem motiuam, & alia in latum ad operationem aliam, & in tranuerso propter operationem tertiam, secundum quod attrahit, retinet, & expellit, quare non est uoluntarius: iam iste motus conuenit alijs membris, ut stomacho, matrici. quare cor non est principium alicuius quod falsum est. aut scilicet est principium nutrimenti, & sensus, & motus. Quod autem ita sit, signum est, quoniam alius est pulsus in dormiente, qui coniunctus est cum digestionem nutrimenti, & alius in uigilante, qui coniunctus est cum operationibus animalibus. Ad idem quoque alias proponit ostensiones Arist. dicens. Quoniam id ad quod nulla uena uadit, & a quo omnes uenae tendunt, debet esse principium uenarum: & nullum membrum reperitur tale nisi cor. Item omne quod nascitur ab alio, debet esse principium ei id a quo nascitur. Sed hepar cum sit totum carnosum, ab eo uena non nascitur, cum sit substantia uenae, ipsius substantia ualde dissimilis: ergo non potuit esse principium uenarum. Verum huic rationi instat Arist. dicens quod corallus nascitur in terra molli & lutosa in mari, & tamen est arbor durissima. Propterea reperitur uena penetrare per medium ipsius substantiae hepatis, & in penetrando diuisiones & ramificationes suscipere. ergo in eo non habebit oriiri. Cor autem & quietam & pulsatilem in se terminat & iungit, & tam istius quam illius materias, quas deserunt bene continuat, neque habet uenam aliquam in se, nisi postquam exierit, in se iterum reflectatur & redeat. Antecedit etiam in ordine naturae & creatione praeparatio cordis praeparationi hepatis. Non enim nutritur uel sensificatur membrum animalis, nisi in quo est sustentatio uitae cum calore naturali. Cum ergo ita sit, necesse est praeparationem & formationem membri praemittere, quod sit creatio & sustentaculum caloris & spiritus, ante creationem nutrientis ipsum & sensificantis. Sed hoc est cor: quare ipsum est antiquius & sublimius in corpore animalis, & non habet sibi compar. & omnia alia sunt post ipsum, et disposita secundum ipsam, et ei inclinata. Et Gal. mores, et uirtutum naturalium operationes diuersas diuisit iuxta diuisionem complexionum cordis, et posuit earum processum ordinatum & rectum supra ipsius temperantiam, errorum uero & inordinationem supra ipsius distemperantiam. Consequens ergo est apud eum, secundum rationem & non secundum sensum diiudicantem, cor esse basim & radicem uirtutum moralium, & eis deseruentium. Ad motum enim radicum sunt motus ramorum, & non conuertitur. cum enim ipsius forma radicalis sit, supra quam mouetur uirtutes morales, & ipsum erit radix instrumentorum moralium, sicut enim se habet perfectio unius ad perfectionem alterius: ita se habet unum perfectum ad aliud perfectum. In eo enim quod Gal. dicit quod hepar est principium sanguinis propter hoc, quod neque in matrice, neque in stomacho, neque in intestino sequetur ipsum reperitur primo sanguis, sed in hepate, propter hoc quod hepar circumstant receptacula facis sanguinis, ut cystis fellis, splenem, & uesicam, uidetur magis sequi semitam sensus ut Medicus: quoniam si sanguis in prima sui perfectione appareat in hepate, & in uenis post ipsum, non tamen est ibi in sua peroptima perfectione. Optimam enim & dignissimam perfectionem consequitur sanguis in corde. iterum ubi admiscetur ei spiritus, & ubi fit spiritus uitalis & uitalis, summe. quare postea in uasis, & magis securis ponitur a natura, propter timorem uehementem de perditione ipsius, cum ipse sit melior thesaurus naturae. Cor igitur secundum Aristotelem, est primum mouens, & ultimum membrorum animalium, spiritu plenum, & uirtutibus: quae alijs communicantur per influentiam ab ipso. Et cordis una extremitas subtiliata est, & ad unum punctum aggregata. & hic punctus est a quo incipit natura primo protrahere informationem totius corporis, & altera sui extremitas est in circulum. & istae duae extremitates coniunguntur figura circuli mediante: cuius initium angustissimum est apud punctum, deinde multiplicat se continue secundum circulos crescentes, donec attingat extremitatem aliam, quae est in circulo, maximus circulum cordis. Et sic gradata est ipsius figura ad similitudinem pineae, quatenus ipsa ingeniosa fabricatio superior & inferior sit conueniens & bona, & non sit in ea superfluitas euagans in angulos, in quibus lateat nocumentum & iuuamentum. In subtiliata uero unius partis ipsius est, ut sit minor pars partium ipsius quae parata est laedi ex contactu ossium. Et facta est dura similiter haec pars cum superfluitate, ut melius obuiet, & minus laedatur, seu patiat a rebus sibi occurrentibus. Et dilatata est ipsius extremitas altera ad meliorem comprehensionem materiae ingredientis sanguineae seu aerae, & ad euacuationem faciliorem egredientium ab eo, & ut sit sufficientia in origine eis, quae ab eo oriuntur.

† Alias cinctoris.

† alias summi uel forma.

† alias maximo.

Atur. Et apud ipsius radicem praedictum est membrum, quod pro fundamento imponitur simile cartilagini paruum, ut sit ei basis fixa & firma. Et eleuata est ipsius pars superior, ut elongetur ab inhaesione super ossa pectoris, & ut facilius accedat calor spiritualis ad eleuationem uirtutum uitalium, & perueniant mores boni: & elongatae sunt a depressione, quae est causa timoris & tristitiae & auaritia. & quandoque situs partium cordis scilicet ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum, operatur situs partium corporis. & recessus earum a suis sitibus naturalibus est causa recessus ipsarum a suis sitibus naturalibus, ex quo accidit deformitas in exterioribus cum deformitate mentis. Substantia quidem cordis ex diuersis consimilibus composita est, sicut enim principium omnibus alijs compositis & simplicibus partibus assimilatur, scilicet in sui compositione compositis, & in simplicitate suarum partium simplicibus. Componentia uero ipsum sunt caro, uillus neuosus, & cartilago, uel simile cartilagini, in sui carne carnibus, in uillis suis neuosis neuis, chordis, ligamentis, panniculis, * adiuuorij, in substantia simili cartilagini membrum duris, ut ossibus, & cartilaginibus assimilatur, cum caro illius fortis sit, & solida, & sicca, & dura, ut sit difficile passibilis. Species etiam uillorum fortium plurimae diuersitatis in eo contentae sunt, longitudinalium, scilicet attractiuorum: latitudinalium expulsiuorum: & tranuersalium, retentiuorum, ut sint ei sufficientes species motuum. Et apud ipsius radicem positum est ibi fundamentum membrum quoddam cartilagini simile, ut dictum est. Ista igitur partes consimiles cum sint durae & siccae & terrestres, magis attinent complexioni terrestri, quare ipsum constans ex eis, est frigidum & siccum magis. & haec est intentio sapientis. Quae enim est comparatio fornacis ad ignem contentum, eadem est comparatio cordis ad calorem & spiritum contentum. & sicut fornacis compositio exigitur esse ex rebus solidis, lapideis, & indissolubilibus coram igne, ita & cordis compositio ex duris, & compactis, & non liquabilibus esse exigitur, propter calorem fortem quem continet: quoniam aliter stare non posset in facie multitudinis sui caloris. Signum super hoc est, quod confortatur magis apud sui dissolutionem & remotionem ex substantijs duris lapideis, quales sunt coralli, margaritae, saphyri, hyacinthi, & similibus, sicut iuuatur simile a suo simili, & comparatur a sui comparat: licet. C. posuerit omne cor calidum & siccum, respiciens dispositionem, quam trahit ex spiritu calido contento, & ex suis motibus: cuius simile imprimit in alijs membris per exufflationem, & transmissionem caloris sui ad ea. ueritamen est ita, quod ista dispositio est naturalis ei secundum quod cor, & non impedit quin partes primae compositiuae sui a principijs sint frigidae & siccae, licet ipsum ex parte complexionis, & perfectionis, quam trahit ex anima sit calidum & siccum, propter spiritum calidum, & motum quem habet ex parte animae. Et corpus ipsius positum est in panniculo spisso & solido ualde, cui non inuenitur compar in similitudine in corpore hominis, ut sit clypeus & tutamen. Et in ipso sunt duo uentres, & fouea, quae est quasi meatus quidam inter uentres, & non est uenter. Duo sunt ei uentres, ut sint receptacula nutrimenti duplicis quo nutritur, spiritualis & aerei scilicet & sanguinis crassi. & fouea est minera generati spiritus in ipso, & sanguinis uitalis, & locus perfectionis, & missionis eorum: & dilatatur apud dilationem cordis, & constringitur apud sui contractionem. Et sinistra uentris basis eleuata est super uentris dextri basim: & basis uentris dextri depressa est multum descendens. Apprehensum uero a dextro crassum est, & terrestre. Comprehensum uero a sinistro, subtile & leue est. Leue autem facilius ducitur ad superiora: Crassum autem ad inferiora. Temperatior ergo natura reperitur in ipsius medio. Et, sunt duo orificia cordis, introitus duarum materierum scilicet sanguinis, & aeris attracti: sicut duae aures quae creatae sunt neruosae: rugosa & mollificata, dum constringuntur uillis in dilatatione uero, tensa. Subtiliata ergo & mollificata sunt, ut melius sint obedientia utrique motui: & facta sunt neruosa, & extensibilia, ut remotiora sint a passionibus. Similiter ergo duo orificia praedicta sunt duae arcae recipientes a uasis, deinde remittentes receptum ad cor cum moderantia. Et a parte dextra egreditur uena magna, deferens nutrimentum ab hepate, quod est sanguis. Et haec est pars occupata in attractione ipsius, magis uicinans hepati. Sed arteriarum origo est a uentre sinistro: quae omnes creatae sunt cum duabus tunicis: quare interior est magis dura, ut sit bene obuians percussioni & motui forti substantiae spiritus, praeter unam cuius uia est ad pulmonem, quae est habens unam tunicam, ab omnibus alijs arterijs diuersa, & nominatur arteria uenalis. Sicut in uentriculo dextro nascitur uena, quae penetrat ad pulmonem, quae sola inter omnes uenas habet duas tunicas: & inde eam arterialem uenam uocant, cuius causa deinceps dicitur. Positum autem est cor in loco medio medij pectoris, quoniam locus ille temperatior existit. Sed eius declinatio aliquantula est ad sinistram partem, ut amplificet locum hepati. hepatis enim melius est cedere, quam spleni, quoniam est sublimius. Et est alia ratio declinationis ad sinistram, ut non totus calor coadunetur in dextra. superflue enim calefieret, propter uicinitatem nimiam utriusque principij calidi, & pars sinistra superflue in frigidaretur propter eorum elongationem. Et propter hoc fuit melior declinatio cordis ad partem sinistram, ut temperetur per ipsum latus sinistrum, praecipue cum splen ipse non sit calidus ualde. Et tertia ratio est, ut faciat uiam uenae uentrem habenti, ascendenti ad ipsam ab hepate, uel descendenti ab ipso ad hepar. Et locus cordis in medio est corporis, ut magis uicinetur aequaliter omnibus circumstantibus, & facilius eis afferantur ab eo iuuamenta: & alia famulancia ipsum circumstant undique. Et mensurauit Deus quantitatem cordis in sufficientia absque superfluitate & diminutione, ut non sit ei grauitas propter quantitatem immoderatam, neque fractura uel angustia in suis extremitatibus propter diminutionem. Ab eo enim est origo arteriarum, suspensio

ligamentorum

nis autem ipsius est iuuamentum, ut adimpleat rimas, & coniungat ramos. Declinatio autem ipsius ad **B** albedinem, est propter dominium aquæ super illud quo nutritur, & propter illius plurimam frigiditatem. est enim sedes aquæ, ut per ipsam confortetur uirtus anhelitus in expulsiōne fumorum calidorū. Et continuatur etiam aeri, adiuuans ipsum in festinando ad cor cum facilitate. Sed raritas eius est, ut redeat ad attractionem aeris, & recipiat ipsum. Aeris enim penetratio non est solummodo in canna: immo plurimum euadit ad corpus pulmonis ex eo, & propter hoc est multiplicatio ipsius aeris in eo, apparens manifesta. Et est aliud iuuamentum raritatis ipsius, ut adiuuet in constrictiōne ad expulsiōnem. Preparatur igitur duobus moribus, & propter hoc aperitur pulmo cum inflatione, & clauditur cum exsufflatione. ipsius tamen constrictio sequitur constrictiōnem thoracis, & dilatationē dilatatio, sicut dictum est, & hoc ne locus sit uacuus, & est simile uidere in spongia, quæ compressa manu coarctatur in spatio breui & angusto. quæ si explicetur, sequitur eam spongia, & ingreditur eam aer, & dilatatur, & redit ad locum amplum, sicut primo fuerat. Et pulmo est diuisus in duas partes, in quibus attenditur ipsius geminatio, sicut est geminatio ceterorum membrorum in homine. Licet dubitetur de hepate, utrum geminetur in homine. licet in piscibus duplex sit hepar a duplici lacerto. Et quia homo habet hemisphericam, & patitur quandoque paralytici unius partis & non alterius, ideo cognoscitur geminatio partium in cerebro. Iuuamentum uero partitionis pulmonis in duas partes, ut non cesset **F** anhelitus, propter nocuentū uni duarū partium adueniens. Et utraq; diuisio ramificatur in duos ramos. licet in latere dextro quasi non reperiat ramos, cuius iuuamentum nō est magnum in anhelitu, sed est ibi tanquā lectus substratus uenæ concauæ ascendenti ad cor cum nutrimento sanguineo cordis. Et secundæ diuisiōnes pulmonis sunt sicut primæ ipsius diuisiōnes. & ut sint tanquā digiti ipsius propter bonā compressionem cordis. Veruntamen additio sectionis in dextra est ad hoc, ut occupet spatium pectoris, & æquet ipsum: quoniam declinatio cordis est magis ad sinistram partem. Et pulmo insensibilis creatus est in se, & immobilis per se: quā ipsum non penetrat neruus aliquis: & omnis sensus & motus influens insluit per neruum. Cooperimentum tamen ipsius, panniculofum & neruofum est, ut sit ei sensus aliquo modo in superficie, secundū q̄ determinatum est. Et pulmo ipse substernitur cordi, sicut culcitra sustentans & leniens ipsum. Et gibbositas ipsius est a parte dorsi, & est duplex, ut melius recipiatur in concauitatibus a duabus partibus spinæ. Concauitas autem ipsius respicit anteriora magis, ad hoc ut amplectatur facilius cor & melius. Et spissitudo maior est apud exitum cannae, postea descendit attenuando se gradatim usque ad sui terminum. & inspissatio eius est superius magis necessaria, ad subleuationem meliorem capitis cordis, magis lati & magis spissi, quare indiget fulcramento spisso & molli superius. Sed consequenter cedit hæc spissitudinis necessitas, unde postea attenuata est, **G** secundum quod proportionaliter cor ad acuitatem tendit & sublimitatem. Et comparisonem etiam habet ad folium, quod positum est in custodia, & protectione fructus, sicut ipse positus est in protectione & custodia cordis. Iuuamentum autem quantitatis augmentatæ, quæ est supra ipsum, est multiplex. Et unum est, ut sit continens pulmonis aeris, qui sufficiat pluribus pulsationibus cordis. Si enim numerus inspirationum, non pulluum, propter paruitatē pulmonis cogereatur ad æquari, iam cessarent plurimæ nobiles operationes, sicut emissio longæ uocis: quæ necessaria est in sermonibus, uociferationibus & cantibus. & nō posset detineri inspiratio corā se foetida & corrupta: neque et in hora deglutitionis, immo accideret ut super occuparentur inspiratione & expiratione. quare diu permanere non posset, quā necessaria est plurima quāritas ipsius, ut spiritui cordis sit materia sufficiens, dū summergit in aquis animal, aut quādo necessarium est ei uocem prolongare cum continuatione, aut quando abhorret attractionem aeris propter corruptionem & foetorem eius. Et etiam notandum quod quædam animalia sunt habentia pulmonem, quædam autem non. quæ autem sunt ambulabilia & sanguinea pulmonē habent. Et piscibus loco pulmonis sunt branchiæ. Et in quibusdam animalibus loco pulmonis sunt canales. Delphinus quoque, & lepus marinus, & animalia alia quæ sunt communia terræ & mari (quæ arabice cenalia dicuntur) & pisces respirant uaporem per branchias. paucus. n. uapor sufficit eis, cum participent multum frigiditatis. Vtrum autem aliqui pisces respirent aerem, dubitatur propterea, quod dicunt piscatores de delphino, quod quando dormit in superficie aquæ, sentiunt ipsum stertere: & **G** promittit se tractaturum hoc.

De anatomia oculorum.

Creauit Deus caput animalis, & posuit ipsum in superiori parte animalis, præcipue propter oculos. Et anteriorem partē capitis eleuatiorem fecit, ut oculi in illa parte siti essent in eminenti, instar speculatoris undique prospicientis aciem, siue exercitum undique in plano positum. sic & oculi compaginē inferius speculantur. Vnde quædam animalia paruum habent caput, & decliues habent oculos, positos in quibusdam neruorum extremitatibus, quos quandoque emittunt a se, quandoque retrahunt ad se, ut patet in Limace, cuius extremitates uulgus cornua uocat. Quibusdam uero animalibus illæ extremitates protensæ duriores sunt, neque retrahi possunt, sed habent quædam defensoria supposita, quasi duos clypeos duorum oculorum, ut patet in Cancro. A cerebro autem exeunt duo nerui, quorū uterq; duobus panniculis est obuolutus, a duabus matribus siue meningibus ortum habentibus, qui panniculi ad duos orbis oculorum tandem peruenientes ibi dilatantur per circuitum, ut intra se deglutitionē humorum possint accipere. Est ergo crystallinus humor qui grandio glacialis ab Aristotele appellatur, quia

quia in forma & colore est similis glaci, in profundo & medio positus duplici ex causa, quia mediū dignior est situs in custodia, & ut a circumstantibus iuuamentum accipiat undique. Iste humor in posteriori parte sphericam habet formam, in anteriori aliquantulum planam: & hac ratione, quoniam si undique haberet sphericam, imago rei uisæ quodam modo lubricaret super ipsum, & tangeret in puncto. Item anterior planum est, ut parua corpora uisæ multam haberent in eo sectionem. Iste autem humor diaphanus & translucens est, ut sit susceptibilis omnium formarum intra se. Post crystallinū humorem interius uersus cerebrum positus est uitreus humor, qui sic appellatur, quia uitro liquefacto assimilatur: cuius color medius est inter rubrum & album similis uitro. Et est iste humor ad rectificandum nutrimentum crystallini humoris, & ut fiat gradatio sanguinis dum conuertitur in crystallinum humorem. Si enim perueniret sanguis in suo rubore ad nutrimentum crystallini, inficeret ipsum: & faceret omnia uisæ apparere rubra. & eleuatur iste humor ad maiorem circulum crystallini, faciendo semisphericam circa ipsum. Et se habet iste humor ad crystallinum in comparatione stomachi ad hepate. Ex opposita autem parte uitrei humoris exterius ante crystallinum positus est albugineus humor, qui similis est albumini oui: cuius finis multiplex est scilicet ut ex humorositate sua defendat crystallinum humorem ab arefactione aeris exterioris, qui quidem humor est defensorium crystallini ex alia parte, & est superfluitas illius, sicut unguis, capilli, cornua sunt superfluitates animalis, & defensoria eiusdem. Item iste humor præponitur crystallino, ut fiat gradatio lucis & imaginis ad ipsum crystallinum: quia natura non sustinet repentinas immutationes. Vnde isto læso destruitur uisus. Item iste humor liquidus est, ut ex liquiditate imago rei ingrediens distinctionem suscipiat. Et est iste humor positus in foramine uicæ tunicæ, quod quidem foramen, pupilla oculi appellatur. Interior autem panniculus ad maiorem extenditur circulum crystallini humoris, claudens intra se fere duos humores scilicet crystallinum fere, & uitreum ex toto. & uocatur tunica secundina, quia a secunda matre scilicet pia matre nascitur. A qua quidem tunica, in eodem termino nascuntur alia tres tunicae. Una quæ inferius reflectitur, interponens se crystallino humori & uitreo separatorium illorū ex una parte, & uocatur retina instar retis. partes habet innumerabiles ex uenis, neruis, & alijs. Ab eodem loco nascitur tunica alia, quæ aranea nuncupatur, perficiens sphaeram cum retina, circundantem crystallinum humorem. & dicitur aranea, quia ad modum telæ araneæ subtilis est, ne impediatur lumen ingrediens ad crystallinum & albugineum. Ex alia parte extra hanc tunicam, ab eodem loco, cum ea tunica nascitur alia tunica, cum secundina sphaeram perficiens exterius. Hæc tunica appellatur uicæ, quia perforatur ad modum uicæ, suspensorio eius ablato. Figuram illius & colorem caelestem habet, colorem. s. medium, admistum scilicet nigro secundum maius, & albo secundum minus, quia si extoto esset albus, nimium disgregaret uisum: si niger ex toto, nimis congregaret. Tunica aliquantulum est spissa, * interius autem mollior, ut sit similis in mollitie crystallino: exterius durior, ut sit cornea tunica similis. Rugosa autem est circa ipsum foramen, ut quando opus sit, constringi possit ad modum burse: & hoc quando uirtus laxatur, & indiget recreatione. Et quando opus est dilatari, possit, quando uisus diffusionem lucis indiget. In foramine huius positus est albugineus humor, qui illas replet rugas interius. qui quidem humor quandoque constringitur, quandoque dilatatur secundum dilatationem & constrictiōnem illius foraminis. Item ab exteriori panniculo oritur tunica, proximo loco includens secundinam, procedens ad modum sphaeræ, quæ sclerotica propter sui duritiē appellatur, a qua nascitur tunica cornea, cum ea sphaeram unam perficiens, quæ assimilatur cornu lucido bene abraso, & polito in luciditate & in duritie. ut ex illa duritie defendat interiora, & ex sua luciditate sit diaphanū siue peruium luci. Vnde per medium ipsius apparet circulus latus, foramen habens in medio de uea tunica: qui quidem circulus, oculi corona appellatur. Et hæc tunica in sui constitutione quatuor habet cortices. & si destruantur duo uel tres illorum, quartus remanet. quo destructo omnes destruitur. Vltimo loco superuenit coniunctiua, coniungens omnes illas partes, quæ nascitur a quodam neruo, & non habet foramen in medio, per quod apparet corona oculi, quæ est pars uicæ tunicæ, quæ pupilla appellatur. quæ pp sui profunditatē præterdit aliū colorē albū. quæ re uera cū ibi sit, sicut aqua nimis profunda, apparet nigra, cū tñ sit alba. Habet aut hæc tunica sex paria lacertorū siue musculorū, totum motum oculi perficiētū. quorum unus mouet oculū sursum, alius deorsum, alij ad duos angulos, unus ad angulum domesticum siue lachrymalem, alius ad angulum syluestrem. Item sunt alij duo ex transuerso positi, qui mouent oculum circulari motu. & de compositione oculi hæc sufficiant.

De anatomia aurium.

Creauit Deus aurem ut deseruiret auditui. cuius interior figura est anfractuosa, quoniam breue est cerebri ad aurem spatium. Si autem recto tramite intraret aer ad cerebrum, ex sui qualitate & substantia læderet cerebrum: propter hoc anfractuofus est eius meatus, ut per tani breue spatium prolongaretur. Et eius foramen a petroso osse incipit, quod medium est inter os & petram, sicut conchæ piscium. & propter hoc utriusque suscipit denominationem. Et similiter anfractuofus est, ut in prolacione uariæ uoces & uariæ ipsarum differentiarum percipiantur, & cum ipso perficiat tinnitus necessarios, quæ non acciderent si directus esset transitus. Et eadem est causa, quare

Galeno attributus liber

quare prolongatur iter aeris per aurem, cum causa quare prolongatur per tracheam scilicet ne laedat cerebra, ibi uero ne laedat cor ipsum. In interiori autem concavitate ossis petrosi, sine comparatione manet aer quietus. ibi autem discernuntur omnes uocum differentiae. Et se habet illa pars ossis petrosi ea comparatione ad auditum, in qua se habet crystallinus humor ad uisum. Residua uero pars ab osse petroso extra apparens, chartilaginosa est, non tamen mollis sicut caro, ut debitam figuram sibi retinere possit: neque tam dura sicut os, ut flecti possit, non frangi ad offendiculum. Posita est auris ad latus, non in anteriori parte sicut uisus, quia immutatio uisus directe procedit, sed immutatio auditus indifferenter. Item nerui audibiles procedunt a media cellula, propter hoc sub illa lateraliter posita est auris. & potius sub capite, quam superius, ne propter ipsos impediretur auditus. Item quidam panniculus exit a neruo descendente a quinto pari neruorum cerebri, qui interius inuestit os petrosum, & totam praestat ei sensibilitatem quam habet: & est foramen ad ipsam aurem, in comparatione pupillae ad oculum.

De anatomia nasi.

Nasum creauit Deus praecipue propter tria iuuamenta. Quorum unum est, ut uapor deferens odorem rei odoriferae, recipiatur in concavitate ipsius, & ibi quodam modo temperetur, & praeparatur odorati. Aliud est, ut aer recipiatur ibi in magna quantitate, pro parte transmittendus ad pulmonem, pro parte ad cerebrum, sicut enim cor constringitur & dilatatur, & in frigidatur per aerem: sic & cerebrum suo modo, quod ne laedatur ab aere recepto, subito recipit ipsum tanquam praeparatorium, mediante colatorio isto, sicut & trachea arteria. Tertium iuuamentum est, ut sit unum emunctorium superfluitatum cerebri. Vnde longam & eminentem habet formam scilicet, ut tegat mucilagines exeuntes a cerebro, & celet eas. In interiori autem parte iuxta duram matrem, est quoddam concuum os duo habens foramina, per quae intrat odor & exit, & mucilago. In ossis concavitate iacent duae carunculae spongiosae, instar duarum paruorum mammillarum, a quibus fugitur fumus, qui est uapor deferens odorem: sub quibus mammillis sunt duo ossa foramen triangulare habentia, quae coniunguntur ad unum latus eleuatum secundum foramen nasi, & duos angulos, a termino quorum inferiori adiungitur chartilago quaedam, sicut in alijs locis, coniungens carnem cum ossibus, quasi inhaesio carnis pendentis circa foramina narium. Item in folijs narium sunt duo lacerti, quorum motus dilatatur, & constringitur in horis necessitatibus, ut in impedimentis diaphragmatis. Item superius in radice nasi sunt duo foramina exeuntia ad angulos lachrymales oculorum, quibus exeunt lachrymae: signum huius rei est scilicet quando collyrium apponitur, eius odor sentitur: sed sapor lingua percipitur. Item fere ab interiori parte nasi directe post palatum procedunt foramina duo quadam tela interposita usque ad radicem linguae, quorum iuuamentum est, ut intret aer ad cor refrigerandum, & pro parte exeat, ne torus cadat in offensionem uocis. Vnde illi, qui habent illa foramina stricta, uel opilata, imperfecte & confuse formant uoces. Sed queritur quare inter cetera organa sensuum, semper aures ac nares sunt patulae, alia quandoque aperta, cum continua operatio debilitet sensum, ut patet in oculis piscium, qui non discernunt inter medios colores propter debilitatem uisus ex continua apertione: & in hominum odoratu, qui non discernunt inter medios odores, sed inter extremos tantum scilicet inter foetidum, & aromaticum. Ad hoc potest dici, quod nares semper sunt aperta, ut per ipsas continua fiat inspiratio aeris ad infrigidationem cordis dum os clauditur, cum uehemens odoratus non sit necessarius hominibus, sicut quibusdam brutis, quae mediante odoratu nutrimentum acquirunt.

De anatomia oris.

Creauit Deus os tanquam necessarium instrumentum gustus: in cuius radice sunt duo foramina interiorius: unum foramen ad uentrem inferiorem, per quod intrat cibus in stomachum: aliud ad uentrem superiorem, per quod intrat aer ad cor & pulmonem. Est ergo os, uas uniuersale organorum locutionis in homine, & uociferationis in brutis, quae sunt dentes, labia, palatum, & lingua, & uua, & duae amygdalae. Sunt autem linguae multa iuuamenta. Vnum, est decisio uocis & extractio literarum. Aliud iuuamentum, est conuersio cibi masticati. Tertium est discretio gustus. Et ei praestat sensibilitatem quidam neruus descendens a quinto pari neruorum cerebri, qui circumdat ipsam. Sub radice linguae sunt duae concavitates, quae fontes siue hauritoria appellantur, in quibus saliuam digeritur. In istis concavitatebus sunt quaedam carnes glandulosae, quae parant humiditatem organo oris, ne ex nimio motu arefiant. Componitur autem lingua ex carne alba cum rubore, ex uenis minutis & subtilibus, deferentibus sanguinem per diuersas partes eius. Propria figura est linguae, ut sit mediocriter lata, longa, spissa, acumen habens in suo principio. Vnde qui habent linguam nimis acutam, uel nimis obtusam, peccant in formatione uocis. Habet autem lingua, ix. musculos in sui compositione, uarios eius motus perficientes, & habet binos & binos musculos singulis motibus deseruientes, non enim tanti, & tam uarij motus ab uno musculo poterant perfici. Veniunt autem duo muscoli ei ab additamentis sesaminis id est quibusdam parujs officulis ad modum seminis sesami: & sunt supplementa spondylorum colli. Primi ergo duo a latere subintrant linguam, facientes motum dilatationis. Veniunt autem alij duo muscoli ei a superiori parte lambdae, directe subintrantes ipsam, facientes motum circunvolutionis. Veniunt uero ei alij duo ab inferiori mandibula unus ab una parte, alius ab alia, facientes motum duplicationis. Venit iterum ei musculus unus a superiori parte lambdae, attingens usque ad medium linguae, faciens motum retardationis. Et sicut cerebrum diuisum est in multas partes, ut si impedita fuerit

* alias forami.

* alias inferiori.

* alias delectationem.

de anatomia uiuorum.

42

Arit operatio unius uirtutis & partis, uigeat altera pars: sic & lingua diuisa in duas partes consimiles, ut si forte paralytica sit una medietas, reliqua motum suum, & sensum non amittat.

De anatomia dentium.

Creauit Deus dentes propter multiplex iuuamentum scilicet propter decisionem cibi, ad praeparandum stomacho, & meliorem decisionem uocis, & propter arma in quibusdam animalibus, sicut in apris. Horum tres sunt species secundum duplex, scilicet ut detineat aerem, ne subito intret cum suis nocuis qualitatibus ad ipsam cor. Aliud, ad meliorem formationem uocis. Est enim quasi secunda canna uocis, epiglottis uero prima. Vnde illi qui habent incisam uulam aut deperditam, plurimum habent raucam uocem. Vnde Hippocrates in prognosticis, uulam incidere timendum est. Subiacent ei duae pelliculae, quae galsamach dicuntur, iuuantes ipsum in suo officio. Duae amygdalae sunt, quasi duae auriculae ante os gulae, quodam modo claudentes cibum: & uuala media inter has, ne declinet in Chanc partem uel illam.

De anatomia uulae.

Uuala autem est quoddam membrum supra radicem linguae situm: & apparet uisui aperto ore & demissa lingua. Huius est iuuamentum duplex, scilicet ut detineat aerem, ne subito intret cum suis nocuis qualitatibus ad ipsam cor. Aliud, ad meliorem formationem uocis. Est enim quasi secunda canna uocis, epiglottis uero prima. Vnde illi qui habent incisam uulam aut deperditam, plurimum habent raucam uocem. Vnde Hippocrates in prognosticis, uulam incidere timendum est. Subiacent ei duae pelliculae, quae galsamach dicuntur, iuuantes ipsum in suo officio. Duae amygdalae sunt, quasi duae auriculae ante os gulae, quodam modo claudentes cibum: & uuala media inter has, ne declinet in Chanc partem uel illam.

De anatomia gulae.

Gula est quoddam membrum compositum ex duobus panniculis, recipiens cibum & potum intra se, qui fertur ad stomachum. Huius interior panniculus componitur ex uillis longitudinalibus, ex quibus habet uehementem attractum. Exterior uero panniculus componitur ex uillis latitudinalibus, ex quibus facit compressionem eorum, quae recipit: & componitur ex alijs uillis transuersis, ex quibus habet aliquantulum retinere, propter hoc difficilis est uomitus. Procedit autem gula directe usque ad quartum spondylum pectoris. Vnde ibi incipit declinare uersus dextram partem, donec coniungatur cum diaphragmate, cum quo alligatur fortiter. Postea declinat ab ipso, donec perueniat ad locum ubi coniungitur cum ore stomachi, ut circa xij. spondylum. Hac autem ratione declinat ad dextram partem ipsa gula, scilicet ut faciat uenae concauae locum, transeuntis ab hepate ad ipsum cor. Si queritur utrum ipsa gula cum ore stomachi continuetur: potest dici quod continua est cum eo, tamen habens aliam compositionem, quoniam os stomachi magis est neruosum, gula uero minus. Continuatur uero gula superius cum palato.

De anatomia stomachi.

Creauit Deus stomachum, membrum concauum, & oblongum, rotundum in sua longitudine: Concauum, propter meliorem receptionem: Rotundum, ne si esset angulosus, colligeret in se nocuas superfluitates: Oblongum, quia si fuerit penitus rotundus, impediret ipsum diaphragma a motu suo, & ipsa spiritalia. unde illi qui habent stomachum rotundum, post prandium difficulter inspirant, & expirant. De tali loquitur G. uidi quendam &c. Habet autem stomachus duplex os, unum inferius, quod clauditur quam diu celebratur digestio prima: postea aperitur, & exit massa in eo contenta ad intestina. Os uero superius neruosum est ualde. Na quidam neruus crassus descendit a cerebro, & intrat gulam, & per ipsam descendit ad os stomachi, in quo dilatatur, ut ipsum efficiat multum sensibilem, ut ex sensibilitate sua sentiat suam inanitionem similiter & repletionem. Membra enim inanita trahunt a uenis: uenae uero fugunt ab hepate: hepar a uenis melaeraicis: melaeraicae ab intestinis & stomacho: stomachus autem inanitus appetit. Vnde si praedicta patiuntur oppilationem, stomachus patitur fastidium. Componitur autem stomachus ex duobus panniculis, quorum interior est magis tener & magis neruosus, exterior uero spissior & magis carnosus. Interior uero panniculus componitur ex quibusdam filis longitudinalibus, quibus mediantibus fortiter attrahit: & ex quibusdam transuersis. Exterior uero panniculus componitur ex filis latitudinalibus, ut comprimatur & exprimat massam in stomacho contentam quando opus est. Sed queritur cum uirtus digestiua fundetur in exteriori panniculo, sensibilitas in interiori: quare neruositas sit magis interiorius.

S P V R I I.

F 2 interiorius.

interius, quam exterius. Ad hoc dicendum, quod digestio uiget secundum caliditatem, calor autem agit in partes remotas sicut in propinquas: sensus autem tactus in propinquas tantum: propter hoc panniculus de seruiens tactui, magis nervosus est. Ascendunt autem exteriorum panniculum uenae & arteriae, deferentes sanguinem ad eius nutritionem, quia carnosus est: & caro habet nutrirī ex sanguine: quae tandem uenae & arteriae dilatant in rē, & circumdant totum stomachum, & intestina in modum cuiusdam sacci, quod tegmē & gibbus appellatur. Et est spissum, carnosum, pingue, ut intus detineat calorem naturalem stomachi. Pinguedo. n. extra circumdantis ipsum, claudit fumos calidos ne euaporent, sicut patet in cibis pinguibus: & sub pinguedine supernatante diutius retinetur calor. Et talem habet situm & positionem stomachus. Et superior eius pars declinat uersus sinistram, ut det locum hepati superiacenti sibilateraliter in dextra parte. Secundum magis tamen declinat eius superior, quam inferior pars, quia maiorem locum occupat hepar, quam splen, cum in se contineat hepar materia & nutrimentum totius corporis. Splen uero unam eius superfuitatē. f. facē, siue sanguinem melancholicum, qui transmittitur ad superiorē partem stomachi, ut ex sua stypticitate, & acetositate prouocet appetitum. Vnde styptica & acetosa prouocant appetitum: & hoc est unum iuuamentum splenis a superiori. Aliud autem iuuamentum inferius est, quia quamuis ex sua complexione sit frigidus & siccus: tamen ex calore actuali, quem habet in se, calefacit stomachum inferius. A cysti autem fellis transmittitur cholera ex alia parte ad stomachum propter digestionem confortandam, & propter eius nutritionem. Vnde stomachus debet habere triplex nutrimentum, unum a massa, quam continet in se, aliud a sanguine transmissio sibi ab hepate: tertium a cholera sibi transmissa a cysti fellis. Hepar autem in sui concauitate, quae sima appellatur, amplectitur unam partem stomachi, unde illa pars ceteris calidior est.

De anatomia intestinorum.

Creauit Deus plura uasa facum, in longitudine sua inuoluta, & reuoluta, ut morā faciat in eis massa contenta, donec attrahatur ab hepate per uenas mesaraicas id, quod subtilius est & melius, ad nutritionem omnium membrorum. Si. n. omnium unum uas esset, & breue ipsarum facum, statim separaretur faex illa a corpore. Vnde duplex accideret incommodum, resumptio continua ciborum, & continua defecatio. Per primum impediretur homo a suis negocijs alijs, & oporteret eum semper uacare super acquisitionem uictus. Per secundum & turpe haberet nocentum. Et potius assimularetur beluae, quam creaturae rationali. Item alia est ratio melior, quare sunt longa, & inuoluta. s. ut nutrimentum contentum in intestinis euadat, & elabatur a primo ordine uenarum mesaraicarum, & reuolutione sequente redeat ad tertium ordinem: quia multiplex est ordo uenarum mesaraicarum: quarum quaedam sugunt a stomacho, quaedam ab intestinis, quae quidem uenae in multis locis subintrant ipsa intestina, quaedam superius, quaedam inferius: quarum uenarum orificia contiguantur cum facibus ipsis. Sunt autem sex intestina numero: quorum primum est duodenum, siue portonarium, secundum ieiunum, tertium inuolutum siue ileon, quartum caecum siue orbem aut monoculum, quintum colon, sextum extale uel extensum siue longaon. Quorum intestinorum superiora tria sunt graciliora & subtiliora propter hoc, ut facilius penetret ad ea uirtus delata ab hepate, quia massa in eis contenta & subtilior, & liquidior est. Tria uero inferiora sunt crassa, quia massa in eis contenta crassior est, & terrestrior, pungens & mordicans ipsa uasa in quibus continetur. Primum autem intestinum quod dictum est, duodenum appellatur, quia continet. xij. digitos eius cuius est in longitudine: & coniungitur ipsi stomacho inferius, sicut gula superior. Differunt tum, quia largum est orificium gulae plus, quam illius intestini: & ipsa gula crassior & fortior habet compositionem propter massam crassiorem, quam in se continet, quae est liquidior quando descendit in hoc intestinum. Dominatur autem in hoc intestino neruus secundum latitudinem, quo mediante expellit contenta a se, & componitur ex duabus tunicis sicut quodlibet aliorum, tamen debilem habet expulsiuam. Attractiuam uero non oportet ut fortem habeat, quia stomachus superpositus expellit a se quod continet ipsum intestinum, & inferius intestinum trahit ab ipso intestino, & massa ex sui grauitate seipsam deprimit. Est autem hoc intestinum rectum & extensum duplici de causa: H Quarum una est, ut det locum hepati a dextra parte, & spleni a sinistra. Alia causa est, quia omnis penetratio per rectum & extensum facilius est, quam per nodosum, & tortuosum. Post hoc intestinum sequitur aliud, quod ieiunum appellatur, quia in animalibus mortuis uacuum inuenitur, cuius rei causa duplex assignatur: Vna, multitudo uenarum mesaraicarum sugentium ab ipso fortiter massam in eo coadunatam: Alia causa est multitudo cholerae descendens a cysti fellis ipsum pungentis, & mordicantis ipsum, & cogentis ad expulsionem. Sed queritur quare non accidit idem de inferioribus intestinis? Ad hoc dico, quod cholera in stomacho pura est, & sine admistione cum massa, & propter hoc magis uiolenta, quam in alijs intestinis, in quibus admiscetur cum facibus, & uires suas amittit. Hoc intestinum sequitur aliud quod ileon appellatur, ab ile, quoniam confusum siue inuolutum appellatur, quia multas habet inuolutiones propter multiplicem ordinem uenarum mesaraicarum ad ipsum descendentium, cuius inuolutionis ratio superius assignata est. Post hoc sequitur aliud, quod orbem siue monoculum appellatur, quod crassum, & gibbosum est absque inuolutione, ut in eo tota faex colligi possit, quia in isto intestino primo fit putrefactio massae, quia colliguntur ibi fordes, ut simul expelli possint, quia facilius est expulsio facis in summa, quam illius dispartitae. Item aliud est in causa. s. ne descendant in colon, & ibi ex crassitie, & multitudine faciant oppilationem. Item aliud est in causa, ut colligan-

atur fordes siue faeces, ut excusetur homo a continua defecatione, quod accideret si statim quando acciperetur descenderet faex illa. Item hoc intestinum declinat magis in dextram partem, ut confortetur per calorem hepatis in illa parte existentis. Crassam & amplam habet compositionem, ne ledatur a crassitie facis contentae in ipso. Habet autem unum solum foramen, & hoc propter situm suum & positionem. Non dico, quod sicut stomachus, quia stomachus protenditur in longum, unde facta sunt ei duo orificia, unum inferius, & aliud superius. Istud uero eleuatur in gibbositatem, & latus uersus dextram: & ut dictum est, unum foramen habet a latere, cui iunguntur duo foramina duorum intestinorum, quorum uni continuatur inferius, & alteri superius. Et decipiuntur quidam dicentes in stomacho crassari faeces propter nimiam suctionem uenarum mesaraicarum ab ipso, cum pauca uel nulla ad ipsum dirigantur. Post hoc intestinum sequitur aliud, quod colon appellatur a colando, quia angustum est ad modum colatorij. Istud inuolutum est, ut fiat gradatio facis contentae in orbo ad ipsum, ne simul tota faex ad unum descendat. Vnde in ipso diuersae accidunt passiones, propter eius angustationem, & facis crassitiam. Eius inuolutio incipit ab una parte, & flectitur in oppositum, & tandem redit ad medium, ubi coniungitur cum ore ultimi intestini, quod longaon uel extensum appellatur. Et in sui extremitate quatuor habet lacertos, quibus mediantibus anus clauditur, ut teneatur faex & expellatur. Istud autem intestinum habet uillos longitudinales, quibus mediantibus fortem habet attractionem. Sed queritur quare non habet uillos laterales propter compressionem, quae ei necessaria esset? Ad hoc dicendum, quod ab extrinseco habet iuuamentum fortis expulsionis, quia in mirach pellicula inuolente intestina sunt octo lacerti, quibus mediantibus fit expulsio fortis ab isto intestino. Hoc autem ultimum intestinum, rectum, & extensum est ratione superius assignata. Sed proximum suprapositum. s. colon, est inuolutum, ne si esset rectum & extensum, faex tota descenderet in ipsum, quae debet colligi in orbo paulatim & successiue. Et in illa comparatione se habet orbus ad stomachum, colligendo eius superfuitates, in qua comparatione se habet uesica ad hepar, colligendo eius superfuitates.

De anatomia hepatis.

Et creauit Deus hepar, ut esset uas generationis sanguinis, & origo uenarum: tamen in hoc dissentiant Aristoteles & Galenus. Vult enim Aristoteles, quod cor sit principium sanguinis, & probat quod hepar non, his rationibus. Hepar enim componitur ex uenis. componentia uero sunt priora compositio, ergo hepar non est principium uenarum. Item hepar carnosum est: & uenae potius a neruo, quam a carne nascuntur. neruo enim magis assimulantur. Item uirtus uitalis influit a corde ad cetera membra. Vita autem in calido & humido consistit, & ita in sanguine. quare sanguis a corde. Gal. dicit, quod ab hepate, hac ratione. Sanguis generatur ab hepate. ergo hepar est principium sanguinis. Item alia ratione. Superfuitates rei, originem illius circumstant: sed urina est una superfuitas sanguinis, quae continetur in uesica. Item sanguis melancholicus est alia superfuitas, quae continetur in splene. Item sanguis cholericus est alia superfuitas, quae continetur in cysti: omnes istae superfuitates, & earum uasa collocantur circa hepar. ergo in hepate est principium sanguinis, cum superfuitates circumstant ipsum. Ad hoc dicit auctor, quod nihil prohibet sanguinem ortum habere ab hepate, licet hepar carnosum sit, uena autem sit neruo similis, sicut in luto crescit corallus. Potest autem dici, quod tam cor, quam hepar est principium sanguinis: sed primum & mediatum principium est cor. ab eo enim est calor artifex. Hepar uero est principium immediatum, & proximum. Hepar concuum est ex una parte, gibbosum ex alia, positum sub diaphragmate, declinans magis uersus dextram. Concauum, propter meliorem receptionem. recipit enim stomachum ex parte intra concauitatem sui. Vnde habet plura additamenta, quaedam minora, quaedam maiora: quae se habent ad concauitatem stomachi, in comparatione digiti ad manum. Membra enim bonae comprehensionis debent esse, sicut uolae manuum &c. Extrinsecus autem gibbosum est hepar, ut forma eius exterior sit similis formae corporis interioris. corpus enim interius rotundum est. Et hepar coniungitur spinae dorsae, unde secundum formam rotundam ei assimulatur. P Onitur autem in dextra parte ex directo, ut directe suscipiat supra se insufflationem cordis ipsum uiuificantis. Ab inferiori autem concauitate hepatis exit quaedam uena, quae post suum exitum in una parte diuiditur in plures ramos. s. in quaedam uenas subtiles, quae mesaraicae dicuntur, quarum quaedam subintrant intestina, & sugunt ab eis, quaedam uero subintrant stomachum, & ibi terminantur, sugentes ab ipso quod melius est & subtilius. Praedicta autem uena ramificatur & diffunditur per totam ipsius substantiam. Ex parte quidem eius gibbosa rami hepatis iterum conueniunt, & constituunt quaedam uenam maximam a gibbo hepatis, quae caua uena appellatur, & dirigitur ad ipsum cor, ubi ramificatur interius in concauitate, quae lactea appellatur, quia quasi lacteus est humor ille, quem fugit ab intestinis, & a stomacho.

De anatomia uesicae, fellis, & splenis.

Creauit Deus singula uasa singulis superfuitatibus sanguinis, quia plura conferunt iuuamenta naturae. In secunda enim digestionem tres superfuitates exeunt a sanguine scilicet spumosa superfuitas superius calida & sicca, quae cholera appellatur: & faex inferius residet, quae melancholia dicitur. & aquosa superfuitas, quae admista sanguini phlegma appellatur: intrans autem uesicam, urina dicitur. Fecit enim natura duas cystes id est uesicas, maiorem scilicet & minorem, sed maiorem scilicet uesicam uinae: minorem autem, quae cystis fellis appellatur. s. folliculus continens choleram: & supponitur

ille folliculus. f. cystis fellis in concavitate hepatis. f. in loco generationis sanguinis, habens continua-
tionem cum hepate, & habet tres meatus. unus dirigitur ad fundum stomachi, quo transmittitur cho-
lera in ipso stomacho, propter digestionem confortandam: alium habet meatum, qui ad intestina diri-
gitur per plures ramos, ut ad ieiunum, per quos transmittitur cholera ad mundificationem ipsorum in-
testinorum. Vnde ex oppilatione cyteos fellis plures accidunt passiones in intestinis. cholera. n. quae
transmittitur, mordicando, & pungendo mouet intestina ad expulsionem. habet autem meatum ad ip-
sum hepar, quo mediante fugit ab hepate, quod calidum est ad sui nutrimentum, quia calida, & siccae
complexionis est: collum habet iste folliculus, in quo dominatur fila longitudinalia propter attractio-
nem fortem. Componitur autem filis latitudinalibus propter expulsionem: & filis transversis, propter
retentionem. Proprium autem uas superfluitatis melancholicæ est splen. Ponitur autē splen inter duo
membra calida, cor. f. & hepar, ut sua potenciali frigiditate inducat temperantiam in extremis. est enim
melancholicæ complexionis. Et habet duos meatus: Vnum, qui dirigitur ad os stomachi, quo mediā
te transmittitur melancholia ad illam partem, ad prouocandum appetitum. Vnde ex oppilatione sple-
nis accidit fastidium: sicut ex nimia apertione eius, & transmissione melancholicæ superflua accidit bu-
limus, siue caninus appetitus. Alium autem meatum habet, qui dirigitur ad hepar, quo mediante fugit
ab ipso, quod melancholicum est ad sui nutrimentum. Habet autem figuram linguæ aliquantulum ob-
longam, & ad modum cinguli cingit ipsum stomachum. Ex altera parte coniungitur hepati, ut fugat ab
eo, quod melancholicum est. Et propter hoc in passione splenis patitur stomachus, quoniam nō tran-
smittit ad ipsum melancholiam in debita quantitate. Patitur etiam hepar quando non attrahitur ab eo
melancholia in debita quantitate, quoniam ex retentione eius in hepate infriigidatur hepar, & accidit
error secundæ digestionis. Componitur autem splen ex crassa carne & dura, & melancholica, rara ta-
men & porosa, ut possit suscipere intra se melancholiam ad sui nutrimentum, cum melancholica su-
perfluitas generetur ex sanguine, ut deportet sanguinem per membra. neque enim est necessarium to-
tam superfluitatem illam dispergi per membra. necesse autem fuit illam separari à sanguine, & uno lo-
co deponi, donec eiiceretur a corpore.

De anatomia renum.

Creauit Deus duo colatoria, quibus separaretur aquositas à sanguine, ne sanguis corrumpatur per
ipsam: quæ quidem renes appellantur. Et sunt duo porius, quàm unum, quia si esset unum solum, opor-
teret esse amplum, propter superfluitatem aquosam quam reciperet, & sui amplitudine impediret alia
membra uicina sibi, propterea sunt duo parui, ut suppleatur officium unius magni, quia non habet lo-
cum alij membris sufficientem. Item alia est ratio, quare sunt gemini, ut si impediatur unus aquosam
superfluitatē recipiendo, accipiat eam alter pro maiori quāitate. Habet autē situm unus in dextra par-
te, alter in sinistra, ut directe sibi opponant. quia ille, qui est à dextra parte, superius collocat & coniungit
hepatis: ille qui est à sinistra, inferius locat, ut amplificet locū spleni. Sunt autē renes ex solida substantia,
propter multiplex iuuamentū. Vnū est, & ut cōcurrāt multa in paruo spatio, & recipiāt multā superflui-
tatē in paruo spatio. Aliud est, ut sua soliditate resistāt humoribus, ut humori cholericō pungēti & scin-
denti, qui trāsīt ad ipsos à stomacho. Tertium iuuamentū est, ut ex sua duritie & soliditate cōprimāt san-
guinē cū superfluitate, ad modū duorū nodorū cōprimētū aliquos meatus, rectificādo sanguinem ad
sui nutrimentū, reprimēdo aquositatē. Triplex. n. est separatio sanguinis ab aquositate: prima in gibbo
hepatis: secunda in caua uena, à qua transmittitur aquositas cum primo sanguine, quasi lotura carnū
ad ipsos renes, quibus fit secunda separatio: in renibus uero tertia. Vnde si meatus renum nimis apē-
riantur ut sanguis fluat in uescicam, sanguis tunc exit in urina. Habent autem renes duplex os: unum
superius, per quod trahunt ab hepate per quosdam canales: aliud per quod emittitur inferius ad uescicā
Dirigitur autem quædam arteria à corde ad hepar per medium hepatis ad renes, deferens eis spiritum
uitalem siue uitam. Item quædam uenæ diriguntur ab hepate ad ipsos renes exterius, deferētēs sangui-
nis nutrimentū ad exteriores partes renum. Interius. n. non habent renes uenas, sed nutriunt à sangui-
ne quem attrahunt per canales cum aquosa superfluitate. Coniunguntur autem renes cum quibusdam
spondylis dorsi. unde transmittunt ei uestem, quæ uestit eos exterius, & dant eis sensibilitatem. Habēt
autē figurā intus concuam aliquantulū, exterius gibbosam & nodosam. Et circa orificia, quædam habēt
additamenta, quæ circundantur pinguedine, cuius ratio per similia alibi assignatur.

De anatomia uescicæ.

Sicut creauit Deus proprium uas superfluitatis primæ digestionis, ita creauit proprium uas super-
fluitatis secundæ digestionis, ut uescicam uas urinæ. Habent ergo renes duo emunctoria, quasi duos
canales per quos transuehitur urina post separationem eius a sanguine in uescicā. Subintrant ergo
illi duo canales exteriores tunicam uescicæ circa medium tumorem eius, & fluit urina inter duas
tunicas ex utraque parte uescicæ ad os illius, ubi tandem intrant per interiorem tunicam uescicæ pe-
netrando ipsam. Et dum intrat uescicam urina transmissa à renibus, clauditur exterius os uescicæ,
ne aliquid exeat. Et e conuerso dum exit urina a uescicā, clauduntur duo prædicti meatus, ne a-
liquid subintret uescicā interim: & hoc per dilatationem interioris tunice, & cōprehensionē eius cū ex-
teriori. Cōtexta est autē exterior tunica ex filis longitudinalibus, & uiget in ea magis attractiua. Interior
autē tunica cōtextis ex filis latitudinalibus: & hoc ppter cōprehensionē: & ex trāsuerfis, ppter retentiōnē.

Os

Os autem uescicæ constat ex quibusdam lacertis, quibus mediantibus constringitur, & aperitur in ho-
ris necessarijs. Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorem, & in fundo uescicæ: quia necessā-
rium fuit ut esset densa, & fortis, ne acutus humoribus, & sanguine melācholicō scinderetur, quod ac-
cideret sibi si subtilis esset compositionis.

De anatomia matricis.

Creauit Deus matricem radicem, ut esset instrumentum & locus generationis in muliere. cuius col-
lum est in comparatione uirilis uirgæ: & eius siphac. f. interior concavitas, est in comparatione oschei,
id est bursa testicularū: & hac cōparatione se habet instrumentū generationis in muliere ad instrumen-
tū generationis in masculo: in qua sigillū imprimens se habet ad sigilli impressionem in cera. Instru-
mentū foeminæ habet figurā inuersam & protēsam. i. fundatā intus: Instrumentū hominis habet inuer-
sam & protensam extra. Collū autē matricis lacertosum est: multas habēs pelliculas, & inuolutiones ad
modū burse, sicut & collū uescicæ, ut possit dilatari, & constringi quādo opus fuerit. Quā ante horā par-
tus ipsius foeminæ os matricis cōstringitur secundū oēs sui plicas ad modū rosæ, cuius folia cōplicātur
antequā expandatur ipsa. Vnde ita strictus est meatus colli matricis, quod solummodo uiam habet urina per
ipsum. In prima autem defloratione dilatatur collum matricis, & rumpuntur quædam uenæ subriles,
quæ sunt in dextra parte ipsius colli, & exit sanguis. Duplex uero est os matricis, unū exterius, & appa-
ret uisui, ad quod terminatur collum matricis: aliud uero interius, in quo inchoatur collum. Istud uero
os in hora cōceptionis ita clauditur, quod non possit etiam acus intrare. Ita enim disposuit natura, ne
post cōceptionē aliquid de spermate exeat, uel de alijs superfluitatibus subintret, & lædat foetū. In ho-
ra autem partus ita dilatatur collum matricis, quod eius amplitudo fere concavitate interiori ipsius matricis
adæquatur, ad modum rosæ, quæ tota expāditur secundum omnes sui partes. Interius autem cir-
ca medium tumore ipsius matricis sunt duo additamenta inuersa, siue protensa, sicut duo cornua, uel
duo capita mamillarū, quibus adhærent duo foetus, unus a dextra parte. f. masculus, alius a sinistra. f. foe-
mina. Sicut. n. natura exterius præparauit duo instrumēta nutritionis. f. duas mamillas, ita interius duo
suspensoria: & sicut plures sunt mamillæ extra & intra, & plura sunt iuuamenta matricis interius, quæ
etiam uisui apparent. Vnde quidā per simile dicebāt, decepti in muliere, esse quinque cellulas, quidam
septem, quia tot foetus possunt simul esse in matrice. Ad hoc dicendum, quod sicut in arbore plura pira
apparent uel adhærent in stipite prouenienti ex arbore, a quo accipiunt nutrimentum, ita in matrice
possunt plures foetus adhærere uni additamento, a quo oēs accipiunt. Patiuntur autem ista duo addita-
menta duas distinctiones corporis mamillæ: unā, propter colligantiā unius cū dextra mamilla: reliquā,
Cob alterius cum sinistra. Dicit Hip. quod si gracilescat dextra mamilla, masculi abortum faciet. Ponitur
inter longanem & uescicā, & illi est illud intestinum, quasi culcitra super quā quiescit. In quibusdā col-
lum matricis est gracilius, & longius, & tortuosius: & in quibusdā breuius, & rectius, & crassius: sicut in
quibusdam uiris uirga gracilis, longa, & tortuosa: in quibusdam, aliter disposita. Componitur autem
matrix ex duabus tunicis, quarum exterior magis carnosā est. interior uero magis neruosa aliquantu-
lum, ut sensum possit habere, non tamen magnum: quia si nimium sensum haberet, matrix nimis læde-
retur in partu. Exterior autē spissior est propter hoc, ut seruaret naturalem calorem. Interior autem li-
gamentalis est. i. ex ligamentis, & componitur ex omni genere neruorum scilicet longitudinalibus, la-
titudinalibus, & tranuersalibus. Alligatur autem matrix spinæ dorsi fortiter posterius, & duabus co-
xis. Similiter eius ligamenta descendunt ad genua: a genibus usque ad pedes. Superius autem alliga-
tur diaphragmati, cuius ligamenta ascendunt usque ad mamillas & oculos. Sub istis autem additamen-
tis extra ex utraque parte inferius prope os matricis ponuntur duo ianitores, quasi duo oia. f. testicu-
li, qui. f. aliquantulum sunt latiores, quàm testiculi maris, qui aliquantulum sunt oblongi: illi latiores
propter humiditatem descendentem: isti oblongi, propter caliditatem. Creauit autem natura ista ge-
mina, ut in eis esset locus digestionis ipsius spermatis, ad hoc ut ex ipso esset materia corporis huma-
ni. Sunt autem uasa seminaria antecedentia, & consequentia, quibus deferretur sperma uel materia
spermatis. Vasa autem antecedentia sunt quædam uenæ, quæ prodeunt a cerebro usque ad testicu-
los, & deferunt sanguinem dealbatum, qui erat ad nutrimentum cerebri ad ipsos testiculos, qui me-
diante sua uirtute attractiua talem sanguinem attrahunt ad nutrimentum. Residuum autem illius nu-
trimenti a testiculis transmittitur per seminaria uasa consequentia in ipsa uirga uirili, & per illam in
matricem ad generationem foetus. Cuius quidem spermatis in homine strictus est meatus & tortuo-
sus, & longus, ut subtilietur & habilitetur per longum tempus: in muliere non est ita necessariū ut sub-
tilietur, quia eius sperma debet crassius esse, & humidius, quàm sperma uiri, maxime ab isto agente pa-
tiens: propter hoc breuior est transitus a testiculis mulieris in matricem. statim enim subintrat matricē
sub inferiori ore a latere matricis ex utraque parte illius, & non per illud os. unde non coniungitur cum
spermate maris antequam utriusque sperma perueniat in matricē. Sub inferiore autē ore matricis illius
iacet os aliud. f. uescicæ, quod subintrat collum matricis, & ita exit urina secundū eandē uiam, per quā in-
trat sperma. Conueniūt autē spermata maris, & mulieris in matrice ita, quod sperma maris agit in sper-
ma mulieris. Sperma autem maris naturaliter intendit imprimere formam eius, a quo deciditur, &
sperma mulieris intendit suscipere. Illud autem facit sperma uiri in spermate mulieris, ut dicunt alij
in sanguine menstruo, quod facit fermentum in pasta. f. ebullitionem. Et Gal. uult, quod utraq; agat in

SPVRIL.

F 4

reliquum

reliquum, & patitur à reliquo. In principio enim admiscetur spermata, & fit spuma in eis mediante uentositate eleuante ampullas. In ipsis enim sunt tres spiritus scilicet naturalis, spiritalis, & uitalis, qui mouent materiam quolibet genere motus: quorum quilibet intendit ad generationem propriam causam materialis scilicet spiritus uitalis ad generationem cordis, spiritus naturalis ad generationem hepatis, & animalis ad generationem cerebri. Subintrante ergo in profundum spermatis uentositate, actione trium spirituum in medio nascitur uesicula quedam: superius autem prope alia uesicula: a latere iuxta inferiorem alia. Ex prima uesicula formatur ipsum cor: Ex secunda superius posita cerebrum: Ex tertia hepar. Tamen maxima est dissensio inter auctores de ordine formationis. Hippoc. enim in libro de natura foetus uoluit, quod cerebrum esset primum in creatione, ut patet ex sensu quia in ouo primo apparet caput pulli. Isaac uidetur consentire, quia comparat hominem arbori in ueris, & cerebrum radici arboris. Alij uolunt quod hepar primum sit in creatione, quia illud membrum cuius operatio primo est necessaria, primo debet creari: sin minus, inordinate procederetur. Et ista ratione dicit Aristot. quod cor primo creatur, quia eius operatio primo est necessaria, ideo primo debet creari. non enim posset nutriri nisi primo uel prius fieret uita. Vnde cum operatio uitalis primo sit in corde, primo creatur cor. In istis tribus membris, artifice natura petente exteriores partes, exterius terminatur uehiculum, quo mediante alligatur foetus uni partium capitum mamillarum, per cuius uehicularum inferiorem meatum transmittitur de puro sanguine menstruo matris, uel alio, per quem membra, quae prius erant alba, rubificatur. Illud autem uehiculum alligat foetum matri: & cum illud uehiculum posterius sit in conceptione, alijs tamen prius est in perfectione. Per sex autem primos dies in illa materia apparet spuma, & aliae tres ampullae principalium membrorum. Postea per tres sequentes dies inchoantur interiorum lineationes, & punctationes aliorum membrorum. Per primos autem sex dies nihil attrahitur à matrice, quia parum aut nihil deperditur de illa materia, & si deperditur, non est utilis restauratio, unde nihil attrahitur. Per sex autem dies sequentes penetrante uentositate & spiritibus ad exteriora, perficiuntur ramificationes uenarum & arteriarum. Per xij. dies sequentes, subintrat sanguis per uniuersa membra carnea. Vnde in abortu apparet tunc temporis frustra carnea. Et per ipsos diuiditur etiam spinalis medulla à cerebro per spinam dorsum. Item per ix. dies sequentes distinguuntur membra se inuicem latera à collo, & collum à capite, coxae à natibus, & ita de singulis alijs. Et ita in uniuerso erunt xxxv. dies: tamen in quibusdam ista tempora formationis anticipantur: & in quibusdam postponuntur partitiones totalis temporis formationis, tum per unum diem, tum per plures. Tripliciter ergo uariatur totum tempus formationis. quoddam enim terminatur in xxx. diebus, quoddam in xxxv. quoddam in xl. ita quod quinque dies semper interueniunt & intercedunt. Causa autem huius diuersitatis est calor intensior in quibusdam, remissior in alijs: & materia magis, & minus obediens. Foemine corpus tardius formatur, quam corpus maris. Tempus autem motus id est illud, in quo apparet uel fenit motus uoluntarius ex anima sensibili, duplum est ad tempus formationis. Tempus autem partus triplum ad tempus motus. Et propter istas diuersitates temporum formationis, etiam uariantur tempora partus. Et ideo quidam nascuntur in vij. mense, quidam in viij. & quidam in ix. Totum autem quod dictum est de temporibus formationis, experimento compertum est per diuersa tempora abortuum, in quibus apparent uisus antiquorum medicorum successu diuersitates formationum.

De anatomia panniculorum foetus.

In quibusdam autem materijs calor est maior. statim autem declinante calore, & penetrante in profundum extremitatibus relictis, induitur pellicula ad modum corticis exterius, sicut patet in ouis, quae uestiuntur extra tenuissima tela prius, & postea testa duriore. Similiter in arboribus, quae uestiuntur triplici cortice, & in fructibus quarundam arborum, quae duabus uel tribus tunicis teguntur. Similiter foetus in utero matris inuoluitur tribus pelliculis: quarum prima uersus foetum tenuissima est, & dicitur camisia pueri, uel profundatio sudoris. ista enim pellicula abstergit puerum à sudore, qui est quasi aerea superfuitas. Inter hanc pelliculam, & sequentem recipitur secunda superfuitas scilicet urina. statim enim quando excolatur per renes, non intrat statim uesicam, sed per quandam meatum dirigitur ad umbilicum, ubi exit, & subintrat istas duas pelliculas, & non expellitur inde ante partum, immo exit cum puero. Cuius retentionis haec est causa scilicet ut ex humiditate mollescat & infundat matricem, ut sufficienter amplificetur ad exitum pueri, quia facilius excolatur per humidum, quam per siccum. Interior autem tunica subtilior est ceteris: & componitur ex arterijs & uenis, in quibus defertur sanguis ad nutrimentum foetus, uenalis sanguis hepatis, arterialis cordi: & haec est tunica similis retinæ. Prima autem superfuitas non est in foetu, quia nihil dum est in matrice intrat per os, & ita nihil in stomachum & intestina quae postea exeant per secessum. Venit autem ei nutrimentum per umbilicum de sanguine materno quod transmittit ad hepar, & ibi quandam suscipit digestionem. Inuoluit ergo tribus panniculis foetus, sed non propter dictas causas solam, sed ut foetus firmiter adherat matri. non enim sufficeret illud unum solum uinculum per umbilicum, nisi in pluribus locis per pelliculas illas alligaretur matri. Habet enim foetus positionem & situm membrorum naturalem secundum diuersas suspensiones naturales. Ambas autem manus habet positas supra duo genua, brachijs extensis ex utroque latere, & faciem positam inter manus, nasum inter genua: & habet genua flexa, & pedes iunctos. processu autem temporis crescit, & augetur uehementius, & fortius mouetur. Et tendit ad exitum triplici de causa: Vna causa est propter angustiam

Aliam loci in utero materno: Alia causa est propter defectum nutrimenti. non enim sufficit ei, quod transmittitur a matrice: Tertia causa est angustia inspirandi, & expirandi, & paucitas aeris, qui quidem nimis calidus attrahitur. In matrice ergo tempore partus puer conuertit se ad exitum. scilicet caput inferius & extremitates superius. Hic naturalis ordo est in exeundo, ut praecedat caput, & sequantur cetera membra. Caput enim ex sua crassitie, & grauitate facit locum ceteris membris gracilioribus. quando uero praecedunt pedes, timendum est ne brachia frangantur. quando praecedat unus pes, timendum est de alio: idem dico de ceteris membris. Rumpuntur enim cotylidones, & exit sanguis cum aquositate, qui retentus inter pelliculas mollescat, & infundit matricem. Matrix autem post tantam dilatationem cito redit ad propriam uel pristinam constructionem, & hoc nimia operatione naturae.

De anatomia genitalis uirge.

Habet autem uirga uirilis compositionem ligamentalem. Componitur enim ex crassis uenis, nervis, & arterijs: ut recipiat multum intra se de spiritu & uentositate, quae faciunt ipsam inflari & erigi, quando opus fuerit, & per ipsam deportari materiam sementalem. Longitudinem naturalem habet inter sex, & nouem digitos, ut possit attingere ad locum sibi destinatum in projectione spermatis. Item habet duos meatus, unum in quo defertur sperma a testiculis, aliud in quo defertur urina a uesica, qui tamen duo meatus conueniunt tandem in unum meatum. In ipsa enim uirga sic accidit sicut in collo matricis, quia per alium meatum exit urina, & per alium meatum intrat sperma uir, tamen ipsi duo conueniunt in ipso collo, & fit meatus unus. Veniunt autem nervi ad eius compositionem ab inferiori parte, spinalis medulla: ueniunt etiam quaedam ligamenta a pubis ossibus. Virga habet duo paria musculorum, unum par longitudinalium & protensorum, quibus erigitur & extenditur: & aliud par habet musculorum transversorum, quibus mediantibus erigitur. Quare si unus musculorum spasmodetur, tunc declinat uersus unum latus: alter uersus alterum declinat si neuter dirigitur. Istis etiam mediantibus post iniectionem spermatis retrahitur ad priorem mensuram.

De anatomia cordis.

Creauit Deus cor ex carne crassa forti & dura, ut esset longinquum a laesionibus, neque nimis uelox, neque nimis tardum esset ad motum, neque nimis paruum, propter multum aerem & sanguinem, quem recipit. Figura autem eius est pineata, quia latum aliquantulum in rotundum est in parte una: & hoc ut locum haberent amplum uenae, & arteriae exeuntes & subintrantes in illa parte. Et in alia sui extremitate punctata habet acumen, ut in una sui parte contingeret ossa costarum, quibus uicinatur, ne laederetur ab ipsis. Et pineata habet figuram, & rotundam, quia nulla figura melius, quam ista coniungit punctum cum superficie, cum a puncto per crescentes circulos gradatim perueniatur ad ultimam superficiem. Inuoluitur autem cor in quodam forti panniculo ad sui defensionem, qui capsula cordis appellatur: inter quem & ipsum cor, tantum uacat spatium, quod sufficit ad plurimam cordis dilatationem: ne ex contractione inducat suffocationem in ipso. Colligatur autem cordi in tribus locis, scilicet in punctali extremitate, ubi magis est cartilaginosa, propter defensionem illius partis a duritie ossium uicinarum: & in duabus auriculis similiter. Quae quidem auriculae apparent extra, quasi duo additamenta carni, per quarum inferiorem subintrat uena deportans sanguinem ab hepate ad nutrimentum cordis, & ad generationem spirituum, & sanguinis uitalis. Superiorem autem auriculam subintrat canna pulmonis, deportans aerem ad temperationem caloris innati: & ita leuioris, scilicet aeris meatus est superior. Cor autem habet tres distinctiones, siue folliculos, ad modum quarundam burfarum: in quarum parte suprema recipitur aer: in quarum infima, recipitur sanguis: in quarum media, quae fouea appellatur, fit aeris & sanguinis commistio, & spirituum generatio. Vnde ille locus in corde dicitur marena spirituum. Componitur autem cor ex omnibus generibus filorum, scilicet longitudinalibus, quibus attrahit: latitudinalibus, quibus expellit: & transversis utrorumque, quibus retinet. Vergit autem cor uersus sinistram aliquantulum, ut det locum hepatis posito in dextra parte, ne duo tam calida membra in una parte corporis ponantur corpus calefacientia. Sunt autem duo subintrantia cor, uena concava deferens sanguinem ad nutrimentum cordis, & generationem spirituum, & canna pulmonis deferens aerem, ut ex ipso & aere generetur spiritus. Duo egrediuntur, sicut est uena arterialis, uel arteria uenalis: quae sic appellatur, quia media est inter uenam & arteriam, quae deferunt sanguinem calidum, & subtilem ad nutrimentum pulmonis. Et propter hoc dicunt quidam, quod pulmo calidus, & siccus habet complexionem, quia nutritur calido & sicco sanguine, scilicet cholericum. tamen ex accidenti frigidus est & humidus, unde dicitur proprium uas phlegmatis. humor enim distillat a cerebro ad pulmonem, quasi pluuia, unde ex accidenti abundat in eo phlegmatica humiditas. Ista autem uena unam tantum habet tunicam, cum omnes aliae ad minus duas habeant: & hanc mollem habet, & hoc multiplici ratione. Vna ratio est, quia intrat substantiam pulmonis, quae tenera est & mollis: & si uena esset crassa & dura, de facili posset sicari, & suscipere rimam, & fissuram, & pulmo per ipsam. Alia ratio est, quia mollis est, ut sequatur motum pulmonis: quod non faceret si esset dura: & est ad modum iunci in aqua, qui ex sua mollitie & flexibilitate sequitur motum aquae. Alia ratio est, quia uena non procedit per longam uiam, immo tantum per substantiam pulmonis: unde iacet super pulmonem sicut super culcitram. Vnde si sanguis uenam impleat, cum non habeat durum & resistens, non laedetur ex percussione. Alia uena egrediens a corde est illa, quae dicitur aorta, quae defert sanguinem uiralem per totum corpus: & habet

habet duas tunicas, interiore duram, & exteriorem mollem: duram propter subtiliorem sanguinem & penetrantem, ne ille extra refudaret. defert enim sanguinem pulsatilem ista. Exteriorem habet mollem, quia si haberet eam duram, cum iste sanguis pulsatilis impleteret illam interiorem, & ipsa exterior ex eius duritia repercuteretur, & laderetur tunc: & propter hoc exterior mollis est, ut receptio ictus siue pulsus sit tanquam in molli. Ramificatur autem ista per totum corpus. & eius rami interius superiacent uenis quietis, ut tanquam uolubile omnino sustentetur ab illis. Exterius uero iuxta superficiem corporis supponuntur eis, unde habeant ea quasi scuta & tegmenta. Et discernitur iste sanguis pulsatilis qui uitalis est ab ipso qui nutrimentalis est, quoniam hic saltando exit interpolate, alius continue & quiete.

De anatomia pulmonis.

Viuit cor cum suis dilatationibus & constrictionibus & quietibus intermedijs, cuius calor excellens signum est audacia: superexcellens uero signum est mania. Non enim magnitudo cordis causa est audacia, neque paruitas est causa timiditatis, quoniam lepus & ceruus magnum cor habent secundum mensuram sibi proportionem, cum timidi sint. quaedam similiter animalia paruorum habent cor, sed calidum, & propter hoc audacia sunt, sicut serpens thirus, mustella &c. Et quoniam cordi necessaria fuit continua aeris attractio, ut in animalibus ambulabilibus: neque potuit attrahi ab extrinseco, tum propter loquelam & uociferationem siue cantum, tum propter corruptionem aeris exterius, necessarium fuit ut esset aliquod uas receptaculum aeris attracti interius, ut aer reseruaretur ad tempus, & redificaretur a suis nociuis qualitatibus, quod quidem uas pulmo uocatur. Est igitur pulmo caro tenera & rara, ut recipiat aerem in magna quantitate. Unde animalia, quae magnum habent pulmonem & ualde raris, multum morantur sub aqua. quae paruorum, paruorum morantur. hi enim frequenter inspirant & expirant: alij uero rarius. Habet autem pulmo magnam quandam cannam, quae superius terminatur ad epiglottidem, per quam attrahitur aer. quae quidem canna ramificatur & dispergitur per multam substantiam pulmonis. Et iterum ex opposita eius parte est canna, quae subintrat cor descendendo. Non autem mouetur pulmo per se & suo proprio motu, sed potius motu dilatationis in inspiratione, & constrictionis in respiratione. qui quidem motus a corde sunt, quoniam in sui compositione pulmo non habet neruum, a quo est motus communis membro animalis. Exterius autem inuoluitur quadam pellicula, quae fit ex neruo dilatato circa ipsum. & ex ista pellicula totum sensum habet in se. Et est pulmo in illa comparatione ad alia ambulancia, in qua sunt branchiae piscium ad ipsos pisces. Habet autem pulmo quinque distinctiones, pelliculas, scilicet tres ex una sui parte: & duas ex altera: duas maiores, & tres minores: ut si forte laedatur in una uel duabus sui partibus, saluetur in alijs. quoniam si esset continuatio in sui parte, laesio unius partis per continuationem totale membrum laederet. Habet autem pulmo distinctiones duas maximas, & quinque subdistinctiones paruas, quas pelliculas nuncupamus, ut si forte una earum laederetur, & impediretur a suo effectu & actione, altera suppleat, neque cesset ab officio suo. Tres autem illarum pellicularum magis uergunt uersus dextram. Quarum una non mouetur sicut ceterae, sed tantum ad hoc est ut per eam transeat uena concaua, quae ab hepate dirigitur ad ipsum cor, & illa uena est quasi lectus in quo iacet. Duae uero pelliculae magis uergunt uersus sinistram, cuius distinctionis haec est ratio: quia tres pelliculae a dextris sunt: ut una illarum sit uicinior uenae concauae quam uestit. Alia ratio est, ut exeuntes ex equo duos panniculi ex parte cordis, cum ipso corde teneant sinistram partem pectoris. Et tres pelliculae ex parte hepatis tenebunt dextram partem pectoris ex aequo, ne aliqua pars pectoris relinquatur uacua magis, quam alia. Tibia autem pulmonis instar stipitis habentis multas radices ramificatur secundum substantiam pulmonis, qui quidem rami per totum pulmonem diffunduntur, ita, quod eorum capita siue officia extrinsece sunt aperta, neque aliquo tempore clauduntur, sed sugunt continue & attrahunt superfluitates pectoraliu, descendentes a capite ad loca inferiora pectoris. Neque solum per illos ramos cannae pulmonis attrahuntur superfluitates cordis, sed etiam superfluitates a capite descendentes. Est autem pellicula quaedam diuidens suos thoraces a se inuicem, transiens per maiorem diuisionem pulmonis, quasi distinguens eum in duas medietates, alligatas cum spinis dorsii posterioribus, anterius uero pectori. Cuius causa finalis prohibet ne transeat aliquod laesiuum ab uno thorace ad alium. si laedatur uel patiat prius, quam alius. Canna autem pulmonis superius componitur ex annulis quibusdam perfectis: inferioribus autem ex annulis imperfectis. quanto enim magis accedit canna, tanto perfectiores sunt circuli, ita quod in ascensu decrescunt, donec perueniat ad perfectionem. Gibbositas autem ipsorum annulorum uergit exterius, & efficit gutturis tumorem. uersus autem interiorem partem ubi deficiunt circuli, est quaedam pellicula fortis & spissa, quae supplet officium circularum. Quando autem cibus recipitur in gulam, illa pellicula cedit ipsi, & reflectitur interius hora deglutitionis, ne impediatur illam, sicut impediret, si esset chartilago interius, sicut exterius: Superioris autem partis illius cannae, & exterioris illius duplex est iuuamentum. unum, ut inspiratio & expiratio fiat per ipsum, aliud ut sit primum instrumentum formationis uocis, & ita fiat instrumentum uirtutis uoluntarie mobilis. Et est simile de pellicula cooperiente cerebrum, cuius duplex est iuuamentum. Vnum, ut coniungat uenas & neruos & arterias exeuntes a cerebro, aliud ut regat & inuoluat cerebrum ne laedatur & dissipetur, cum sit tenera substantia. Expiratur ergo superfluitas aerea, quae perueniens ad guttur, format uocem. Natura ergo format sibi superfluitates, & adaptat ad quaedam sui iuuamenta, scilicet squamas in piscibus

al. chorru.

A piscibus, & pilos in corpore. Componitur autem guttur ex tribus frustulis ad formandam uocem secundum plures sui differentias, scilicet gracilem, & crassam, & ita de alijs. quoniam ad diuersos motus & contrarios alicuius membri, necessaria sunt plura frustula alicuius membri, sicut patet in digitis, qui ad uarios motus aptantur. quorum primum frustulum est quaedam chartilago composita ad modum aliarum cannarum ambarum. Ipse circulus est imperfectus, ad modum peltae, cuius gibbositas extra apparet in gutture. Eius uero defectus est uersus gulam. unde chartilago peltalis uocatur. Cuius quodam modo supplet defectum quaedam chartilago supposita isti inferioribus, similiter circulum faciens imperfectum. sed contrario modo se habet peltali, quia eius gibbositas interius est uersus gulam, defectus uero exterius uersus guttur est. Et ita se habet haec chartilago, quod oritur seu collocatur super inferiorem chartilaginem: cuius opus est ne impediatur deglutitionem, quando gula dilatatur uersus ipsam: haec autem chartilago cymbalaris, & cooperitoria uocatur. Et est alia chartilago, quae appellatur nomen non habens, cum modo collocetur uersus partem exteriorem, modo uersus interiorem, quando opus fuerit: quia eius iuuamentum est, ut quando deglutitur cibus in gulam, interim tegat os tracheae: & iterum cum formetur uox in gutture, interim tegat os gulae. Si autem accidat, quod loquatur degluties aliquid remouetur id operculum, & aperitur os tracheae: & quando subintrat mica panis per tracheam, tunc natura per fortem tussim conatur expellere illam. Chartilago autem nomen non habens, duo habet additameta, haec illa quae subintrat illud coopericulum, siue cymbalarem chartilaginem, & tenent ipsam in debito loco & positione. In formatione autem uocis, quanto magis eleuatur peltalis, & cymbalaris, tanto magis gracilescit uox, & trachea arteria tanto magis elongatur & arctatur: quando uero illae chartilagine deprimentur, uox crassefcit, & trachea dilatatur intus magis.

De anatomia diaphragmatis.

Diaphragma est quaedam pellicula diuidens regionem uitalium a regione nutritiuorum. unde dicitur diaphragma, quasi duo frangens. Cuius compositio est ex neruis & ligamentis. Habet autem illud iuuamentum, scilicet ut sit primum principium motus inspirationis, & expirationis. motu enim diaphragmatis mouetur pulmo. pulmo autem non mouetur ex se uel per se, cum non habeat neruum in se. Alligatur autem diaphragma spinae dorsii retro, & anterius pectori. Et annexum est circumquaque corpus corpori per circuitum, per musculos autem habet motum circulare. Cum autem motus dilatationis in circulo, a medio puncto incipiat, & terminetur in extremitatibus, & motus constrictionis incipiat ab extremitatibus, & terminetur in medio. necesse fuit ut principium motus diaphragmatis esset in medio illius. Descendit ergo a sexto pari neruorum quidam neruus directe, & perpendiculariter per medium punctum ipsius diaphragmatis, praestans & sensum, & motum, qui postea ramificatur, & diffunditur per totum diaphragma. Praeterea ueniunt alij duo nerui a quinto, & quarto pari neruorum ab ipsa spinali medulla, & spondylis, ferentes praedicto neruo principium: qui quidem ut adhaereat uestitur carne, ut in suo defectu subintret pelliculam illam, quae est diuidens duos thoraces, facientes duas distinctiones pectoris: & quodam modo uestitur, & adheret donec perueniat ad diaphragma. Contingit autem quod diaphragma quandoque apostemat, & impeditur a suo motu. & tunc iuuatur a quibusdam musculis lateraliter ei ueniens, qui sunt. 84. restate. Gal. & etiam iuuatur a folijs narium per uehementem inspirationem, & expirationem.

De anatomia cerebri.

Et cerebrum diuiditur in tres substantias, in uelarem, medullarem, & uentres plenos spirituum, qui sunt principia neruorum a cerebro orientium. Cerebrum autem est frigidum, & humidum. Frigidum uero, ne inflammetur uapore fumorum ascendentium a stomacho, & ne inflammetur motu neruorum sensibilium, uel per operationes sensibiles ut imaginationes, & cogitationes, & ut temperet sua frigiditate spiritus uiales calidos ascendentes. Molle & humidum est, ut de facili suscipiat impressiones sensibiles, & ut possit esse nutrimentum neruorum, qui a principio sui molles sunt, & gradatim, & succedunt. **D**ue indurantur. Item leues sunt nerui, rari, & flexuosi: leues, ut suscipiant spiritus: rari, ut praestaret ei facilem motum, & directum, & uelocem: flexuosi, ut deseruiant membris ad regendum se facilliter uersus quamlibet partem. Item cerebrum in anteriori sui parte est mollius & humidius, propter neruos sensibiles inde orientes, qui molliores habent esse, quam nerui motui. In posteriori sui parte durius est, propter neruos motuos inde orientes, qui duriores habent esse, quam nerui sensibiles, & propter illam partem, in qua est thesaurus memoriae & repositio formarum. Cerebrum autem secundum latitudinem diuisum est in duas partes, ut hoc membrum unum sit, sicut & cetera membra bina, ut si forte laedatur una eius pars, altera seruetur illaesa. Descendit autem posterior pars cerebri cum suis uelaminibus in concauitatem spinae, & ex illa parte oriuntur nerui, ex utraque parte lateraliter atque ad ambas partes corporis uicinas tendunt.

De anatomia neruorum a spinali medulla orientium.

A spinali medulla. xxx. paria neruorum oriuntur, & unus neruus, qui caret pari. quorum vij. a spondylis colli oriuntur: alia uero vij. a superiorum costarum spondylis oriuntur, quae in rectitudine pectoris sita sunt. Alia uero quinque, quae sunt post ipsa, ab inferioribus costarum spondylis nascuntur. Oriuntur & alia quinque a quinque spondylis renum. Ab osse uero, quod renibus supponitur, oriuntur alia tria: post quae alia tria ab osse caudae nascuntur. A caudae autem summitate neruus carens pari oritur. Primi paris

paris egressio est a duobus spondyli primi foraminibus, quod in capitis solum, musculis spargitur: & est paruum, & minutum. quoniam melius uidetur, cum locus, a quo egreditur sit angustus. Par secundum a foramine, quod est inter primum spondylum & secundum, oritur, cuius maior pars transversa ad cutem capitis ascendit, dans ei motum. Et quod primum minus facit propter sui paruitatem, consequens ipsum complete emendat. musculoque colli & maxillarum coniungitur, dans ei motum. Par tertium exiens a foramine inter secundum & tertium spondylum, statim in duo diuiditur ex utraque parte. quarum una musculis qui maxillas mouent transmittitur, & est quando musculis miscetur temporum, & cum musculis aurium in bestijs, & quandoq; in hominibus: alia uero pars ipsius per musculos dispergitur, qui inter utraque locantur scapulas. Par uero quartum inter tertium & quartum spondylum ex oritur, & partitur in duo sicut præcedens. sed pars ipsius ascendens est parua. Et quidam dixerunt iam, quod ab ea penetrant ramificut araneæ tela extensa super uenam, donec ad diaphragma perueniat, se parans super duo latera diaphragmatis, & pectus in duo media partiendo incedens. sed eius pars minor ad superiora reflectitur, & in fundo musculorum profundatur, donec ad suprema uadat, & musculis mandat ramos, qui inter caput & collum sunt communes. & dixerunt quidam quod ab eo ad dorsum descendit ramus. Quintum uero par inter quartum & quintum egressum in tres diuiditur partes: & est unus ramus, & est minor pars perueniens ad musculos, qui caput anterius peruertunt, & ad alios musculos qui capiti sunt communes & collo, & alter ramus ad musculos scapularum dirigitur, & miscetur, & ad medium penetrat diaphragmatis. Par uero sextum, septimum, & octauum, ab alijs secundum ordinem egreditur foraminibus. Sed octauus egressio est a foramine communi inter finem spondylorum colli & primum spondylum dorsi. & eorum rami uehementi miscetur mixtura. secundum plurimum eius ad scapula peruenit superficiem. & pars eius maior, quæ est ex quarto, & minori parte, quæ est ex tertio peruenit ad diaphragma. & plurimum septimum peruenit in adiutorium. licet sint quidam qui ex ipsis ramis ad musculos capitis & colli & dorsi cum ramis quinti associati uadant ad diaphragma. sed ramen ille, qui est ex quinto, ad partem manus tendit, & non transit scapulam. Sexti uero paris quidam ad musculos scapularum diriguntur, & alij mouent adiutorium, alij uero a superioribus partibus dant sensum adiutorio, alij mouent brachium, alij per cutem adiutorij. Septimi uero paris quidam mandantur musculis qui sunt in adiutorio, qui sparguntur dantes eis sensum. Octauus uero paris partes quædam per cutem hanc quidem partiuntur, dantes eis sensum. alij uero ad musculos brachij tendunt motum manibus præstantes. Primum autem par ex paribus membrorum pectoris egreditur inter primum & secundum spondylum pectoris, quod in duas diuiditur partes, quæ autem maior est, in omnibus musculis spargitur costarum, & in musculis dorsi super primas costas extensum procedit, & octauo neruorum colli obuiat, & similiter ad manus protenditur, donec ad digitos & palmam perueniat & manum, & segregatur per eam, dans ei motum uel sensum. Par uero secundum, a foramine egreditur, quod prædictum sequitur foramen, cuius pars ad adiutorij tendit superficiem, dans ei sensum. & ipsius residuum cum alijs partibus quæ remanserunt, aggregantur, & ad musculos scapulae qui super eam positi sunt ascendunt, ipsius mouentes iuncturam. & ad musculos perueniunt dorsi, qui ex istis neruis spondylorum pectoris oriuntur. Et ramus, qui ad scapulam non protenditur, ad musculos dorsi uadit, & ad musculos qui sunt inter costas primas in posterioribus pectoris positas. Qui uero ex spondylis secundarum nascuntur costarum, ad musculos ueniunt, qui sunt inter costas & ramos, cum istorum neruorum ramis. Præterea a ramis neruorum arteriæ & uenæ aperte currunt, & spinalis medullam ingrediuntur per loca unde ipsi egrediuntur. Nerui exeuntes a duobus spondylis pectoris in hoc communicant, quod pars eorum ad musculos dorsi peruenit, & pars ad musculos uentris, & ad musculos qui sunt in dorso pressi. tertia autem superior cum neruis miscetur, qui a cerebro sunt descendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partes crurum multos transmittunt ramos, cum quibus ramus tertiæ partis, & ramus nerui primi, ossibus alchatim miscetur. Sed isti duo rami coxæ non pertranseunt iuncturam, sed in ipsius sparguntur musculis, & ita eos pertranseunt incedendo ad crura. Neruorum autem crurum & pedum forma, a neruis manuum & pedum separatur in eo, quod non iunguntur, & inclinant submersi ad cerebrum. Non est autem forma cõtinuitatis adiutorij cõ scapula, sicut forma cõtinuitatis femoris cõ coxa, neq; extremitates cum origine suorum neruorum. Et isti quidem nerui ex parte cruris, diuersis tendunt modis. sunt enim ex eis qui occultantur, sunt qui manifestantur, sunt qui submerguntur sub musculis cooperiti. Et quia musculi qui ex parte femoris oriuntur, neruos ad utrosq; pedes non habuerunt a posterioribus partibus, neq; ab occulto femorum, propterea ibi musculi multi & uenæ factæ fuerunt, ut pars neruorum quæ est in pectine, curreret & penetraret in foramine, quod ad testiculos descendit, donec ad musculos uadat femoris, & descendat ad musculos poplitis. primū autem par ex neruis sequentium spondylorum commiscetur cum neruis antecedentibus, sicut diximus. Alia uero paria, & unum par, quod ab extremitate oritur caudæ, musculis sparguntur sphincteris, & ipsius uirgæ, & musculo uescicæ, & matricis, & in panniculis uentris, & in partibus domesticis superioribus ossis femoris, & in musculis qui nascuntur ab ossibus alchatim.

De anatomia uenæ concauæ.

Vena uentrem habens ad cor, quando uenit in rectitudinē diaphragmatis, transmittit ramos ad ipsum nutriendum. quæ postea perforat diaphragma, per cuius foramen uenæ subtiles ab eis disgregatæ panniculo,

A panniculo, qui pectus in duas diuiditur partes, & cordis capsula, atque glandula, quæ à Medicis uocatur mina, continuantur, & per prædicta sparguntur membra. Postea uero quidam magnus ramus ab eis separatur, qui uni duarum cordis auricularum, dextræ scilicet continuatur, & diuiditur in tres partes, quarum maior dextram cordis aurem intrat, secunda cordis superficiem exteriorem circuit. tertia uero ad inferiora ramos transmittit. & postea procedit ascendendo, & retorquet ad furculas. Et transmittit à se ramos ad nutritionem omnium partium uicinarum interiorum & exteriorum. Quando autem ramificatur ex utraque parte, & uenit in rectitudine axillarum, ramus quidam magnus exterius ab ea egreditur, & ad locum qui est in alis axillæ protenditur, quæ basilica appellatur. Sed etiam prior, quæ relinquitur circa furculas, quæ est stipes huius basilicæ, in duas diuiditur partes: quarum una ad dextram: altera ad sinistram tendit. Et iterum utraque istarum subdividitur. Quarum una diuisio, humero superposita ad manum tendit, & uocatur cephalica. Alia uero diuisio utrinque in duas diuiditur partes. Quarum una per interiores partes colli ascendit, quousque cranium intrat, & partes membrorum cerebri, & suorum panniculorum ibidem irrigat. & in transitu eius per collum usque ad cerebrum diuiduntur ab eo rami subtiles, qui membra in collo humectant. & hæc uena gaudet cholera: Alia uero manifesta ascendit, quousque per faciem, oculos, caput, & nares diuiditur, ut omnia membra nutriat, quæ ideo manifesta uocatur. A uena autem humerali, dum per cubitum transit, rami quidam subtiles separantur, à quibus ea quæ in adiutorio exterius manifesta sunt, irrigantur. Similiter sub uena axillarum aggregantur rami subtiles, qui rami adiutorij musculos nutriunt. Et quando humeralis uena & axillaris prope cubiti iuncturam ueniunt, duæ partes ab eis separantur, una scilicet ab axillari, alia ab humerali. & coniunctim ascendunt quousque ex eis una fiat uena, quæ purpurea uocatur. Alia uero humeralis pars protenditur secundum diuersas adiutorij partes, & super arundine altera transit: & uocatur funis brachij. Axillaris uero pars altera, quæ una est ex inferioribus partibus brachij, quæ est in profundo, usque adeo protenditur, quousque ad caput inferioris arundinis perueniat. & sit ex ramis suis uena una, quæ est inter medium & auricularem, quæ saluatella appellatur. Pars autem quæ ad corporis inferiora descendit, super spondylos costarum transit, descendendoq; inferius porrigitur. à qua egrediuntur rami, qui uadunt ad renem fascias, & suorum panniculorum, & ad membra quæ ex eis disponuntur, & ea nutriunt. A qua postea duo rami magni separantur, qui renem intrant concauitates, post quos reperiuntur duo alij, qui ad testiculos uadunt. Deinceps ab eodem in rectitudinem cuiusq; spondyli duo alij separantur, qui ad utraque procedentes membra, quæ circa ipsa sunt, uel quæ sunt occulta, ut uulua, uesica: uel manifesta, sicut uenter, ilia, humectant. quæ quando ad ultimum uenerit spondylum, in duas separatur. quarum una ad dextrum pedem, & alia ad sinistram uadit. Et ab his segregantur partes quæ femorum musculos nutriunt. quarum quædam sunt occultæ, à quibus occulti nutriuntur musculi, quædam manifestæ, quæ manifestos humectant musculos. Quæ iterum quando peruenit ad genu, in tres diuiditur partes: Quarum una per molam transit, cuius rami, omnes cruris musculos nutriunt, qui interius & exterius inueniuntur. Alia uero ad partem cruris domesticam tendit, quæ similiter occultatur usque adeo taliter, donec partem super malleolum interiorem operire incipiat: & tunc ex ea, quæ saphena uocatur, fit uena. Pars uero tertia ad partem cruris syluestrem tendit, quæ similiter occultatur quousque ad malleolum ueniat exteriorem, quæ dicitur ischiadica. Ab utraque autem istarum, quando ad pedem perueniunt, separantur partes quæ per pedem sparguntur. quarum illæ quæ in partibus digitorum sunt, & si ab eo reperiuntur, uenæ ischiadicæ sunt partes.

De anatomia uenarum manus.

Venæ autem manus quæ phlebotomantur, sunt quinque: nigra siue purpurea, basilica, funis brachij, & axillaris, quæ est ramus basilicæ, & sceilem, & cephalica, quæ omnibus maior est. Basilica uero magni timoris est propterea quod arteria cadit sub ea. & neruus & musculus etiam sub ea cadunt. In basilica quoque phlebotomanda quanto plus ad brachium descenderis, erit sanius. Propterea sciendū quod basilica axillaris & cephalica super iuncturam phlebotomiæ appropriantur, & non sub ea, neque in ea, ut sanguis bene saliat, & sit securitas à nocementis neruorum & arteriarum. Cephalica uero quod est ex collo supra ipsum partim, & partim sub ipso euacuat, & terminum partis hepatis non pertranfit neque hypochondriorum. Basilica uero euacuat partes pectoris, & quod est à parte uentris inferius. Nigra uero iudicium inter cephalicam & basilicam medium est. Funis uero brachij similis est cephalicæ, Sceilem siue saluatella quidem, quæ in dextra, doloribus hepatis confert: & quæ in sinistra, doloribus splenis. Et quod sanguis phlebotomiæ dimittatur donec per se restringitur. Manus quoque illicius qui phlebotomatur, in aqua calida ponitur, ne cito sanguis restringatur. Sed arteria manus quæ phlebotomatur, est arteria quæ inter pollicem & indicem existit. Eius iuuamentum in anti quis doloribus hepatis & diaphragmatis est mirabile. Galenus hoc uidit somnians, & expertus est postea. Et ex uenis pedum, quæ phlebotomantur, una est ischiadica, & est à parte syluestri calcanei: est alia sub eo, aut supra ipsum. Et ligatur in fascia, & inuoluitur quod est supra ipsum in summitate coxæ usq; ad calcaneum fortiter. Et melius quidem est ut balneetur ante. Et si ipsa fuerit occulta, aliquis suorum phlebotometur ramorum, qui inter minimum & secundum existit. Et iuuamentum phlebotomiæ ischiadicæ magnum est in dolore ischij, & podagræ, & in uarice, & elephantiasi. Et saphena, quæ est uersus inferiorem partem pedis, manifestior est quàm ischiadica quæ phlebotomatur ad euacuationem sanguinis

guinis ex membris sub hepate, & ut sanguis a superioribus ad inferiora declinet qua re menstrua pro-
 uocat, & hæmorrhoidū orificia aperit. Et super calcaneum retro est uena, quæ est saphenæ ramus, & ope-
 rat ut quantum ipsa. Et ad summum phlebotomia uenarum pedum confert ægritudinibus, quæ sunt
 ex materiis ad caput declinantibus, & ægritudinibus matricis. & magis debilitat quàm phleboto-
 mia uenarum manus. In uenis capitis quæ phlebotomantur, quædam sunt quietæ, quædam pulsatiles.
 Quietæ sunt uena frõtris, quæ inter duo existit supercilia. cuius phlebotomia cõfert grauitati capitis &
 propriæ illi quæ est in posteriori parte, & grauitati oculorū, & dolori capitis. Super cornu capitis phle-
 botomatur propter hemicraniam, & ulcera capitis. Et duæ uenæ temporum, quæ flexuosæ incedūt: Et
 duæ uenæ, quæ sunt in angulis oculorum lachrymalibus, non apparent multum, nisi propter constri-
 ctionem suffocantem. Et in ipsis non est profundandus phlebotomus, quoniam forte fierent fistulæ, &
 non egreditur sanguis nisi paucus. Iuuamentum phlebotomiæ harum existit in dolore capitis, & he-
 micrania, & ophthalmia antiqua, & lachrymis, & panno, & scabie palpebrarum, & nyctalopibus. Et
 sunt tres uenæ, quarum locus est post locum ubi extremitas auris tangit quando prouenit ad capillos.
 & una earum est magis manifesta, quæ phlebotomatur in principio aquæ & quæ caput stomachi fumū reci-
 pit. & post hoc cõfert ulceribus crurum, & colli, & posteriorum capitis. Et ex istis sunt duæ iugulares.
 & minuuntur in principio lepræ, & fortis anginæ, & angustatione anhelitus, & in asthma acuto, & in
 rauedine uocis, & in apostemate pulmonis, & in spirandi difficultate, quæ ex multo sanguine fit cali-
 do, & ægritudinibus splenis & laterum. Modus ligandi eas est, quod oportet trahere caput ad contra-
 rium partis phlebotomiæ, ut uena extendatur sicut chorda. Et ex eis sunt uenæ labiorum, scilicet qua-
 tuor: super unumquodq; existit pars, quæ conferunt ulceribus oris, & pustulis, & doloribus gingiuarum
 & earum apostematibus, & earum laxitati, & ulceribus, & fistulis, & scissuris, quæ sunt in eis. Et ex eis
 est uena quæ est sub lingua, & propter grauitatem linguæ, quæ est ex sanguine, minuitur. Et ex eis est
 uena, & est inter mentum & labium inferius, quæ phlebotomatur propter oris foetorem. Et ex eis est
 uena furculæ, quæ phlebotomatur in mordicationibus oris stomachi. Et ex uenis, quæ phlebotoman-
 tur in corpore, sunt duæ uenæ supra uentrem, quarum una supra hepar, altera supra splenē. & phleboto-
 matur dextra in hydrope, & sinistra in ægritudinibus splenis. Ex arterijs uero quæ sunt in capite, est ar-
 teria temporis, quæ quandoq; phlebotomatur, quandoque inciditur, quandoque extrahitur, quandoque
 aduritur. & hoc fit, ut rheumatismi subtiles constriuantur, qui ad oculos descendunt. Et duæ arteriæ,
 quæ sunt post aures, quæ phlebotomantur propter species ophthalmiæ, & principium aquæ, & pannos,
 & nyctalopas, & antiquum dolorem hepatis. In earum tamen phlebotomia semper existit timor, & tar-
 datur consolidatio.

De anatomia membrorum consimilium.

Omnis operatio ab anima procedēs, ut melius in actum procedat, in corporibus nostris perficitur.
 Instrumentorum autem corporalium alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia sunt, quorum quam-
 cunque partem sumptis, sensibilem communitatem habet cum corpore & diffinitionem. Composita
 uero sunt illa, quæ non &c. Sed quoniam simplicia sunt in compositis, & non conuertitur, de his
 prius dicendum.

De ossibus.

Inter simplicia primum est os, quod est fundamentum totius corporis, & erectio & sustentamentum
 motus & sensus. Quædam ossa specialia habent iuuamenta. Quoddam enim propter fundamentum est,
 ut os spinæ, siue ossa spondylorum. Quædam, ut sint sustentamentum sensus & motus, ut sunt ossa pedū,
 & tibiarum, & crurum. Quoddam ad tuendum, ut os cranij, nimirum ad tuendum cerebrum ab extrin-
 seco nocimento. Quoddam ad replendum, ut os quod supra spondylum excrecit quati additamentū.
 & hæc ossa sesamina uel simemia dicuntur. huiusmodi ossa maxime reperiuntur piscium, scilicet qui
 non habent medullam transeuntem per medium spondylorum. quare parum apparent huiusmodi
 ossa in eis.

De chartilagine.

Est autem chartilago membrum mediocre in natura inter os & carnē. est enim mollior ossē durior
 carne. & est propter hoc in animali, ut sit diuisiū ossis a carne, ne nimis durum coniugatur cum molli
 immediate. Propterea uero caro quædo uulneratur & quassatur ab extrinseco, magis læditur ab intrin-
 seco ossē propter sui duritiem. Quædam tamen chartilagines specialia habent iuuamenta. Vnde quæ-
 dam posita est in animali, ut sit iuuamentum extremitatum bucellarum ingredientium uacuitates alte-
 rius ossis, & concauitatum eiusdem. quoniam inter illa minor lesio est, quàm si durū supradurum fricare-
 tur in motu. Quædam posita est in extremitate scapularum & humerorum, ut in hora percussio-
 nis minor fiat lesio: quædam ad defensionem uocamenti extrinsecus aduenientis, ut chartilago ante os sto-
 machi posita quasi ensis protēsa. Quædam est suscipiens & retinēs musculos a remotis partibus uenien-
 tes, & dicitur chartilago epiglottalis. Quædam ut sit suspensorium carniū inferiorum. quæ ponitur
 in extremitatibus costarum inferiorum & perfectarum.

De neruo.

Neruus est membrum mediocre in duritia, dilatabile & extensibile, solutionem continuitatis
 non de facili recipiens siue rupturam, sustentaculum motus & sensus ad uniuersa corporis mēbra.

De

A

De chorda.

Chorda est membrum ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordæ arcus
 effecta. Quomodo enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, & relaxata relaxatur: sic mus-
 culo relaxato, chorda impellitur a musculo & relaxatur, quare membrum extenditur: musculo uero
 contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De ligamento.

Ligamentum est membrum insensibile, ortum habens ab extremitate ossis, insensibile per se, sensi-
 bile tamen per accidens: quoniam per musculum. Et est duplicis iuuamenti in corpore: unum est, ut
 ipso medio iungatur os cum neruo: aliud est, ut cum neruo iungatur ad hoc, ut fortis sit, cum subtilis
 sit in eius ortu, a cerebro scilicet, uel a spinali medulla alba, & cum multiplicem suscipiat decisionem
 in eius processu.

De musculo, & tendone.

Musculus est membrum ex neruis, ligamentis, & carne, ligamentorum & neruorum interstitia re-
 plens, compositum, ut ipso tracto, uel dilatato secundum sui partes, sequatur extensio uel incuruatio
 membri mediante chorda. Et est musculus idem quod lacertus, quasi laceratus, id est diuisus se-
 cundum diuersas sui partes. Tendo autem non est ligamentum, ut quidam existimant, sed est idem
 quod chorda.

De arteria.

Arteria est membrum ortum habens a corde concauum existens, ut per eius concauitatem concur-
 rat spiritus uitalis ad omnes partes corporis.

De uena.

Vena est membrum ortum habens ab hepate secundum Gal. concauum existens, ut per eius conca-
 uitatem sanguis nutrimentalis transfinitur ad omnes partes corporis.

De panniculo.

Panniculus propter multam necessitatem in corpore creatus est. Quidam enim continet mem-
 brum in sua forma debita & positione, ut panniculus inuoluens cerebrum: ipsum enim est molle: si-
 militer panniculus inuoluens intestina. Quidam est diuidens nutritiua a spiritualibus, ut diaphrag-
 ma. Quidam est cooperiens intrinsecam costarum superficiem. Quidam est sensificans & tales sunt
 qui pulmonis, hepatis, splenis, renum habentur: unde in profunditate substantiæ eorum non sensifi-
 catur homo extrinsecus, nisi secundum duos panniculos: Præterea renes mediante suo panniculo. su-
 spenduntur in fine dorſi.

De medulla ossium.

Medullam quidam existimant esse membrum, cum mihi dubium sit. Mollis est in substantia unctuo-
 sa, quoniam mediante eius uirtute sustentatur.

De carne.

Caro est propter hoc, ut repleat interstitia neruorum & ligamentorum, uenarum & arteriarum.

De humore.

Est humor membrum molle, ad suscipiendum impressionem de facili. Ex his ergo potest elici, quod
 membrorum simplicium quædam sunt dura ut ossa, quædam mollia ut humor, quædam media inter mol-
 litiem & duritiem ut media, quædam magis accidentia ad duritiem, quædam magis ad mollitiem. Item
 quod omnium membrorum simplicium siue consimilium causa materialis est sperma, præter quàm car-
 nis, & adipis siue pinguedinis. Adipis. n. causa materialis est unctuositas sanguinis, frigiditas & humidi-
 tas efficiēs: & remotio a partibus a principio caloris, & a corde. Et positio eius localis, i. circa partes uen-
 tris & renes. Carnis uero, purior pars sanguinis est causa materialis: efficiēs, calor & siccitas. uillosū a se
 decisione, uenarum & arteriarum interstitia secundum sui positionem debitam adimplens. Item carnis
 diuersæ sunt species, quædam enim dura, ut caro cordis, quædam mollis, ut caro pulmonis, quædam me-
 diocris, ut caro hepatis. Item carnes differunt secundum colorem, quædam enim nigra, ut caro splenis,
 quædam alba, ut caro glandis, testicularū, quædam albor, ut caro uberum, quædam purpurea, ut caro
 hepatis, quædam rubra, ut caro communis, quædam rubicunda, ut caro cordis, quædam flammeola, ut
 caro pulmonis, quædam crocea, ut caro maxillarum. De spermate autem dubitatur utrum sit materia
 prædictorum, ut dictum est, propter diuersas opiniones Aristo. & Gal. Secundum Aristo. sperma ui-
 ri coagulo comparatur: sperma autem mulieris lacti. Quare in spermate uiri est uirtus coagulatio-
 nis actiue: in spermate muliebri est uirtus coagulationis passiue. Secundum Gal. utriusq; sperma coa-
 guli est materia: sed uirile fortius, muliebri debilius. Item pars spermatum transit ad glandulosam car-
 nem in oscheum deposita, similis ex simili producta, ad similitudinem partis pastæ depositæ quasi
 fermentum alterius. Item glandularum quædam posita est in radice linguæ, humiditatis collectiua,
 hauritorium saliuæ dicitur quædam in locis iuncturalibus, similiter humiditatis collectiua, ut sub
 axillis & in inguinibus. Item quædam carnes sunt uillosæ, quædam carent uillis, ut caro pulmonis,
 hepatis, splenis, renum. Villosæ, ut musculi, quibus deferuntur sensus & motus per diuersa cor-
 poris membra. Membrorum autem uillos habentium quædam habent uillos longitudinales, & hi
 sunt attractiui. quædam latitudinales, & hi sunt uilli expulsiui. quædam uero transversales, & hi sunt
 retentiui.

retentiu. Quoddam autem membrum magis habet de uillis longitudinalibus & latitudinalibus, ut E
gula: quo ddam magis de tranſuerſis & latitudinalibus, ut ſtomachus. quoddam magis de latitudi-
nalibus, quàm de alijs, ut inteſtina. Item membrorum uillos habentium quædam habent unam
tunicam tantum, ut ueſica, quia huiuſmodi ratione mollis ſubſtantiæ contentiuæ: quædam duas, ut ar-
teriæ, ſtomachus, & inteſtina: & hoc ne fiat ſiſſura in hijs qua exiret ſanguis. quoniam nimia relaxatione,
ipſius exhalarent ſpiritus. & ad impedimentum utriuſque operationis, propter diuerſas operationes
deſcendentes à diuerſis principijs diuerſarum compoſitionum. Item inter omnia corporis membra ſe-
ptem ſunt membra regalia & famoſa, multam ſublimitatem habentia ſecundum ſeptem orbis plane-
tarum, & eorum contradiftincta, quæ membra ſunt mineræ ſpirituum animæ & intelligentiæ, ſcilicet ce-
rebrum, cor, hepar, & ſtomachus. Reliqua minus principalia, ſcilicet renes, ueſica, & teſticulari. Secun-
dum uero quoddam, quatuor ſunt principalia tantum, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & teſticulari. Secun-
dum quoddam uero, tria ſunt principalia, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & teſticulari, non eo quòd non fa-
ciunt ad eſſe indiuidui, ſed ad eſſe ſpeciei. ſecundum alios duo tantum, ſcilicet principium ſenſus & mo-
tus, ſcilicet cerebrum, principium uitæ, ſcilicet cor. ſecundum Ariſtotelem. uero unum tantum, ſcilicet prin-
cipium uitæ, id eſt cor. Vnde uidendum eſt, quæ ſit eius ſubſtantia, quæ compoſitio, quæ complexio,
quæ forma, quis ſitus, qualis ſit eiſ motus. Subſtantia uero eius eſt caro craſſa, dura, & ſolida, unde ra-
tione ſoliditatis ponderoſa. Quòd ſit dura probò: Caro eius melancholia eſt generatiua. Item ſi cor di-
ſtemperetur, reduce tur ad temperantiam cum lapidibus, ſcilicet corallis, margaritis, hyacinthis, & ſi-
milibus duram ſubſtantiam habentibus: quare non eſt aliqua pars humani corporis, ſub æquali pro-
portione ad ipſum, quæ ita pendeat ſicut cor. Eſt frigida complexionis de ſubſtantia. & hoc ſecundū
Ariſtotelem. ſecundum uero Gal. eſt de calida, & ſicca complexionione, eo quòd continet in ſe calorem totius
corporis, ſcilicet materiam caloris, ſcilicet ſanguinem & ſpiritu uitaalem: quos per uniuersa corporis
membra exufflat. quare ratione continentia, & influentia ſecundum Gal. dicitur calida & ſicca com-
plexionis. Complexionem habet cor ex diuerſis ſubſtantijs, aliorum membrorum ſubſtantijs ſimilibus
ſcilicet ex carne dura ut prædictum eſt, & cartilagine extrinſecus in radice eius exiſtente, quæ non
multum differt à natura offis, & panniculis fortibus, & ſpiſſis ipſum cor inuoluētibus, nec etiam ipſum
contingentibus in aliqua ſui parte, præter quàm in duobus uentriculis, & parte pineata extrinſecus.
& hoc ut poſſit ſe dilatare, & conſtringere, ſecundum quòd necesse eſt animali. Vnde ſecundum di-
uerſas partes ipſum componentes, uniuersalijs aſſimulatur alijs membris, quàm aliquod aliud mem-
brum. quare eſt principium, & uniuersalijs alijs. Item formam habet ad modum pineæ aliquantulum
rotundam. Talis enim forma minus eſt ſuperfluitatis collectiua læſionem præſtituræ. Superius eſt G
lata, ut ſecundum eius latitudinem uenæ & arteriæ competenter oriuerentur ab eo. Inferius pineata &
obſtructa, ut ſecundum illam partem thoracem aliquantulum contingentem minus læderetur ab ipſo.
Item intrinſecus formam habet rugoſam, quando conſtringitur, planam quando dilatatur. Item in-
trinſecus uentres habet tres, ſcilicet dextrum, ſiniſtrum, & medium: dexter eſt inferior, & magis uer-
ſus hepar diſpoſitus, attrahens ab hepate, quod ſibi neceſſarium eſt ad ſui nutrimentum. ſiniſter eſt mi-
nor & ſuperior uerſus pulmonem poſitus, attrahens ab eo de aere, quod ſibi neceſſarium eſt. Inter hos
uentres eſt medius, meatus quidam ſiue fouea ab auctoribus appellata, in profundo cordis ſita, in qua
ſanguis cum aere attracto commiſcetur, & ſit ex hijs ſpiritus uitalis, quem per uniuersa corporis mem-
bra exufflat. Cordis uero poſitio eſt in medio ut omnem corporis partem calefaciendo reſpiret, & ab
omnibus attrahat ad ſui iuuentum. Declinans uero uerſus ſiniſtrum magis. & hoc, ut hepar am-
plioerem habeat locum, quoniam ualde regale eſt. Præterea ut uena concaua uiam habeat amplioerem
ab hepate ad cor, ſibi deferens ſanguinem. Præterea ut pars ſiniſtra proportione tur dextræ in calore:
quoniam ſplen membrum frigidum eſt, id eſt remiſſe calidum ſecundum Medicos. Hepar uero mem-
brum calidum eſt. & ita quod minus eſt ex parte ſplenis de calore, reperitur ex parte cordis. Item præ-
dicta duo, habent additamenta, cordis duabus auriculis comparata. quali coxæ depoſita, materiam H
ſpiritus uitalis utraque recipientia, & uſque ad profunditatem cordis tranſeuntia. Item huiuſmodi ad-
ditamenta in cordis conſtrictione ſunt rugoſa: in eius dilatatione, extenſa: id eſt ſuis uillis latitudinali-
bus & tranſuerſis. ut ſit in ipſo corde attractio, & expulſio. & ita in hijs tanquam inſtrumentis ſit motus
cordis. Motus autem cordis principium eſt uirtus motiua: Virtutis autem motiua cauſa eſt anima:
Caloris autem, motus: Fortitudinis uero caloris, fortis motus & frequens. Cor autem fortiter & fre-
quenter mouetur. Motus uero cordis dilatatiui cauſa eſt attractio nutrimenti cibalis. Cibatur enim
ſpiritu & ſanguine attracto. Fortiter autem mouetur, ut fortiter attrahat à membris, quæ prius hora
conſtrictionis exiccantur. præterea fortiter mouetur, & frequenter, ut recuperetur in eo, quod fere cõ-
tinue calore eius conſumitur. Item motus cordis conſtrictionis cauſa eſt ſuperfluitatum collectarum
expulſio fortis. Motus cauſa eſt fortitudo uirtutis. frequentia motus cauſa eſt neceſſitas. Item mo-
tu conſtrictionis exufflatur calor a corde per totum corpus, ſanguinem ſubtilians, curſibilem efficiens
ipſum, a putrefactione defendens. præterea a motu ſpiritus, ſubtiliaſ ſanguis, & curſibilem efficitur. Sunt
enim coniunctæ pulſatilis uena & uena quieta: ſed quieta ſuppoſita, pulſatilis ſuperpoſita in interiori-
bus membris, quia pulſatilis dignior eſt. In exterioribus uero pulſatilis ſuppoſita, quieta ſuperpoſita
ut ſit eius deſenſaculum a nocimento exteriori. Item cor non ſolum mouetur motu dilatationis &
conſtrictionis,

A conſtrictionis. licet uillos in ſui conſtrictione habeat, ſed etiam cerebrum. ſed diuerſimode, quoniam
cor per ſe, cerebrum uero per accidens, id eſt per exufflationem ſpiritus uitalis a corde ſit dilatatio ce-
rebrum, & per recurſum eius ſit conſtrictio. Similiter inferius oriſicium ſtomachi dilatando & conſtrin-
gendo mouetur, horis tamen determinatis. Similiter horis matricis in hora egreſſus fœtus, & hora in-
greſſus ſpermatis, ſit dilatatio, & tempore retentionis eiufdem ſit cõſtrictio. Similiter omnes uenæ me-
ſaraicæ quandoque aperiunt ea oriſicia, quandoque claudunt. Item propter multitudinem materiæ
contentæ in corde ſit animal audax, propter paruitatem eiufdem, ſit timidum. Similiter propter diuer-
ſas qualitates materiæ contentæ ſuſcipit cor in ſe diuerſiones, & non propter ſui magnitudinem & par-
uitatem, ut quidam exiſtimant. Item tres poſuit Ariſt. rationes perſuadentes cor eſſe principium uena-
rum & arteriarum exiſtentium in corpore. Prima talis eſt, principium caloris eſt cor, ſed calore ſit dige-
ſtio nutrimenti: ergo cor eſt principium digeſtionis nutrimenti. Item eſt principium digeſtionis nutri-
menti: ergo & eorum in quibus ſit digeſtio. ſed ſunt uenæ & arteriæ: ergo eſt principium illarum. ſi prin-
cipium uerum, ergo ultimum. Contra dicit Gal. quòd caua uena uadit ad ipſum, deferendo ei nutrimen-
tum ab hepate. ergo a ſimili cum uenæ exeant a ſtomacho ad hepar, ſimiliter ab inteſtinis. iij. ad hepar
uenæ. non erit hepar principium uenarum, ſicut neque cor. Item contra Gal. ſic. Omne quod trahit origi-
nem ab aliquo aſſimulatur illi, ſed uenæ trahunt ab hepate: ergo aſſimulantur illi. Contra, uenæ frigi-
dæ & ſiccæ complexionis ſunt: ergo hepar, quod falſum eſt. Item hepar cõponitur ex uenis & arterijs,
Sed componentia præcedunt compoſitum in natura: non ergo hepar eſt principium illarum. Item omnia
membra perforata ſunt ex uenis & arterijs præter cor: quibus mediâtibus exufflatur calor ad uni-
uerſa corporis membra, ſicut hepar, ſplen, renes, teſticulari, ſtomachus, pulmo, & diaphragma, ſimiliter &
cerebrum. decurrunt enim uenæ & arteriæ a corde ad anterius cerebri. ab anteriori ad medium. a medio
ad poſterius. & ſic ad ſpinalem medullam. & ita ad neruos principium habentes a cerebro. Arteriæ di-
co deferentes ſpiritu uitaalem exufflantur a corde ad neruos. quare patet cerebrum eſſe perforatum.
Cor autem non eſt perforatum. ſic ergo cor eſt principium illarum. Contra, intra totam ſubſtantiã cor-
dis contingit inuenire uenas & arterias. ergo eſt cor perforatum ſicut alia membra, non ergo erit prin-
cipium illarum. Solutio. tam uenæ quàm arteriæ originem habent a radice cordis, & egrediētes, totam
ſubſtantiam cordis ipſius intrinſecus perforant. Vnde arteriæ uenientes ad ſiniſtram auriculam ip-
ſius in egreſſu reciprocantur in ſubſtantiam ipſius extrinſecus, & ita perforant extrinſecus. Similiter
uenæ ad dextram aurem uenientes, iterum reciprocantur in ſubſtantiam propriam. ſed non aliæ uenæ
& arteriæ, trahentes originem ab alio principio præter quàm ab ipſo. Item a forma. Sicut ab anima, ſim-
plici in eſſentia, tanquam puncto exiſtenti effunduntur omnes uirtutes ad uniuersas partes corporis,
ut anima in ſuis operationibus perficiatur: ſic a cono cordis & radice & pũcto porriguntur uenæ & ar-
teriæ ad ſui circulum, & ſic ad totum. in quibus defertur calor qui exufflatur ad totum corpus. ſicq; ani-
ma eſt principium uirtutum. Ergo a ſimili, cor eſt principium uenarum & arteriarum, quod concedimus.
Item dictum eſt Ariſt. omne quod habet ortū ab alio, aſſimulatur illi a quo oritur. quare uenæ non ha-
bent ortum ab hepate. Contra hoc autem, ergo corallus, qui eſt arbor duriffima, non habet ortum a lu-
to & re molli in fundo maris exiſtente. Solutio. Ariſt. intelligit quòd dixit quantum ad manentem ma-
teriam. appoſitio autem eſt ſecundum materiam tranſeuntem. Item dicit Ari. quòd ſupra cor eſt reuolu-
tio uitæ. Item ſupra communionem animalis ad plantas non percepit alias præter ſenſum & motum.
Sed ſecundū Gal. cerebrū eſt principiu ſenſus & motus, hepar principiu digeſtionis. Sed cor aut eſt prin-
cipium uniuersale, aut non. ſi primū, ergo ab eo ſunt ſenſus & motus, ſimiliter & digeſtio a principio. ſi
non, contra, aliquam habet uirtutem aliam, a qua fit ſenſus & motus, & aliam ab illa qua ſit digeſtio. il-
la uirtus quid erit ſi uirtus ſit? quare ſit pulſus? Cum cor ſit principium uniuersale ad omnia membra,
erit & eius uirtus uniuersalis: & ita pulſus fieret in omni membro, quod falſum eſt, præter quàm in arte-
ria ſolum. Item in corde fundantur omnes uirtutes morales. quod patet per hoc q̄ ad complexionem
D cordis uariatam ſequitur uariatio uirtutum morales. quod patet per hoc q̄ ad complexionem
interiores. Virtus autem motiua & ſenſibilis exteriores. ergo cor erit principium illarum. Item uirtus
motiua & ſenſibilis fundatur in corde. ergo & uirtus uegetabilis. ergo ut prius, cor erit principium ue-
getationis. Item, propter duas rationes poſuit Galenus hepar eſſe principium. Vna talis, In hepate pri-
mo reperitur ſanguis, & in eo ſit digeſtio: ergo ipſum eſt principium digeſtionis. & alia talis, In quali-
bet digeſtione expelluntur ſuperfluitates ad ſua propria receptacula, ſicut ad ueſicam fellis cholera,
ad ſplenem melancholia, ad ueſicam urina. ſed huiuſmodi receptacula circũſtant hepar, & non cor:
ergo hepar eſt principiu digeſtionis, & immediatum, ut a quo. & cor eſt principium dilatationis, &
proximum & immediatum eſt hepar. Et ita patet diuerſitas inter Galenum & Ariſtotelem.

GALENO ASCITVS LIBER DE
ANATOMIA OCVLORVM.

Nicolao Rhegio Calabro interprete.

C E N S V R A.

Libet ex Galeno sed non admodum diligenter excerptus.

De libri huius intentione, & utilitate.



Quia oportet secundum amorem scientiæ, & utilitatem artis eos, qui conantur passionibus, quæ circa oculos consistunt, curare, scire naturam & positionem oculorum, qui in integritate & sanitate sunt (nam & uetus ait magister, naturam corporis esse principium eius, quod opus est ad medicationem) ideo necessarium putauimus existere pauca de oculis ante usum, & initiationem operationum dicere, ut in dispositionibus, quæ in oculis consistunt, uel a positione, uel a peripetosi aliqua, & in doloribus, qui sequuntur & consensu passionibus: sicut licet uidere in punctione facta in cornea tunica, & cum ea uidelicet in secunda & tertia (nam magna ex parte in sequenti die sequitur alteratio) possimus eam, quæ secundum naturam scientes, cognoscere statim causam, & ita conuenientem, & congruam curam adhibere.

De tunicis, & humoribus oculorum.

Consistit igitur oculus ex tunicis quidem quatuor: humoribus uero tribus, & musculis sex, secundum alterutrum oculum, qui motus actum efficiunt: & alijs duobus qui comprehendunt radicem nerui optici, & tunica, quæ dicitur circuloocularis: quæ a natura creata subternitur toti oculo circumtangens, & circuminduens os, ut oculus non applicetur uacuitatibus ossium nudis. Accedit igitur illa circuloocularis a crassa meninge. pertransiens enim ipsa futuram, & pericraniam, quam & circulosalem uocamus, ex eis peruenit ad frontem per spatia oculorum, & eorum quæ sunt circa oculos, & usque ad iridis quidem circumulum, unde cornea incipit subtiliari, peruenit. prorsum autem non procedens, sed e conuerso rediens, residuum inuentionem operatur corpori. Hæc igitur tunica dicitur oculo heterocraniacam passionem operari: ac etiam chemosiles, quæ sunt illa suscipit. Videmus enim in huius dispositionibus, circumscripita secundum circumulum iridis, reliquas partes phlegmone laborare, & in eleuatione existere. Et quidem illi, qui de hac parte medicatiuæ diligentius tractauerunt, ita notificauerunt chemosin, quæ est quando album oculi tumefactum superat circumulum iridis, & ut nigrum oculi concauum uideatur: quo significatur nobis, quod in circulooculari habuit consistentiam & non in cornea. Sequitur autem semper ut & circumulum iridis similis eleuationi & æqualis fiat. Sed tamen non est possibile corneam per se talem sustinere dispositionem, ceu chartilaginosa existens & densa, sed totam eius circumferentiam, præterquam si aliquando toto oculo a basi eius moto disponatur similiter toti corneæ. Manifeste autem & pterygia, quæ consistunt circa oculos, ostendunt istius naturam. aucta enim & modo quodam in duplicata hac tunica efficitur pterygium: ita quod aliquando eius augmento procedente, & comprehendente partes corneæ cooperiatur non solum iris ipsa, sed & pupilla: & sic aliquando comprehensa tota pupilla, non solum inuisibilitas sequatur, sed & deformitas, & improprium, pulchritudine oculi cooperta a pterygio, & non apparente. Et de circumossali quidem tunica, unde habeat principium, & quomodo perueniat ad oculos, moderate dictum sit. De reliquis uero particulis consequenter dicamus. A basi cerebri pori duo oriuntur, ab una radice habentes & ipsi principium, subtiliata meninge, quæ cerebrum comprehendit. In modum autem literæ lambda græcæ diuisi perueniunt ad concauitates oculorum, portantes per foramina, quæ in eis sunt, spiritum uisuum. Uterque uero ipsorum procedens, & figuratus angustationi ossis, contexit tunicas, adimplens concauitatem, quæ est in eis. simul enim atque in poris incipit finem habere, incipit cornea ampliari, & inflata perficit prædictam tunicam. Ista igitur tunica ab angustia quidem pori, unde ipsa habet principium, usque ad circumulum iridis similis est, & sibi ipsi per totum chartilaginosa existens, & crassa. Inde autem, ingeniantem naturam ut possit spiritus uisuum procedere, & obiectum comprehendere, subtiliatur, & crassitiem permutans fit neruosa magis, & ita cornu similis cum fiat, præbet luciditatem spiritui, qui uenit a parte interna. Fides autem eius subtilitatis, est cicatrix, quæ consistit in oculis. Si enim quando post ulcus illius loci fiat cicatrix, crassa accipiente tunica naturalem crassitiem, quam & extra circumulum iridis habebat, in colore quidem talis apparet, qualis erat & ante iridem: operationem uero uisus, quæ desuper ueniebat impediens offuscatur, non adhuc potente uisuo spiritu pertransire, sicut quando naturaliter se habebat oculus. Secunda uero tunica a poro optico habet explantationem. proueniens autem & ipsa secundum propinquam positionem primæ tunicæ usque ad iridem, colorem suum ostendit per corneam: deinde

de anatomia oculorum

50

A de circa medium oculum ueniens finem accipit ex foramine derelicto, quod nominat pupillam, in qua & tui uisus simulacrum uidet, per quod spiritus pertingit ad id, quod extra est: & huius gratia foraminis uocata est. Secundum intrinsecam uero partem cyanea est. gaudet enim hoc colore uisuum spiritus. Neque enim nigram ipsam omnifariam fecit, ne tenebraretur uisuum spiritus: neque albam, ne dispersus fatigaretur quando aspicit: sed ut resumptio & reintegratio ei fieret, sic facta est. Cum hoc autem colore adhuc & hispida consistit tunica uuea: unde & uiformis uocata est consimiliter acinis uueæ. Habet autem & uasorum multum in forma retis, unde & retiformis uocatur, quia est sicut & retiformis meninx, quæ est ex multis uasis complexa in modum retis, ut spiritus qui fertur desuper inhabitet: non quia prebeat reliquis particulis de uisu, sed partiatur in toto oculo, & ut sustentatio fiat crystalloidi & sedes. Tertia uero tunica & ipsa a poro procedens, & perueniens secundum propinquam positionem usque ad circumulum, applicatur ad secundum uas palpebrarum explantationum, ad ipsam a cornea in circuitu explantatarum: deinde inde reuertens, similiter reti super attracto. unde & retina uocata est. sua enim pellicula amplectitur uitriformem humorem: qui humor efficit molem oculi, premens per suam repletionem, & conuexum faciens oculum apud extrinsecam partem. unde & his a quibus euacuatur ab aliqua plaga, concidit & residet inferius, tanquam humore, qui figuram eius custodiebat, effuso & exciso. subtilis enim est ualde tunica assumulans, & proinde araneiformis uocata est. De quarta uero tunica quæstio non parua facta est a Medicis: quidam enim aiunt esse tunicam, & continere humorem crystalloidem, qui effunditur in pelliculam tertiæ tunicæ, ueniens quidem aduersus uitriformem: sustentata autem a tunicis, quæ sunt extrorsum. Et sicut circuloocularis perueniebat ad oculum usque ad iridem, ita & araneiformis usque ad medietatem perueniens non comprehendit totum, ne impediat uisum: alij autem tunicam ipsam quidem non esse aiunt. neque enim explantationem habere a poro, sed supernatare, membranam autem esse crystalloidis humoris in hominibus. raro autem aliquando in aliquibus animalibus, sicut in leonibus. Est autem & tertio humor aqueus, qui, sicut dicit Asclepiades, replet intermedium spatium humoris uitrei & tertiæ tunicæ, materiâ prebens ad uidendum: ut autem dicitur quidam, in medio primæ & secundæ tunicæ est, & simulacra, quæ apparent facit uideri: & hic humor coagulatur in suffusionibus.

De musculis oculorum, & palpebrarum.

Musculi in oculis sunt sex secundum utrumque oculum, habentes substratam pinguedinem. quibus actus commotionis spiritus commissus est, perficientis motus eius per ipsos. Facti sunt autem ut facile circumducantur oculi, quando uolumus huc & illuc mouere. Et duos quidem aiunt musculos habere superiorem palpebram & inferiorem: quarum superior fortioribus indiguit, ut quocumque uoluerit uere oculus, contrahatur, & ad se attrahatur. unum autem secundum utrumque angulum, ut per eos flexiones oculorum efficiantur: quorum rursus ille, qui est extra & apud paruum angulum maior & fortior est, propter prædictam causam ingeminatus & ipse. Secundum alios uero, octo dicuntur esse musculi oculi utrique parti duos distribuentes. est autem & illorum fidem considerare ex his. Si enim aliquando aliquis eorum patitur offensam siue a generatione, siue a peripetosi, strabismi causa fit, uel spasmi. Et a generatione quidem fortassis paralysis offendet oculum, augmentum suscipiendo, ut habeat spatium oculi declinandi ad alteram partem: quo modo efficiuntur strabismi, oppositis quidem musculis, trahentibus ad se oculum secundum naturam: eis uero, qui patiuntur assentientibus tractioni illorum: & strabismus quidem ita fiet a generatione. Ex peripetosi autem, adueniente aliqua causa, quæ musculo plagam infligat, & spasmi & tractus apud eum causa fiat. Ac etiam musculorum, qui relaxantur oculum aliquis percussus, offendet oculum uel secundum lagophthalmum, uel secundum relaxationem. Si enim aliquis in experite, & inartificialiter hydatidem auferens fecerit appunctionem phlebotomi ultra medicinalem coniecturam, & percusserit musculum, siquidem a phlegmone spasmatice disponatur, passionis lagophthalmæ efficietur causa. Si uero relaxatio fiat, relaxabit palpebram, & neque conate patiente eleuare musculus palpebram possit, aut aliquo modo oculos aperire, sed grauata palpebra propter relaxationem feretur semper deorsum: quo circa oportet in chirurgijs huius pinguedinis, maxime quidem caute, & cum aduertentia facere intromissionem phlebotomi. Maxime autem in medio palpebræ oportet incisionem facere apud uentres musculorum. non enim ita uentres quando uulneratur anxiantur, sicut neruorum exortus, cauendo ab apostematibus, quæ accidunt, ut uituperia circa curam effugiens quis, sortiatur finem uenerabilem. Hæc igitur de humoribus, & tunicis, & periphthalmio seu circulooculari, ac etiam musculis secundum nostram possibilitatem, quæ non erant in memoria audientium, ad nostram utilitatem, & amationem boni designauimus.

GAL. ASCITVS LIBER DE COMPAGINE

MEMBRORVM, SIVE DE NATVRA HVMANA.

C E N S V R A.

Aliqua & hic uera, aliqua deridenda uidentur continere.

De cerebro.



CEREBRVM natura quidem frigidum & humidum est: & ideo, ut facillime ad susceptionem diuersorum conuertatur, & ut membris mouendis habilitatem praestet, & ut calido & sicco spiritui ad caput exhalanti temperiem inferat: cuius meninx frigida est, & sicca, & densa: & intra quam sunt diuisiones tres: prima dicitur phantasia: secunda rationalis: tertia memorialis. Inter phantasiam & rationalem est pannus quidam frigidus & siccus, densior eo, qui diuidit inter memorialem & rationalem, habens in se modicum tenuissimae carnis. Ex memoriali uero procedunt duo canales tenues & humidi, ut spinalis medulla, qui penetrant per totam compagine, & ueniunt usque ad phantasiae cellulam, per quos possit phantasticus spiritus, & rationalis commendari memoriae, & iterum memorialis duci ad rationem & phantasiam.

Qualiter fiat auditus.

Vnicuique auri supponitur unum os frigidum, & siccum: & sine spiritu quidem, inferius adherens illi tenui panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem: quibus sunt singula foramina in obliquo facta, habentia tenue initium ab ipso panno: quae intrinsecus habent indumentum tenuissimum, frigidum tamen & siccum: per quod ducitur animalis spiritus ab ipso interiori panno, praestans auribus uirtute audiendi. Et est audibilis qualitas calida, & humida, ut qualiscunque sonus per aera infertur auri, atque ab humiditate suscipitur, a calore attrahatur ad cerebrum, ut sciat qualis sit. Siccitas uero ossium ad hoc est, ut sonitus in eis aequae obseruetur secundum exteriorem euentum.

Qualiter uisus oculis adueniat.

Oculorum autem tres sunt humores interiores frigidi & humidi: primus est ut aqua coagulata lucidissima, in qua uirtus uisibilis est: secundus est ut tenue oui album: tertius ut utrum, modicum habens citrini coloris ab ipsa. Sunt autem septem tunicae, quarum nomina ad praesens tacemus. Dicendum autem est quo modo uisibilis qualitas adueniat oculis, & unde, ab ipso. s. tenuissimo panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem. Procedunt duo tenuissimi canales frigidi, & sicci, per quos fertur spiritus ab eodem panno ad humiditates oculorum calidus, & siccus, & tenuis, qui penetrans omnes compagine oculorum praestat eis uisibilem qualitatem: quae [progreddens longius prope album ampliatur:] unde quae prope sunt, largius uidentur, quae uero longe, tenuius: quae statim quando egreditur, si sint uisibiles res, rursus reuertitur ad eosdem oculos, & praescriptis humiditatibus imprimat cognitam in se rei similitudinem: unde producit cerebrum, & a cerebro cordi praestatur notitia. Est autem uisibilis qualitas calida & sicca: calida, ut per eam aperiat & exeat: sicca uero, ut per eam ad praescripta loca proprios habeat reditus.

Qualiter odoratus naribus adueniat.

Naribus uirtus odorabilis praestatur: quarum positio se habet ita: superius ossae sunt & foratae intrinsecus inuolutae tenuibus tunicis, frigidis tamen & siccis: quae principium a phantastico panno habentes, ferunt ab eodem spiritum odorabilem, qualitatem naribus praestantem. Inferius autem ab ossae, chartilaginosa & mobiles sunt: quarum natura frigida est, & sicca: frigida est, ut praedictam uirtutem intus obseruent: sicca, ut aereum odorem naribus applicatum intus attrahant, & cerebro ad discretionem ministrent. Sunt & alia duo foramina intra chartilaginosas concauitates sita principium a palato, & sine infra ipsas nares habentia: quibus duae uirtutes sunt, scilicet attractiua, & redditua: quarum unam attractiuam a superioribus habent partibus: & ideo quando attrahunt, nares deponunt: alteram uero ut redditiuam, ab interioribus palato adherentibus: & ideo quando reddunt, quasi replendo eleuant.

Quibus partibus gustabilem qualitatem praesent.

In toto autem ore praestatur gustabilis qualitas gingiuis, palato, capiti gurgulionis, & linguae: sed magis omnibus linguae: quoniam tenuissimae carnis, & spongiosae est, habens tenuissimum intra se humorem qui saporatis rebus intra os positus se admiscet, eodem ad se tracto, infert sibi uarios sapes: intra quos species sunt nouem, scilicet dulce, amarum, acre, salum, conditum, acidum, comprimens linguam, formicans, & sine sapore: quorum alios amabiliter suscipit, scilicet dulce, & conditum, & sine sapore: alios uero inuoluntarie. Gustabilis qualitas frigida, & humida est: frigida, ut obtineat: humida, ut saporum humiditatem excipiat.

Quod

de compag. memb. siue de natura hum. 51

A *Quod qualitas tactibilis toti corpori praestatur.*

Tactibilis uirtus toti attribuitur corpori, sed maxime manibus: magis autem harum interioribus partibus, eo quod singulariter nerui lati, & tenues spiritum tactibilem a cerebro ferentes per medias plantas usque ad digitos transeunt: ibique naturaliter manentes, ea loca sensibilia ceteris reddunt. Natura uero tactibilis uirtutis pene aequa est, media scilicet inter calidum & frigidum, & siccum, & humidum: unde calidum & frigidum: durum, & molle: asperum & lenne, & cetera aequaliter sentiunt. Operationes autem cerebrum alias accidentales habet, alias naturales: accidentales uero amittit, quando ab aliquo uicino membro uicissim patitur, ut in epilepsia sensus & intellectus, & memoria perduntur: illud uero humidum, quod per spinam medullam dorso, & ceteris membris, & per uiam consimilem linguae naturaliter ab eodem conceditur cerebro, inter ipsas omnes angustias praestare non cessat, & non amittit humiditatem.

Qualitas uuluae, & organorum respirationis.

Vulua propterea palato suspensa est, ut tenuiter consimilem linguae humiditatem tribuat, eamque flexibilem praestet, ut cibum ori applicatum dentibus ad molendum subdat, & oesophago ad inglutendum concedat: etenim aliter inglutire non posset. Canales ad interiora ferentes duo sunt, unus pneumaticus, quem Latini spiritualem dicunt: alter oesophagus cui nomen Latini gulam attribuunt. Spiritus autem ipse gulae superponitur: quorum capita quadam tenuissima chartilagine necuntur, ut aperire non permittatur: quando uero os clauditur, eadem chartilagine oesophago constricto, spiritus porus ad inspirandum aptus aut apertus redditur. Eius constitutio non ut arteria uel uena continetur, sed partibus quibusdam lacertosis, & tenuibus unitis carnibus constituitur: quod ita factum ad hoc asseritur, ut quando pulmo dextra laeva que sequestratur ad suscipiendum aerem exteriorem, ualeat ad superiora ascendere: quando uero ad expellendas superfluitates innati spiritus constringitur, facillimo motu ad inferiora descendat. Eius inferior pars pulmoni affigitur: quae diuiditur in duos canales: quorum unus per dextram pennam pulmonis, alter per sinistram deriuatur: quorum dexter dextrae auri cordis, sinister uero sinistrae suppositus adheret: qui superius suscipiendes frigidum & humidum aerem aliquantulum excoquunt, & excoctum auribus cordis ministrant: ibique paulisper detentus iterum excoquitur, & sic interiori cellulae cordis ad temperiem, & extra, & citra cor intra marsupium quo circumdatur ad euentationem faciendam praestatur.

Qualitas cordis.

Cor uero in summo crassum est, & in fine acutum. Est autem spiritualium membrorum principalissimum: & naturalis calor fundamentum: & omnibus membris corporis calidius: quia inde calor naturalis ad omnia membra uiuificanda procedit. calidum enim est, & siccum: de cuius interiori parte procedit arteria, quae in simo hepatis coniungitur, per quam attrahat sibi nutribilem sanguinem. Et ab exteriore alia procedit, quae in duos diuisa canales, per unum nutribilem sanguinem & spiritum cerebro praestat: per alium uero in multis subdiuisa canalibus, naturalem calorem simul cum sanguine per totum corpus ad ministerium naturale infundit. Marsupium quo ipsum cor tegitur, duabus existit, & constat membranis, una interiore & altera exteriore manente tenui carne qua nutriuntur. Et propterea ita a natura factum asseritur, ut sit obstaculum contra ea, quae exterius cordi nocere possunt: & obseruet frigidum & humidum aerem, qui cordi ad temperiem faciendam tribuitur, ut superius admonitum aut commendatum est: cuius natura similitudinem dat aut fert epiglottidis membranae, quae diuidit spiritualia membra, id est pulmonem & cor in superiori cella manentia a nutribilibus membris in inferiori degentibus: & de eorum natura in sequenti tractabo.

De oesophago.

Oesophagus, per quem cibus & potus stomacho attribuitur, frigidus & siccus est. Et ex altera parte pneumatico canali supponitur uelatus: ex alia uero ceruici quibusdam tenuibus musculis necuntur, in similitudinem spinosae camerae subleuatus, quousque ad epiglottidis membranam producit: quod per netrans ori circumplicatur stomachi, quod ipsi epiglottidi suspensum est.

De qualitate stomachi.

Stomachus autem constat ex neruis tenuibus, & longis, qui lineares, & ex transuersis, qui textiles, & ex obliquis, qui uertentes dicuntur: quorum lineares helicticem, id est attractiuam: & anelicticem, id est retentiuam transuersi: apocreticem uero, id est expulsiuam obliqui sibi uindicant potestatem, qui intrinsecus quibusdam obteguntur membranulis trino schemate consistentibus, breui scilicet & medio prolixiore, quibus potum & cibum naturali calore in lacteum succum conuersum, & ita quasi remis quibusdam ad portam impingit stomachi: quae ideo porta dicitur, quoniam musculis in ea positus, ministerio naturali usque ad perfectam decoctionem nutribilis materiae constricta clauditur: qua decocta, eisdem mollificatis aperta redditur, quousque praescriptum succum duodeno intestino infundat: quod propterea duodenum dicitur, eo quod duodecim digitis spaciatur: a quo accepta uice ieiunium intestinum succum ipsum suscipiens aliquantulum decoquit: quod in duo diuisum: alterum, quod tenue est, in melaeraicis uenis sibi spongiosis capitibus inhaerentibus ab ipso subtrahitur: alterum uero, id est crassum,

SPVRIL.

G 3

*Al. progreditur longius prope album plum.

*Al. mediante necuntur

*Al. obteguntur

*Al. diuersum.

Galeno ascriptus lib.

crassum, longo & patulo, cuidam axungiae innexo intestino conceditur: a quo monomacum susci-
piens aliquantulum decoquit, & sic crasso concedit intestino, quod manica dicitur: deinde ex tali diffu-
sum, & ibidem a cholera decoctum coloratur: cuius translatione aut titillatione per pudicum circulum
foras dimittitur. monomacum enim ideo dicitur, quia uno aperitur foramine, quod instum est ori ma-
nicæ, ut sibi quicquid a longo accipit, sine contrarietate reddere possit. nam manica eo quod largum
magis ceteris est, nominatur. Subtilis uero pars per mesaraicas de ieiuno subtrahitur: quæ in obliquum
positæ, subtractum ad se succum decoquant, & excoctum hepaticæ summæ ministrant: quo ibidem mo-
ram faciente, ad niculo uirtutis naturalis in sanguinem uertitur: qui in duas diuiditur partes: quarum,
quæ tenuior est, & uritis dicitur, * arte conceditur hepatis: quæ per duos uritides canales renibus deri-
uatur, ibique manens decoquitur: de qua sibi renes, quod utilius est ad nutrimentum obseruant: cete-
rum uero de eisdem poris uescicæ dimittitur: † [quæ cum ad collum uescicæ deueniunt, coadunata ruun-
tur.] Collum autem uescicæ diuiditur quodam panno mediante, cui uritis porus ex una parte, & ex alte-
ra superiori membranæ scimatico schemate conglutinatur. unde urina, & quicquid ex renibus affluit,
fundo destinatur uescicæ: per aliam uero, id est per inferiorem, cum uirga quadam contiguitate coniun-
gitur, & secundum naturam, & extra naturam uescicæ ipsam urinam existentem foras transmittit: altera
uero pars, quæ adicialis dicitur, cholericum rubrum fellis, melancholicum spleni transmittit aut attri-
buit. Sanguinis uero quod utilius est, ipsum hepar sibi ad nutrimentum obseruat: de quo quod tenuius
est, cordi, ipsum cor cerebro, ut præparatum est, ministrat: ceterum uero diuersis corporis partibus
per quasdam uenas unicuique proprie destinatas additionem largitur * diurnam, quod bene coquē-
tes ad similitudinem suæ naturæ a proprio esse mutantes, quod nutritibile est sibi retinent: inutile autem
cum fortes sint extrinsecus, per hæc decenter expellunt, per capillos, per ungulas, per aures
ceratas gummas, per lachrymas, per sputa, per egestiones, per urinas, per sudorem, & per
cutis sordes.

De sensibus animalibus.

Per animales quinque sensitiuas corpus fruitur nouem uoluptatibus, sibi à cerebro illatis, scilicet dile-
ctione, odio, tristitia, gaudio, audacia, timore, uerecundia, ira, & furore. Nam per uisum, auditum, gu-
stum, odoratum, & tactum diligit uel odit, gaudet uel tristatur, audet uel timet, uerecundatur, uel irasci-
tur, uel furit. Quando autem aliquis per aliquem horum quinque ad alicuius amorem erigitur, cor con-
cutitur: & ex eius concussione duo quidem prodeunt spiritus calidi, & sicci: quorum unus, qui tenuior
est, cerebrum adit: alter uero, qui densior est, subito per neruos diffusus ad uirgam ducitur: qui inter ner-
uos, quibus constituitur, & membranulas, quibus inuoluitur, insiliens erigit eam, & tensione quadam
eam inflexibilem reddit: alter uero, quem cerebro adesse diximus, humidum quoddam ab ipso susci-
piens, per spinalem medullam ad uiam renum deducitur: per cuius duo foramina immisus, sibi sub-
stratum attingit membranulum: quod * calefactum penetrat. & sicut membranum egreditur & pene-
trat; sic uenarum retinaculum prædicto membranulo annexum aggreditur, ex quo tenuissimum san-
guinem secum à cerebro delatum * hunc miscet: & per duos canales inde procedentes ad testiculos
funditur, ibique paulisper permanens excoquitur, & in lacteum, & tenacem succum conuertens, inde
per geminos canales uirgæ applicitos completo communi opere secum foras educit. nam pterygoma-
tibus id est alis (& sunt orificia uasorum spermatis ex quibus mulieris sperma ad fundum matricis mit-
titur) surgentibus, per collum matricis subtrahitur, & sic ad inferiores cellulas eiusdem destinatur.

De communi sapore coitus.

Sapor igitur * communis huiusmodi uiris in tota uirga, sed maxime in præputio est: mulieribus uero
circa pectinem in confinio uulvæ. Mulierum testiculi duo sunt: quorum unus sub dextro rene, al-
ter sub sinistro tenetur: qui fundo matricis coniuncti per singulos ex se procedentes, incitata ue-
nere, ad cellulas eiusdem sperma ministrant: quod si simul cum uiri spermate conueniat, uel modicu-
m ante, uel post, prius quam prælatum frigescat, unitur. Si uero in sinistra cellula matricis simul
spermatæ conueniunt, foemineum embryum generant: Si uero in dextra masculinum procreant: Si
uero in media, quæ secundum calidum & frigidum æqua est, secundum plus uel minus utriusque sper-
matis, aut masculinum, aut foemininum procreant.

De embryo.

Oportet autem in embryo dispositione aliquantisper immorari, & dicitur quid in unoquoque
mense à primo usque ad nonum sibi naturaliter fiat, & qualiter à primo mense usque ad septimum,
& à septimo usque ad nonum, si genitum fuerit, pereat: & in ipso septimo uel nono si editum
fuerit, salubre perduret. Cum ergo utrunque sperma, uiri scilicet & mulieris in matrice conue-
nerint: si frigidum & humidum fuerit, omnino dissoluitur: si uero calidum, & siccum, consumptionem
incurret: si autem æqualitate perfuitur, nulla impediende concipiet qualitate.

De coniunctione spermatis.

Spermate igitur utriusque coniuncto, in specie conchulæ expandit: & radice producta sibi superficie-
tenus alligat: ex cuius calore præfati spermatis summatibus decoctis ab ipsa diuidit & ex sola radice,
per

de compag. memb. siue de natura hum. 52

A per quam nutrimentum accipit, cum ipso tenetur. Medium autem quod infra decoctas summatas in
modum nucis eminet, inter eadem spatia sanguineam glebulam quadam frigiditate constrictam pri-
mo mense obseruat, nulla alicuius similitudinis imagine in ea impressa. Secundo, in uermiculi longi
scilicet & rotundi producit speciem. Tertio, in eo crura diuiduntur, & a lateribus brachia: collum ca-
putque perficitur. Quarto, formatur cor & hepar, & anima id ingreditur, & naturaliter mouetur. Quin-
to, omnis interior completur compositio, intestina scilicet quadam dispositione formantur, digiti ma-
num pedumque scinduntur. aures, nares, os, * ueretrum, & ipse pudicus formatur circulus. Sexto,
oculi scinduntur, supercilia formantur: palpebræ crescunt: capilli & ungulæ producunt. Septimo sunt
axungia, & caro perficitur. cutis & omnis humiditas secundum diuersas uasculorum compositiones
constituitur: & completis secundum naturalem dispositionem omnibus, laborat ut exeat: matrix autē
nititur ut obtineat, & ut calore, quæ completa sunt confirmet & munit. si uero debilis est, concedit ei
ut exeat: & durat, eo quod naturaliter completum est. si autem matricis natura fortis est, nititur, ut id
retineat. In octauo, embryo expugnato exitu non sibi concessio, fatigatus quiescit. In nono, matricis
calore iam firmato, & crassitie confecto, natura concedente patet ei aditus, & exire permittitur.

De ætate planetarum in embryo.

Habent autem septem planetæ aliquid in cõpositione embryo speciale. Saturnus quidem frigidus
& siccus, sua frigiditate primo mense spermati grauedinem, & sui siccitate compagine parat: & ideo
non crescit embryo, sed a suo calore in sanguinem commutatum sine augmento permanet. Secundo,
Iuppiter calidus & humidus, calefaciendo confortans, & humectando replens, in longi & rotundi uer-
miculi speciem sperma producit. Tertio, Mars calidus & siccus, calore roborans, & siccitate in-
cidens, crura diuidit: a lateribus brachia separat: collum & caput informat. Quarto, Sol minus Marte
calidus & siccus, & animam, & cor, & hepar creat, & cerebrum, & creatis animam ingerens, naturali-
ter embryo motum præstat. Quinto, Venus frigida & humida, omnia * interiora format, aures, nares, os,
uirgam, & pudicum circulum format, pedum & manuum digitos diuidit. Sexto, Mercurius secundum
calidum & humidum frigidum, & siccum equus, in quo manualis habetur scientia: & ponit supercilia:
oculos scindit: palpebras crescere facit: capillos & ungulas producit. Septimo, Luna frigida & humi-
da, replens axungias, carnem & superficiem complet uenis & arterijs humiditatem tribuens, toti cor-
pori nutrimentum præstat: & quia omnia perfecta sunt, si prægnans parturiet, salubriter perdurat: sed
quoniam adhuc in eo sunt membra, non bene firmata, indiget alio tempore ad id operis explendum.
In octauo, Saturnus reiterata uice similiter infrigidando embryonem, matrici grauitatem infert: suaque
siccitate humores extenuans, embryo nutrimentum parcius tribuit: & propterea ægre prægnantes
in hac tenuitate existunt. Nono autem, Iuppiter calefaciendo infrigidata, & replendo tenuia, embryum
corroborat, & matricis aperit aditus, & sic exitus omnibus naturaliter perfectis conceditur. A primo
autem mense usque ad septimum si genitum fuerit, non perdurat: eo quod naturaliter imperfectum ha-
betur: a septimo usque ad perfectum nonum, quamuis natura perfectum sit, tamen si generetur non sub-
sistit: quia Saturni infrigidatione stupidum, & eius siccitate minorato nutrimento afflictum uel obstri-
ctum, corrupta matricis naturalitate, calore materno exustum si excessum fuerit dissoluitur. Solet autē
non omnibus membris perfectum ut in pluribus apparet embryo generari: plerumque uero crasso ca-
pite, & tenui collo, uel magnis pedibus, & subtilibus cruribus, pedibus genibus applicatis, aut manuū
singulis, uel duobus digitis perditis hac luce perfrui. sed hoc dupliciter in embryonis cõpositione
contingit: aut enim natura æquam habet materiam, & redarguentem spiritum, & secundum horum duo-
rum æquitatem, moderate uel perfecte informat: aut abundantia materiæ & spiritu moderato, eidem
materiei abundantiam alicui addit membro, ex qua nascitur maius ceteris: uel ampliato spiritu, & ma-
teria minorata, aut ex parte membra attenuat, aut ex toto non dimittit procreari: & hæc omnia aut
æquitate utriusque materiei scilicet & spiritus naturæ perficit, aut augmentatione uel minoratione ho-
rum unius. Solet etiam in generatione quibusdam uiris illud muliebrem, & quibusdam foeminis illud
uirile, quo luxuriatur, adijci: sed illud impedita uel oblita natura sic perficitur. nam quædo aliquo euen-
tu impeditur uel obliuiscitur, illud materiei humidum superfluum, quod ad naturalitatem uel ad nume-
rum alicuius membri solet disponere, ad alterius naturæ membrum sine ratione mutat.

* alias alto.

† alias quod
autem ueni
coniunctum u-
nitur.

* alias diuini

* alias calefi-
ciens.

* alias huius

* alias com-
munionis.

GAL. ASCRIPTVS LIBER DE NATVRA
ET ORDINE CVIVSLIBET CORPORIS.

CENSURA.

Liber ordine, & iudicio carens.

De quatuor humorum natura.



Iscerte sciam, charissime nepos, græcis literis eruditum ad hanc disciplinam posse pertingere, tamen nequid tibi poscenti ad memoriam denegetur, ex libris medicinalibus, Hippocratis intima latina feci: quod quia dignus es fideliter trado, daturus tibi aui tui patris mei librum, ex quo mundi ratione cognoscas: ut nosse possis quanta fuerit generis nostri sapientia. Nunc vero tibi corporis uniuscuiusque naturam & ordinem aggrediar exemplificare. Corpus igitur hominis ex quatuor humoribus constat. nam habet in se sanguinem, cholera rubram, cholera nigram, & phlegma: qui quatuor humores habitant uel dominantur in locis suis. sanguis dominatur in dextro latere in hepate, quod iecur uocamus: sic & cholera rubra ibidem dominatur. in sinistro uero latere, id est in splene cholera nigra dominatur. phlegma autem in capite, & alia pars in uescica: alia pars sanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipsorum talis est. sanguis est feruens, humidus, & dulcis, cholera rubra est amara, ignea, & sicca. cholera nigra est acida, frigida, & sicca. phlegma uero est frigidum, salsum, & humidum. Hæc omnia crescunt suis temporibus. Sanguis enim crescit tempore ab octauo Idus februarij usque in octauum Idus maij, & sunt dies xciij. Cholera uero rubra in æstate ab octauo Idus maij usque in octauum Idus augusti, & sunt dies nonagintanouem. Cholera autem nigra autumnus ab octauo Idus augusti usque in octauum Idus nouembris, & sunt dies nonagintaunus, phlegma uero hyeme ab octauo Idus nouembris usque in octauum Idus februarij, & sunt dies. xciiij. Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. Sanguis enim dominatur horis septem ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam. Exinde dominatur cholera rubra usque in nonam diei horam. Deinde cholera nigra dominatur ex hora diei nona usque in horam noctis tertiam. Phlegma autem dominatur ex hora noctis tertia usque in horam noctis nonam. Hæc omnia habent respiraciones suas per singulas partes corporis. sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os. Diuiduntur etiam hi quatuor humores per quatuor ætates, id est phlegma in pueris ab ineunte ætate usque ad xiiij annos cum sanguine. exinde cholera rubra dominatur usque in annos xxv. & exinde dominatur usque in annos xliij. maxima pars sanguinis cum cholera nigris dominatur exinde usque in summam ætatem phlegma, sicut in pueris dominatur. Præterea hi quatuor humores faciunt in hominibus tales mores. Sanguis facit homines boni uoti, simplices, modestos, blandos, euchymos siue plenos. Cholera rubra facit homines iracundos, ingeniosos, acutos, leues, macilentos, plurimum comedentes, & cito digerentes. Cholera nigra facit homines subdolos cum iracundia, auaros, timidos, tristes, seditiosos, inuidiosos, habentes sapius cicatrices nigras in pedibus, uel in alijs membris. Phlegma facit homines compositos, inuigilantes, inter se cogitantes, cito afferentes canos in capite, minus audaces. Omnia ergo, quæ calidas habent uirtutes in superioribus locis corporis dominantur. Pulsus autem suos hi quatuor humores habent uel faciunt. Sanguis enim pulsus facit plenos, humidos, æquales. Cholera rubra facit pulsus tenuem, citatumque. Cholera nigra facit pulsus plus tenuem, sed tabentem, ueluti percussus, & asperitate in. Phlegma facit pulsus minus plenum, humectatum, æqualem pondere. Hi humores sine se esse non possunt, & in omnibus ætatibus dominantur: sed quoties ex his humoribus aliquis excreuerit, tunc facit ægritudinem longam. & causæ ueteres pro sua uetustate, & temperantiam, & æquitatem, & æqualitatem pro corpore ætatum omnium, hi humores singulis ætatibus faciunt, quoties quisque eorum augmentum acceperit, & tunc longam ægritudinem facit si imperitum medicum habuerit, aut certe negligentem, aut qui causam non intellexit, aut ex quo humore ægritudo nata fuit. & quidem tunc diligens & doctus ægrotanti potest succurrere. si uero negligens fuerit aut non intelligens, tandiu protrahit ægritudinem, quandiu transeat humoris ipsius tempus, & alius exterius humor augmentum accipiat, ita ut iste humor excludatur, ex quo ægritudo fuerat nata. Nam si sit ex causa sanguinis, qui sanguis est dulcis, & calidus, & humidus, occurrendum est sic: adhibeatur ei contrarium, quod sit frigidum, amarum, & siccum. Si fuerit causa cholera rubra, quæ est amara uiridis, & ignea, & sicca, & acris: debet adhiberi quod sit frigidum & humidum. Si autem cholera nigra fuerit causa, debet adhiberi, cum sit frigida, & sicca, & acetosa, illud quod est calidum, & humidum, & dulce. Si ex phlegmate nata fuerit ægritudo, cum ipsum sit frigidum, salsum, & humidum: debet adhiberi quod sit dulce, calidum & siccum.

Hæc

& ordine cuiuslibet corp.

53

A Hæc quando adhibita fuerint, tunc & peritus medicus inuenitur, & æger cito ad sanitatem reuertitur. Hæc tibi pro nostri memoria religiose nepos dedi, maiora te putans adepturum.

De dispositione plasmationis fetus in utero.

Expositionem membrorum, quo ordine, uel quibus iuncturis, uel quo schemate homo in utero materno plasmetur, hic docemus, exordium a capite sumentes. Maioribus enim nostris, Apollini, Hippocrati, Apollonio & ceteris Santonicis placuit mortuorum uiscera scrutari, ut scirent unde uel quomodo morerentur, hoc autem nobis facere ipsa humanitas prohibet, eo quod ipsis scrutantibus omnia manifesta atque aperta sunt. & quid dixerunt? Caput nostrum commissuras habet quinque angulosas se inuicem continentes, sicut summus anatomicus philosophus hic memorans dicit, masculus in galea commissuras habet quinque. fœmina uero in circuitu commissuras habet, cui galea superposita est, quam Græci cranium appellant: quæ cohæret membranæ, & superposita est cunctis, quæ habet causâ decoris, scilicet ut ab æstu & frigore oculos custodiat. Vbi uero galea est, subiacent tempora, quæ continentur spiritualibus uenis cerebri, quibus superposita sunt supercilia, ut si copiosus sudor fronti aduenerit, opposita statione pilorum cõtineatur, donec excussus ab oculo sudor auferatur. Oculi quoque isto schemate continentur. Ex naso cerebri foramina orta sunt duo, per quæ tenuissima uenæ dextra læuaque alterius inuicem sibi continentur. Tunicae sunt quatuor uel quinque: prima tunica appellatur ceratoides: secunda choroides: tertia oroenomides: quarta timenoides: quinta crystalloides. Superposita sunt ossa oculi, quæ malas uocamus. Dentis etiam habent uiri. xxxij. mulieres autem. xxx. auctor Apollonius memorat, dicens, dentes usque ad caninos singulas habent radices. Alij uero interius, qui molares dicuntur, habent ternas & quaternas radices. Palato lingua subiacet, quæ cooperit canalem spiritualem, quem Græci pneumaticum dicunt. quem canalem modo aperit, modo claudit: aperit enim spiritualem canalem quando loquimur, claudit autem quando manducamus: quod probare possumus quando forti cibo uel potu utimur, & currit ex supradicto cibo in spiritualem canalem aliquid, statim tussis consequitur, donec impellente spiritu illud repat, & in propria iterum reuocet. Huic linguæ dextra læuaque parte glandulæ superpositæ. quod autem superpendet, uuula appellatur. postquam cauernæ sunt duæ, per quas fit infusio uel raptus, quod Græci anarrhophema uocant. naresque cum supradictis cauernis inserunt, & per easdem usque ad cerebrum tendunt. Aures uero uia sunt auditoriæ sicut rerum natura composuit ad cerebrum, & a cerebro descendentes faciunt exhalationem. Coniungitur autem gula pulmoni. Pulmo uero in modum fabri ferrarij folliis est constitutus, alter alteri spiritum tradens: & implet pectoris arcana. Stomachus autem uentri coniunctus est, qui infra pennas pulmonis medium possidet. Cor uero uenas habet quatuor: duas quæ spiritum continent, & duas quæ sanguinem trahunt. quæ spiritum continent, pulmoni affixæ sunt, quarum firma facta concatenatione totum per corpus sanguis diffunditur, & sic uenæ pulsus reddunt. Pulsus ita nutritur, modo recipit sanguinem, modo repellit. Cor uero, ut diximus, est coniunctum pulmoni: in sinistra parte dominationem tenet: id circa positum est, quod Græci pericardium uocant, attingens extremas partes pulmonis. Sed hic posita sunt præcordia, quæ Græci diaphragma uocant. continent autem pulmonis substantiam, uentremque, & intestina: cui iuncta sunt latera & spina. Venter autem orificia habet duo, unum proximum membranæ, quod Græci pericardium uocant, in sinistra inclinatam: hoc Græci stomachum uocant: aliud uero in dextra parte circa iecur positum est, extensum usque ad longonem, quod Græci pyloron uocant. Inde ad utranque partem renes. deinde uero inest folliis uesciæ. In sinistra parte positus est splen, oblongus, uentri coniunctus: continens membranas tenues, habens pinguisimas uenas, quæ intestina tegunt & calefaciunt: hoc Græci epiploon uocant, ab orbo extensum usque ad renem sinistrum. Subiacet autem sub hoc intestinum, quod Græci colon uocant. Sub hoc autem est locus continens longonem, qui iunctus est uesciæ habenti collum longum, quod ueretro inest. Vesica uero renibus continentur media utriusque: ex quibus renibus decurrit ad neruos, quibus testiculi pendent, quos Græci uocant cremasteras, a quibus iunctæ sunt uenæ tenuissima, quæ sperma deducunt ex cerebro: oriturque ex spinæ medulla. Viris quoque testiculos inesse manifestum est: sed alio schemate formati sunt uiris. Mulierum uero testiculi breuiores & fragiliores sunt. nam quæ maiores habent, uiragines appellantur. Igitur manifestum est unam esse uiris, & mulieribus interiorum uiscerum compaginatum lineationem, sed multæ sunt tunicae testiculorum: prima eustrephes. i. bene retorta: secunda pericochliades. i. circūtoruosa: tertia perizoma. i. circuncinctorium: quarta uero tunica tenuissima arcys. i. rete appellatur. Similiter & matrix habet subiecta membra quibus continentur: quæ Græci cyetica, id est genitalia uocant: nam ut est masculo ueretrum, ita est matrix mulieri columna. Matrix enim naturaliter fragilis & mobilissima est, constans ex neruis, & partissimis uenulis, & tunicis duabus exterius neruis est firma, interius carnosa & mollis, quæ est directa contra intestina: cuius certuix tribus foraminibus erigitur usque ad longonem. Sinistra uero est matrix, in qua sperma miscetur, quando conceptio celebratur natura uolente, id est uiri semine, & mulieris sanguine: quamuis & uirile sperma sanguis noscatur esse. Vnde & maiores nostri consanguineos appellauerunt ex consanguinitate paterna uel materna natos. Nunc dicitur ab imperitis, quo modo sperma sanguis esse potest, cum sit album? Nos tamen certa ratione probauimus. Mare enim, ut ei natura tribuit, est colore uiride: quando autem in tempestatibus mouetur, spumam albam emittit. uel si uinum nigrum

Galeno ascriptus liber

nigrum in quolibet uase exagigaretur, spumam candidam faceret. Simili uero ratione & sanguinis fer E
uor concilius in albedinem uertitur. Dum enim coitio fit, non statim formatur infans: nam si quo-
ties coitus fit, toties conceptio fieret, innumerabilis esset multitudo filiorum. Certo enim tempore
mulier concipit, aut in initio purgationis, aut in fine. nam purgatio sperma corrumpit, plurimo usu
sanguinis materia superante. Temporibus certis infantem componi atque formari in utero mater-
no manifestum est. omnis enim figura formatur in quadraginta diebus, aliquando in diebus triginta.
Qui uero quadagesimo die formantur, nono, uel decimo mense impingente nascuntur. Manifestum
est enim infantes in utero materno ita formari. Primo enim mense iactu seminis congregatur in umbi-
lico, & fit rhyssis, idest congregatio sanguinis. Secundo mense expressio corporis animam tribuit.
Tertio mense unguis atque capilli nascuntur, & motum facit infans. Ideoque & quarto mense mu-
lieribus nausæ fiunt, quas Græci nauitias uocant. Quinto autem mense facit * catarrhi signum atq;
adulteria demonstrat. Sexto mense facit neruorum compositionem. Septimo mense medullam
confirmat. Octauo cum pelliculis ossa confirmat. Nono uero mense maturum mouet infantem.
Infans uero masculus in dextra matricis continetur, foemina uero in sinistra. Nam & hæc signa præ-
cedere solent. q̄ si masculus fuerit in utero materno dextro, robustior est. si foemina, sinistra. Dum ergo
infans in utero matris est, oculi genibus oppositi sunt. unde hoc probauimus? quia genua tumentur F*
oculi autem concaui. ideoque cognita rerum natura, ita natura imposuit genua: & genæ quoque
cum acri dolore uel nimium percussus homo fuerit, & genua curuauerit, oculi continuo lachryman-
tur: non enim uult natura eos obliuisci societatem genuum. Dentes autem nostri organa sunt quodâ
modo linguæ. infans uero dum dentes non habuerit, uagitur. dum uero duos uel quatuor dentes habue-
rit, nullitat. dū uero os dentes repleuerint, loquetur. Dentes. n. nostri quos habemus, alij uocantur cy-
nodontes, quos caninos dicimus, quos ad frangendum habemus. Dentes enim nostri ossa non sunt,
nec medullam habent: ideoq; omnia ossa confringunt, sed assiduo humore capitis ueniente uitiatur.
sicut enim assiduus humor ex alto in nasum ueniens perforat: ita dentes uitiantur a capite.

De cognoscendis febribus.

De cognoscendis febribus omnibus superius scriptum est. nunc illud sciendum. Scito q̄ maxime iâ
dixi primum cognoscendas causas, & origines, & species febrium, & ut sciamus, quæ sunt generales,
& quæ sunt speciales, idest quæ sunt ueræ, & quæ non sunt ueræ, & quæ sunt tropicæ, & quæ sunt acu-
tæ, uel quæ sunt simplices, & quæ sunt duplices, uel quæ sunt, quæ cum alijs febribus geminatæ sunt, G
& quomodo accedant, & quomodo recedant, idest qualiter moueantur, & qualiter declinent, & qui-
bus horis, diebus, & noctibus, uel quot horis paroxysmus, idest commotio teneat, uel quando faciet
paracmen, idest declinationem, quidue significant, & quo ægrum ducant considerandum est: & iterū
uirtus ægrotantis, qualitas, & impetus ægrotantis, & quæritas: ex hoc. n. uitæ mortisq; indicia maxime,
& ex pulsu, & cōsideratione urine, ac genus febris præuidere, poteris si fuerit assiduus lectionis doctis-
simus usus: necnon ex alijs signis, quæ noster Hippocrates in prognosticis probat: & futura ante præ-
dicat. indicant enim & quasi tacite loquuntur ægrotantis color, oculi, uultus, uox, taciturnitas, positio
iacentis, schema, corporis habitudo: quæ omnia in ægris diligenter consideranda sunt, ut sciamus ma-
nifeste quid tenere, uel quid refugere debeamus: ne forte hoc ignorantes ægros lædamus. Addas & il-
lud in his, ut consideres in omnibus semper ægrotantibus regionem, qualitatem, positionem locorū,
aeris temperantiam, temporum mutationem, ætatem, consuetudinem ægrotantis, naturam corporis,
animi uigorem, causas & originem: necnon & illud, ne ut animi aut corporis uitio ægrotatio nata sit,
aut ne extraneus aduenerit ex cibo aut potu, uel ex corruptela aeris. Quando enim hæc omnia confi-
deras, tunc rationem bene & uere esse cognoueris, & optime facies quicquid ad hæc omnia facere
conueniat: quā tunc Medici beneficia uincuntur, quando non in suo tempore adiutoria offeruntur, aut H
natura corporis a morbo fugata beneficia nō sentit, itaq; præuidenti omnia diligenter perspicienda, &
præuisis atque cognitis causis, ut dixi, suis curis suisq; temporibus curanda.

GAL.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VOCE ET ANHELITV. CENSURA.

Videtur & hic ex Galeni libris ad Arabes peruenisse.



Dixit Galenus, Si neruis, qui sunt inter costas acciderit scissio prope spondy-
los, destruetur uox & anhelitus. hoc autem idem accidet si ossa costarum scin-
dantur, aut spinalis medulla secundū latitudinem inter finem colli & initium
spondylorū, qui respiciunt ex opposito pectoris. Si autem spinalis medulla
infra huius loci initium scindatur: nec anhelitus omnino, neque uox omnino
priuabitur: sed tantum de utroque priuabitur secundum numerum spondy-
lorum, qui opponuntur pectori: similiter accidet ex incisione costarum secun-
dum magis & minus. Musculus est organum motus uoluntarij. Et ad unum-
quēq; musculū peruenit neruus a cerebro, aut spinali medulla: qui si scindat, non mouebitur musculus:
interior autem musculus, qui est inter costas, facit anhelitum: & tunc fit, quando aer expellitur uehe-
menter a pectore: & ex eodem anhelitu fit uox, & est ei quasi materia. Et uoco collum illum locum,
qui est inter superius epiglottidis, & superius oesophagi usque ad radicem linguæ. In collo autē sunt
musculi bronchorum. Et raucedo accidet quando musculi colli extenduntur & inchoardantur, ut extē-
duntur in assumptione cibi & potus. Et quando epiglottis inchoardatur ita, quod cōstringatur, fit uox:
& quando cōstringitur, inchoardantur musculi ex quibus pendet. Et anhelitus quidem fit apud ex-
tensionem musculorum pectoris, & solutionem musculorum colli, & epiglottidis, & tracheæ arteriæ.
Raucedo autem accidet ex extensione musculorum colli, alijs omnibus remanentibus in suo statu.
Vox etiam fit si musculi epiglottidis extendantur, licet non musculi colli. Epiglottis ex tribus com-
ponitur chartilaginibus inæqualibus, & dissimilibus: quarum una est anterior, scilicet maior, duæ ue-
ro posterior: quarum altera supponitur alteri: quarum superior est minor. Habent quoque * duas
iuncturas: quarum duæ sunt inter primam & secundam chartilaginem: & duo capita primæ charti-
laginis intrant in secundam: & sunt duæ iuncturæ inter secundam & tertiam, quas continent sex mu-
sculi. In utraque scilicet iunctura sunt duo musculi, qui attrahunt tertiam chartilaginem ad poste-
rius, & aperiunt os epiglottidis. E contrario agunt alij duo musculi, & sunt * exterior: & quando
ambo extenduntur, claudunt os epiglottidis clausura perfecta, ita quod nihil ex aere egrediatur. Ne-
cesse est autem ad hoc ut fiat uox, ut duo modi musculorum, qui mouent epiglottidem sint fortes ita,
ut neutrum par cedat alteri in actione: & intellige per hos musculos, illos quibus aperitur & clauditur:
& sunt erecti, & positi in rectitudine: & continentur ex inferiori, & non superius: & mouent iun-
cturam per superiorem extremitatem: & habent duos neruos proprios, unum in dextra parte epiglottis,
& alterum in sinistra: qui mouent tertiam chartilaginem: quorum concursus est ex inferiori par-
te ad superius: qui si scindantur, laxabuntur illi, * scilicet † musculi, qui mouent epiglottidem, & de-
struetur motus eorum. Dum uox est in epiglottide, agunt in ipsam duo modi musculorum, illi sci-
licet qui aperiunt, & illi qui claudunt: sed si illi, qui claudunt, soli agunt, tunc accidet retentio anhe-
litus: & si illi qui aperiunt soli agunt aut neuter, tunc accidet anhelitus. Destruitur autem uox, quā-
do musculi, qui claudunt epiglottidem, destruantur, siue illi, qui aperiunt, saluantur. non enim ad-
dunt neque diminuunt in destructione uocis. Quando creator uoluit in nobis ponere instrumen-
tum uocis, primo posuit aliquid, quo aer sit in nobis uelociter, & est pectus: deinde posuit occur-
sum aeris in ipso ex uia ampla ad canalem strictum, ut aer per stricturam canalium uelocius currat:
uelocitas enim facit ipsum fortiorem: qui quando percusserit chartilagine, tunc fiet uox: percutit
etiam præter hoc tracheam arteriam, & uulnam, & superius palatum, & locum cursus aeris per na-
res. Sed ex hoc non fit simpliciter eadem uox, sed quasi uox, ut stertitio & azegiz. Vox autem non
fiet, nisi quando aer percutit primam epiglottidem: & est posita supra caput tracheæ arteriæ ad mo-
dū instrumenti, quo musci utuntur tibicines. Si epiglottis ampliet plus, q̄ oportet, minuatur ueloci-
tas motus aeris: & sic diminetur fortitudo uenti, tunc secundum diminutionem uelocitatis, & debi-
litate percussio. tunc enim minus resistent chartilagine aeri: non enim ampliantur, nisi quando
non extenduntur, & remanent laxatæ. Quando aut epiglottis cōstringitur plus, q̄ oportet, tunc aer
qui exit ex epiglottide erit paruus, & tunc erit minor percussio: quapropter uox erit parua. uox enim
nō potest crescere, nisi crescant illa duo, quibus fit, aer. s. & percussio clemento proportionali: Quodli-
bet enim crescit propter clementum illius, a quo constat in substantia. Egressio aeris uiolenta non
fit nisi per extensionem musculorum ipsorum: hoc autem differt secundum magis & minus, secundum
fortitudinē extensionis, & secundū multitudinem & paucitatem musculorū. In egressione autem aeris
uiolenta nimis, necesse est ut omnes musculi pectoris extendantur nimis, & maxime musculi co-
starum. Anhelitus autem & uox nunquam fiunt absq; his musculis: in quibus si aliquod impedimētum
aut

* alias cre-
re sinum.

quatuor.

ante-

sex.

aut nocumentum acciderit, secundum numerum nocumentorum erit destructio uocis. Si enim motus E medij numeri illorum destruitur, medietas uocis destruitur: & si tertia pars motus destruetur, tunc destruetur, & tertia pars uocis. Et uniuersaliter illa pars, quæ destruetur de uoce, erit secundum partem destructam de numero illorum musculorum. Adiuuant autem hos musculos duo musculi, qui sunt apud radicem costarum, & illi, qui sunt ex duobus lateribus spondylorum: & ex duobus musculis procedentibus in longitudinem, musculi, qui sunt sub diaphragmate positi. Sermo est ex uoce: uox est ei quasi materia: cum enim anhelitus occurrerit epiglottidi, ipsa epiglottide existente æquali in amplitudine, fiet uox. nam quædo percusserit illam, fiet illud, quod fit in fistula apud exsuffationem.

Traſtatus ſecundus.

Ex duobus neruis sexti paris ramiſcantur ex parte peſtoris duo parui rami, qui reuertuntur aſcendentes ad collum ex duobus lateribus tracheæ arteriæ, quouſque perueniant ad epiglottidem: quorū uterque continuatur cum quatuor musculis epiglottidis. Et ſex ex octo musculis omnino neceſſarij ſunt ad hoc, quod uox fiat, duo autem alij non in omnibus animalibus reperiuntur: quorum actio eſt, dum epiglottis clauditur completa clauſura. Ex iſtis autem ſex duo ſunt in ipſo canali epiglottidis: aliorum uero quatuor, duo ſunt à lateribus, & duo poſterius. Duo autem musculi, qui intrat in ipſum F canalem epiglottidis, attrahunt iuncturam, quæ eſt inter ſecundam & tertiam chartilaginem, & aperit illam duo musculi, qui ſunt in lateribus, attrahendo illam iuncturam ad latera: & aperit eam duo alij musculi, qui ſunt poſterius, attrahendo eandem iuncturam retro. Et ſex: musculi præter duos prædictos neruos continuantur cum musculis epiglottidis: quorum duo nerui deſcendunt ſuperne: & ramiſcantur ex ſeptimo pari neruorum cerebri, quando illud par appropinquat collo: & ſubiungitur per omnes musculos, qui ſunt extra chartilaginem ſcutalem. Et duo nerui ex illis ſex deſcendunt ex tranſuerſo, & intrat interius epiglottidis, & illic diuiduntur. Et ſunt duo nerui deſcendentes, qui occurrunt duobus neruis aſcendentibus de peſtore. Cooperculum epiglottidis eſt locus ſtriſtus, & eſt in medio primæ chartilaginis: in quo loco proprie fit uox: & aer, qui uenit ex pulmone, currit per tracheam arteriam: & primo [occurrit de ampliſſimo] loco, & percutit ipſum: deinde occurrat orificio cooperculi epiglottidis, quod eſt ſtriſtiſſimum ex illo cooperitorio: & acquirit uelocitatem morus, & fortitudinē: & illic fortiter percutitur cooperitorium epiglottidis, & fit uox. Extenſio duorum musculorum, qui ſunt intra epiglottidem, prohibet ne cooperitorium claudatur apud uocem. nam quando aer uehementer eleuatur, & continet in circuitu partes cooperitorij epiglottidis, conſtringit illud cooperitorium, & claudit orificium eius, & ſic prohibet ne fiat uox. Cum enim hi duo musculi ponantur circundantes G cooperitorium epiglottidis, tunc quando extenduntur, reſiſtent aeri, qui uenit fortiter. Cooperitorij epiglottidis, quando homo * uociferat, & quando anhelat anhelitu, aperitur & ampliatur multū. Quando autem anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfecte clauditur tunc, adeo quod nihil ex illo tranſibit neque ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interior. Cauſa autem huiusmodi clauſuræ eſt in ipſa ſubſtantia cooperitorij epiglottidis. eſt enim neruoſa mollis & leuis, ut fit conſans, & apta motui. Voci & orationi poſita ſunt tria membra: lingua ſcilicet & epiglottis, & trachea arteria. Et unicuique eorum eſt poſitum quoddam inſtrumentum glandularum ad hoc, ut temperet ipſum conuenienti humiditate. Lingua autem habet duas glandulas, in quibus ſunt duæ uenæ, in quibus currit ſaliua ad linguam, & ad torum os. Collum autem habet duas glandulas, in quibus generatur humiditas. In epiglottide uero generatur humor phlegmaticus uiſcoſus ad hoc, ut humectet illa inſtrumenta. Sed ex duabus glandulis, quæ ſunt in collo, & ex corpore, quod eſt in epiglottide, non proueniunt uenæ, in quibus currit humor, ſicut proueniunt ex duabus glandulis linguæ. Sed illæ, quæ ſunt in collo, ſunt in natura ſpongiæ, ex quibus pertrahit humor illi, qui currit ſuperne deorſum, ſine hoc quod indigeat eis, aut ſint ei neceſſariæ uenæ, in quibus currat. Et poſuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina tranſeuntia ad illos dentes, ad cõcludendū orificium cooperitorij epiglottidis. Et ſunt H ibi duo musculi cõtinui, cõtinentes radicē tertie chartilaginis. Et neceſſe eſt ad hoc, quod uox fiat, quod aer exeat uehementer, & quod euſus eius in epiglottide fit ſtriſtus. Quando uero canna erit ſtriſta, uox erit acuta: & ſi ampla, erit grauis: ſi curta, erit addens in acumine: & ſi longa creſcit in grauitate. Humiditas autem epiglottidis facit uoci grauitatem: ſiccitas uero acuitatem. Initium generationis uocis, eſt ex orificio linguæ epiglottidis: quod orificium quanto magis extenditur, tanto magis aeris percuſſio creſcit. Exiſtente ergo amplitudine orificij in ſuo ſtatu, ſi longitudo creſcit, altitudo uocis eadit, ſed magnitudo eius creſcit ſecundum extenſionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo autem linguæ dum percuſſio fit, illa potentia, quæ erat antequam creſceret amplitudo epiglottidis, minuit acuitatem uocis: & creſcit in craſſitie, & magnitudine. Si uero lingua creuerit nimis, & intrauerit de potentia percuſſionis: tunc creſcet craſſities uocis quantum creſcet in grauitate: ſed non creſcet in magnitudine. uox autem craſſa fit ex multo aere ſine potentia. Cetera autem inſtrumenta facta ad uocem, ſeruiunt huic inſtrumento, ſicut illa quæ ſunt anterior uſque ad orificium linguæ, quæ facta ſunt ad magnificandam uocem, non ad acuendam.

Traſtatus tertius.

Duo ſunt musculi eorum qui ſunt epiglottidis, qui procedunt recte in longitudine, & cõtinuant chartilaginem epiglottidis

tilaginem ſcutalem cum oſſe, quod eſt inter linguam & epiglottidē, & attrahunt maximam chartilaginē epiglottidis ſurſum & ante, & incipiunt a loco alto, deinde deſcendunt ad epiglottidem. ex quo habemus, quod illi attrahunt ſcutalem chartilaginem ad ſuum caput. Et ſimiliter unusquiſque aliorum musculorum attrahit membrum cum quo continuatur, ad partem ſui capitis. Et ſi hi duo musculi inciduntur, accidet uoci maximum nocumentum. eradicabitur enim ſcutalis chartilago, & amplificabitur locus ille totus. & laxatur multum ita, quod non poteſt reſiſtere aeri. non enim remanet in ipſo niſi tela quæ continet œſophagum & cannam tantum. Si autem neruus qui continuatur cum illis, ſcindatur, * minus nocebit uoci: diminuetur enim magnitudo eius, & fiet rauedo. Et ſunt quidam musculi qui continuant inter hanc chartilaginem & ſecundam. quorum motus ſi deſtruatur, modicum accidet nocumentum uoci ſcilicet duo musculi parui, qui ſi ſcindantur parua erit remotio, quæ fiet inter primam & ſecundam chartilaginem. Et dixi de quatuor musculis, qui ſunt ſuper chartilagines epiglottidis, quoniam continent cannam & epiglottidem intus. nam caput uniuſcuiusque eorum eſt ſuperius. Non ergo poſſunt declinari ad poſterius, quia ſpondyli colli hoc prohibent: nec ad anterior, propter hos musculos: neque ad latera, propter musculos ex tranſuerſo poſitos: & ſic remanent in canna & epiglottide extenſi. hoc autem multum iuuat in hoc quod fiat uox. Aer enim ex quo fit uox, indiget curſu recto & ſtriſto. Si trachea arteria ex una eſſet chartilagine continua, non poſſet fieri fluctuatio in aliqua parte eius in percuſſione aeris. ſed facta eſt ex pluribus chartilaginibus, quas * continet quædam tela gracilis, & ſic mouetur & fluctuat quando aer occurrit. ideo neceſſarij fuerunt musculi ad hoc, ut adiuuent & coniungant ipſam. Et quia trachea arteria facta eſt & ad anhelitum & ad uocem, ideo poſita eſt anhelitui tela, quæ ligat ipſam inter chartilagines. Voci autem facti ſunt cum chartilaginibus iſti musculi, ut conſtringant & adiuuent tracheam arteriam. Sunt enim duo musculi in canali uocis, quibus proprie fit uox. ſunt & alij duo extra, qui continuant tertiam chartilaginem cum œſophago, & duo musculi qui mouent cannam. Apud deſtructionem motus eorum fit rauedo, & fit uox rauca propter hoc, quod aliquod corpus non ſonorum percutit anhelitum. Et ipſa canna eſt non ſonora in radice, quia eſt carnoſa humida. Epiglottis autem eſt ſonora acuta uocis, cum fit chartilagiноſa ſicca, reſiſtens aeri. ideo quando humeſcit, accidet rauedo. Et tela, quæ eſt ſuper cannam humeſcit, propter multa humida quæ per ipſam tranſeunt. Vnde ante aut potum aut cibum uox eſt clara, poſt autē minus clara. Quod ſi potus fuerit plus, quam oportet, uox erit rauca. & ideo magis accidet rauedo ſenibus propter multas ſuperfluities quæ generantur in eis. Et in omnibus corporibus illa quæ ſunt ſicca, ſunt clarioris uocis, quam illa quæ ſunt humida. Si omnia inſtrumenta uocis aperiantur, tunc exit multus aer ſubito, & eſt anhelitus. ſi uero conſtringantur, tunc cum anhelitu * erit aliquod audibile, quod diuerſatur ſecundum diuerſitatem inſtrumenti quod conſtringitur, adeo quod fiet percuſſio. Si uero epiglottis fuerit illud quod conſtringitur, tunc ille anhelitus erit uox acuta. Si autem fuerit canna, erit quiddam inter anhelitum & uocem, & eſt rauedo. & hoc erit, ſi non moueris epiglottidem, & dimiſeris eam oſioſam. Si uero dimiſeris cannam non motam, & moueris epiglottidem, tunc fiet uox ſine rauedine. Canna autem nullam habet actionem in uoce, niſi in hoc ſolummodo. Origo autem duorum neruorum qui ſunt in collo a parte duorum neruorum ab alis, ex ipſo cerebro eſt. & hoc eſt, quia actio eorum eſt de nobilioribus actionibus animalibus, & ſubtilior. Genera autem actionum ſunt tria. ſ. cogitatio, uoluntatis conſeruatio, & imaginatio rerum. Et mittuntur a cerebro ſenſus & motus uoluntarij ad alia membra. Vox autem eſt nobiliſſima actio uoluntaria. fit autem ex nobiliſſimo motu animæ. ſ. ex motu cogitationis & deliberationis. unde hi duo nerui deſcendunt ex ipſo cerebro ad ſtomachum, ut quando cibus deſuerit, ſentiat homo. unde orificium ſtomachi fuit maioris ſenſus quam cetera membra. & ex illo aſcendunt duo nerui ad musculos epiglottidis. Et non poſuit creator hos neruos ex medulla ſpinali, quæ eſt inferior, & propinquior hiſ musculis, ſed origo eorum neruorum fuit a cerebro, ut inſtrumenta uocis ſint continua cum eo quod regit uocem ſcilicet cogitatione, quæ eſt in cerebro. Reuerſio autem horum duorum neruorum inferne, fuit, ut continuentur cum musculis inferne. & motus fit ſuperne ſcilicet ex capitibus ſuis. Et duo nerui qui oriuntur a cerebro, diuiduntur in quatuor ramos unusquiſque. & currunt ſuper radices costarum ex ſuperiori ad inferior. & unus eorum intrat cor & pulmonem: alius ſtomachum: tertius * reuertitur ad radicem musculorum epiglottidis. ceteri autem intrant alia membra interiora & canales. Et apoſtemata musculorum epiglottidis dicuntur angina interior & exterior. Et ſi in ſuperiori parte palati acciderit humiditas, tunc claritas uocis corrumpetur. Vox habet duos terminos in acuitate & grauitate, quos ſi exceſſerit, deſtruetur. nam ſi orificium cooperitorij epiglottidis poſt ſtriſturam quam habet in acuitate uocis amplius conſtringatur, abſcinderetur: ſi uero extendatur & amplificetur poſt amplificationem, qua uox fit in ultimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacor. & ſecundum diminutionem anhelitus, ſi fuerit medius ab anhelitu qui eſt in nimia uelocitate, erit diminutio percuſſionis aeris in cooperitorium epiglottidis a prima percuſſione. Si uero anhelitus almacor medius iungatur amplitudini media in orificio cooperitorij epiglottidis, tunc uox in ueritate erit media inter acutam & grauem. quia morus peſtoris indiget potentia. Ideoque qui multum debilitatur, tacet frequentius, niſi ex aliqua ſollicitudine. & tunc cum magna anguſtia loquitur. & tunc musculi debiliter conſtringunt peſtus. & tranſitus aeris erit tardus. cogetur ergo ut cooperitorium epiglottidis ponat ualde ſtriſtum quædo uoluerit

* alias nimis.

* alias continetur.

* alias nerui.

* alias ſubunguntur.

* alias occurrit ampliſſimo.

* alias exit.

* alias ſinum fert.

* alias ad partem.

* alias cognitio.

* alias intrat.

* alias erit eadem.

* alias minuit.

ſal. diuiſionē. ſal. diuiſio.

Galeno attributus liber

Inerit loqui, ut quod deficit ex uelocitate acris, perficiatur ex strictura cursus eius in epiglottide. nam **E** si instrumenta uocis amplissima essent, tunc uox destrueretur.

Tractatus quartus.

Si spinalis medulla abscindatur in initio pectoris, & sine colli, & in initio dorsi, ubi septimus spondylus occurrit octauo, destrueretur exufflatio totaliter, & uox omnino. nerui enim ueniunt ad omnes musculos qui sunt intra costas & intra hunc spondylum. Ad diaphragma ueniunt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex spinæ medulla post spondylum tertium spondylorum colli. alius oritur ex spinali medulla post spondylum nonum. tertius ex medio inter hæc quidem oritur ex ipso cerebro. Si ergo spinalis medulla abscindatur apud tertium spondylum, tunc diaphragma carebit duobus paribus neruorum, & remanebit ei motus tertij paris, quod uenit ex cerebro. Anhelitus almacor fit per musculos qui sunt inter costas, & musculi qui sunt supra uentrem, augmentant anhelitum. & tamen uox non ex actione istorum musculorum augmentatur. Et si duo nerui qui sunt ad partem duarum uenarum pulsatilem destruantur, uox erit. & accider musculus qui sunt inter costas aliqua occasio. & ramificatur ex his duobus neruis rami, qui continuantur cum canna & pulmone, & diaphragmate, & stomacho, & hepate, & splene, & omnibus intestinis. Ad musculos autem qui sunt inter costas non ueniunt nerui nisi ex sola spinali medulla. Et inter musculos & neruos qui sunt in epiglottide & canna non est continuatio. Et omnes musculi qui sunt inter costas sunt. xxij. qui totidem habent neruos: quorum si unus abscindatur ab uno latere, destruetur medietas anhelitus, & medietas uocis. Quidam putauerunt quod actio anhelitus sit naturalis, cum fiat in somno & uigilia æqualiter, & sine uoluntate, alij dicunt ipsum esse uoluntarium, quoniam quando uolumus anhelamus, & quando uolumus retinere. Et hoc est uerum secundum nos, ut patet ex nostra anatomia. Alij dicunt quod est medius inter uoluntatem & naturam.

talias m
t alias m
quod est
dium.

GALENI LIBER DE MOTIBVS MANIFESTIS ET OBSCVRIS:

*Quem Ioannitius de græca lingua in arabicam transtulit. M. autem
Toletanus de arabica in latinam.*

CENSURA.

Liber interpretis magis, quam auctoris culpa mendis scatenis: quam ob rem
fit, ut quædam quoque insint a Galeni dicendi
consuetudine aliena.

De facultate, & primis instrumentis motus.



QUI VERE, & proprie in dissectione corporum uersantur, cum dicunt motus liquidos, eos qui uidentur in corporibus animalium, sensui manifestos intelligunt: ueruntamen quo membro fiant penitus ignoramus: & quamuis hoc uideamus, qualiter fiant non scimus: [ideo de his doctrinam oportet nos agere.] Principium autem inquisitionis de motibus liquidis est, ut primo inspiciamus, an sint actiones membrorum, & an ex eo, quod sint passionibus ab eis. Et per actiones, intelligo motus agentes, imprimentes: & per passionibus, motus intelligo, qui fiunt a motore agente, quando ipse mouet aliquid aliud. Et tu poteris unico exemplo duorum horum motuum naturam intelligere. nam motus manuum & pedum, distendendo & complicando, uel inclinando, & mouendo ad utranque partem, quæ quidem ossibus eorum interiacent, iuncturis efficiuntur. Manuum autem fit iunctura, quæ est in compositione ossis adiutorij: & hæc quidem iunctura uocatur mabit: & iunctura, quæ est in compositione duorum focillium, est cum ossibus. & iunctura ossium basium, quæ interiacent duobus focilibus, & pectini, & uocatur rascera, & * iuncturis digitorum. Pedum uero motus fiunt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorum. Et si quis desiderat motus iuncturæ humeri numerare cum motibus manus, & iuncturæ motus coxæ cum motibus pedis, non intronitit in significatione diuersitatem per hoc uel uarietatem: ueruntamen sufficit in hac significatione, ut dicatur, quod * pomum ossis adiutorij, in iunctura componitur humeri cum pyxide, quæ est in ossis scapula: & quod summitas ossis adiutorij inferior, composita est in iunctura mabit cum duobus brachij focilibus: sicut duæ summitates duorum focillium, ab inferiori cum ossibus paruis rascera componuntur. Similiter in pedibus iuncturæ ex compositione ossium, quæ sunt in eis, erunt. Quod si res in hoc ita se habet, anatomici uerum in hoc dixerunt, quod motus manuum & pedum sunt ossibus, non tamen ab eis. quoniam hæc quidem est actio lacerti mouentis ea. Prouenit

talias iō
tio nobis
est, ut con
causas inq
ramus.

t alias &
peccen.
* alias iunct
ra.
* alias sum
tas.

de motibus manifestis & obscuris. 56

A Prouenit ergo ex hoc, ut motus lacerti sit actio lacerti: & motus ossium sit passio eorum: & passio eius quod fit, & actio eius quod agit, simul existant. Discrepant tamen in eo, quod agens est principium sui motus ab ipso, & patiens est principium sui motus ab alio. Sicut ergo quæ lacertus agit, mouet quidem primo unum duorum ossium compositorum in iunctura, & est illud os, quod continuatur cum adiutorio: deinde mouet secundo ipsam iuncturam mouendo os: ita anatomiam considerantes inuestigauerunt an oporteat dici, quod lacertus ipse agit primo, aut recipit et uirtutem motus ab aliquo alio. Ut aut uiderunt, quod uni cuique lacertorum continentur arteria & uenas, & tertium quiddam. i. neruus: unicuique eorum intendentes unumquodque sigillatim uinculo constrinxerunt, considerantes in ipsa constrictione an motus impediret lacertorum, aut mobiles permanerent. Postquam autem motum lacertorum strictis arterijs & uenis in suo manente statu deprehenderunt, ipsumque strictis neruis impediri: quod ad lacertos quidem uirtus digeritur a neruis aliqua, per quam fit actio eorum, iudicauerunt. Deinde iuxta hanc uiam inquisuerunt diligenter, an hæc actio sit neruis ex sua natura & substantia, an supra neruos aliquod membrum sit, quod neruis uirtutem motus exhibeat, sicut lacertis exhibere uiderunt. Adhærentes aut neruis eosque præcedentes, sectionem eorum superiorem in sua sensus & motus habitudine persistere deprehenderunt: inferiorem autem, a loco sectionis sensu priuari & motu. Ex hoc itaque quod eis apparuit uirtutem motus etiam neruis ab alio membro eis superiori transmitti, coniecuerunt. Prospicientes igitur primam neruorum originem, eamque indagantes, quosdam eorum oriri a spinali medulla, quosdam a cerebro deprehenderunt. Abscindentes itaque spinalis medullam, deprehenderunt, quod ab inferiori parte sectionis non transmittitur uirtus ad neruos quidem a quibus uirtus oritur, quæ prius transmittebatur ante abscissionem: & a superiori uero sectione, quæ est super abscissionem, quæ prius transmittebatur uirtus, transmittitur: ac tunc iudicauerunt uirtutem quidem motus ad neruos a cerebro transmitti. Deinde postmodum inquisuerunt, an sit hoc, quoniam illa uirtus sit innata substantiæ suæ propria, an a corde sibi transmittitur: neque ad hoc in isto loco necessitas urget, cum nos inueniamus utique neruos exhibere lacertis uirtutem motus a cerebro procedentem. Primum igitur membrum ac præcipuum uniuersa quidem membra corporis animalis mouens motu uoluntario, est cerebrum: cetera uero, quæ quidem cerebro interiacent, & ultimo membro quod mouetur, mouent se secundum ordinem ita, quod unumquodque eorum mouens, ac motum existat. Restat ergo ut cerebrum moueat tantum, nec aliud moueat ipsum. Similiter fit ut manus ac pedes moueantur tantum. Et iam declarauimus in tractatibus, quibus inuestigauimus de uirtute ordinatiua, de uirtutibus animæ, quod cerebrum eget hepate & corde ad conseruandam substantiam suam: & quod non transmittitur ab illis uirtus, qua fit motus uoluntarius. Hic autem non est aliquid, quod nos cogat ut probationem ad hoc inducamus, cum sufficiat in hoc tractatu conclusionem propositionis illius uti duntaxat: quia non memorauimus, quod appareret in anatomia, ut exponerem per hoc, quod uirtus ordinatiua transmittitur per neruos a cerebro ad lacertos: uerum ut a me intelligeretur sufficienter, in quo differunt motus & actio: quoniam significatio, quam significat nomen motus, generalior est: & significatio, quam significat actio, specialior est: cum nos appellemus actionem, motum agentem: & passionem, motum ab alio prodeuntem.

De motu respirationis, qui notior est uisus ueteribus.

Et sermo iste, in quo nos sumus, est, quo intendo inuestigare de unoquoque motu, quod sit membrum, quod ab eo patitur, & quod membrum operatur ipsum, uerbi gratia de anhelitu: quia melius est ut ponam sermonem meum de ipso, ut exempli causa luceat: cum non conferat ex exempli quidem ratione duntaxat: uerum cum ipso exemplo non est utique modica pars, de qua inuestigare proponimus: uidemus enim manifeste, quod anhelamus: & hæc quippe actio animalis est composita ex aeris inspiratione ab exteriori ad interius, & expiratione e conuerso: & apparet etiam quod id, quod mouetur in concauitate pectoris in anhelitu facili suauiter, concutitur inferius duntaxat: in anhelitu uero magno, non solum mouentur inferiora tantum, uerum etiam mouentur loca lateribus omnibus uicina. **D** Discordes et fuerunt Medici in motu anhelitus, an sit et ex lacertis, ut sunt alij motus uoluntarij, aut aliter. Et quidam iudicauerunt, quod hæc actio naturalis sit, sicut pulsus arteriarum & cordis, alij uero iudicauerunt actionem esse uoluntariam: alij autem, quæ sit actio composita. Et hæc quidem inquisitio magis ad dialecticam, quam ad medicinam spectat. Inquisitio autem, quæ dignior est in operibus medicinæ, est qua quidem inuestigatur, quo instrumento mouetur clibanus. i. concauitas pectoris, per quam fit anhelitus: quoniam hic quidem dilatatur prout apparet in anatomia: apparet quoque in anatomia, quod hic clibanus ex ossibus, quæ latera uocantur, & ex lacertis componitur interiacentibus. Merito ergo anatomiam considerantes dixerunt, quod illud membrum, quod diaphragma uocatur, est una pars istius clibani, nec tamen illud totaliter: & hoc quidem usque ad tempus magistrorum nostrorum homines arbitrati sunt, quod membrum istud instrumentis anhelitus nobilissimum existat. In nostro uero tempore factum eius patuit ex eo, quod de operatione huius membri declarauimus, quod, scilicet mouet partes clibani duntaxat inferiores: quæ admodum illud, quod mouet superiores eius est lacertus a collo descendens. Mouet quoque id, quod interiacet lacertus quidem, qui inter latera constituitur: nisi quia hic lacertus quidem non dilatat clibanum tantum, uerum etiam ipsum constringit: cum unusquisque eorum habeat duas tunicas positione diuersas. Lacerti namque descendentes a loco, qui est supra collum, dilatant, & distendunt clibanum tantum. Et uidi sæpe plures homines in facto neruorum, qui mouent huiusmodi lacertos quos prædiximus. quandoquidem

talias attrahi
talias instru
mentum.

quandoquidē uinculo constringebantur absq; clibani ruptura qđ uinculum illud eos motu clibani pē nitus priuabat: & discipulos meos instruxi qualiter hoc ipsum, quod declarauī, intelligerent. Et sententia illorum, qui dicunt, quod anhelitus est motus uoluntarius uel actio uoluntaria, nullum argumentum inducit, quod maioris, quā hęc existat roboris ad probandum ueritatem eorum: quoniam motus clibani impeditur statim & animal extinguitur subito ore aperto cupiens anhelitum, cum nequeat clibanum mouere: unūquodque horum fuit ab antiquis inuentum: & quędam præter illa, quę ipsi inueniunt postmodum reperi.

Comparatur cognitio aliorum immanifestorum motuum, & liquidorum quorundam ad antiquorum cognitionem: & ponitur excusatio tractationis illius.

Et quodlibet horum antiquitus reputabatur ignotum: quoniam de ipso nihil anatomiam inspicientes tetigerunt: cui posset aliquis acquiescere, uel quo posset esse contentus, nedum sufficienter probarent: utinam autem aliquis motuum, & aliqua actionum harum, quę reputabatur esse ignota, reperiuntur a quo membro animalis prodirent: & qualiter ab agente causa, quādo quidem agit: multa quippe horum, quę ultimo comperi, penes me prius erant ignota, quemadmodum de motu clibani retuli. Et in tractatu quidem tertio de motu pectoris & pulmonis quędam, siquidem mei docuerunt me doctores ad tempora sua: quibus adieci postmodum in libro quem de passionibus anhelitus edidi, quod adinueni, postquam a magistris mei didici: confessus sum etiam in libro de iuuamentorum membrorum ignorantiam meam, quam habui de motu palpebrarum superiorum: deinde uero narraui post modum qualiter hoc fit in tractatu decimo libri mei de cura anatomie. Eodem quoque modo ignorabā esse duorum neruorum ex utraq; parte arteriarum constitutorum, qui falso & sine ratione uocantur apoplectici: cum fuerit in eis ingressa malitia, qualiter uox impeditur: demum quippe cū labore maximo, ac difficultate cōperi hoc, cum nullus quidquam de ipsis tractauerit sufficienter: & hęc quippe significatio erat incognita: demum facta est nunc nota: qui reperi neruos mouentes *lacertos epiglottidis à duobus neruis duabus arterijs uicinis, qui apoplectici uocantur, oriri. Ignorabatur quoque, cur ex spondyliis dorsū medulla spondyli primi, si secundum latum tota abscindatur, donec extrema non sese contingant, uox impeditur illius animalis. Et similiter si unus spondylus locum deserit: quia spinę medulla comprimatur fortiter. Inueni quoque hęc, & alia quę reputabant illi, qui fuerunt ante me ignota de anhelitu & uoce: & eorum inuentio fuit ex eo, quod in anatomia apparebat. Et reperi quoque lacertum, qui utranque mouet genam, cum prius fuisset ignotus: nec intelligo quidem in hoc loco per utranque genam duo mandibularum ossa, sicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro suo de iuncturis, *quem quidem ē contrario nempe uocauerunt: sed intelligo per utranque genam, corpora quę duas continent mandibulas, quę recipiunt, quod os implet de humiditatibus, & cibarijs, aut uēto, prout in illo, qui utres inflat, uidetur. Specierum item lassitudinis, actio diuersitatis earum per anatomiam fuit reperta: quando in quibusdam, qui laborabant hac passione, uel membri quod lassatur sensus impeditur, uel in quibusdam motus, uel utranque simul: & in pluribus eorum nunquam in hac specie locus putabatur esse dubietatis. quoniam quidem non dubitatur, quod in neruis, qui uadunt ad membra, in quibus accidit aegritudo quando ingreditur malitia, noceat sensui & motui. Duę uero species alię non putabantur, donec reperi secundum quem modum erant in membris corporis, in quibus accidit illud, & non in alijs: quoniam hoc quidem nullatenus accidit in omnibus mēbris: ob hoc, quod non reperitur in omnibus membris neruus, qui sensum tribuat, & motum lacerto, qui est in membro patiente, præterquam neruus, qui sensum tribuit cuti, membrum siquidem illud includenti.

De motu uirgę.

Et iam narraui omnia ista, quę apparent ex istis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagatur de istis rebus, remouet hæsitacionem earum: & patet esse eius per hoc, quod apparet in anatomia. Et quędam harum rerum magis congruit, ut per dialecticam discurrantur: nisi quia cum hoc ad hoc anatomia iuuamur, utpote linguę prolixitas, donec emineat ori. Et satyriasis, quę accidit in pueris: & in quibusdam est uelocior, quando intuentur quam amant, aut imaginantur eam. Quia causa augmenti ex utroque modo est difficilis, siue ex uoluntate fiat hominis, siue naturaliter sine uoluntate. Et in omnibus motibus, qui sunt uoluntate, nihil obscurius & dubitabilius hoc. Quoniam in pueris ego uideo, nedum in alijs, quando ipsi uolunt aliquid membrum ex membris suis replicare, aut distendere, aut in partem declinare, hoc quidem faciunt ex uoluntate: & hoc quidem ipsi faciunt per lacertum, qui destinatur illi motui, & appropriatur, licet ipsi quidem lacertum illum ignorent: & non ipsi tantum, sed etiam multi medicorum. Et illud est, quoniam inuenio membra corporis moueri per lacertum, cui creator, qui nos creauit, & plasmauit, & in omni tempore præfens est nobis, prudenter indidit potentiam mouendi. Quando igitur aliquem uolumus motuum, mouet lacertum, quem ad hunc plasmauit & creauit. Et declarauī in libro meo de iuuamento membrorum, quod creauit nos non solum prudens scire quid oportebat melius agere, immo cum prudentia habuit potentiam, qua quidem nihil ei de hoc quod melius & competentijs prouidit esse, defuit agendum: & bonitatem, ac largitatem, in qua nulla fuit auaritia creandi, quod melius est: & imperscrutabile uidetur opus, creatoris esse ueraciter scire: & qualiter inest corporibus animalium: ueritatem non est quippe licitum dicere eū non uiuere uel non agere: immo utiq; est summe prudens, & potens, ac benignus, sicut iam declarauimus.

Amus. Et si notū est & publicū, qđ in omnibus corporibus est animalū, sicut quidam putant, uerbū istud inducit ad hoc, quod duę sunt in corporibus animalium animę: quarum una creatur naturaliter, & plasmat in omnibus membris, & est præposita omnibus quidem uoluntatibus eius, ex quibus actiones procedunt per motum lacertorum, qui deputantur illis actionibus proprie: Alia uero est anima, qua uoluntas inest actionum. Quidam tum hoc respicientes non fuerunt contenti hoc, & ab ipso fugerunt, dicentes quod anima, qua quidem uoluntas existit, est illa, quę per se & suam essentiam uniuersa corporis membra imaginatur, ut quod uoluerit de actionibus compleatur. Et huiusmodi quidē dicti apparet peremptio: propterea quod si nobis esset hęc anima, ignoraremus cum ignorantia actionum inuenire, an illi quidem lacerti sint, aut non sint. Et ex eo, quod competit ei quod diximus, est quidem, quoniam illud quod diximus, non solum est uerum in animis hominum, uerū etiam in animalibus remotioribus intellectu, hoc est in brutis, ut sunt asini, oues, porci: adeo quippe ut animas habeant in summa potentia, & prudentia, & bonitate ac largitate, iuxta quod exposcit natura corporum eorū aut creatura exigit. Et si nos quoque cetera dimiserimus animalia, & simus homine contenti, cui quorundam animalium comparatione intellectus attribuitur, proprie infra illa uidebimus, quod uita in actionibus, quę sunt à uoluntate consistit: nec in alijs liquet actionibus, & non nobilioribus atq; præcipuis. Congruit igitur ut dicatur, quod non est actio quidem nobilior homini, nec conuenientior rationali, quā ratiocinari ac loqui: & hoc quidem erit cum distinctione, quam lingua agit in uoce expedita, ab epiglottide distincta. Cum lacertos habeat lingua: quorū quidā ipsam sursum attrahunt ad partē palati ad oris supremam: alij uero in cōtrariā eius partē trahunt eā, donec ad inferiorē deponant mandibulā: lacertos quoque alios habet qđ plures, qui ad utraq; partē eam declinant: neque aliquis est puerorū, neque adultorū, & eorundē, qui anatomiam inspicunt, qui lacertos linguę nouerint, quā uoluerit aliquid nominū pronuntiare, uerbi gratia si dicat Petrus, qđ ualeat prius excogitare & intelligere quo lacerto, & quo motuum illud nomen profert. Conuenit igitur & competit, ut musculus, cui libido fuerit irrogata, secundum hanc rationem incurrat satyriam, quando libidinem autumat, & imaginatur per aptitudinem rei ad hoc. Et quod membrorum corporis immutatio imitatur animę immutationem, non in motibus tantum, sed in alteratione coloris, erit instar huiusmodi. Et ante modos huiusmodi alterationum, quędam sunt alterationes quę sunt calore & frigore: & ex hoc est, quod sæpe contingit diminutio ei, quem arripit timor subitus, uel horror, uel angustia. Et ex hoc arguerunt quidam, dicentes, quod animę quidem non sunt aliquid per se existens, adueniens corpori, ut possibile sit absque corporibus existere, uerum animę sunt quid ex corpore. Et quoniam hi inuestigauerunt de loco quid sit, diuersificati sunt diuersificatione non modica. Quidam enim dixerunt, quod est spiritus: & quidā ipsorum dixerunt, quod est alia maneries de commistione elementorum, quam unusquisque eorum profertur, aut ex compositione eorum: & quidam nempe existimauerunt, qđ uirtus esset substantię, quę unicuique appropriatur animali: & quidam putauerunt ipsi eidem animali essentiam sibi propriam. Verū substantię, quę sentiunt & mouentur uoluntate, sunt illę, quę a alia nuncupantur: operatio uero eorum, quę operantur ex eis, secundum epithetū substantię, quę habent ex cōmmissione elementorū. Et iam sententias in libro nostro elementorū ceteras deteximus, secundū sententiā Hippocratis cum uera sit istorum sententia, qui dixerunt, qđ substantia generatōi & corruptioni subiecta, qualitibus quatuor ca. fr. sic. & hu. & nō alijs imutat. Inquirere autē de aīa an eius substantia sit corporea, neque cesset quā corpus accidit: alicuius rei aīalis descendere in ea: aut sit aliquid corpori continuū, quod cū corpore accidit: aut spermatis sit uirtus & potentia aliqua, cui cōueniant quidē cū creatione corporis accidentia aīa: relinquo hoc illis, qđ de se existimāt, qđ hoc sciunt ueraciter. Satyriasis autē uirgę scio manifeste qđ sit uolūtate: & fortasse imaginatione tñ. Similiter scio ab ore cuiuslibet hoīs egredi linguā, quā hęc actionē uult. Causę autē, ppinquę, hac appellatione appellanā peritis & sapientibus uiris in hoc ca. & subtilis speculationis. Merito autē dixerūt, qđ earū causę duę sunt simplices, & una cōposita. Causę duę simplices sunt, qđ ab arterijs spiritus ad ista duo mēbra destinant, cū sint rara & porosa interiora: si uirga uirilis & lingua: uel a se habēt ut erigantur & dilatent: & utriusque erectio sequitur & comitatur spiritum intra uenas existentē usque ad exteriora utriusque: & pori, qui sunt inter utranque, necessitate uacuitatis implentur. Sic. n. uirgę uirilis impletio fit ab imaginatione & uoluntate: distensio quidē uehemens habitudine & ualida, prout dicunt, & testantur Medici considerantes anatomiam, lacertis aliquibus attribuitur paruis, & spiritibus, qui continentur in arterijs. Et eodem modo fit in lingua, quā erigitur & dilatatur, ei quidem continue spiritus immittuntur, cum eo etiam, qđ aliqui lacerti in ea habitudine distenduntur. Veritati quidē huiusmodi dicti attestatur, qđ arterię in lingua & uirga uirili confixę, maiores, qđ in ceteris mēbris existunt. Cauebo ergo eum, qui uerbū meum hoc audit, siue quippe abhorreat uerbū meum, existimando qđ arterię, spiritum quidē duntaxat cōtinent, sicut Erasistratus existimauit, sed sapius dixi, qđ in arterijs sanguis subtilis cōtinetur *calidus cū substantia quippe aerea: & extrema uenarū orificia sunt adeo stricta, quod id quod ab eis egreditur, spiritus est tñ. Et poteris quidē præcognoscere, quod de duobus dictis propinquius existit ueritati: & magis elegi uerbum illius, qui dixit, quod distensio uirgę uirilis nō est minor causa, quā illius, qui dixit, quod ab arterijs quidem spiritus destinantur ad uirgam uirilem, & linguam per id, quod narrauo. Quod est, quia præsumet aliquis & anticipabit dicere, quod unūquodque membrum, si ipsius intendit commodo & reparationi: & hoc quidem non solum est sufficiens, sed & uerum: sed

* d. circūscri-
ptis illis.

* d. destinata.

* alias lacert.
A. 10. 3. t. 1. c.
1. h.

* alias quid.
quidem.

A. 10. 3. t. 1. c.
1. h.

tal. ne quip-
pe oberret.
val. clarus.

A. 10. 3. t. 1. c.
1. g.

quod dicitur, quod membrum, alterius intendat commodo, modum & quantitatem naturam excedit, cum hoc **E** quippe in hominibus cunctis non reperitur, nec in brutis. Et hoc quidem declarauimus sufficienter in libro nostro de uirtutibus naturalibus. Et quod hoc affirmat & asserit, est, quod stomachus nequaquam cibaria digerit, ut per hoc intendat omnia membra animalis reparare: neque hepar quoque cibum alterat hac intentione: & immutat a stomacho progressum ad ipsum, ut conuertat in sanguinem, & ad cetera membra mittat. Similiter quoque cor, non quidem pulsus actio prodit ab eo pro alio membro, sed pro sui commodo. Quod autem dictum est uerisimilium sententiam naturalem, ut dicatur, quod unumquodque membrum attrahat sibi quod conuenit ei, ut ex ipso nutriatur: deinde illud immutat quod attraxit, & retinet, & assimilat sibi: & expellit a se, quod est sibi diuersum. Quod uero dicitur, quod unumquodque membrum non intendit quidem reparationi suae, sed quicquid operatur, operatur ut praestet obsequium alijs membris: non est uerum. Cum ergo hoc sit unum de ijs, quae in libro nostro de uirtutibus naturalibus declarauimus: oportet ut principium repletionis accidat quidem membris, quae implentur, non ex arterijs, sicut quidam dixerunt: uerum ipsamet membra cum habeant erigi, & proprie dilatari, attrahunt spiritus ab arterijs, & implentur ex eis.

De motu linguae.

Virga uero uirilis augetur manifeste, & fit magna, suscipiendo augmentum non solum in longitudine, **F** uerum etiam in circuitu. Sed linguam uidemus in longitudine distendi, quam ab ore educitur: non tamen augeri in omne corpus suum, quemadmodum uirga uirilis. Similiter quoque non uidetur ab ore uniformiter egredi, quam fortius homo, quam potest os suum aperit, aut quando penitus extat apertum, aut quando inter duas habitudines mediocriter se habet. Quoniam in ipso, cuius est os apertum fortiter, ac ualde plus, quam possit, inuoluitur in inferiori labio intantum, quod si conetur quantum potest eam eleuare, non ualebit eam adattare ut ad figuram attingat mediocrem: propter hoc, quod mandibula quidem inferior comitabitur eam, donec claudatur os: quoniam actio in aperiendo os & in claudendo, est huius mandibulae tantum, superioris quidem mandibula quiescente: & maxime quando aliquis quaesierit linguam eleuare sursum cum conamine, donec exterius inuoluatur super labium superius, eam concomitatur mandibula inferior, donec concurrant labia, & os claudatur: & hoc fit, quia uinculum linguae est ex parte inferiori anteriori: deinde post ipsum est extremitas linguae absoluta, qua fit proprie distinctio uocis, ut fiat pronuntiatio & locutio. Et haec extremitas est, quae egreditur exterius ab ore: cum oris apertio quidem fiat, quando mandibula inferior inferius attrahitur, & lingua mandibulae sigillatur, cum sit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur, ut non extrahatur extremitas linguae sursum in illa habitudine, cum uinculum ab inferiori attrahat ipsam, & prohibeat. Et secundum hanc rationem, si aliquis quaesierit uolenter linguam suam sursum eleuare, uidebit mandibulam suam inferiorem sequi eam, & appropinquare mandibulam superiori: & attinget hoc quoque conclusionem oris. Cumque iam praemisimus hoc, concludemus sermonem nostrum, sicut oportet conclusionem suam: & narrabimus haesitationem, quae accidit nobis deesse linguam. Et dignum fuit, & merito accidit nobis, cum non inueniamus causam, propter quam lingua prolaxatur, donec ab ore quidem exeat. Nec responsio, quam uidemus, egreditur ab illa ambiguitate. Scimus enim quod lacertus mouens linguam, sumit principium ex partibus tunicae nodi gutturis, & ossis, quod assimilatur lambdæ literae. Ideo oportebat tunc necessario, ut si lingua attrahatur ad illas partes, ascendat interdum per lacertos, qui continentur ei desuper: & humiliter per lacertum, qui continentur ei deorsum, quando ipse ad se attrahit: & declinat interdum, deuiando ad aliquam partem per lacertum, qui circumdat quidem in duas partes. Cum ergo anatomiam inspicientes in hoc conueniant, quod nullus motus obedit uoluntati, nisi motus lacerti tantum, nec aliquis lacertus linguae continuatus distendit eam, donec adducat eam extra os, tunc merito in titubatione incidimus, quando scire uolumus qualiter actio fiat linguae. Et si motus aliquis posset in corporibus animalis inueniri, qui uoluntate fieret absque aliquo lacerto, non incideret in hanc quaestionem aliquid ambiguitatis.

De motu uomitus, & deuoracionis.

Oportet ergo de hoc inquisitione uehementi inquirere, donec ad ueritatem pertingamus huius rei. Et inspiciamus si forte inueniantur in alijs quoque membris motus uoluntates animalis imitantes: & non solum uoluntates eius, uerum id, quod imaginamur existimando, sicut in uirga fit uirili: quia impletur corpus rarificatum ex uento uelociter, ac leuiter: deinde ad tantum attingit motum, quod impletione sui crescit. Et tu poteris scire, quod motus uoluntarius non est solius lacerti, manifestius ex animali quod ruminat: quia hoc animal postquam implet uentrem suum herbis, aut ex alio nutrimento, redit in idem, & erigit ipsum paulatim ex eo, quod transglutit ad os suum, ut molat ipsum & terat actione ruminationis. Quidam etiam hominum intendunt euomere, quod potauerunt praeter conatum uehementem, uolentes expellere facile ac uelociter, ut non oporteat eos caput conuulsare, sicut alij faciunt: & non egeant membrorum prouocatione quibus euomitur, neque eorum distensione. Et manifestum est hoc procedere ex eis, quia instructi sunt in hac actione plus, quam alij: & consueuerunt omni die, quam exeunt a balneo euomere, & sumunt porum ante cibum. Quod si aliquis dixerit, quod oesophagus obedit uoluntati in huius actionibus, & si dixerit, quod stomachus obsequitur uoluntati, & si dicat, quod uterque ei obsequitur, nihil in hoc casu refert, in quo sumus inter haec, nisi quia alio modo, quam oportet inquiritur, cum intenderimus inuestigare de motu membrorum: & non sumus

Amus quidem contenti perspicere, ex quibus membris illi fiant motus, quoniam consideremus cum hoc secundum quem modum fiat actio illorum. Et uideo manifeste in lingua, & in generationis instrumentis illa eadem membra, quae mouent: & cum hoc quoque uideo scientia manifesta, quod actio linguae, quae accidit quantitate tantum: sed saepius sine uoluntate, obsequendo ei, quod anima format, & imaginatur. In animali quoque ruminante, & in euomente facile, merito quisquis fuerit quaesierit, an illa actio fuerit solius oesophagi uel stomachi: & similiter habitudo in uoluntate. Iam diuersificati sunt homines in hoc. Et quidam eorum actionem eius attractionis stomachi attribuunt. Et quidam eorum attribuunt eam compressioni quidem oesophagi, qua comprimatur id, quod discurrit per ipsum, & coarctatur. Qui autem in sermone suo distinxit, & perscrutatus est breuiter actionem membrorum, dixit quod oesophagus ex duabus componitur tunicis: una intrinseca, quae quidem obedit stomacho, per quam ipse attrahit, quod transglutitur, sicut quod per manum trahit aliquis: alia uero extrinseca impellit comprimendo circumquaque rem, quae transglutitur, donec ad stomachum perueniat, quemadmodum coqui faciunt, quando manibus suis comprimendo id, quod continet intestina emungunt. Et quidam uiderunt, quod utraque tunica oesophagi agit in transglutendo, nisi quia maior uirtus, ac dignior in hac actione, est in interiori tunica: & exterior ei facile suffragatur. Et iam **B** quidem declarauimus in libro meo de uirtutibus naturalibus, quod praecipua uirtus, & maior, & dignior, quae ad transglutendum operatur, est quidem tunicae intrinsecae oesophagi: actio autem, quae est in tempore uomitus, quae est contraria transglutitioni, fit quidem per aliam tunicam, scilicet extrinsecam. Oportet ergo ut ponamus causam in maiori parte, uirtutem quae est in stomacho expulsua: quae non est uoluntaria, sed naturalis: & fortassis causa in illa operatione uirtus est uoluntaria: & forte uirtus naturalis in illa habitudine, uirtuti suffragatur uoluntariae facile, & modicum: sed quando uomit homo sine uoluntate cibum, quando eleuatur ad orificium stomachi, sicut accidit pueris dormientibus, oportet quidem existimare, quod causa in illa actione est uirtus expulsua: & haec uirtus est inuenitur in intestinis, & uesica manifeste & matrice: & inuenitur etiam non minus in ceteris membris animalis omnibus: nisi quia in istis occultius inuenitur adeo, ut probatione indigeat. Et iam adinuenimus in eis probationes, & fundauimus in libro nostro de uirtutibus naturalibus.

De motu egerendi, & uomendi.

Et sicut quidam uomitus fit a uirtute naturali sola, & quidam uel totus, uel maxima pars ipsius fit **C** propterea a uirtute uoluntaria, ita reperitur in euacuatione per inferiorem regionem, id est per anum: & in euacuatione, quae fit per urinam quando mingitur duplici quidem actione. Fortassis enim fiet hoc ab aliquo lacerti iuuamento, qui congruit ei, extrinsecus condensando, & comprimendo anum, uel forte absque illius lacerti iuuamento fiet ab intestinis, ut egrediatur egestio, uel a uesica per urinam: & hoc fiet a dormiente: & prouenit hoc et propter uigilantiam nimiam, uel propter multam materiam, quam quidem continent illa loca: uel propter materiae punctiorem, ut demum dimittatur absque uoluntate, & illa loca non comprimantur a lacerto: neque in illa quidem habitudine quicquam habeant de actione uoluntaria, nisi tantum unicam, scilicet relaxationis actionem: & circularium impedimentum lacertorum, qui continent quidem extrema lacertorum illorum: qui ne fiat absque uoluntate purgatio, solum uirtutem prohibent naturalem in eo, qui permanet in suo cursu naturali. Quod si quidem accidat lacertis illis laxatio, aut incidantur penitus, donec sectio totaliter appareat, & egestio quidem, & urina tunc progreditur profusus absque uoluntate. Et iam quidam in hoc loco litigium induxerunt, ut uincere uideantur, non ex eo, quod sequentur inde commodum, interrogantes an actionis lacerti laxatio, comprimendis orificia meatuum, & impedimentum eius, de actione computetur uoluntaria: & dixerunt quod actio quidem lacerti fit per distensionem eius, & incuruationem, & non per relaxationem. Congruit itaque in hoc capitulo sententia eorum, qui sentiunt, quod rerum uirtutes aestimandae sunt: cum in eis iam conueniatur **D** inquirere de nominibus: restat autem concordare simus, quod lacerti quando meatuum extremitates comprimuntur, non egreditur quicquam ab eis: quando uero ab eius actione arcetur, quod in illis extitit meatibus, egreditur. Merito igitur dicit obiecto, quod illud, quod egreditur quidem ab illis meatibus, quam relaxatione uincit, illi quippe lacerto contingit actio non uoluntaria, quae fit per uirtutem tantum naturalem: & quod egreditur ab eis, eo in sua manente complexione, quando suffragatur lacertus illis conueniens instrumentis extrinsecis, actio fit uoluntaria, ueraciter erit secundum primam intentionem, uel uiam, uel semitam primam, uel qualiter uoluerit nominare. Et si quidem intendit uoluntate sua, illorum lacertorum impedire uel laxare actionem, ipsis in sua natura non permanentibus, illud quod egreditur, actio uoluntaria per secundam intentionem, & uiam secundam, non primam appellatur.

De membris, quae mouentur motu uoluntario.

Et sub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia: immo quidem, si dignius est uerum dicere, sub hoc capitulo omnia, quae quidem accidunt & arcentur, a nostra uoluntate continentur, quoniam ambulare, currere, calcitrare, & cetera quae pedibus actiones perpetrantur, uoluntariae dicuntur actiones, per intentionem primam, Similiter actiones, quae manibus aguntur, uoluntariae dicuntur. Vox & locutio dicuntur esse a uoluntate: prima quidem intentione. Manuum autem & pedum

quietudo, & cessatio a sermone, dicuntur actiones uoluntariae, intentione quippe, & sententia secunda. Et quoniam sicut quando membra nostra uolumus mouere, est illud quod uolumus, actio uoluntaria, ita idem etiam quoniam nolumus ea mouere, erit quidem quod uolumus: & hoc sequetur praecisionem consilij apud homines in aliqua actionum uoluntaria. Nec hoc quidem currit in sermone duntaxat hominum, uerum reperitur ad instar hoc in sermone Dei sublimis uiro cominantis, tempore necessitatis praesenti amico non subuenienti, in hunc modum dicentis: Nuncquid tu praesens fuisti, ac amico quidem tuo in mortis articulo iam constituto non subuenisti? deinde me fraudulenter adijisti, egredere a meo sancto altari. Et quidam hominum non admittunt hunc sermonem: & existimant quidem quod non est appellanda causa illius quod accidit, nisi quidem actio imprimat aliquid in accidentia illius rei, quae accidit: & cogitur, qui hoc dicit uerbum, dicere quod qui se, ne in exercitum magnum uadat ex regis edicto ad pugnam, & ad supponendum se periculo, occultat, nullam poenam meretur: quoniam pugnantibus illius exercitus si ceciderint, ipse cadet inter eos ratione cadentium, non quia ipse occultauit se ab eis. Et determinauit inter eos, qui dicebant uerbum hoc, & inter illos aliud uerbum dicebant, hoc modo discordiam magnam & ualidam. Et iam orta fuerat saepius inter Medicos & philosophos discordia atque altercatio, utrum priuatio uel non factio esset quidem causa accidentiae rei quae accidit. Et doctores legum, & reges, eos qui se absentat a pugna, & eam subterfugiant uoluntarie, acrius puniunt, quam illos, qui post uictoriam hostium fugiunt. Illi enim qui existimant, quod non est aliquid priuatum causa accidentiae rei, non possunt ratione defendere se in aliquo contra illum, qui dicit, quod illi, qui subterfugiant pugnam timore cedens uel mortis iuste puniuntur: sed contenti sunt hoc uerbum dicere, & ipsum saepius iterare, & successiue, cum non possint declarare atque ostendere, quod nequit aliquis eis sufficienter probare, quod priuatum licet esse causam eius quod accidit praesentialiter. Et quidam medicorum intendentes hoc fundamentum obseruare, fundauerunt se super ipsum: existimantes quod egressus egestionis, & urinae, quando fit absque uoluntate lacerti, qui est super orificia meatuum, actio est naturalis, & non uoluntaria, neque de actionibus animalibus prorsus. Sed qui sophistarum relinquit altercationes, & contrarietates, & intendit in eis, quae in arte iuuant medicinae, concedit ei, qui uult actiones istas appellare qualitercunque: & intendit inspicere qualiter ea, quae iuuant & utilia sunt duntaxat inueniantur, quod est qualiter haec fiant actiones. Exempli causa, quod in stomacho, & intestinis uirtus uiget naturalis, expellens quidem id, quod eis nocet quantitate sua uel qualitate nocua: & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non sit nocuum, quando non iuuat: & hoc quidem in membris in sua manentibus natura, quando consequitur ex hoc, quod continetur commodum per temperantiam. Et fortasse aliquid intendunt expellere membra in tempore indebito, non opportuno: & imitatur ipsa lacertus, qui comprimit, & coarctat illorum orificia meatuum, ut quid expellat donec transiliat, & egrediatur: & similiter quando tempus accedit, quo sentitur ille exitus superfluitatum: ille quidem lacertus relinquitur, ac remittitur: demum quiescit ab actione sua, de quo sermo praecessit. Nec huius negocij fecimus mentionem, nisi ob id, quod sermo se ingessit ex continuo, non quidem principaliter ex prima intentione, quae proposito, quod intendebam necessaria existeret praesenti. Nec est quidem absurdum cum eo, quod praecessit commemorari: quod sum narraturus. Quod est, quia qui uidet ophthalmiam patientem insuerus hoc uidere, oculi eius primo replentur humiditate, & si diutius inspiciat, ophthalmiam quoque incurrit, & ipse: quia oculi formidantes aegritudinem, debilitantur ex illa: & euanescit uirtus illorum essentialis adeo, ut aliquid ab oculis admittat uicinis, qui sibi continuantur, quando fuerit in eis superfluum humor atque prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates, & his similia ex eo, quod corpori communicat cogitatio: & compatitur in accidentibus, sermone quem scripsit in libro humorum huiusmodi. Et fortasse quidem uidet homo serpentem subito, & in colore suo accidit pallor. Et fortasse quis incedens super apicem pinnaculi aut montis excelsi timet, & pedes eius tremunt. Similiter quoque homo uidet alium mingentem, aut egerentem, aut pandiculationes agentem, & ad hoc prouocatur idem operari: quasi in membris ipsis uisio sit intellectus, & inspectio. Et manifestius hoc declaratur, ac liquidius sicut dixi in actionibus, quae fiunt in lacertis: quoniam illas actiones agunt pueri, nedum adulti, quando uoces imitantur, quales alios audiunt praeferentes, cum ignorant ipsi lacertos linguam mouentes, adeo ut incidant uocem incisione locutionem formante. Similiter accidit inspiratio & expiratio, anhelante lacertum, quo hoc operatur, ignorante. Non est ergo mirandum linguam quidem moueri a lacerto uoluntate duntaxat: sed in ea uirtutem esse, qua quidem perpendit quod appetit intellectus, adeo ut moueat seipsam motu, ut ab ore quid educatur competenti. Et iam quidem praedixi qualiter hoc fiat scilicet linguae raritatem ac porositate eius, sicut in uirga uirili. Sed quia porositates in uirga uirili ampliores existunt, augmentum uirgae uirilis immensum, multam aeris comitatur substantiam: linguae uero porositates modicae. Ideoque non accidunt in ea raritates multae uel magnae. Et huius generis quidem est quod de dolore quaeritur: quid nanque est, quod illud quod quidem incurrit occupatus ex aliquo, & negotiosus in loco in quo est, apostema est minus. Quando ergo euacuatur, cum eo quoque: quod ab eo non desistit augmentatur. Quidam autem dixerunt quod pars animae dispositiua & ordinatiua, qua fit ordinatio, quia causa motus existit uoluntarij, & sensuum omnium membrorum sensibilium, quando

quando cogitatione detinetur & occupatur alicuius rei, retardat praeventionem. Et quidam dixerunt quod in ipsis membris est quaedam uirtus, quando ergo illa pars ad angustiam peruenit, ordinatam animam, & debilitatur, & euanescit, & laxatur, res aut debilitata & euanescentes, habet necesse, ut contra id quod nocet ei, ualidius insurgat. Et hoc quidem excogitauit uir quidam philosophus, cuius philosophia atque prudentia pura quidem & non turbata fuit, neque inuidia ducebatur, ueritatem secutus non uerbo tantum, sed etiam opere. Percussione sustinuit is in femore, ex qua sibi contigit apostema. Factum est ergo per hoc in quo dubitauit, & illud fuit, quoniam mirabatur ad plurimum qualiter languor eius noctu magis intendebatur, cum etiam maioribus uteretur remedijs in tenebris, & pedes eius tunc magis ociabantur quam in luce, & totum corpus eius erat pertum & calefactum. Et ipse dixit, quod sicut reuelatum fuit, illud quidem non fuit nisi quia non erat de nocte alio negotio occupatus uidendi uel audiendi, neque aliquid agendi, neque in aliquo prospiciendi, nec cogitandi, sed eius cogitatio conuertebatur in apostema coxae duntaxat. Et dixit, quod acciderat ei apostema prius semel in oculis suis, & dolebat noctu uehementius. & illud est quoniam sicut quando oculus sanus aspicit alium oculum aegrotum, & intendit circa aegritudinem cogitare & imaginari: etiam ipse oculis aegrotat. Sic ita non est mirandum ut cogitatio operetur ac imaginatio illud, & quamuis sit in aegritudine femoris, quia dispositio eius, licet admodum sit modica, tunc tamen aegritudo intenditur & augmentatur. Haec autem res, licet ad ueritatem earum non attinamus perfecta probatione, quod tamen de eis dicimus firme, est sufficiens, & possibile est, ut non sit sufficiens tantum, sed uerum.

De motu palpebrarum.

Et iam tempus est ut ad aliam speciem motuum liquidiorum redeamus, ac si sit conuersio eius quod narrauimus, quoniam sicut quaedam membra reguntur in uirtutibus naturalibus, & motus in eis apparent animales, uel actionibus permixti naturalibus, sic inuenio alia membra, quasi uoluntatem sequentia, & uoluntas eis praedominatur dominio manifesto. & cum hoc inuenio, quod permiscetur eis motus naturales, sicut motus palpebrarum, quoniam quidem haec actio erit in pluribus hominibus absque uoluntate, & non reperies aliquem fere, qui sic arceat palpebras suas, ut non moueat eas, & apertis permaneat oculis usque dum uelit eos claudere, & claudat nisi raro.

De motu clibani pectoris in tussis, risu, & sternutatione.

Et iam inuenimus quoque in motu clibani pectoris totius in tempore tussis, risus, ac sternutationis, locum ambiguitatis. Et hoc quidem est, quoniam istud membrum animalis mouetur utique semper per lacertum. & initium motus lacerti mouetis ipsum, procedit a fundamento neruorum & origine illorum, adeo quod homo si intenderet illis neruis, & illos amputaret omnes, incontinenti praepediretur anhelitus illius animalis. Et si quis uoluerit forti conamine tussi resistere, ut fortassis ualeat anhelitum arcere ac continere propter tussim paululum, si fortis fuerit uirtus in arcendo & comprimendo anhelitum suum dominando ei, diuturniori tamen tempore non poterit resistere quin deficiat & uincatur, donec siue uelit siue nolit tussiat. Similiter fit in sternutatione, quoniam nequit actor eius ipsam comprimere, quando uiolenter inuadit. Eodem quoque modo hoc quidem inuestigatur & anhelitus. Et quidam existimauerunt, quod anhelitus esset actio naturalis, non uoluntaria, ob id si quidem, quia uiderunt eam in soporato & apoplectico. Etiam sufficienter quidem exposuimus de anhelitu in tractu ij. libri nostri de motu lacertorum. & librum nostrum inspicenti competat quod ibi diximus de anhelitu, ad tussim reducere & sternutationem. Risus autem incitatus ex eo, quod superficialia tanguntur loca sub axillis, & uolae pedum, non quidem sub hoc capitulo comprehenditur, neque uideo quidem ad cognoscendam causam, propter quam si tangantur huiusmodi loca, huiusmodi tactu moueantur motu huiusmodi: uelut quando aliquid uidetur risibile: uel auditur secundum aliquam semitam penitus, nec ad cognoscendam causam propter quam, quando similia uiderimus istis uel audierimus, corpus prorumpit in motum risus: etsi uelimus arceri ab eo, & continere quanto possumus conamine solliciti. Tussis uero, sternutationis, oscitationis, singultus, pandiculationis habitudinem narraui quidem in causis accidentium.

De motu gutturis in deglutiendo.

Contentus sum autem impraesentiarum ponere quidem exemplum ad inquisitionem aperiendam de actionibus ambiguis, de quibus haesitatur quomodo fiant. Et iam aliquid ex hoc narraui in tractu ij. libri mei de anatomia uiuorum animalium. Nunc autem narrabo modum in alia specie animalium, causa quippe exercitij, conscius inter omnia nihil esse utilius ei qui uoluerit acquirere secundum habitudinem & modum in arte medicinae, ut in pluribus exercitetur exemplis. Cum in transitu eius quod transglutitur in oesophago plures discordent, oportet ad inquirendum diligenter intendere qualiter rei ueritas reperiat. Et primo narrabo ex anatomia totam formam oesophagi qualiter sit, deinde postmodum omnia alia membra, quae sibi continentur. Et primum eorum quae sibi continentur & dignius omnibus est stomachus, at quidem si aliquis dicat oesophagum ipsius esse partem, non uerebitur hoc dictum neque uerecundabitur, secundum autem de ijs quae continentur oesophago est nodus gutturis, demum lingua, atque os. Et illud est, quoniam una tunicae oesophagi, interior in sua natura neruosa, cuncta quae sunt in ore & nodo gutturis inuoluit, & uidetur apparibiliter (quando id quod transglutitur ad stomachum, per oesophagum transmittitur) de suo loco nodus gutturis moueri primo, & ad partem gutturis eleuari.

alias ordinatiua.

alias motibus.

alias scenica.

alias conuoluntarij.

Quando autem quod transglutitum est residet in fundo stomachi, nodus gutturis incōtinēti subtrahit, donec ad pristinum locum redeat. Et ex hoc quidem quod apparet in hoc capitulo nobis aperiri initium inquisitionis. & oris quæstio, an nodus gutturis tres habeat partes, quæ sint, nomē nō habēs, peltalis, & cymbalaris. & an nodus gutturis in aliquo suffraget, semetipsum erigēdo ad trāsglutendum nutrimentum, an quidem moueat motu aliquo quē agit & operat deoratio. Postquā autem cogitauit ille, qui magnā fuit inuestigationis in inquisitione huiusmodi actionis, quæ antecedit deuoratio transitū eius quod transglutitur in ore & gutture: indagauit an in motu nodi gutturis sit aliquod instrumentorū quod actionē ope retur illā. s. transitū nutrimenti in ore & gutture: an non sit ad hanc causam possibile ut nodus gutturis attrahat sursum: sed sequatur necessario motū membrorum, quibus sit trāsitus nutrimentū in oesophago. deinde nescio qualiter discordauerūt, ut quidā essent quibusdā cōtrarij. Et duæ illarū sectarū antiquiores, s. a ueritate fuerunt remotiores: quæ iudicauerunt quod nodi gutturis eleuatio atque erectio motū quidem linguæ contingit, qui mouet eam immittendo quod transglutitur, donec ipsum ad oesophagum perducit. Et qui fuit ex illis in anatomia profundior, ipse quidem existimauit quod lingua, quādo magis flectitur in transglutiēdo, sursum attrahit duos lacertos. & attrahunt sursum illi duo lacerti nodum gutturis per attractionē suam. quā inter radicē linguæ & nodū gutturis infiguntur. propterea quidem quod continuantur chartilagini quæ scuto assimilatur. Et assertores huius uerbi existimāt quod duæ duorum lacertorum extremitates horum desinant in chartilaginē. Cū oēs ergo, qui profitentur anatomiam, in hoc quidem communicent, quod cuiusque lacerti corpus, quādo operatur & agit, uersus caput suū retrahitur, nō est ergo mirandū, si quādo lingua incuruatur in initio deuorationis totaliter illorū lacertorū uersus caput, eorum corpora unumquodque duorum sursum contrahit, & loca eorū iuxta linguā, & secum quoque chartilaginem sursum scuto similem. Cum ergo residuæ chartilagine duæ nodi gutturis huic continuantur chartilagini: totus iccirco nodus gutturis eleuatur atque erigitur. Quod si res, sicut existimauerunt quod apparebat in anatomia, se haberet: uerbum quod dixerunt omnibus quæ dixerant sufficientius esset. Sed quia duo lacerti qui chartilagini quidem continuantur scuto simili, non continuantur utique cum lingua, sed caput eorum origo existit a duobus ossis lateribus, quod lambda literæ græcæ assimilatur, eorum patet error, qui quidem existimauerunt chartilago nodi gutturis assimilata scuto mouetur, siquidem motu linguæ per attractionem duorum lacertorum, quos prædiximus, sursum. Et quamuis etiam cum hoc quod existimauerunt, uerum existeret quod apparebat in anatomia, non quidem cum chartilagine scutea sursum quidem attracta duæ chartilagine referuæ de chartilaginebus nodi gutturis attraherentur, cum in eis distinctiones essent manifestæ ualde inter quosdam chartilagine adinuicem. Quod si quidem in animali intendas mortuo illos duos lacertos sursum trahere, uidebis & chartilaginem unicam sursum trahi parum: & non uidebis ipsum mouere nodum gutturis totum per motum eius. Et hoc apparet in ceteris lacertis nodi gutturis. quoniam unusquisque eorum mouet quidem chartilaginem illam, quæ continuatur cum eo duntaxat, motu facili ualde. Et manifestior quidem modus, quo deprehenditur error huius sententiæ, est quod in animali uiuo apparet: quoniam ita duobus illis intendas lacertis, & amputes illos, deinde labia coniungas uulneris, & uinculo constringas, & dimittas animal agere quodlibet, uidebis post modicum temporis ipsum transglutire cibum suum & potum. & mouebit nodum gutturis sui sicut prius, neque hoc faceret si forte lacertus qui ipsum mouet, amputaretur. & quod nō prolongetur spatium temporis inter incisionem illius lacerti quam facis, & quod de hoc dixi oportet uidere. Est ergo ut animal, quod incidis & scarificas, prius affligas fame uel siti: & quod de hoc dixi est superfluum, quo ad illud quod necesse habetur cum eorum ignorantia. cum quidem esse duorum capitum duorum lacertorum solum sufficiat ad errorem huiusmodi sententiæ & consilij detegendum. quoniam quidem hos duos lacertos infixos esse uideo in duobus lateribus ossis lambda literæ assimilati. & duos alios lacertos uideo a summo uniuscuiusque laterum illius ossis oriundos, ab inde uersus linguā tendentes, duobus quippe lacertis continuatos ad nodum gutturis discurrentibus. Et uidetur mihi quod decepti sunt & errauerunt in anatomia simiarum. quoniam in hoc quidem animali reperiunt duo capita duorum lacertorum superiorum iuncta duobus duorū lacertorū capitibus inferiorū ita, quod se contangūt, quando animal carnosum extiterit & delicatū. & hoc erit præ angustia duorū laterū ossis lambda literæ græcæ similis, & subtilitate utriusque. In animali uero cuius duo latera huius ossis fuerint lata, tu quidem capita istorū duorū lacertorū uidebis adinuicem seiuncta manifeste. & maxime quādo animal extiterit magnū, ut taurus & similia. Et inter illa capita, distantia quoque longitudinis est sensibilis in omnibus animalibus dentatis. Studeas igitur exerceri quidem primo in huiusmodi speciebus animalis, ut inter capita lacertorum horum, de quibus sui locutus, bene distinguas: deinde hoc idem in equis, & in ceteris habentibus ungues coneris. Quando igitur hoc feceris, poteris inter utrumque bene distinguere. In simijs etiam facile. & maxime quidem si prius exercueris in simijs quorum capita capitibus canum assimilantur. Et quādo fuerit aīa antiquius & maturius, anatomiam omnium lacertorum melius perscrutaberis. Post autem quod perfecte deprehendimus & uere scimus, quod huiusmodi uerbi professores quod perscrutati sumus errauerūt in eo: consideremus igitur an ab alia re quæ sit in ore de mēbris, sit causa attractionis & erectionis nodi gutturis tempore transglutitionis. & aperiam inspectionem inquirens secundo, cū inter ipsum & oesophagum sit cōicatio nō modica per tunicam quidem interiorem, in qua substantia carnis est modica ualde. deinde

talias præc
ptuosa.

talias ab'istis

talias Tunice
uero alterius
& uilli qui ue
stunt, & etiā
currunt in cir
cuitu secun
dum latitudi
nē, uiles sunt
quidem & suf
fragantur.

* alias conti
nuatis.

talias ei per
uillos qui di
sponuntur cir
culariter in la
tum & expel
lat per uillos
qui tendunt.
Tā. uilli qui
disponuntur.

talias cuius
pellicula tran
sit.

* Al. macrius

A de. deinde cessat in ea caro annihilari paulatim, donec ea priuē penitus. & fit in modū pelliculæ spissæ, qua totus nodus tegitur gutturis, & os, & cū ea tegitur superior pars linguæ. Et iā uidi semel quosdam brutorum animalium medicos ac chirurgos uolentes in oesophagum infundere quædam quibus infunduntur animalia. & tenebatur eius lingua cum mandibula fortiter inferiori ita, quod non mouebatur. Et memini quorundam, quæ infunduntur hominibus, quæ apoplexiam incurrūt. Nos quoque intēdimus faucibus oris quidem, & ponimus quædam in eis cibaria humida liquida. & in radicē linguæ immitto & infundo quod est in uase in oesophagū: & uideo quod nodus gutturis tūc eleuatur. Et ex hoc patet manifeste, quod eleuatio nodi gutturis est accidēs inuitabile transitus eius quod trāsit per oesophagū. Et fortasse ponimus in oesophago grana modica rotūda, quo quidem transglutiantur narcotica, & quædam * pharmacica, & quædam quippe quæ alia opera faciunt retenta cum extremitate linguæ, uel interius impulsa, ne prohibeat digitos nostros quibus intermittitur grana, donec ad principium perducantur oesophagi. neque tñ ex hoc huiusmodi ueritas patet uerbi. uerumetiā ex hoc quod non est possibile ut alius excogitetur modus quē iste, quē dixerunt quidā in lacertis, quo liceat linguæ quā mouet, ad se nodū gutturis attrahere. Et illud est, quā cum radix linguæ, & duo lacerti descēdāt ad ipsam s. a duobus locis quæ prædiximus, oportuit illis duobus lacertis linguā, neque aliquid aliud moueri. quā uerbi **B** illius quod auctor asserbat, quod possibile quidem erat nodum gutturis illis duobus attrahi lacertis sursum descēdētibus ad chartilaginē scutea. error detectus est, & patuit falsitas. Cū ergo sit hic quidem existimare aliū modū quo possit hoc stare præter hunc, manifeste patet hoc esse falsum. neque aliquid aliud poterit dicere. Similiter et nullus poterit dicere, nisi quod motus nodi gutturis erit cū transitu eius quod transglutitur in oesophago, nō cum actione linguæ, cum actio quidem linguæ transitū eius quod in oesophago transglutit, antecederet: deinde quiescit & præpeditur tēpore quo cibus in oesophagū transit. Restat ergo nobis indagare causam propter quā mouet nodus gutturis cū transitu rei iniectæ in oesophago a principio usque ad finē, donec incipiat eius motus quā iniectū inchoat in oesophago trāsire, & quiescit quā quiescit illud & residet. Et res et patet & manifestat ei quod nō exercuit cogitationē suā multo exercitio, quod nō potest esse quin sit uno duorū modorū: siue quod nodus gutturis innatū habeat intellectū quo moueat seipsum, cū uideat hoc esse sibi melius ac dignius. siue quod eleuetur per attractionē. Cū ergo primū dictū sit absurdū, restat ut secundū sit uerum. s. quod nodus gutturis eleuetur quā trahit ipsum oesophagus. & approbat hoc esse uerū & attestatur naturalis, quo declarauimus quod in omni membro uirtus est attractiua, qua quidem id quod est simile attrahit sibi & assimilatur. quemadmodū in unoquoque ipsorum est uirtus expulsiua ad id quod est contrariū ei & odit. Quod si est uerū, est quod declarauimus, quod desiderū est actio oris stomachi, & quod oesophagus attrahit, quemadmodū res attrahit manu quod competit ei, & desiderat quod est in gula. [Tunica uero alterius pellicula, quæ currit & inuestit in circuitu secū dum latitudinē, utilis est quidem & suffragatur] quando stomachus quidem ad euendum aliquid mouetur. Similiter pellicula quædam, quæ est in intestinis omnibus, inuestit in circuitu in latū, nec aliqua pellicula in eis existit, quæ aliter, quā hoc modo inuestiat. quoniam natura nō aptauit ad attrahendum aliquid conueniens, sed ad educendum quod in stomacho superfluit, sicut explicui in libro meo de uirtutibus naturalibus. Probationes ergo secundum hanc uiam apud eum qui cogitationē suam circa uirtutes actionum exercuit naturalium, sunt ueriores, & magis urgentes, & ad credendum digniores, quā argumenta quæ sunt præmissa. Ille autem cui non est insitum a natura, nec est aptus ad intelligendum subtilia, neque cogitationem suam circa doctrinam eorum, quibus uere comprehenditur cognitio, a pueritia exercuit, nec postea in scientia rerū naturalium intentionem suam diu apposuit, probationes quæ sunt sensui manifestæ secundum modum illarum, quas superius narrauimus, non erunt ei firmiores & magis urgentes. non. n. prospexit & sciuit quod natura nil operatur frustra & incassum. Et quia una tunica, scilicet interior oesophagi sola uidetur habere sollicitudinem apparibiliter in oesophagi actione: nō reputo quenquam ad tantam deuenisse ignorantiam, quod dicat quod stomachus attrahat id quod cōpetit [ei per pelliculam. quæ disponitur circulariter in latum: & expellat per pelliculam quæ tendit] linealiter in longum. nisi quis in hac uita nihil de hoc excogitauit, sed acquiescat quidem ei quod nouit sensu, donec ipsum ueraciter comprehendat. ueluti quidā ostendere uolens cuidam uolenti hanc uiam in gallo quod [pellicula quæ disponitur] in latū, quæ est in tunica oesophagi exteriori, quando amputat amputatione in longū, uidetur illud animal trajcere. Et manifestum est, quod hac utique anatomia debemus uti in gallo, fame prius afflicto. & illud est, quoniam postquam fueris usus hac abscissione secundum rectitudinem facta in longum, cum non in aliquo sibi ad conseruandum uitam efficiat, ipse quidem comedit & bibit prius, quā locus uulneratus apostemetur & doleat. & tunc abstinebit ab esu & potu. & non sic quidem declaratur ei cuius hæc fuerit uia sua. s. de tunica oesophagi [Cuius uilli transeunt] linealiter in longum. & non quia cum interiori parte nodi gutturis continetur, hoc quidem modo factum, in quo sumus, magis declarabitur quā illo modo quē prædiximus, neque declarabitur ei cuius fuerit hæc uia sua, id quod accidit quibusdā piscibus. s. chama, & illi qui uocat sonedis, quod stomachus uniuscuiusque illorum, quā intensa fame conatur aliquod animal minus eo capere, & euadet illud, sæpius inueniē erectus usque ad os suū. & hoc quippe, quia in his animalibus appetitus ualde intenditur & superat.

Et hic quoque liber summis, & maximis erroribus refertus est.

De ortu fetus ex spermate.



SPERMA hominis descendit ex omni corporis humore, qui fit ex subtiliori natura quatuor humorum. hoc autem sperma habet nervos, & uenas proprias, attrahentes se a toto corpore ad testiculos: qui nerui, & uenae, ex fricationis calefactione uiri & mulieris emittunt illud, sicut ex collisione ferri, & petrae elicitur ignis. Et hi nerui & uenae diuersi sunt a neruis & uenis urinae. urina enim suos proprios meatus habet, & istud suos. Sperma uiri fortius est & calidius muliebri: muliebre uero, nutrimentum est spermatis uirilis. Secundum igitur naturam spermatis, ut ex subtiliori natura quatuor humorum procreati, in coeundo emittitur completum & animatum, ac tunc spermatis muliebri associatum recipitur cum quodam spiritu in matrice, & ibi impinguescit ex matricis calore & fomento, spiritu per arterias subtiles attracto. alius enim spiritus est ille, qui uenit per arterias subtiles, & fouet matricem exterius: alius est, qui cum utroque spermate in eam intrat. Et ille spiritus, qui exterior est, non permittit exire spiritum interiorem, sed constringit eum ad fouendum infantem, & calefaciendum. Postea uero uenit in matricem quidam alius spiritus existens ex subtiliori natura sanguinis: qui iungens se spermati uertit illud in naturam carnalem per matricis calorem, sicut hepar uertit phlegma in sanguinem in duobus uasis: in quibus operatur fortiter operam suam cum uirtute fellis. nec mirum si hepar operatur illud fortiter cum opera fellis: quia indiget magna opera ut uertat illud, quod graue est in sanguinem. Spiritus uero, qui est ex subtiliori natura sanguinis, non indiget tanta opera. leuiter enim uertitur in sanguinem per matricis calorem spermate: quod ex subtiliori sanguinis constat natura. Quibus in sanguinem conuersis, illa substantia incipit suscipere figuram hominis per calorem naturae: & unaquaque die in sui fomentum sanguinem attrahit, & in carnem uertit, crescitque in formatione hominis per naturalem spiritum, propriam naturam singulis dans membris, & similitudinem scilicet alias ex acutis acuta firmans, ut digitos, uel res acutas cum acutis, ut in iuncturis ossium, & sic in ceteris. Prius autem formantur humeri, ex quibus caput, & latera, & brachia, & tibiae: ex lateribus renes: ex renibus coxae, prius simul iunctae, & postea una formando separatur ab altera. Demum uero formantur nerui & uenae. Et post haec interior natura semper mittit harmoniam suam ad nutrimentum totius corporis, intus & extra. Intestina uero ex spiritu efficiuntur, & expletis diebus triginta apparet masculi figura, foeminae uero figura peractis diebus quadraginta. Figura itaque humana peracta crescit infans, impinguescit: & tunc aperitur os, incipiuntque ossa crassescere ex calore ueniente a matrice per spiritum naturalem. hic enim calor habet uirtutem conformandi totum corpus. Fiunt autem ossa ex quatuor humoribus, principaliter tamen ex grauiori sanguinis natura. purgat. n. sanguine. Medulla uero ex subtiliori natura illius grauedinis. Ossia acuantur in compositione digitorum, manuum, & pedum. Et peractis mensibus tribus, in masculino uenae incipiunt exire in uenam constitutionem: in foemina uero post tres menses, & deinceps mouetur infans in utero, & sanguis menstruus, qui quotidie ex cibo & potu in corpore matris augetur uel efficitur, agitur in corpore, uolens exire: & subtilitate sua per poros, quos aperit, uenit in mamillas, ubi ex earum calore & humiditate mutatur in album & dulce. sed maior pars illius mensurui descendit in matricem ad nutriendum infantem. Quod autem infans ex sanguine ad matricem descendente nutriatur, qui emitti solet menstruo tempore ante conceptum, testatur Hipp. sic, Vidi foeminam praegnantem minuisse sanguinem per brachium, & in tertia die abortum misisse. Viri autem menstrua ideo non patiuntur, quia poros habent, per quos sanguis ille tendens uertitur in pilos, quod patet in brachijs, & pedibus, & in ceteris partibus. Spiritus quoque per os, & nares fortiores emittunt, quam foeminae, per quae exiccantur humores illius sanguinis, qui per sudorem emittuntur. Sicut enim aqua exiccatur in uase ex ignis calore, & per fumum emittitur: sic ille sanguis a suo proprio calore exiccatur, fumum ex se generat, qui per os & nares exit, pilosque, & sudorem, qui per poros subtiles exeat. foemina uero non tantum. non enim tanti caloris est.

De natura pueri secundum quantitatem, & qualitatem matricis, & spermatis.

Quantitas autem infantis formatur ex quantitate matricis hoc modo. Si matrix longa & stricta fuerit, longus & gracilis puer erit, & sic in ceteris. Sunt autem in matrice spermatis receptacula septem, & tot creantur pueri, in quot ex illis ceciderit sperma. In dextram matricis partem si sperma cadet, masculus fiet infans. illic. n. calor & humiditas per hepar, calor & siccitas ex felle uigent. Si autem sperma uiri debile spermatis mulieris fortiori associatum illuc uenerit, infans licet masculus, muliebris tamen est fragilitate membrorum, & animi, moribus. Potestque fieri etiam ex praedicta spermatis uiri fragilitate

A fragilitate cum forti mulieris spermate infans utriusque sexus. Si autem sperma in sinistra matricis partem cadet, fit foemina, ex splenis & phlegmatis qualitatibus. Et si sperma uirile praevalet, fit uirilis ac fortis foemina, quadoque pilos agranones habens: potestque, ut diximus supra de uirili, foemineum sperma hoc similiter nimis fragile utriusque sexus infantem reddere. Et nota quod si sperma uiri forte sit, masculus est, si debile, foemina. Et foetus ligatur in umbilico matris: & per eundem locum recipit nutrimentum dum est in matrice, & non per os. Umbilicus enim foetus umbilico matris continuatur.

De alteratione sanguinis aliorumque humorum in spermate.

Organa spermatis sunt arteriae & uenae, in quibus sanguis uertitur in sperma hoc modo. sicut enim in mamillis mulierum per quandam decoctionem sanguis in lac uertitur, sic & in arterijs & uenis ad nutrimentum earum uertitur sanguis in calidam & humidam substantiam, phlegmatis habentem figuram: & nutriendo uenas, & arterias uertitur illa substantia in sperma, quod mox in caput ascendit cum magna uenarum & pororum subtilitate. Et deinde descendit per duas uenas & duas arterias ad testiculos. Solet autem contingere, quod sperma descendens a capite poros narium & aurium obturat ita, ut uitalis flatus exire inde uel introire nequeat. Sperma retentum praeter naturam idem operatur, quod uenenum, crescensque in uenis & arterijs suis, dum nequit descendere in sanguinis massam, nimiam generat passionem in faucibus quandam: quae graece lycoides dicitur, latine lupus, id est stragulator. Quod autem sperma principaliter ex sanguine, secundario ex alijs humoribus efficiatur: hac ratione probatur. quia in multo coitu spermate deficiente sanguis emittitur. Si uero sperma a capite descendens non impeditur, uenit ad testiculos, ad unum per uenam unam & arteriam, ad alium per arteriam & uenam alteram.

De testiculorum compositione.

Testiculi uero quatuor habent panniculos: quorum duo calorem & humorem habent, alij duo habent acutionem, quae acutio sperma adiunget. habent quatuor uasa etiam, id est supra dictas uenas, & arterias. quatuor seminaria, quorum duo ex recto semine, alia duo sunt adenes, quae sunt attrahentia & purgantia sperma. Solet namque cum uero spermate descendere aquosum phlegma, quod ab infirmis retinetur, & emittitur uel dormiendo, uel uigilando: quod semper liquefit. ex quo liquore acuto testiculi magnum pruritus & ardorem recipiunt, unde generatur uoluntas coeundi. Habent etiam testiculi neruos duos pendentes, & descendentes a principali osse colli, & fundamento corporis, per dorsum, & renes, qui nerui alios habent neruos coniunctos alijs ossibus totius corporis. Notandum autem est, quod una uena est propria spermatis, uacua ab alijs, quae recipit id sperma a quatuor alijs uenis: illa uero recipiunt ab alijs uenientibus ab omnibus partibus corporis, & ab omnibus ossibus medullam habentibus: quae uena ducit illud sperma ad caput, ut supra dictum est: quarum quatuor praedictarum uenarum talis est natura. una est iuxta renes: altera est iuxta cor & stomachum: tertia in pectore, & extenditur iuxta pulmonem: quarta est prope formositatem hepatis, in quo est potestas sanguinis, unde diffunditur per totum corpus. ex cuius superfluitate nascuntur spasmi, apoplexia, diaphragmatis apostemata multimoda, & multae aliae passiones. In pectore uero est potestas phlegmatis, unde diffunditur per totum corpus, ex superfluitate cuius fit asthma. (Primum enim asthma fit ex corruptione aeris intrantis ad pulmonem: secundum uero fit ex fumositate phlegmatis ad caput ascendente, & inde ad pulmonem redeunte) & apostema diaphragmatis, & apostema multi generis, & aliae passiones contrariae musculis pectoris: qui sunt organa spiritus, quem ad se trahit pulmo, & a se remittit: & omnibus corde uerbum committentibus, & multae aliae passiones. Cholera enim potestatem habet suam in renibus: unde decurrit per totum corpus. ex eius superfluitate nascuntur passiones in renibus, & petra, sperma etiam inuiscatum, & dolor in renibus generatur, & in ueretro: ideoque aliquando non potest tenere urinam: uel non potest emittere, & in omnibus neruis usque ad pedem patitur. Renum etiam siccatio inde prouenit. unde de si cum muliere iacuerit, post patitur solutionem similem debili spermatis super renes, & generat apostema: ex quo aliquando procreantur uermes, & familia.

De domicilijs humorum sperma descendens alterantibus.

Habent autem praefati humores proprias sedes, & ab illis diuersas, de quibus diximus, in quibus suas habent potestates. propria enim sanguinis sedes est hepar, phlegmatis pulmo, cholerae rubrae fel, cholerae nigrae splen. Ex potestate cholerae rubrae, quae habetur in stomacho, quaedam fumositas in caput ascendit, generans ibi dolores, diaphragmatis apostemata, & aliae passiones. inde etiam descendit catarrhus ad pulmonem, unde nascitur asthma, & phthisis, & pustula in pulmone. quando autem sperma descendit a capite, & suscipitur a duabus uenis & a duabus arterijs supra dictis, ducitibus illud ad testiculos, antequam ad testiculos perueniat, descendit per loca illa, in quibus supra dicti humores suam exercent potestatem, & ibi accipit naturam humoris ibi manentis. in hepate, fit calidum & humidum: in pectore mutatur in frigidum & humidum: in corde & stomacho, in calidum & siccum: & in renibus, in frigidum & siccum. Sic ergo sperma quatuor humorum qualitatibus formatum in renibus descendit in testiculos, ibique mundatum & completum recipitur a matrice mulieris: sicque homo ex quatuor constat humoribus. in coitu igitur cuius sperma superabundat, illi similis, infans procreatur. similis matri etiam hac causa fit, quia sperma eius est nutrimentum spermatis uiri. aliquando tamen uno superante humore

alias uentorum.

alias infantibus.

alias ex se mundatoria talis illis.

alias in

*alias crassum

re non est similis illi infans, cuius est sperma: nam alij humores debilitantur propter superfuitatem alterius, aliquando enim sanis genitoribus strabo infans, uel claudus, uel naso torto nascitur: propter superfuitatem humorum, uel minutionem, quia quam potestatem habet sperma in loco suo, eandem habet natura in matrice. Item genitorum quolibet passione aliqua occupato, infans similem trahit qualitatem. Et aliquando ex lacte matricis. Sicut enim sperma uiri habet potestatem in toto corpore: ita natura potestatem habet in matrice. Sicut enim sanguis, ex cuius subtilitate omnium fit sperma, habet potestatem eundi per corpus: ita & sperma quod inde fit, habet potestatem exeundi sine uoluntate hominis uniuersaliter, dormiendo, uel uigilando. Sicut enim natura corporis sequendo quatuor mutationes in die, mutat corpus secundum illas: sic natura mutat sperma in matrice secundum easdem mutationes. Natura humani corporis proprie dicitur subtilitas fumositatis principaliter sanguinis: secundario aliorum humorum: & etiam aeris agentis & commouentis ipsum sanguinem in uenis & arterijs: quæ infixa in carne est temperamentum omnium membrorum, testante Hippocrate, quod natura est medius gradus in caliditate & humiditate, & septem materierum. Vnde uenit, quod quidam sunt cholericus: & quidam melancholicus, quidam sanguineus, quidam phlegmaticus. quod nisi esset, omnes eiuſdem essent naturæ, licet non semper. Aetas enim uel diata, seu aliud naturas quandoque reprimat: sicut qui est sanguineus, naturaliter est iracundus, tamen iram deponit a corde procedentem naturaliter, aliqua occasione superueniente. Sic ergo natura quiescit & mutatur, sed eius proprietates est inconuertibilis: quia qui naturaliter est sanguineus, iracundus est, iram tamen deponit. Sicut enim ignis prius acuitur, & postea quiescit non tamen amittit naturam suam: sic ille naturaliter prius acuitur, & postea quiescit, non tamen mutatur.

De natura pueri concepti in horis sanguinis.

In tribus horis sanguinis, sperma conceptum a muliere in sanguinis mutatur naturam, & informatur: homo inde editus ruber est: supercilia eius grauiora: uenas temporum graues & plenæ: oculi sanguinei, nebulosi, passionibus semper abundantes: facies rubra, labia tenera, gingiua sanguinea. sæpe fluit sanguis a naribus: guttur sanguine impeditur: inde uox grauis, rauca, debilis: os, dentes, guttur, & caput sæpe dolent: capilli tendunt in rubedinem: ambulatio moderata: passiones ex rheumate sanguinis, & synochus & alia ex sanguine procedentia.

De natura pueri concepti in horis cholera rubra.

In horis cholera rubra conceptus rubens & citrinus, & capilli: uenas crassæ, latæ, & plenæ, & citrinæ: color citrinus, aliquando uiridis: guttur, & os, & sputum, amara semper, & sicca: genua, crura, pedes, & ossa dolent: rheuma siccum per corpus sæpe currit totum: inde nascuntur gutta, passiones uentris, dolores, ut dysenteria, transuersio uentris, lienteria: fiunt in somnis pavor, in fronte dolor, ambulatio acuta.

De natura pueri concepti in horis phlegmatis.

Si uero in hora phlegmatis concipitur, albus, sed sæpe pallidus, oculi crassi, delati, aliquando similes oculis accipitris: palpebrae graues, capilli flauis: uox grauis, crassa: grauius dormit, & sæpe sterit: os abundat phlegmate: ambulatio grauis: passiones, nimia tussis amphimerina, asthma, apostemata articulis, *nephropoma, id est renum dolor, colica, uoluntas uomendi aliquando, quartana, paralysis, solutio naturalis, & alia ex phlegmate procedentia.

De natura pueri concepti in horis cholera nigra.

Si in horis cholera nigra, uultus niger, partim albus, oculi nigri, sicci, acuti: capilli nigri: uox subtilis, non alta: risor propter splenem, a quo procedit risus: ambulatio acuta, non audax: passiones quarantana, quotidianæ, mania, mentis obliuio, cardiaca, id est uerberatio cordis, *nephropoma, paralysis, phantasia, stupor mentis, omnis ossium harmonia sibi dolet, & alia quæ ex cholera nigra contingunt.

De natura humana cur cunctis sit agilior.

Perscrutati sunt philosophi medici cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitentur, ut de sanguine fiant sanguinea, de phlegmate phlegmatica, secundum horas, signa, planetas, & in alijs: quod sic soluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia præditum esse necessarium est, ut facile addiscat omnem, ad quæ anima intendit, phantasia. homo enim theologus in uirtute sapientiæ cum ui rationis suæ ad uniuersalitatem progreditur: & ideo corpus subtile & agile suscipit, ut facile ratione speculatricem sequatur: & imaginetur omnia. sic denique fit perfectum hominis organum in theorica & practica. itaque multa sua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipsorum proprietates transferretur, & ex planetarum atque signorum operatione existente uarias sortitur proprietates, ad quæ brutorum corpus non sic mutatur: sed tamen ex prima illorum eis in dicta proprietate omnia unius complexionis sunt. nam breuis numerus est ei collatus. unde cum unus sit uelox, alter piger, alius paruus, alius magnus: & in hunc modum eiuſdem tamen complexionis sunt semper. Si enim ita ad plenum se queretur numerus, ut homines alijs alij præessent & stultitia, & prudentia, ceterisque intelligentijs. Neque sicut in hoibus hora præualeat materiæ spermatis eorum, ut conuertat illud, & firmet in humorum proprietates, quibus horæ illæ deputatæ sunt, sed extra infirmitas & natura spermatis eorum trahit uim & dominium humorum in sui materiam: quia adeo fixum & inconuertibile est sperma eorum, ut nunquam

A quam omne, sed aliquando ex parte mutari contingat: quod in omnibus certum est: quia in tantum agile & conuertibile eorum sperma est, ut uis horarum, & dominium humorum potius præualeat spermati ad illud commutandum, quæuis spermatis illius. Nam & si in singulis horis ternis singuli dominantur humores in unoquoque homine, horæ tamen illius semper præualeat uis, in cuius horis natus est. nam ex debilitate spermatis aliquando contingit, ut minus uigeat in homine uis humoris, in cuius horis natus est.

De immortali substantia, qualiter uisibili & mortali copuletur.

Perscrutati sunt alij philosophi porphyrici, quo modo substantia incorporea possit uel esse uel iungi in substantia mortali: Sed non sicut quatuor elementa coniunguntur in constitutione alicuius substantiæ, sed animæ spiritualis uirtus sensuum corporis, qui sunt uirtus corporis, iungitur * uerbum. & etiã hoc causa non est extranea a cognitione, quod substantia incorporea sit humiliata ad constitutionem alterius substantiæ: post cuius completionem illa substantia tenet se in sua proprietate: & eius differentia semper similiter sit per se: & eius altitudo nunquã est accidentalis, sicut altitudo illius substantiæ quæ completur: & eius differentia diffinit omnem accidentalem differentiam corpoream: & nulla differentia accidentalis potest esse firma in sua substantia. Hoc dicit Porphyrius ad ostensionem cõiunctionis animæ cum corpore: & per hoc affirmat uerbum Dei in sapientia hominis esse: ad quod ostendendum fecit Isagogas: in quibus ostendit differentias animæ firmas & immortales, & differentias corporis esse mortales.

De spiritu quid sit: & qualiter operetur in tota parte.

Spermatici spiritus uirtutes sunt tres: quarum prima, est necessitas: secunda, uirtus: tertia, organum. Necessitatis duo sunt opera: nam & calorem custodit, & spiritum animale nutrit. Virtus uero est complementum. Organum uero * discurrit omnia ex opere animæ. Spiritus autem ille, cuius origo est a corde, porrigit se per arterias & uenas, dans in uenis sanguinem, mutando se in calorem naturalem & spiritualementem uitam. Fumus autem progrediens ex calore sanguinis, est nutrimentum ipsi spiritui: qui fumus spiritualis mittit se a uenis in arterias, existens animatio totius corporis & nutrimentum: quæ partim uertitur in carnem, & partim per poros mittitur ad procreationem pilorum. nec solus est fumus sanguinis, immo habet admittam sibi subtilitatem spiritus, decurrens per totum corpus. Sanguis purgatur per hepar: spiritus uero in arterijs clarificatur ex fumo caloris a corde ueniens: cuius clarior pars ascendit per quasdam arterias ad caput: & ibi se secundario clarificat per calorem sursum procedentem a corde, & clarificatus uadit per duas arterias in neruos, qui sunt harmonia trium uentriculorum capitis usque ad animam: cui ex nimia subtilitate sui connexa est anima: per quam anima ministrat phantasia suam harmoniæ totius corporis: & harmonia illa pereunt corpori. Dicunt Ammonius, Democritus, & alij complures, quod ille spiritus est corporeus: & ipse idem est anima, hac ratione, quod ministrando phantasia sensibus, & sensus corpori, fundens se in parte dat corpori sensum. hinc etiam accidentalis probatur esse, quia harmonia capitis eo consumpro necessario trahit alium spiritum per eandem arterias ad nutrimentum animæ: quia si substantialiter inesset, non esset opus alium attrahi. Vnde per hunc & ipsa anima corporea probatur. Porphyrius non considerat quidem animam, sed considerat spiritum animatum rationalem, ostendens spiritum hunc in Isagogis corporeum esse ad opus animæ: non ipsam animam. Sed Socrates, Plato, Aristoteles, & Theodorus Platonicus, & Andronicus peripateticus, & Porphyrius & alij complures unanimiter affirmant, quod nec corporea est, nec lege loci tenetur, nec scinditur: quia cum totum corpus uirtute sui illuminet ad quolibet exteriora progressa, non tamen in substantia sua aliquam scissionem patitur: & sicut aer Sole illuminatur, sic corpus anima, & sicut aer per Solis lumen * propriam omnium rerum confert oculis intelligentiam, sic anima corporis harmoniæ per spiritualementem suam sapientiæ lucem, & * propriam & secundam intelligentiam confert: & sicut lux Solis, quæ incorporea est, suum complens effectum, nullam patitur diuisionem, sic & anima: sicut etiã lumen Solis, quod incorporeum est, separatur ab aere & ab omni intelligentia oculorum sine corruptione, sic anima quæ incorporea est, separatur sine corruptione a corpore. Empirnomos philosophus dicit non esse mirum animam, quæ est substantia incorporea, posse separari a corpore, cum ignis qui est substantia corporea, possit separari a lignis, quibus est iunctus, & reuerti in primam & propriam * materiam sine sui corruptione, sicut etiam Solis lumen illustrandum hominibus sola ui utitur sua, non indigens ui alterius quæ attrahat quasi ad complementum prioris uirtutis, sic & anima: dicit Aristoteles in Phisica esse quinque partes animæ: phyticon, i. nutricen, æstheticon. i. sensualem, cineticon, catatopon. i. uim ad omnia loca progrediendi: noeticon, i. intellectualem. Anima enim, quoniam generatur a natura corporis, cum natura ipsius corporis uadit ad quatuor elementa: inde ad substantias inanimatas, ut ad lapides, ferrum, aurum, propter nutrimentum: inde ad arbores, deinde ad bestias, inde ad homines. quemadmodum enim aqua diuiditur in partes, quæ postea redimit in homine: qui si bonus & purus sit, eius anima in caelum clara redit. Sed Porphyrius non consentiens Aristoteli dicit quod nulla harum partium separatur a substantia animæ, cum omnes Phisici dicant animam nouam de caelo immitti, & associari spermati in matrice, uel puero prius formato: unde si malus fuerit homo, uadit in bestiam, & inde redit ad hominem, a quo si bonus fuerit, uadit in gloriam. Porphyrius uero negans hæc omnia, dicit animam potius de bestia in bestiam ire, de homine in hominem, deinde in caelum.

Gal. ascriptus liber

De natura pueri secundum horas humorum.

Notandum autem est, sperma non semper animatum ab homine venire in matricem: sed tunc tantum quando a Deo statutum est gigni infantem: & tunc anima sociatur spermati. Stoici dicebant animas quotidie creari: & corpori prius in matrice composito immitti, & omne corpus nouum, & temporaliter creatum, esse mortale. Porphyrius renuit, ostendens sic opus Dei esse debile: cum sit necesse quotidie creari. Sed sciendum nobis est quod animae semper suam uitam firmam habent & stabilem ab initio: & sic non est opus Deo facere nouas unaquaq; hora. Dicit Hip. quod si mulier recipit sperma in prima, uel in secunda, uel tertia hora noctis uel diei, infans contrahit proprietates sanguinis, quia horae sunt eius. si in quarta quinta sexta, cholerae rubrae, si in septima octaua nona, phlegmatis: si decima undecima duodecima, cholerae nigrae. Quod si in sinistra parte matricis in horis sanguinis conceptus maneat, pater uero & mater in horis cholerae rubrae concepti fuerint, non trahit infans figuram ex cholera rubra patris ac matris propter fragilitatem sinistrae partis: & habet causas passionum ex phlegmate uel a cholera nigra, plusquam ex cholera rubra: non tamen tanti acuminis, quantum si esset in dextra parte. licet autem in ista parte sit uirtus cholerae nigrae, & propter fragilitatem eius sit uirtus phlegmatis ibi, tamen infans a sanguine suarum sumit initium passionum. Si uero in dextra parte sit conceptus in horis sanguinis, pater uero & mater in horis cholerae rubrae, licet plus retineat figuram a patre & a matre ex cholera rubra, quam ex sanguine, tamen retinet proprietatem passionum a suo principio. i. ex sanguine: quae passiones sunt haemorrhoea, pleuritis, spasmi, apostemata, cauis, & aliae passiones huiusmodi. habet etiam sanguis acutionem a cholera rubra. Si infans conceptus est in horis cholerae rubrae, & genitores in horis sanguinis, ex his trahit figuram: magis tamen a suis, a quibus proprietatem passionum retinet: quae sunt febris acuta, tertiana, synochus, dysenteria, cephalalgia, phrenitis, icteritia, & similia. Si uero in sinistra conceptus sit horis praedictis existentibus suis & genitorum: puella magis retinet figuram sanguinis a patre & matre, quam ex natura cholerae rubrae. frigiditas. n. sinistra lateri superiorum proprietates passionum: tamen inhaerent ei cholerae rubrae: quae propter frigiditatem minus acuta quam in dextra parte. Si uero in horis cholerae nigrae concepti sunt pater & mater, & infans in sinistra parte, si puella est, naturaliter melancholica est, uel paralytica, splenitica, quartanaria, epileptica, stulta, & iners: similis est etiam patri & matri: nec alio modo potest temperari natura eius. si uero sperma est in dextra, non semper, nec ita praedictas habebit passiones propter temperamentum caloris hepatis, & fellis: & quia hic calor accidentalis est ei, non potest profus pellere naturalia. Horae autem cholerae nigrae, & ceterorum humorum determinantur per cursum planetarum. Quod si puella sit concepta in horis cholerae nigrae, pater & mater uero in horis phlegmatis, puella retinet figuram phlegmatis: magis tamen cholerae nigrae, & inde habet causas passionum. Si sit in dextra, magis retinet figuram patris ex phlegmate temperato a sanguine: sed passionum proprietatem habet a cholera nigra non ita acutarum, propter calorem dextrae partis. Si conceptio omnium sit in horis phlegmatis, & sperma sit in sinistra, puella est phlegmatica, debilis, quotidianaria, lienterica, phthifica, cephalalgica, dolens in omni membro: dolens in renibus, in matrice & similia: & partim habet passiones a cholera nigra propter affinitatem phlegmatis. Si uero sit in dextra parte puer, eadem patitur, sed temperate, propter sanguinem & cholera rubram. Si pater & mater concepti sunt in horis phlegmatis, puella in horis sanguinis, trahit a phlegmate, sed non acutius, propter maiorem sanguinis proprietatem. Si uero pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, & puella in horis phlegmatis, contrahit passiones a cholera rubra, & sanguine aequaliter: magis tamen a phlegmate: quae passiones temperantur per sanguinem. Quod si conceptio sit in horis sanguinis, patris uero in horis phlegmatis, matris in horis cholerae nigrae, a sanguine passionem ducit: & figuram, & partem a patre: nullam uero a matre figuram: sed tantum debilitatem & inertiam. Si in sinistra est, plus a matre minus a patre: proprietatem passionum a sanguine, quae propter frigiditatem sinistrae non sunt ita acuta, sicut in dextra essent. Quod si puer conceptus sit in horis cholerae nigrae, pater in horis cholerae rubrae, & mater in horis sanguinis, partem figuram retinet ex patre & matre: minorem partem ex cholera nigra: sed maiorem partem passionum habet ex cholera rubra, minorem uero accidentaliter a sanguine & cholera rubra, quae passiones aliquantulum sunt temperatae. Si in sinistra est puella plus continet ex cholera nigra, minus enim a matre, nihil ex patre: passiones ducit ex cholera nigra, & sunt acuta. Quod si pater & mater concepti sunt in horis cholerae rubrae, & puer in horis sanguinis uel phlegmatis, plus retinet figuram patris a cholera rubra, mediocrem figuram a matre & minorem passiones a cholera rubra, & sunt temperatae. Si pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, puer in horis phlegmatis, & sit in sinistra, maiorem partem figuram habet ex patre, mediocrem a matre, minorem a phlegmate: passiones a phlegmate & sanguine. Si uero est in sinistra plus habet a cholera nigra, & phlegmate, minus a matre, nihil ex patre: passiones ex phlegmate & cholera nigra. Quod si omnium conceptio est in horis sanguinis, habet figuram a patre: & si sperma matricis superabundet & sit sanum tota est ex parte patris figura: passiones sanguinis & acuta. Si conceptio omnium in praedictis sit horis, & in sinistra sperma, & matris sperma sit debile, tunc filia maiorem partem figuram retinet a matre, minorem ex cholera nigra. Si sperma matris est debile, patris uero sanum & forte, totam figuram habet a patre, debilitatem uero corporis a matre: passiones a sanguine, partim a cholera nigra accidentaliter. Si omnis conceptio est in horis cholerae rubrae, & sperma patris est forte, & matris

*al. frigiditas.

de spermate

63

D & matris debile, totam figuram habet a patre: & si sperma matris est forte, & patris debile, aequa utriusque contrahit formam: & aliquantulum tamen habet a cholera rubra, & passiones acutas, & si tunc fuerit in sinistra, partem figuram habet a cholera, & tantum ab utroque, passiones uero a cholera rubra. Si uero sperma patris sanum est, matris uero debile, figuram habet utriusque: si utrumque debile, totam figuram habet a phlegmate, parum a sanguine, & cholera rubra. & si tunc in sinistra fuerit, parum habet ab utroque: scilicet partim a cholera nigra, & phlegmate: plus a cholera nigra propter frigiditatem illius partis. Quod si aequalia sint & sana, ab utroque continet figuram aequaliter: & parum uero a cholera nigra, & accidentaliter. Quod si sperma abundet & sanum sit, plus habet a matre quam a patre: passiones ex phlegmate. Quod si conceptio omnium fuerit in horis cholerae nigrae, & utrumque sperma debile fuerit, ab utroque partim figuram recipit: plus uero a cholera nigra, & aliquantulum a cholera rubra, & sanguine accidentaliter. Si uero sana fuerint, utriusque figuram retinet parum a cholera nigra, & etiam a cholera rubra, accidentaliter. Quod si sperma abundet matris, plus figuram habet a matre. Et si sperma patris superabundet, plus habet a patre, & cholera nigra, passiones: si sana fuerit utriusque figuram retinet, sed plus a matre: & etiam si sperma matris est sanum, patris uero debile, habet figuram a matre, minus uero a patre, si contra est, aequam habet utroque figuram: & cholera nigra, si plus superabundet materia, plus habet a matre, passiones: & cholera nigra, plus, minus a phlegmate. Si sperma omnium fuerit in matrice matris eorum in eisdem horis, magna eloquentia erunt. Si pater & auus infans uel puer concepti sunt in horis sanguinis infantis, mater uero in horis phlegmatis: & sperma matris superet, sed tamen debile, a neutro trahit figuram: quia illius sperma minus est, huius uero debile est. Quando uero habet puer principium ab horis sanguinis, sicut auus eius, retinet ab eo figuram. Si pater fuderit semen in horis sanguinis, mater uero concepta sit in eisdem horis, cuius sperma fortius & sanius sit spermate uiri debili, non capit figuram patris, quia sperma est debile: sperma uero mulieris fortius & sanius uertit sperma uiri in suam proprietatem: sed postea superueniente aliqua passione uel phlegmate uel cholera nigra, uel alijs humoribus, debilitatur figura matris: & ideo puer non potuit eius retinere figuram. Et quia auia eius pueri est concepta in hora sanguinis: & sicut puer cuius sperma reduxit sperma uiri sui ad naturam, sperma illud quia est materia pueri acuens se in septima, non potuit uenire in figuram patris & matris propter supradictas passiones. uenit autem in figuram auiae. Si uero fortius est sperma aui spermate auiae, tunc retinet figuram aui, si concepti fuerint in eisdem horis: ideo puer existens in tertio ab auo suo uel ab auia iuuam. habuerit suam figuram, & non a patre uel matre, qui sunt in secundo loco, uel utriusque sperma fuit debile: tamen quia opera planetarum semper solent ministrare prosperitatem secundum imparem usum, uel diuersitatem naturae secundum parem numerum. Si uero sperma patris uel matris debile fuerit, tunc nec humores, nec fecundus locus impediunt quin recipiant figuram ab auo uel auia: & hoc propter naturam, & uim loci & horarum.

De conceptione pueri alterata a stellis, & non a parentibus.

Contingit etiam aliquando infantem nulli parentum esse similem: & hoc fieri per naturam planetarum nascitur. n. aliquando mutus, uel carens pedibus, manibus, oculis, &c. Philosophi uero indubitate asserunt teste Hip. quod omnis substantia corporea animata iuncta sit & ligata in planetis & signis, quatuorque elementorum nexibus: & hoc approbo auctoritate Alexandri Imperatoris Macedoniae sic dicentis, quod Natanabus rex aegyptiorum pater eius secundum opera planetarum cum matre sua Olympiade concubuit: & per suam mathematicam & astronomicam rationem praecauit, ut non cognosceret eam nisi in talibus horis, in quibus ex operatione planetarum & signorum figuram traheret, non ex patre uel matre. Considerauit enim proprie Solem uenturum in Leonem, & Saturnum in Taurum, a quibus uolebat filium suum nasciturum figuram & naturam principaliter retinere. A Leone igitur tenuit crispitudinem capillorum, citrinum colorum, & toruam aspectum, & uultum, & iram, & robur. & quia aquila retinet proprietatem a Leone in hoc solo, quod aquila altius uolat ceteris auibus, & acutius uidet, ideo Alexander habuit ex proprietate sui signi oculum unum aequileum & nasum. & ut Sol clarus est praeter ceteris, & quando est in Leone fortior est: sic ille toti mundo dominatus est. ex Tauro uero contraxit cornutam frontem, & corpus altum, & ferociam. Taurus enim terram findit ingenio simplici, & opere pio. Et quia draco habet proprietatem in signo tauri & magnitudine & sensu, & draco supra habet dentes acutos, & alterum oculum, in similitudinem draconis oculos habuit: & ut Saturnus altior est omnibus planetis, & in humilitate & subtilitate superat opus ceterorum planetarum, sic Alexander totum orbem superauit.

De natura duodecim signorum.

Sciendum itaque est de signis duodecim, tria esse calida & sicca. Aries enim ca. est in secundo gradu, sic. in tertio. Leo calidus est & sic. in quarto gradu. Sagittarius ca. in primo, sic. in secundo gradu. Alia tria sunt frigida & humida. scilicet Cancer, Scorpio, & Piscis. nam Cancer est Lunae sedes. Scorpio humi. in primo, frigi. in secundo: Piscis frigi. in primo, humi. in secundo gradu. Alia tria sunt ca. & humi. Gemini ca. est in secundo, hu. in primo: Libra ca. est in primo, hu. in secundo: Aquarius ca. in primo, humi. in secundo. Alia tria sunt frigida & sicca. Taurus fri. in tertio, sic. in secundo. Capricornus fri. in secundo, sic. in tertio. Virgo frigi. in secundo, sic. in tertio. Alij philosophi dicunt quod Gemini sunt ca. & sic. in tertio gra. & Virgo ca. & humi. in primo, & Sagittarius ca. & hu. in principio secundi: & Aquarius frigi. & sic. in tertio gra. Aries, leo, sagittarius, sunt orientales calidus ignei, & sicci. Taurus, uirgo, capricornus

Galeno ascriptus liber

nus, sunt terre, frigidi, & sicci meridionales. Gemini, libra, aquarius, sunt occidentales, aerei, calidi & E
humidi. Cancer, scorpio, piscis, sunt aquatici, frigidi & humidi, septentrionales.

De differentia septem planetarum.

Ab his omnibus ducunt elementa rerum naturas suas & qualitates prædictas. & opera planetarum
complentur & perficiuntur per signa prædicta. & quia elementa iuncta sunt signis naturaliter, etiam ex
elementis constat omnis substantia corporea animata. ergo elementa opus recipiunt planetarum a si-
gnis, & illud trahunt omni substantiæ animatæ corporeæ, & illud esse natura a signis habet: & aliud id-
est efficaciam & operationes a planetis. naturam enim dicimus in calore, & frigiditate, & ceteris: ope-
rationem uero in ualetudine, pulchritudine, pigritia, uelocitate, & similibus, quæ contingunt infantibus:
etiam si non fuerit in genitoribus. Multa enim de huiusmodi materia dicturi sumus, sed in
præsenti omit tamus.

De alteratione signorum & planetarum.

Quatuor autem sunt elementa ac temporaneæ mutationes, quæ fiunt secundum cursum & rationem
signorum & planetarum. Temporum quidem aliud est calidum & siccum, ut æstas. & hoc fit ex natura
signorum eiusdem complexionis scilicet ca. & sic. Aliud uero calidum & hu. i. uer, sicut alia tria signa.
Aliud frigidum & sic. scilicet autumnus secundum sua tria signa. Aliud uero frigidum & hu. i. f. hyems
secundum sua tria signa. Et unumquodque tempus secundum naturam suorum signorum acuit & mouet
materiam elementorum, quæ sibi est conueniens, quod tamen aliquando mutari solet. Nam cum
æstas debeat esse ca. & sic. naturaliter, tamen eius calor minuitur & temperatur ex frigiditate, non ex
sua natura, sed signorum. nam si ex potestate capricorni & planetæ eius, generentur seu creentur res
alicuius anni, ex eorum frigiditate temperatur æstatis calor, & ex illa frigiditate innaturali æstatis cur-
rentis & contrariante, contrariæ nascuntur passionēs. Aestate uero transeunte uenit autumnus qui fri-
gidus & sic. naturaliter est, sed ex capricorni natura, qui potestatem habet anni, ut diximus, superuenit
altera frigiditas, quæ auget frigiditatem & sic. autūni: quæ res est contraria quatuor elementis in cor-
pore existentibus. est enim in illo tempore maxima grauitas & intemperies. Et ex affinitate autūni qui
nimis est fri. & sic. superuenit hyemi magna intemperies. adeo ut superetur in omnibus quatuor elemē-
torum temperata natura. putrefacta enim liquefcit a sua proprietate. Adueniente autem uere quod est
calidum & hu. temperatur eius calor ex frigiditate capricorni atque hyemis iam peractæ. Deinde ca-
lor ueris & æstatis contemperatur hyemis peractæ & capricorni frigiditate, cuius potestas illo uiget
anno: sicut unum quodque signum suam habet potestatem secundum suam naturam & mutationem
suam. Et mouetur natura temporis anni illius, qui pertinet ad signum illud, & etiam per frigiditatem
præfatam natura ueris mutatur: qua mutata turbatur naturalis calor humanæ naturæ: & quæ prius erat
per frigiditatem hyemis & capricorni rupta & putrefacta, mouetur & acuitur: & generantur passionēs
quæ sunt propriæ illorum temporum: quæ sunt mortifera. Si uero ex potestate læsiones & planetæ eius
qui sunt calidi & sicci, generentur res atque crectur, æstas erit magni caloris & siccitatis: ueniente autē
autumno, ex calore Leonis & Solis eius frigiditas temperatur & hyemis: ideoque turbatur aeris natu-
ra & acuitur, tum propter naturam signi & planetæ, quæ sunt calidæ naturæ, tum propter naturam sui
ipsius qui est calidus, & acuendo se, pugnat contra naturas illorum temporum scilicet hyemis & au-
tumni, quæ frigida sunt naturæ: sicque natura humana putrida mortifera generat passionēs, quæ pro-
priæ non sunt illorum temporum. nam si in anno Leonis & eius planetæ, in æstate generentur passionēs
acutæ & graues, tunc sunt propriæ eorum: si uero hyeme, uel in alijs temporibus eorum, quæ non sunt
propria, generantur passionēs ad eorum proprietatem, tunc illæ passionēs magis erunt propriæ eorū
Leonis & Solis, qui sunt calidi & sic. quàm eorum temporum in quibus generantur. generant autem a-
liquando passionēs permutata natura utrorūque id est temporum signa planetæ: quæ passionēs gene-
rant alias, quæ non sunt signorum uel planetæ uel temporum. Quod autem dictum est de prædicto si-
gno & planeta, quæ in eis sunt propria & quæ non, de reliquis intellige signis & planetis & tempori-
bus. Sole enim ascendente frigiditas: cum tamen potius ex Sole calor inesse debeat, quod confert po-
testas Saturni ex capricorno, cuius frigiditas: terræ acuit frigiditatem quæ aduenit. fumus in aere ascē-
dit, ex quo color aeris turbatur. æstatem uero ex Sole calor & siccitas, ex terræ fumositate frigiditas &
sicci. aerem corrumpunt: unde animalia & nos turbamur in illo Capricorni anno: homines grauibus
infirmantur morbis: sicut apparet in anno Leonis descendente Sole super terram: & quando frigidi-
tas adesse debet natura hyemis redeuntis, acuitur aer igne: & acuendo turbatus generat graues passio-
nes, quæ propriæ sunt temporis illius, ut dictum est. Similiter apparet in anno cancri, qui ex eius na-
tura acuitur natura aquæ: qua acuenta, inde ascendit quædam fumositas in aerem, ex qua turbatur aer.
inde frigida & humida fiunt passionēs, non propriæ illius temporis, sed signi. Si uero annus est libræ, a-
cuitur, & acuendo trahit ad se calorem ab igne: & tunc tempus est multum calidum & humidum
scilicet hyems, & inde sunt graues passionēs, quæ propriæ sunt ueris & hyemis. sunt enim ca-
lidæ & humidæ.

De alteratione signorum, & septem climatum mundi.

Potestas tamen signorum & planetarum non eodem modo se habet in omnibus partibus totius ter-
ræ. climata enim mundi septem sunt secundum planetarum rationem. Anno igitur capricorni, qui
est

de spermate

64

A qui est frigidus & siccus, est maior frigiditas & siccitas in partibus illius terræ, quæ pprie sunt sub pla-
neta. i. Saturno, qui est frigidus & siccus. nam cum* aliæ partes terræ naturaliter sint fri. & sic. tamen ex
natura & potestate Capricorni, quam habet illo tempore, magis mouentur & perturbantur quàm aliæ
terræ, quæ non sunt propriæ eorum. Quod si annus eorum nō fuerit, tunc terra non habet moueri causa
eorum nisi in hyeme & uere, scilicet per naturam. sed quando planeta superponitur, est alia significa-
tio. Illæ uero terræ quæ propriæ sunt suppositæ Lunæ & Cancro, propter affinitatem frigiditatis
quam habent, inferunt commotionem in suo anno, non tantam quantam inferunt suæ propriæ terræ:
quia terra illa frigida est & humida, sicut Cancer & Luna. Alijs uero terris, quæ neque frigida sunt
neque sicca naturaliter, licet inferant contrarietatem & commotionem, tamen paruam inferunt. Si-
militer Leo & Sol maiorem commotionem dant terræ sibi propriæ subiectæ quàm alijs: illi tamen
quæ subiecta est Libræ & Arieti, licet non dent tantam commotionem quantam dant suæ propriæ ter-
ræ, tamen propter affinitatem caloris dant ei maiorem commotionem quàm alijs cum quibus nullam
habent affinitatem. Si uero fuerit annus Leonis & Solis ut dictum est, tunc toto illo anno dant commo-
tionem in* ætate tribus mensibus, & hoc ut dictum est per naturam.

De alteratione quatuor partium mundi.

B Est & alia in terris mutatio secundum quatuor mundi partes, dispositas scilicet ad orientem, uel oc-
cidentem, austrum & septentrionem: & secundum altitudinem montium Soli accidentium, & ima ual-
lium a Sole remotarum. Consideret ergo medicus an sit mutatio temporum propria an accidentalis,
ut supra dictum est. Aetates quoque hominum, figuras, colores, terræ, usum, passionēs terræ in qua sunt
geniti, utrum sint consuetudinariæ an propriæ: an ueniant accidentaliter secundum mutationem tem-
porum uel naturaliter. si enim sunt passionēs ex natura terræ, aliud exigunt medicamen, quàm ex muta-
tione temporum naturaliter & accidentaliter.

De dyscrasia propria natura temporis passionum, uel non propria.

Intuendum est etiam an natura hominis suæ concordet passioni, & temporum mutationi, an passio
sit accidentalis & mutatio temporum, an mutatio sit substantialis & passio accidentalis. Solet enim pas-
sio cholericæ & sanguinea mutationi temporum concordare, sed a natura patietis discordare, & e con-
trario. Pulsus quoque uidentur est an conueniat cum sua natura & passione & temporum mutatione:
an tantum conueniat cum mutatione, & non cum passione nec cum natura: an cōueniat passioni, & nō
immutationi. neque naturæ: an naturæ, & non immutationi uel passioni, an nulli. Adhuc etiam sciendū
est an tempus transierit, uel præsens sit, seu futurum, in quo pharmacum dari infirmo debeat. His enim
Cignoratis ne bene euenientibus, miratur, & cito desperat medicus. Oportet etiam medicum nosse utrū
infirmas debeat augeri: & hoc an sui naturæ, an temporis, an passione alia superueniente: & sic poterit
dare medicamen tempore congruo, ut uel decrecentem deprimat & tollat ægritudinem, uel imminen-
ti resistat, ne nimis ægrum tardet. nam si leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruā
fore ægritudinem, nihil fecisse uidebitur, quando grandis infirmitas superuenierit. Sciendum autem est
quasdam infirmitates quibusdam esse substantiales, alijs accidentales. In æstate enim synochus & cau-
sus sunt naturales infirmitates cholericis & sanguineis: phlegmaticis accidentales. & ideo non eodem
modo curandæ. nam quæ potio conuenit cholericis per naturam temporis & morbi naturalis eis, est
contraria alijs, & causa alterius morbi, id est phlegmaticis. Est enim tempus, ut diximus, & morbus ille
illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui prædictis morbis synocha & causo occupato, eandem ded-
dit eiusdem mensuræ medicinam, quam & cholericis, æstate cito sanabitur: quia eius complexio nō est
cholericæ, & sicca, sed est his contraria: cholericis uero diu infirmi manebunt, quia calidi sunt & sicci, &
tempus. uertitur enim accidentaliter febris in substantialem, scilicet frigidam, quæ est phlegmaticorum.
Oportet etiam scire complexionem: quoniam idem experimentum & eadem potio non omni danda
est infirmo. contingit enim ut quæ potio utilis ei fuerit in primo uel secundo uel tertio periodo, in alijs
D non conueniat: & ideo secundum diuersas ægritudinum mutationes ad diuersos periodos, diuersa con-
uenit dari purgantia. Attende secundum quas horas, scilicet an sanguinis, uel cholerae rubrae, uel phleg-
matis, uel melancholice, magis acuat passio uel minuatur. Synocha enim in horis sanguinis si acuat,
scias eius originem esse ex accidentali mutatione sanguinis, non a principio cholerae rubrae. Mutatur
enim sanguis aliquando ex commistione, aliquando ex Solis ardore, aliquando ex itineris fatigatione
& generatur synocha: ex qua commotione sanguinis acuitur cholera rubra: qua acuenta quiescit san-
guis & synochus, & causus generantur ex acuitate cholerae rubrae. Si uero ephemera febris acuitur in
horis sanguinis, scias esse ex phlegmate falso coniuncto sanguini: quod phlegma acuens ex affinitate
sanguinis solet uerti in cholera rubram, & inde solet generari febris tertiana. Quartana uero si in ho-
ris sanguinis acuitur, scias eius materiam, id est melancholiam generari ex putrido sanguine sub plane-
ta naturæ propriæ. Quod si synocha magis acuitur in horis cholerae rubrae, nō est propria synocha, quia
uel mutabitur in tertianam, uel in causum. Si uero tertiana acuitur in illis, uera tertiana est & propria.
in illam enim aliquando mutabitur febre. Quotidiana uero si acuitur & mutatur in horis cholerae ru-
brae, cito uertitur in tertianam. Si uero quartana acuitur & mouetur in horis cholerae rubrae, cito
uertitur in tertianam. Si uero quartana mouetur & acuitur in horis eiusdem, scias principium eius
non fuisse ex putrido sanguine, sed ex cholera rubra perusta in melancholiam conuersa. Quod si
synocha

Galeno ascriptus liber

Fsynocha acuitur & mouetur in phlegmate, sicut in horis sanguinis, scias generari ex sanguine iuncto phlegmati falso: & proprie post terminum suum completum mutabitur uel in quotidianam, uel tertianam, licet magis affinis sit tertiana, quam quotidiana propter calorem. Si uero tertiana phlegmatica mouetur, & acuitur sicut in horis cholerae rubrae, minus est periculosa. mutabitur enim in quotidianam: de quotidiana uero fiet quartana: & aliquando reddit tertianam. Quod si quartana moueatur & acuat in horis phlegmatis, principium eius fuit falsi phlegmatis, quod uersum in cholera rubram incenditur, & uertitur in melancholiam, sicut uiride lignum uertitur in uiuum carbonem, deinde in cinerem. Quod si synocha mouetur in horis cholerae nigrae minus grauis passio, & aeger est piger, & grauis, & illa infirmitas habet partem non solum ex bono sanguine, sed etiam ex putrido: & proprie post terminum suum completum ueniet infirmus in quartanam. Si uero tertiana acuitur & mouetur in horis melancholiam, subito uertitur in quartanam. Quod si quartana mouetur in horis illis, firma est & propria: nec mutatur in aliam, propter praedictas passiones. omnes enim aliae habent moueri & acui secundum praedictas horas, & earum naturam & rationem: & secundum motum, & acutionem ipsarum, bene discernentur, & tactu, & pulsu, sicut ex praedictis horis.

De cognitione aegritudinis secundum planetam, diem, & horam.

FScire etiam medicum decet planetam & signum, in quo aeger aegrotare coepit, & tempus secundum diem & horam. nam si infirmitas fuerit secundum signa & planetas, sed accidentaliter ex acutione signi & planetae esset, habet aliam distinctionem. Si uero medicus nescierit infirmitatem per numerum, id est per naturam signi & planetae, perscrutetur pulsum & horas, ut dictum est.

De qualitate, & efficacia errantium planetarum septem climatum

Asserunt etiam physici omnia in terris firmari & compleri secundum cursum, & operationem superiorum corporum: quorum operatio omnis summi creatoris uirtute consistit. Elementa igitur quatuor, signis duodecim, & septem planetis iuncta sunt: & eorum causas, quatuor habent temporum mutationes: secundum quas humana, & omnium subiectorum natura mouetur & acuitur: per quam motionem & acutionem passiones fiunt. Haec autem mutatio est uniuersalis omnibus mundanis. Est & alia mutatio ex natura terrae specialiter, & planetarum constants in diuersis regionibus. Quadrifidus enim orbis etiam in septem diuisus est partes secundum septem planetas, qui per astrolabium discernuntur. Scien dum est tamen partes illas septem non esse continuas, sed in toto mundo diuisas. terra enim illa, quae est frigida & sicca in quarto gradu, sub potestate est Saturni, qui eiusdem est naturae. Quae uero frigida est, & sicca in primo gradu, sub Iouis imperio, qui eiusdem est naturae, & qui etiam affinitatem habet cum natura rerum omnium maximeque ad gaudium pertinentium. Sed quae calida in secundo, humida in primo, sub Martis ditione est, & suae naturae conuenit eiusdem. Sed quae est calida & sicca in quarto, Soli conuenit & coecedit. Quae autem calida & humida in primo gradu, sub Mercurio. Quae uero humida, in primo, frigida in secundo, habens aliquantulum temperamenti calidi, Veneri subiacet. Sed quae frigida, & humida in primo gradu, Luna conuenit. Quaeque autem singulae terrarum partes sui retinent planetae qualitates: accidentaliter tamen in naturam uertuntur planetae alterius. terra enim, quae ex sui planetae natura proprie frigida seu calida esse debet, in contrariam uertitur naturam & complexionem. In complexione ergo praefatis, deinde etiam in altitudine, & profunditate, & erectione, & casu, & harmonia cuiusque planetae conuenire debet, ad cuius similitudinem composita est, & inde omne corpus sanum uel aegrum est. unde Andronicus peripateticus asserit nos esse secundum nostram uoluntatem: & extra nostram uoluntatem ambulamus, & etiam contra nostram uoluntatem, quando nostra anima ducimur, uel quando accidentaliter ex natura corporis, aut irae furore, aut alio impetu mouemur. Monet etiam secundario aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere. sicut enim muscus nequit chorda falsa sonitum reddere, sic anima prauum corpus, scilicet libi dinosum uel aliud, ratione sui nequit regere: & symphonia instrumenti artificis animae, id est corporis displicet. Andronicus igitur cum motiones planetarum, & compositiones merito asserit ueras: & cetera uicia non esse naturalia animae: nec animam ex natura corporis constare, quod quidam uoluerunt. Si enim eiusdem esset naturae, nil repugnaret quin anima rationibus spiritualibus subderet corpus, scilicet ieiunij; & ceteris uirtutibus corporis uicia subderet. & ideo dicit Plato in logica, dum iuuentus est per sensum & rationem mundata ab omni prauitate corporis, cognoscetis omnem uirtutem: omnis enim prauitas extra naturam. At alij elementis corpore composito, ipsum corpus animam mouet: quod eorum contrahit qualitates. dicit Hippocrates in physica, quod terra est apposita generare naturam corporum. Est autem ut terra alia dulcis, & temperata, ita & homines eius dulces & mansueti. Et ideo anima mandat eis per phantasiam suam omnem bonam operationem. Est & alia terra per naturam planetarum acuta. unde eius homines ueniunt bellicosi. Et quia operatio corporeae materiae ligata est quatuor elementis, ideo dicit Plato, quod ratio conuenit ex superioribus, & ministrat homini spiritualem intellectum, secundum quem discernit superiora, & inferiora, uera, & falsa in theoria, & practica, id est in diuina rerum consideratione, & operum faciendorum doctrina & instructione. praxis enim graece, operatio latine. Et quia sensus non fit cum imaginatione animae, cito ducitur ad dispersiones rerum, unde theoricus efficitur: Deus enim

de spermate.

65

Aenim omnia imprimit, & ubique est, & omnia implet. Inde dicit Plato quod homines existentes ante suum tempus, non ex uirtute rationis, sed ex natura corporis suam praxim adimplebant. Et inde asserit Isaac quod terra per operationem planetarum generat naturam corporis: natura uero corporis mouet corpus in consuetudines mutationes malas, & mutatio quatuor temporum fit per duodecim signa & septem planetas: maior est autem per Lunam & Solem. Luna uero unoquoque mense mundum perambulat, & dat motus quatuor elementis. Sol uero quatuor tempora anni conficit, scilicet uer calidum & humidum. quod si non esset, sed siccum, ut quidam uolunt, siccarentur gramina, non autem auergerentur uel foerentur: & alia inconuenientia essent, si aer tunc siccus esset.

De natura coniunctionis & adiunctionis quatuor elementorum.

Asserebant falso quidam philosophorum quod homine mortuo humores separarentur, & ad propria redirent naturam, ut sanguis in aerem, cholera rubra in ignem, melancholia in terram, phlegma in aquam. Hippocrates autem & Aristoteles & alij philosophi asserunt destitutis & mortuis humores in terram redire: dissentiunt etiam Socrates & Hippocrates a quibusdam alijs physicis dicentibus quod quatuor elementa nullum patiuntur detrimentum a sua substantia, sed remanent integra, nec corrumpuntur in constitutione corporis humani: sed quaedam differentia accidentaliter egrediens ab illis quatuor elementis temperat & regit humana corpora, quae perit cum illis corporibus: sicut albedo uel nigredo consistens accidentaliter in corpore destructo perit: & aliqua differentia destructa non patiuntur illa elementa aliquod damnum: quia semper sunt fixa & integra in sua substantia. Dicunt enim Aristoteles & Hippocrates quod omnis creatura incorporea penetrat totam substantiam, cui aduenit intus & extra: unde illa differentia, cum sit incorporea, est ueniens ad humana corpora ab illis quatuor elementis aequaliter intus & extra. sed illa differentia tantum est extra & non in figura incorporea. Nam si illa differentia esset adiuncta corporibus humanis ut illi dicunt, tunc illa corpora per illam differentiam intus & extra essent ubique eiusdem naturae & eiusdem coloris: sicut aqua ubique in tota substantia per calorem calida: per frigus frigida, ergo sicut calor & frigiditas, quae sunt accidentales differentiae aquae, possunt separari ab ipsa & destitui permanente substantia ipsius aquae: sic illa differentia, quando accedit corporibus nostris, perit, remanente natura & proprietate nostrorum corporum: quorum differentia accidentaliter apparet extra, & potest destitui, sicut ipsa corpora sunt mortalia. Dicit namque Hippocrates sicut nulla substantia incorporea habet nutrimentum a differentia corporea, sic nulla substantia corporea potest nutriri a differentia incorporea, unde testante Hippocrate aer & aqua & ignis iunguntur & efficiuntur unum, quibus terra propter sui nimiam ponderositatem nequit adiungi, sed mandat suam frigiditatem & siccitatem, quae temperat illa tria, & sic complent naturam corporum, sicque mortuis omnia illa rediguntur in terram. Et ideo sciendum est quod terra secundum grauedinem suam non potest associari alijs tribus elementis in constitutione humanorum corporum. Nam postea illa tria propter grauedinem terrae non possunt explicare suam operationem, aqua turbulenta & commista terrae non potest se mouere, nec in aliam partem suam uim emittere. Item, sicut uidemus quod turbati, sanguis & cholera uertuntur in melancholiam: melancholia uero in nullum supradictorum nisi in phlegma, & de phlegmate in alios: ita aer ignis & aqua uertuntur in terram, de terra in humiditate, & de humiditate in alia elementa.

De mutatione elementorum qualiter fiat.

Supradictam hanc mutationem uocant physici hoc modo, terra enim crescens unaquaque hora ex mortalitate corporum uertitur in aquam: cuius subtilitas calefacta uertitur in aerem: subtilitas autem aeris calefacta uertitur in ignem, sicut enim aqua mittens humiditatem suam, uertitur in terram accidentaliter: sic terra inde crescens accidentaliter, amittit tunc siccitatem suam, & uertitur in aquam, & sic considerant naturam aliorum elementorum. & ideo dicit Aristoteles quod nullum difficile aut dissolubile nomen est fixum & firmum circa aliquam substantiam. nam illud quomodo dicitur per supradictam creaturam quod terra uertitur in aquam, aqua in aerem, aer in ignem, sic ignis ingrossatus & infectus uertitur in aerem, aer ingrossatus uertitur in aquam, aqua ingrossata in terram: quae, ut dictum est, iuncta insimul fiunt corpora nostra. Corpora uero nostra uertuntur in terram, & unumquodque uertitur in aliud. Et ideo dicit Aristoteles quod haec quatuor materiae non habent haec supradicta nomina fixa & stabilia sibi: sed proprie dicitur substantia. nam in quodcumque uertitur aer uel aqua, tunc dicitur substantia.

De mutuis conuersionibus quatuor elementorum.

Conueniunt autem & differunt elementa differentijs & qualitatibus. sicut enim aqua frigida & humida contraria est igni, & mutat eius proprietatem: ignis uero calidus & siccus: terra frigida & sicca: aer calidus & humidus, aqua frigida & humida: & his qualitatibus ad se inuicem colligantur attrahentes semper consimiles qualitates: ut aqua terram siccam frigidam: deinde contemperant se in contrarijs: nam siccitas terrae per praedictam frigiditatem trahitur ad humiditatem aquae siccae: ita etiam humiditas aquae ascendit ad ignem tracta per aerem illum, & ita uel annihilat contrarium suum uel attrahit. Aqua igitur per frigiditatem suam terrae iuncta a terra trahit frigiditatem & non siccitatem: aer aquae

SPVRII.

I per

per humiditatem conueniens attrahit illam: ignis uero aeri per caliditatem conuenit, & illam suscipit ab aere. unde dicit Aristoteles quod duo sunt genera aeris, unum ex fumositate aquae, aliud ex fumositate ignis, qui suam caliditatem & siccitatem mutans uertitur in fumosam materiam, hoc facto associatur supradictae materiae quae est fumosa & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui aliquando ex frigidityte & humiditate aquae acuitur & inuoluitur: & inuoluendo amittit suum calorem, & sic uertitur in suam materiam ex qua fit, id est aquam. ex eius enim constat fumositate, ut dictum est. aqua uero si de terra, inspissatur & amittit humiditatem. Recipitque aqua & terra siccitatem, & in eius redigitur naturam. Nascuntur ex his corruptelae corporum: nam aer intra ignem & aquam stans tribuit calorem ignis, & in aqua acuitur & calescit, & fumositas illa in aerem surgit, & inde aer turbatur, & etiam frigidityte contrahente a terra, & calore desursum ab igne. Nouem autem sunt naturae seu qualitates corporum, octo intemperatae scilicet, & quae conueniunt omni animali scilicet calida, frigida, humida, sicca. Calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & sicca. Nona uero soli homini conuenit, & eius solam temperat naturam. Et ideo utile est nosse quae harum octo sunt substantiae: & quae differentiae. in igne ergo calor eius est differentia uirtutis ipsius: quo colore amoto attrahit siccitatem, & remanet quaedam fumositas calida quae est substantia: aeris uero differentia est calor qui designatur & reuertitur saepius, ut dictum est. Substantia uero eius est humiditas, quae aliquando deficcatur, ut solet fieri quando uertitur in terram. illa enim siccitas est ei accidentalis, quae & siccitas est accidentalis si daret frigiditytas. Nam dum redit in suam propriam naturam, amittit siccitatem, semper autem est humida. Et sciendum est quod aquae humiditas est idem quod eius frigiditytatis, nec sunt habenda pro duabus differentiis, sed pro una tantum. Nam ex nimia frigidityte terrae fit nimia frigiditytas aquae, unde in aqua differentia est eius humiditas. Siccitas autem terrae est differentia. potest tamen remoueri a terra eius siccitas, licet uideatur eius substantia: est enim cum ipsa frigidityte. Verum & ipsa potest remoueri a terra. est igitur eius substantia humiditas. in primis enim terra fuit humida: & eius siccitatem remota & frigidityte quae est eius siccitatis terra uertitur in humiditatem.

GAL. LIBER FALSO ATTRIBVTVS,
AN SIT ANIMAL ID, QVOD IN VTERO EST.

Io. Baptista Rasario, interprete.

ARGVMENTVM.

Licet foetus utero radicitus inhaerit, eum tamen & naturae, & animae participem esse: & animal esse omnino.

Quid sit animal: & mundum esse animal.

Cap. 1.



Quam Physicis, omnibusque Philosophis natura uniuersitatis in hunc usque diem quaestionem attulit: eam Asclepiadi, & ijs, qui ab eo profecti sunt, dubia de infante, qui in utero fiat, & constituatur, notitia praebuit. quemadmodum enim qui de uniuersitate disputarunt, ij utrum ea animal sit, nec ne, nihil aperte definiuerunt: sic artis medendi praesides de puerulo, dum gignitur, ita sunt locuti, ut adhuc non sit explicata ratio. itaque cum res ardua, & ad intelligendum difficilis, ac nondum constituta sit, quae de ea dicentur, generatim erunt audienda. nam & ego, qui loquor & uos, qui iudices estis, naturae humanae, ut ait Socrates, participes sumus. quocirca debemus potius contenti esse ijs, quae dicuntur; quam plura, quam par sit, peruestigare. ea enim, quae rem propositam superant, deus ipse princeps nouit, mox eius assensu, & qui ipsi, ut est apud Platonem, amicus homo sit. proinde amor adsit, inuidia, concitatioque; absit ab ijs, qui talia conantur. hoc enim modo & nos amantius ad huiusmodi locos progrediemur: & uos beneuolentia sempiternam omnibus in rebus conseruabitis; & uirtute, citra omnem inuidiam, humanum genus prosequemini. porro de homine, ut de paruo mundo uerba facturi, e magno: cuius nos ueluti foetus, & partes sumus, initium sumemus. huius enim constituta inter nos natura, clarior reddet hominis constitutio. primum igitur, quid mundus sit, definiemus. sic enim facillime, cum definitio totam rem significet, uniuersitatis essentiam statuemus. sed antequam hoc faciamus, quid animal sit, explicemus: ut exposita rei, qua de agitur, definitione, naturae uniuersitatis semina perspicua reddantur. animal igitur est substantia, animata, sensus particeps: quod genere de ijs omnibus, quae sub ipso sunt, dicitur. usque dum autem tale absolute dicatur, omnia in se comprehensa continent. cum uero cuique adiectum sit, quod speciem efficit, tum genus, in species diuisum, differre ostensum est. uideamus igitur, animal ne sit mundus: ac si primum sit genitus, deinde integram naturam. mundus igitur

igitur est ex caelo, terraque, & medijs naturis aqua & aere coagmentatio, habens principem, & primigenium spiritum, per haec omnia diffusum: quem familiae philosophorum aut animam, aut unitatem, aut atomum, aut ignem, aut communi cum genere nomine, spiritum primum nominant. atque haec quidem ante etiam erant, quam hoc cognomen haberent: sed tum confusa erant, & non differentia inter se, & ut quibusdam placet, materiae nomine appellabantur. nunc uero mundus uocatur, quod concinne, & ordinatum, ac ueluti rhythmo quodam, & ornato motum efficiat. equidem motu uacantes eos esse ego, lapidibusque similes existimabo, qui uniuersitatem nullo cieri motu confirmant. mundus igitur est integer ex integris apte constitutus, ex perfectisque perfectus, & absolutus absolutus: fuitque, & erit animal, quod motu cieatur. sed tum seminatum uim, & uniuersi rationem habentem continebat. discretus uero, & te nebris prodiens propria feminum uirtutem indicauit, hic terram, illic aquam se ostendens. ubi uero ignem cum aere se ostenderet, in omnem partem incrementi modo exporrectus, pro elementorum natura, ipsum uniuersum sole, ac luna, quasi oculis illuminans, horum luce, claroque splendore est motui cuique dux effectus. ei enim & sic ab initio genito, & in prima natura constituto temperatus est: siquidem & primum animal, & spirans, & intelligens, hic mundus tunc erat, & nunc apparet. ut igitur, cum in lucem ederetur, nemo, cum animal esse, negare auderet: propterea quod integrum ex integris, & perfectumque ex perfectis esse demonstrauimus: alioqui enim quomodo ex omni parte absoluta praestitisset, si omnino non fuit? ita quod utero geritur, nemo esse animal negarit. ut enim ferrarium fabrum, aut ararium, aut statuarium, aut nauium aedificatorem, aut quempiam alium non dices quidpiam perfectum, atque absolutum praestitisse, si quid desit: ut si statuae desit manus, aut pes, si gladio acies, si nauis clauus: quod autem nulla est ex parte mutilum, & undique absolutum, cum nihil desit, id perfectum est: ita etiam & mundus, & quod utero continetur, nunquam perfecti rationem habuisset, nisi cum primum est essentiae factus particeps, uniuersitatis essentiam accepisset.

Quod utero continetur, animal dici ad mundi similitudinem, & ex Hippoc. sententia.

Cap. 2.

Cum autem mundum fuisse animal, ideoque nunc etiam esse dixerimus, ad hominem, qui secundus post ipsum mundus est, sermonem conuertamus. animal est a nobis antea definitum. & quibus de causis animalis usum praestet infans in utero, Hippocrates, unus Asclepiadarum, & dixit, & ueluti e delphi co tripode ante uaticinatus est, ac praedicauit. primam enim eius constitutionem, ac ueluti animalis procreationem ex integris constituit: cum intelligeret, ipsum nulla alia ratione praebere absolutum posse, nisi animal a perfectis efficeretur. a toto, inquit, corpore semine fluit, & a salubribus, salubre: a morbofis, morbosum. ab omni parte dixit, & totum ex toto. ac tantum abfuit, ne animal diceret, ut etiam objectiones eius dissoluerit, qui contra ipsum, mutilata non esse absoluta, dicebat. etenim cum nollet controuersum esse, quin sit animal, dixit, salubria corpora, quae totum ipsum ita continent, ut nihil desit, semen etiam integrum emittere: manca uero, mancum. quae res nullam in se dubitationem habet. qui enim fieri potest, ut quod non est, in ortu sanum fiat? hoc enim est illius solum, quod est quidem, nondum tamen genitum, sanum uero est potentia, ideoque ortum suscipit. nam eorum, quae perspicue non sunt, alia sic genita sunt: alia possunt; alia neutro modo se habent. semen quoque aliud hoc habet, ut fieri animal possit: quod tunc re ipsa praestat, cum hominem procreat: aliud neque est, neque fieri potest, neque rationem habet, ut id quod natura non fit: id enim neque eius quod est, neque eius, quod futurum est, rationem subit. quam ob rem quod in utero est, recte, ex Hippocratis sententia, animal dicitur: siquidem ipse & ex totis ipsum seminauit, & uim totius ei tribuit. ac non modo id a toto, & animal esse declarauit, sed in numero quoque ostendit, ipsum habere uniuersi principia: & posse familia eorum, a quibus radicem contraxit, cum ait, Gemini ex uno concubitu fiunt: linus autem & claustra uteri habent. hinc enim intelligi perspicue potest, eam uim habere semen, in uterum coniectum, ut animantis natura sit. nam cum exigua mole sit, magna est potestate, ac principem causam indicat, animalisque procreationis substantiam. etenim sicut ignem, qui in silice, & calce insitus est, nemo dicit ignem non esse, quia non urat. (tunc enim re ipsa ignis sit, cum materia quaedam ei accedit, & foris adueniens ab uniuerso inspiratio) ita semen in muliere iniectum esse animal uere quispiam affirmabit: quando iam animal potestate est. sitque re ipsa, cum ex utero exiens, ei se coniungit, unde initium habuit. cum enim pars, atque auulsio magni animalis, hoc est mundi, sit, dum in sinibus manet, ac latitat, ueluti concretio quaedam est. ab hoc autem profundo, quod tanquam chaos est, secretum, & foras erutum, affinem, similemque naturam ipsis actionibus amplectitur. nam & ex se moueri incipit, & oculos, qui lucem suppeditant, solis, lunaeque naturam imitans, perpetuo tendit: & mentem lationi, quae ad simile perducit, assimilata statuit.

Animal, quod utero continetur, naturae actiones obire.

Cap. 3.

Immerito igitur negatum esse a quibusdam, animal esse, quod in utero est facere ex ijs, quae diximus coniecturam quicunque potest. nunc uero & quot, & qualia animal efficiat, explicabo. cum igitur animal ab anima, natura, alimento, spirituque gubernetur, siquidem anima spiritu, & natura liquidis, aridisque alimentis nutritur: etiam quod in utero est, his omnibus uti administrationibus conperiet, itaque ijs motionibus, quae ad animam, & incrementum, quae ad naturam pertinent. nam deuorat, & ut Hippoc. placet, spirat. ore enim & naso desuper fieri spiratio nem scribit. quod autem Asclepiades ipsum ex acetabulis, quae in utero sunt, sugere, & concocquere dixerit: siquidem ea, quae deuorata sunt, cocctio necessario cocsequatur, etiam alimentum assumat ab utero quod maxime elaboratum apponitur nisi ipsum natura accipiat, non potest: nec prius assimilari, nisi ex necessitate pueri natura id, quod nutrit

quã natus eēt, timuisse itēq; Phryges oēs, quibus ab igni nodū nato inuecta calamitas ē. Alcmena quoq; Hercule genito, terrorem aduersarijs, & diffidentiam hostibus, cum puerulum utero gestaret, incutiebatur. tunc autem igitur abest, ut fœtus non dicantur animalia, ut non solum sint animalia, sed etiam, licet adhuc utero radicatus hęreant, sint natura hominis robustiora. sed iam ad fœtum ipsum, tanquam animal, ut nihil ei, quo minus homo sit, deficit, conformatum nostra se conuertat oratio. prodite o fœtus e sinibus nihil iam, neque generis priuationem, neque carissimorum alienationem, neque fortunatarum ablationem formidantes. uos enim neque multorum calumnia, neque eorum malitia, qui naturę iniuriam faciunt, excludet. quam ob rem uos, ut Pericles, ut Pisistratus, ut Paris, ut Alexander Macedo, ut Hercules in illos ani maduertetis.

**G A L E N O A T T R I B U T V S L I B E R D E
V T I L I T A T E R E S P I R A T I O N I S .**

C E N S V R A .

Multi uera in hoc quoque libro insunt, sed magna ex parte Aristotelica.



F Calorem uitalē, qui est in corde, dicit Arist. nutriri a sanguine, pingui & unctuosissimo existente, eodem modo quo flamma nutratur ab oleo: Et eiusdem caloris extinctionem, quemadmodum & flammę, dupliciter fieri. nam sicut flamma extinguitur dupliciter, siue consumpto oleo, siue addita ei maiore flamma: similiter calor uitalis extinguitur in morte animalis, aut ex defectu puri & pinguis sanguinis, ut in consumptis, aut aquoso sanguine repletis, aut ex superuentu caloris maioris, ut in febrilentibus. Inuestigās autem Arist. quare maior flamma extinguit minorem flammam ei appositam, dicit maiorem flammam consumere nutrimentum minoris flammę usque adeo cito, ut non possit æque cito nutrimentum succedere. Dico autem maiorem flammam trahere ad se minorem causa similitudinis usque; adeo cito, ut non possit æque cito minor flamma attrahere aliam flammam, ex eo a quo nutratur sibi succedente. Nutratur autē flamma non solum a pinguedine aliqua, immo etiam ab aere uicino. & fit nutritio nō ut quidam putāt per alterationē nutrimenti, neque per assimilationem eius ad id quod nutratur, sed per attractionem partium nutrimenti, similitū ei quod nutratur. id enim a quo nutratur ignis, necesse est ut in se habeat igneas partes. Quod autem ignis nutriatur ex aere, probatur ex eo: quia si inter terram fodiat specus ampla angustia oris, & magna lignorum congeries intermissa incendatur immisso igne, obstruō quidem foramine, necesse est ligna eodem momento omnino extingui. Exit enim ignis per poros terrę superiectę. & non potest aer subintrare ad reparationem ignis excuntis, tum quia aer obstruōrior est igne, nec æque mobilis est ut ignis, tum quia necesse est plus aeris influere, quā sit ignis affluens, qui reparandus est ex eo, pro eo quod non ex toto aere, sed ex solis igneis partibus quę sunt in aere fit ignis. fitque ex plurimo aere multo minor ignis, nam & similiter in omni nutritione fit ex multo nutrimento res modica per digestionem. Vniuersaliter etiam quicquid fit ex alio, minus est eo a quo generatur, quod tamē plerique negant. nam sicut, inquit, ex modica aqua fit multus fumus: similiter quoque ex modica aqua fit multus aer, ita quoque ex modico aere fit multus ignis. Dico autem quod fumus non fit ex sola aqua sed habet plurimū aerē, in quo disseminatę sunt aqueę particule, quod est uidere hoc modo. nam quā bullit aqua in uase ad ignem, ignis quidem transit per poros uasis ad aquam faciens illam tumescere & ampullas eleuari fiuntque; ampullę ex directo ignis qui est sub uase. sicque ad mediam aquā transit ignis ascendens in aerem. attrahitque; secum aqueas particulas, cum quibus aeri admiscetur, ferunturque; aqueę particule sursum, donec deferuntur a calore inferiori aere, quem frigidum esse constat, ut ostensum est alias. Amplius autem nubes, cum sit fumus, congelata quidem, fit nix, quemadmodum pluuia congelata, fit grando, nix autem plurimum habet aerem, quemadmodum spuma. & est alba utraque propter aerem sibi commistum: quem Arist. esse album ostēdit: sed hæc hæctenus. Quoniam autem flamma in continuo fluxu est, & continue generatur alia & alia flamma, succeditque; posterior flamma in locum prioris, immo in modum fluuij, putant quidam priorem flammā sursum ascendentem extingui ab aere. Dico autem eam admisceri aeri, disseminarique in eo per minutas particulas. nam & similiter disseminata fuerat prius, non solum in eo a quo generata est, immo etiam in aere uicino, præsertim cum multo plus nutrimenti habeat flamma ex aere quā ex aliquo alio. Sicut autē flamma in continuo motu est, & in modū fluuij alia alij succedit, & ita calor continue effluit a corde ad uenas, & per uenas ad totū corpus, & inde continue effluit extra corpus. nam & uestes non ob aliud calefaciunt, quā quia retinent calorem continue euaporantē a corpore per poros. Sunt autē pori uenę subtilissimę per quas effluit calor, & etiam sudor, qui nihil aliud est quā aqua sanguini admista. quęque; poris amplius dilataris effluit ipse sanguis. Quod autē pori sint uenę subtilissimę, inde patet, quod quęlibet uena producit ex se aliam uenā minorem, & aliam iterum minorem, usque; dum diuisio perueniat ad capillares uenas. Accidit autē poros per frigiditatem, aut aliquo uiscoso fumo oppilari. & tunc calor multiplicatur in uenis. non enim sufficienter euaporare potest, tum propter angustiam pororum, tum quia fugit interius, propter frigiditatem

Agilitatem sibi contrariam, quę est exterius. Dicit enim Arist. ultimam digestionem cibi fieri in corde. sanguinemque in uentribus cordis generari. Dicit quoque Arist. primum & uniuersale instrumentum omnium sensuum est, non autem cerebrum, ut quidam asserunt, hoc autem est indicium, quod impossibile est dolorem fieri in aliqua parte corporis, quin fiat passio in corde. & si multus fuerit dolor, facit syncopen cordis. Nam omnes partes corporis colligantiam habent ad cor per medias uenas. & pelliculas, & neruos. A duobus igitur uentriculis cordis procedunt magna uena & arteria ad supremum spondylum colli. Nam magna uena, quę dicitur caua, procedit a dextro uentre cordis, & primo transit ad gibbum hepatis. & inde per dorsum ad caput. Magna uero arteria, quę dicitur aorta, quando procedit a sinistro uentre cordis, primo transit ad quintum spondylum dorsī, qui ceteris spondylis uicinior est cordi. unde quando oesophagus spondylis innititur, declinat quidem in quinto spondylo dorsī, & in alteram partem dans locum magnę arterię. Prædicta uena & arteria uenientes ad caput, coniunguntur duabus pelliculis cerebri, & etiam pellī quę per omnes spondylos protenditur, & tegit spinalem medullam. Dicunt autem anatomici duplici pelle tegi spinalem medullam, quemadmodum & cerebrum. Ab his uero pelliculis cerebri & spinalis medullę procedunt omnes nerui corporis. Nihil igitur de corpore sensibile est præter uenas, & arterias, & pelliculas, & neruos, cum sit ex eis unum

B quoddam continuum cum corde. Alia uero membra insensibilia sunt, ut ossa, & ligamenta ossium. Quorum duplex est genus. nam eorum quibusdam colligantur ossa ad se inuicem. alij uero colligantur ad musculos. Sunt autem & cartilagine omnes insensibiles, quemadmodum & ossa. nam & plerunque ab ossibus procedunt, & si non omnes. Sunt autem maximę duę cartilagine corporis, altera quidem ex qua constat trachea arteria, & altera quę procedit ab ossē puppis. & est maxima pars uirgę uirilis, & colli matricis. Sunt etiam insensibiles omnes pinguedines, & medullę, & ipsum cerebrum, & est etiam caro pulmonis insensibilis: circumdatur autē tribus pelliculis, quarum duę procedunt a uena & ab arteria, quę a duobus uentribus cordis procedunt. & hæc duę pelliculę sunt sensibiles. tertia uero procedit a trachea arteria, quę est insensibilis, quemadmodum ipsa trachea arteria a qua procedit. fitque per hanc inspissatio aeris ad cor secundum fistulas ipsius, quę a trachea arteria procedunt. Similiter autem hepar & splen insensibilia sunt, quemadmodum & pulmo: exceptis etiā quibusdam uenis, neruis, & pelliculis quę in eis sunt, quę procedunt ad pulmonem, & hepar, & splenem, dilatanturque in eis. Sunt autem glandulę omnes insensibiles, quemadmodum & pinguedines, cum sint de genere pinguedinis. quāuis quędam uideantur sensibiles, propter pelliculas sibi insertas. Sunt autem tam pinguedines quā glandulę omnes in corpore ad fomentum & conseruationem caloris

C naturalis. quāuis enim calor a corde ad totum corpus procedat: sunt tamen quędam corporis partes magis susceptibiles caloris, quā ceterę. Pinguedo enim quę superposita est hepati, & spleni, & in testinis, calefacit ea, facitque nutrimentum digeri in eis. Vnde cum cuidam pugili pinguedo hæc in palæstra rupta esset, & postmodum liuida facta, a medico erepta esset, coepit pugil supra modum frigus esse impariens, & consueta cibi digestio in uentre mutata est. Glandulę autem quę a radice linguę sunt, non solum generant saliuam, sed etiam digerunt sanguinem in uenis, quę ad meningas cerebri coniunguntur. Cum enim meningas cerebri constent & ex subtilissimis uenis, quę a crassis uenis colli procedunt, non potest sanguis uenulas meningum subintrare, nisi fuerit plurimū digestus. Item glandulę sunt in mesenterio caloris causa, attrahentis succum cibi ab intestinis ad uenam hepatis. Item testiculi, & mamillę glandulosę sunt ad generandum sperma & lac. Adiacent etiam collo uesicę glandulę, caloris causa attrahentis urinam a renibus, & insuper sperma digerentes. Quidam etiam inter glandulas annumerant renes, qui urinam attrahunt a uena quę est in gibbo hepatis. quāuis Arist. dicat non ob aliud renes esse in corpore, quā ut per eos excoletur urina. nam uasā duo deferentia urinam a gibbo hepatis terminantur ad duos renes, & rursus ex alia parte renū oriuntur alia uasā urinaria, procedentia usque ad uesicam, perforata intra uesicam foraminibus pluribus atque; subtilibus, per quę defluit urina uesicę. & hæc quidem foramina in mortuo animali non apparent, pro eo quod frigiditate obtusa sunt. Dico autem calorem qui est in sinistro uentre cordis & in arterijs, non solum nutriri ab aere influente per fistulas pulmonis: immo etiam ab aere influente per poros corporis. quod probatur ex eo, quod accidit in passione quadā quę dicitur suffocatio matris, in qua nulla fit manifesta inspiratio aeris. Dico autem in hac passione cor comprimi a matrice sursum eleuata, modicumque; calorem remanere, in eo quod nutratur a modico aere influente per poros. nam & similiter plura animalia uiuunt, non habentia cor, neque pulmonem. quorum calor uitalis cum sit modicus, nutratur ab exteriori aere influente per poros. hæc autem sunt parua animalia, ut muscę, & similia. & etiam in piscibus polypodes, & alij omnes qui sanguinem non habent. quāuis etiam de ceteris piscibus sanguinem habentibus dubitetur quō spirant intra aquā. Constat autem maiores pisces spirare aerem extra aquam, quos etiā pulmonem habere manifestum est. minores uero pisces, qui loco pulmonis branchias habent, spirant intra aquam. spirantque aerem, qui modicus est, intra aquam, per poros branchiarum, qui sunt proportionales fistulis pulmonis. quemadmodum enim fistulę pulmonis, ita similiter & pori branchiarum usque adeo angustantur in ea parte quę terminatur ad cor, ut non capiant aquam, sed aerem solum. qui per poros excolatur ab aqua, trāliens ad cor. Quod autē aer sit intra aquā, probatur ex eo, quod quā congelatur aqua, fit minor, propter aeris expressionem. unde Aristoteli uisum est, quod pisces qui bran-

chias habent loco pulmonis, non attrahant aerem: sed aquam attrahant, ad refrigerandum calorem **E** cordis, nam & similiter de habentibus pulmonem dicit Aristo. quod attrahunt aerem, ad refrigerandum calorem cordis, cum ostensum sit aerem inspiratum præstare nutrimentum calori cordis. Hippocrates autem in libro de generatione animalium dicit aerem inspiratum refrigerare pariter ac nutrire calorem cordis. Aristoteles quoque in quodam loco affirmat, quod omne nutrimentum influens, refrigerat id quod nutrit, & addit etiam, quod deficiente nutrimento, fiat caloris augmentatio, ratione uacuitatis, & hoc ostendit per simile eius quod accidit in uentre & matrice, quæ postquam sunt uacua, calidiora sunt, quam quando plena fuerint. huius autem causam determinauimus in libro quem de spermate edidimus. & hoc quidem hæcenus. His igitur præmissis, postmodum scire oportet, quod cum in corpore sint uena, & pellis, & neruus, quæ sunt receptacula sanguinis, & spiritus, & pellis quidem mediam habet naturam inter neruum & uenam, & manifestum est quod ad omnem pelliculam coniungitur aliqua uena, quæ in ipsa pelle diuiditur in multas subtiles uenulas, subtilem sanguinem capientes. habet autem & neruus uenulas, ideo & findi potest in longum, sed habet eas plurimum subtiles, solum capientes spiritum. Dico etiam quod instrumenta omnia sensuum continentur pelliculis, suntque sensus in ipsis pelliculis, ut est uidere in oculo, cuius pellicula plena sunt humore aqueo, & originem habent a cerebri pelliculis. fitque uisus non in crystallino humore oculi, ut Aristoteli uisum est sed in pelliculis oculi. Quarum duæ procedunt a duabus pelliculis cerebri, & tertia a neruo qui opticus, id est uisibilis dicitur: proceditque ab ipsis pelliculis cerebri. Est autem præter has pelliculas tres, quædam alia quarta, quæ est in oculo, quæ alba est, & continet omnes alias, proceditque a pellicula quæ regit cranium, & est insensibilis. est autem hæc pellicula in piscibus ualde dura, & fere in modum ossis. Similiter autem & pellicula plena aere locata est intra aurem, in qua fit auditus. Et pellicula plena spongiosa carne locata sunt intra nares, in quibus fit olfactus. Et omnes hæc pelliculae originem habent a pelliculis cerebri. idem quoque oportet intelligi & de pelliculis linguæ, in qua fit gustus. De tactu autem dicit Aristoteles, quod fit in carne totius corporis. Dico autem quod non fit in carne, sed in pelliculis carni commistis, manifestum est enim reticulatam carnem esse pelliculis ualde subtilibus, quæ a crassis uenis procedunt, & ab eis deportant subtilem sanguinem ad nutrimentum carnis. Probat autem Aristoteles quod principium motus, quemadmodum & sensus, est in corde, deinde ex contentione spiritus, fit in omni conatu inflatio uenarum, & neruorum, & etiam pellicularum cerebri, & spinalis medullæ, & principaliter diaphragmatis. Constat enim uires corporis omnes esse ex neruorum tensione. causa autem tensionis nerui nulla est alia, quæ spiritus neruorum inflat. Sed quia origo spiritus est a corde, oportet prius diaphragma inflari, & postmodum uenas, deinde duplicem pellem spinalis medullæ, & ipsius cerebri: ultimo uero neruos. Spiritum autem uoco non solum uapore sanguinis, sed etiam aerem inspiratum, qui ei admiscetur. transit enim aer inspiratus a pulmone ad ambos uentres cordis, & inde per uenas & pelles usque ad neruos. In omni igitur conatu fit per contentionem anhelitus, conclusio spiritus inter diaphragma, & in ipsis fistulis pulmonis, quæ procedunt a trachea arteria, postquam fit aeris inspiratio: & idem spiritus comprehensione diaphragmatis transmittitur per fistulas pulmonis ad uentres cordis, & inde ad uenas, & pelles, & neruos. Contingit autem oppilationem fieri in loco, in quo uena & arteria procedentes a corde, transeunt per collum, coniunguntur ad pelliculas cerebri & spinalis medullæ, ex humore, aut fumo multo, aut paruo, & tantum crasso, aut subtili: fitque ibi oppilatio per angustiam uenularum, quæ procedunt ab illis uenis, disseminanturque in pelliculis cerebri, & spinalis medullæ. Dico autem ex hac oppilatione fieri somnum: quandoque epilepsiam, & quandoque etiam apoplexiam. Fit autem apoplexia ex humore plurimo & crasso. Epilepsia ex humore non tanto, neque adeo spisso: & quandoque ex solo fumo crasso, ascendente a stomacho, aut pede, aut aliquo membro alio: in his quidem uidetur aura subtilis, & frigida ascendere ad caput. Somnus autem fit ex multo fumo subtili, faciente diuturniorem, sed minorem, & facile solubilem oppilationem. unde quidam in somno sentiunt, & mouentur, & etiam loquuntur, & imaginantur somniantes. nam & similiter imaginantur quidam in epilepsia, & etiam in syncope, quæ est passio cordis. Fit autem quibusdam in epilepsia spuma circa os, dum spiritus, qui fertur a corde in uenas sursum occurrit humori facienti oppilationem, & ei admixtus spuma fit. Est enim spuma admixtio aeris & aquæ, aut humoris: ideoque alba est ut aer: & ephialtes quædam epilepsia, quæ fit in somno: fit autem ex mixtione tanquam epilepsia. Ideoque non in uigilante, sed in dormiente. ut enim prædictum est, somnus & epilepsia fiunt in eodem loco, & ex simili causa. unde Aristoteles dicit epilepsiam esse somnum quendam: uerum ephialtes longo tempore perdurans in epilepsiam conuertitur. Amplius autem dicit Aristo. quod quibusdam uenis colli compressis fit homo insensibilis, & similis dormienti. unde & antiqui uenas illas uocauerunt carotidas, propterea quod in eis fit caros, quod est insensibilitas, & immobilitas totius corporis. Compressio diaphragmatis, quæ fit in respirando, causa est prolotionis uocum, quando uuula, quæ est in gutture, supponitur tracheæ arteriæ ita, ut respiratio fiat per angustum. spiritus enim exiens per angustum, quando colliditur uuulæ sibi oppositæ, facit sonum: alioquin fit respiratio sine sono, quando spiritus liberum habet exitum. est enim diaphragma, respirationis origo, & uocis, & omnium uirium corporis. Est autem & ipsa uuula principium uocis, quia sensibilis ac mobilis, quemadmodum

* al. per quæ
* al. inde.

A quemadmodum diaphragma. Et insuper efficit uires corporis, quemadmodum & ipsum diaphragma. nam in omni conatu fit oppilatio omnimoda tracheæ arteriæ suppositæ uuulæ, ut compressione diaphragmatis, spiritus qui est in fistulis pulmonis, non possit sursum per os exire, sed transmittatur ad cor, & a corde ad uenas, & inde ad pelles cerebri, & spinalis medullæ: a quibus nouissime transmittitur ad neruos: quorum tensio uires corporis efficit. tenduntur autem, modico spiritu eos subintrante & instante. Pulmo autem est immobilis secundum seipsum, & insensibilis, quemadmodum & ipsa trachea arteria. Vnde & in peripneumonia non sentitur dolor, sed grauitas sola. Mouetur autem pulmo cum diaphragmate, eo quod colligantiam habet ad ipsum quibusdam pelliculis: & insuper ex eo, quia dilatione diaphragmatis, maior existit capacitas inter diaphragma, quam necesse est impleri ex aere inspirando, & instante fistulas pulmonis, quæ intra diaphragma continentur. Queritur autem de motu diaphragmatis, utrum sit uoluntarius. Si enim est uoluntarius, quo modo igitur fit in dormiente? si autem non est uoluntarius, quo modo ergo potest uoluntarie retineri? nam & quidam leguntur tandiu continuasse, donec extincti sunt. Dico autem motum diaphragmatis uoluntarium esse, fieri quidem uoluntarie per neruos, nihil minus etiam fieri propter aliam causam. nam cum calor continue effluat a corde, necesse est continue influere aerem ad cor, qui inflat pulmonem. & propter hoc totum diaphragma, pro eo quod pulmone inflato necesse est capacitatem diaphragmatis augmentari. Non solum autem inflatio pulmonis, quæ fit ab aere inspirato, causa est ut diaphragma dilatetur: immo etiam, quia aer inspiratus transit a pulmone per cor ad uenas diaphragmatis, procedentes a corde, in quo est origo uenarum omnium, non solum pullantium, immo etiam & aliarum, ut alibi ostenditur. Non solum autem uenæ diaphragmatis inflantur spiritu, immo etiam alia uenæ remotiores a corde, ut in forti conatu est uidere. nam & uenas pellicularum cerebri ab eadem causa accidit inflari, ut apparet in habentibus fractum cranium, si anhelitus contineant. nam & spiritus, qui neruos subintrat, procedit a corde ad neruos per intermedias uenas: quod probatur ex eo, quod quibusdam uenis colli compressis fit homo absque omni sensu & motu. Non solum autem pulmo ministrat cordi aerem ad nutrimentum, caloris uitalis, immo etiam communit & conseruat calorem, qui est in corde: cuius simile est in cinero uidere, qui superponitur igni ad conseruandum ipsum. Habet autem pulmo quemadmodum & cinis plurimam raritatem, per quam habet ignis moderatam respirationem, & moderatam aeris influxionem. fitque inspiratio, & respiratio per fistulas procedentes a trachea arteria, ad cor terminatas; quæ sunt in pelle circumtegente pulmonem. Manifestum est enim, quod ad conseruationem ignis necessarius est aer. non ut quidam putant propter refrigerationem, sed nutrimenti causa. est enim aer nutrimentum ignis. omne autem nutrimentum, simile fit ei, cuius est nutrimentum. aer enim influens per poros cineris, ignitur, ad restorationem euaporationis ignis. aer enim per digestionem fit ignis. Digestionem uoco separationem ignearum aeris partium ab alijs partibus: est enim aer corpus dissimilium partium, habens caliditatis & frigiditatis particulas in se ipso. unde nec aer est elementum, sed sicut alibi ostensum est, duo tantum sunt elementa: calidum & frigidum. Dico etiam quod ex aere fit aqua, euaporatione ignearum partium. nam cum omnium fluminum origo sit a montibus, dicit Aristoteles non solum uapores aqueos ascendere inferne per uenas quasdam ad crepidinem montium, & inde distillare, sed etiam in ipsis uenis montium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifestum etiam quod nec aqua est elementum, nec aer. fit enim ex aqua glacies, expressione aeris, qui in ea erat. unde minor est glacies quam fuerit aqua, propter aeris educationem. nam & omne metallum maius fit si liquefiat quam fuerit prius. ignis enim subintrans liquefacit aquam, quæ in poris metalli congelata est. Sunt autem pori in metallo adeo angusti, ut non possit aer, sed solus ignis subintrare. Rursus autem oportet scire, in omni nutritione id quod nutritur, attrahere & congregare particulas sibi similes, quæ disseminate sunt in eo, a quo fit nutrimentum, pro eo quod naturaliter simile ad suum simile tendit. Fit autem digestio nutrimenti per calorem, pro eo quod calor, ut ait Aristo, aggregat similia, & disgregat dissimilia. Quemadmodum enim in uentilatione adunatur per commotionem granum seorsum a palea: ita etiam similiter in nutrimento fit per calorem commotio omnium partium: & in ipsa commotione similiter in nutrimento similia ad se inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionem, pro eo quod in continuo motu est, ut est uidere in aqua bulliente. Amplius autem calor inspissat nutrimentum, dum continua sua euaporatione partes aqueas secum trahit. Deinceps autem oportet scire solum diaphragma esse principale instrumentum respirationis, pulmonem autem fistulis plenum rei pere multitudinem inspirati aeris in fistulis suis, & ob hoc receptaculum spiritus appellatur. Subintrante igitur aere inflatur pulmo, & rursus paulatim detumescit, aere paulatim transmissio ad cor, ad nutrimentum caloris qui est in corde. unde quia colligitur multus aer in pulmone, qui sufficit aliquandiu ad nutrimentum caloris cordis: inde est quod aliquis potest aliquando absque spiratione perdurare, & aliquando absque interpolatione uocem protrahere. Insuper autem & aer breui aliquando tempore permanens in pulmone calido existente, ibique digestus efficitur competentius nutrimentum caloris cordis. Dicit enim Aristo. quod pisces, qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interius aquam, ad refrigerandum calorem uitalem cordis. (Dico autem calorem uitalem nutrimento indigere, non ad refrigerationem. nutrimentum uero ignis nullatenus est aqua, sed aer.) sunt enim in prædictis piscibus pori quidem branchiarum ad cor adeo subtiles, quod non capiunt nisi aerem solum, per quos

quos transit aer qui est aquæ commistus. Dicit autem Aristoteles aerem non esse intra aquam, persuadens hoc ex eo, quod cum aer leuior sit, aquæ supernatat, non autem admiscetur ipsi. Est autem sibi ipsi contrarius, cum alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expressionem aeris qui est in ea. Verum pisces pulmonem habentes multo plus habent caloris, quam ceteri pisces, ut Delphini, & Phoca & Canis, & Cete omnia, & similia. Quoniam igitur multus calor qui est in eis multo indiget aere ad sui nutrimentum, inde est quod spirant extra aquam. Scire autem oportet, quod trachea arteria ueniens ad pulmonem, facit circa eum pellem plenam fistulis pluribus ac subtilibus, quæ terminantur ad uentrem sinistrum cordis. habentque foramina subtilissima, per quæ capiunt aerem solum, non autem sanguinem. fitque per hæc foramina spiratio aeris ad sinistrum uentrem cordis. Sanguis autem qui est in sinistro uentre cordis, non potest per ea effluere, propter earum angustiam. Amplius autem uena & arteria procedentes a duobus uentribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, plenas uenis & arterijs pluribus ac subtilibus. Quoniam autem in conatu fit * conclusio spiritus, non solum in fistulis pulmonis, sed etiam in uenis & neruis: contingit quandoque terminos uenarum ex multo spiritu dilatari, spirituque exeunte trahere secum sanguinem. estque sanguis hoc modo exiens spumofus, propter spiritum sibi admistum: Accidit etiam eadem causa sudorem exire per poros corporis. Est autem sudor, sanguini aqua admista. Pori uero sunt uenæ subtilissimæ, quæ a crassis uenis procedunt. **F** Contingit autem poros ex multo aut feruido spiritu usque adeo dilatari, ut etiam exeat sanguis per eos, fiatque sudor sanguineus. Miror autem plurimum super eo quod dicit Aristoteles uidisse poros cordis in pulmone, per quos fit aeris inspiratio & expiratio: cum sint imperceptibiles propter sui paruitatem, quemadmodum & pori uescicæ, per quos ingreditur urina, maxime cum per frigiditatem obstruantur huiusmodi pori in mortuo animali. Dicit enim tres esse uentres cordis: cum sit patens uisui esse tantum duos, ab uno enim procedit magna uena, & ab alio magna arteria. in paruis etiam animalibus unum tantum esse, a quo procedit magna arteria. Postmodum autem scire oportet, quod pulmo, cum sit spongiosus & calidus, habet uim attractiuam. attrahitque aerem ad se, ad refrigerandum calidum cordis quemadmodum uentosa igne intromisso. exit enim ignis per poros uentosa, & necesse est aerem subingredi. Idem quoque est uidere in hepate, quod spongiosum est & calidum. attrahitque succum cibi ab intestinis per medias uenulas cuiusdam pellis, quæ media est per intestina & concauam uenam hepatis, & continuata est utriusque. dicuntur autem uenulae illæ mesaraicæ, siue mesentericæ: pellis in qua sunt, mesenterium, siue mesaræum appellatur, & protenditur a medio uentre per intestina. Dicit enim Aristoteles mesenterium uicem radicis obtinere, sicut enim radix attrahit nutrimentum a terra, ita & mesenterium ab intestinis nutrimentum corporis animalis. Cor etiam, in cuius concavitate plurimus est calor continue effluens, attrahit continue a fistulis pulmonis. attrahit etiam succum cibi a concaua uena hepatis. quia ut ait Aristoteles in corde perfecte digestus sanguis fit. Rursus autem cor attrahit ab intestinis succum cibi aliunde quam per hepar, idest per mediã arteriam. arteria enim quæ protenditur a corde per dorsum, & coniungitur mesenterio, non transit per hepar, cum dicat Aristoteles in hepate nulla est omnino arteria. Est autem sanguis arteriæ liquidior uenarum. & præ nimia sui aquositate non coagulatur, quemadmodum sanguis qui est in uena. Huius autem hæc est causa, quod hepar uenæ superpositum maximam habet uim attrahendi, attrahitque succum cibi multum ac spissum ab intestinis. Ideoque in uena multus est sanguis ac spissus, qui cito coagulatur euaporante aqua. e contrario uero sanguis arteriæ modicus est & aquosus, pro eo quod arteria habet uim attrahendi debilem ex solo proprio calore, & etiam ex corde. Dicit enim Aristoteles quod in quibusdam animalibus sanguis ipsius uenæ liquidus est, & non potest coagulari, ut in ceruo, & lepore, suntque huiusmodi animalia timida, pro eo quod habent sanguinem frigidum & aquosum. rursus autem quædam animalia habent sanguinem ualde spissum ac terrestrem, qui coagulatur statim, ut taurus. cuius etiam sanguis uenenosus est. Et huiusmodi quidem animalia habent pinguedinem quandam terrestrem, quæ sepum dicitur. & sunt plurimum ossuosa. & sunt etiam calida & audacia. nam sanguis terrestris plurimum calidus est, pro eo quod est receptaculum amoris. sed prius * contingit calorem in eis egisse, ut est uidere in calce, & cinere, similiter & sale. nam sal genus terræ est. estque sal terra incensa. quod probat Aristoteles ex eo, quod quibusdam calamis incensis & incineratis fit sal, si mistus fuerit aquæ, & eadem aqua bulliat ad ignem. uinum etiam quanto fortius est, tanto terrestrius est. quod probatur ex eo, quod quanto fortius est, tanto ponderis plus habet, adeo etiam quod supernatat * oleum in eo. Amplius autem uinum, & liquores alij uarios sapes habent ex terra sibi admista. unde in quadam regione uinum suspensum ad ignem in utribus, indurecit in modum salis, euaporante aqua. Dicit etiam Aristoteles quod in sanguine spisso inueniuntur neruuli quidam. & quanto spissior est sanguis, tanto plures insunt. In liquido autem sanguine nulli possunt inueniri. Dicit etiam Aristoteles quod homines liquidioris sanguinis, sunt timidi, sed boni sensus: ex eo quod molles carnes habent, suntque passibilia maxime in eis instrumenta sensus. Videndum autem est deinceps, utrum aliquis meatus sit a uena ad arteriam. quod quidem probatur ex eo, quod si scinditur uena aut arteria, effluit omnis sanguis, tam qui est in uenis, quam qui est in arterijs. Quaritur autem quo modo sanguis intret arteriam, si uerum est, ut plurimi putant, torum succum cibi ex quo fit sanguis transire ad uenam hepatis. Aiunt igitur quidam, quod cum uena & arteria habeant in corpore parietem communem fistulas quasdam habentem, sunt quidem in medio illarum fistularum

* alias conclusio.

* alias prius contingerit.


* alias ouum.

A fistularum quidam meatus angusti, per quos excolatur sanguis. & meatus illi in mortuo animali non apparent, quoniam per frigiditatem sunt obstructi. Dico etiam mesaraicum, per quod transit succus cibi ab intestinis per totum corpus, non solum continuari uenis hepatis, immo etiam arteriæ cuiusdam procedenti a dorso, & non transeunti per hepar, sicut testantur omnes qui de anatomia scripserunt: ex quo manifestum est, succum cibi non omnino transmitti ad uenam hepatis, immo etiam partim ad arteriam. Amplius autem uena & arteria simul in toto corpore sunt, præterquam ut ait Aristoteles in hepate & splene. iungunturque aduicem quibusdam pelliculis, in quibus sunt uenulae subtiles, per quas ab arteria ad uenam excolatur liquidus sanguis. Scire etiam oportet quod non solum a uena hepatis, immo etiam ab arteria sunt meatus quidam ad renes. Dico autem quod ab omnibus uenis & arterijs corporis mittitur urina, quemadmodum & sudor. nam quemadmodum urina, ita quoque sudor nihil aliud est quam aqua sanguini admista. Dico etiam quod quemadmodum hepar, ita quoque & splen attrahit succum cibi ab intestinis per medium mesenterium, cui continuata est uena splenis, quemadmodum & hepatis uena. unde splen, ut ait Aristoteles. recte hepar, sinistrum potest appellari. Item a corde protenditur uena ad splenem, quemadmodum ad hepar, per quam cor attrahit sibi succum cibi a splene, quemadmodum ab hepate. In splene autem ut ait Aristoteles. nulla est arteria, quemadmodum nec in hepate. Dico autem quod in curuatura hepatis & splenis inueniuntur tam arteriæ quam uenæ, in gibbo autem hepatis solæ inueniuntur uenæ quæ conueniunt ad cauam uenam. in gibbo uero splenis nec uena est nec arteria. Miror autem quamplurimos antiquorum ignorasse usum splenis in corpore humano. alios autem opinatos nosse penitus errasse. solus uero Aristoteles in libro de particulis animalium diligenter supra hoc scripsit, qui fuit uerus solus ueritatis ostensor.

GALENO ASCRIPTVS LIBER, CUI TITVLVS
EST COMPENDIUM PVL SVVM.

CENSURA.

Liber icimus, sed non omnino reiiciendus.



HOC EI quod de pulsibus forte Aegimium possibile est competentem modum circuit. Primum autem aiunt egenum antiquum de pulsibus. item non de pulsibus hoc intitulasse: sed de palmon. i. de saltibus. ignorauit enim ut deces hic uir, quæ existat differentia pulsus & palmi, idest saltus, sicut deinceps ostendemus, primum dicentes quid sit * pulsus.

De definitione pulsus.

Pulsus igitur est diastole. i. dilatatio, & systole. i. constructio cordis, & arteriarum: solæ enim hæc eorum, quæ in nobis, pulsuali motu mouentur. Alia uero, quæcunque uidentur, & ipso pulsualiter moueri, ut in eninges, quæ circa cerebrum sunt in pueris uisæ, secundum participationem arteriarum mouentur, circa quas particulas fit palmos, idest saltus, & tremor, & spasmus.

De his, quæ pulsui simulantur.

Similia uero pulsui sunt, & palmos. i. saltus, & spasmus, & tremor: etenim & hæc uidentur quibusdam ita fieri, sicut & pulsus, ex diastole & systole. Differentia uero in eis existit plurima. Igitur Praxagoras quidem existimauit hæc ad se inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex pulsu, qui magis eo circa motum extenso, palmon. i. saltum: ex palmo uero, tremorem: & hoc quidem Praxagoras uir non liber neque in his, quæ secundum medicinam sunt contemplationibus, neque in alijs secularibus. Herophilus uero diligentius insistens huic loco, in qualitate magis eas differentias inuenit. fieri enim pulsus circa arterias solas, & cor: palmon autem. i. saltum & spasmus, circa musculos & neruos: & pulsus similiter generari cum animali, & mori cum eo. Fit autem pulsus ita, quando cor attraxerit ex pulmone spiritum, primum quidem eum suscipit in sinistrum suum uentriculum: deinde super concidens, deinde ipsis arterijs præbet. Contingit igitur in concisione, repletis his, quæ in corpore sunt, arterijs pulsus perfici: euacuatis autem, systolen. Igitur arteriæ quidem, sicut dixi repletæ cursum perficiunt, assumentes spiritum: cor autem euacuatum, sicut deinceps demonstrauius. Primum igitur terminum. i. definitionem dedimus eius, pulsus dicentes esse diastolen, & systolen cordis, & arteriarum.

Vnde constat pulsus.

Constitit autem pulsus ex diastole & systole: quia uero impari, & eodem tempore & cor, & arteriæ pulsus perficiunt, & propterea existimant fere omnes quod repletis utriusque similiter fiat, uolo reprobare eorum errorem. Nam quod quidem impari tempore ex arterijs & corde pulsus, qui fit, assumentis, manifestum est: quod autem arterijs quidem repletis, corde uero euacuato hoc fiat, uolebam remittere

remittere eos, qui uolunt discere, ad anatomiam. i. ad incisionem: ut autem non uideat inuidus esse, & E liuorem habere, paucis representabo. Corpus cordis. i. substantia, pinea forma existit: & ampla quidē pars eius, in qua sunt ora uentriculorum eius, pulmōni unitur, & in medio quatuor fibrarum iacet: una enim fibra breuissima reliquarum existens, tertium thoracis spatium repleuit. Acuta uero pars eius, & oblonga secundum sursum cum pectore non ut sit continua sicut est basis eius pulmōni, sed est absoluta. Continetur autem undique cor membrano, quod uocatur pericardion. i. circa cor. Hoc autem non solum pulmōni unitum esse inuenies a latioribus, sed & pectori in illis partibus, in quibus diximus cordis acutum absolutum iacere. Contingit autem ita, quandoquidem ex pulmōne attraxerit spiritum, repletum undique ipsum ad latera incedere, & multum spiritum a pectore auferre. Quando uero rursum euacuabitur cor, & euacuatum in naturalem figuram recurrerit, tunc profilit pectori, & percussione facit, & ita concidens pulsum perficit.

De differentijs naturalium pulsum sequentium aetatem.

His autem ita habentibus, dicemus prius differentias naturalium unamquamque aetatum sequentium pulsum, demum eas, quae sunt in febribus, & postea pulsum, qui inueniuntur secundum passionē. In fine uero, pulsum qui ablati sunt denominati.

De pulsu puerorum nouiter genitorum.

Igitur modo genitorum pulsum puerorum existit breuis omnino, & indeterminatus, & in diastole & systole: hunc pulsum Herophilus alogon, id est irrationalem consistere ait. Irrationalem uero uocat pulsum eum, qui non habet aliquam analogiam, id est proportionem. neque enim duplicem, neque hemioliam, neque aliam quandam rationem habet hic, sed breuis est omnino, & magnitudine puncturae acus nobis aduenit: ideo & primum Herophilus alogon, id est irrationalem eum competenter dixit.

De pulsu crescentium.

Procedente uero aetate, & corpore in augmentationem ueniente, & ad rationem, & pulsum augetur ad rationem, diastolen latiore systole accipiens: quando de reliquo est eis logon, id est rationem adaequare ad demonstrationem eius, quae ex grammatica manu ductionis. Nam primus quidem pulsum, qui in modo genitis pueris inuenitur, rhythmum. i. tenorem eum, qui breuis syllabae existit, etiam in diastole & systole habet: & propterea ditonus intelligitur: pulsum autem eorum, qui apud augmentationem sunt, proportionalis est pedi, qui apud eos theo. est autem hic tritonus, diastolen quidem in duo tempora accipiens: in unum uero systolen. Pulsum uero eorum, qui in statu aetate sunt, in utrisque par existit, ut in diastole & systole, comparatus pedi uocato spondeo, qui utiq; dissyllaborum pedum longissimus est. constat igitur ex temporibus quatuor: hunc pulsum Herophilus per paria uocat his qui pedi. Declinantium uero firme iam senum pulsum, & ipse ex tribus componitur temporibus; diastole duplo systolen accipiens longiorem. Et hi quidem sunt pulsum, qui secundum latitudinem aetates in sanis sequuntur. Deinceps autem sunt in febricitantibus.

De pulsu in febribus.

Eorum qui incipiunt febrere, pulsum paruus omnino est, & subintrans, persecutionem patiens in utrisque & in diastole, & systole, ut ferme quandoque & uix incidat tactui: in superadditione uero secundum parum adauget, diastolen, & systolen accipiens, & maiorem, & prolixiorem, propter spiritus ascensionem: in statu uero in utrisque par existit, & in systole & diastole, ceu & febris paritatem accipiente: in descensione uero, systolen quidem diastole accipit prolixiorem. Calor uero in uentre, superabundat magis, quam in extremis: quia in primis quidem fere uniuersus calor in medijs superabundat, ut multoties & infrigidari contingat extrema. Quando autem sunt in superadditionibus: circa media quidem amplior est calor, in extremitatibus uero paucior. Statum autem accipiente febris, & calor pariter inuenitur in extremitatibus, & in medijs. Et hi quidem sunt, qui secundum latitudinem sequuntur febrientes pulsum.

De pulsu passionum in generali.

Pulsibus autem, qui secundum passiones sunt multis & diuersis existentibus, & de his pulsum, qui in acutis passionibus sequuntur dicemus.

De pulsu phreniticorum.

Phreniticorum uero pulsum breuis, & erroneus, & non bene robustus, propterea quod continue spiritus a uigilijs motus superaccidit tactui, ac si accideret motus ab arcu tenfi nerui, & chordae: & omnino minimis periculis manuum nostrarum superaccideret, id est occurrerit.

De pulsu lethargicorum.

Lethargicorum uero pulsum est magnus & uacuus secundum longitudinem & latitudinem, nobis superaccidens profundo intellectu: quare & quidam praesumpserunt dicere pulsum incorporeum.

De pulsu cardiacorum.

Cardiacorum uero pulsum est, minor qui finaliter est pulsum phreniticorum: robustior uero, & quasi morosior, ut & alij partibus subaccidat, id est sentiatur tactu: hoc autem fit spiritu, quandoque quidem remissionem accipiente, & retentionem, quandoque uero intensiorem.

De

A *De pulsu pleuriticorum.*
Pleuriticorum, & peripneumonicorum pulsum, in paucis quidem est differentia: solum autem his, qui ualde empirici, id est exercitati, seu experimentati sunt, comprehensibilis est: acutus enim & uehemens, quam plurimum inuenitur: & immisiones inaequaliter multoties faciens.

De pulsu epilepticorum.

Epilepticorum uero, eorum quidem, qui fiunt sine spasmo & contractione particularum, pulsum est magnus & diacenus id est uacuus, & continuus, & fugatus, persecutionem patiens, quam plurimum: & hi quidem sunt pulsum, qui secundum hanc passionem, secundum plurimum assequuntur, similes pulsum lethargicorum. Eorum autem, qui fiunt cum spasmis, pulsum est magnus, & diacenus, id est uacuus.

De nominibus pulsum.

Sciendum autem, quod omnis pulsum consistit ex magnitudine, & uelocitate, & plenitudine, & rhythmo, & tenore. Et magnus est secundum longitudinem, & latitudinem, & profundum, digna ratione tactui accidens. Plenus autem, est uehemens, & quasi neruiter tactum percutiens. Eurhythmos autem, id est bene tenoratus pulsum, qui in unaquaque aetate naturalem consequentiam seruat. Dicitur autem hic pulsum eurhythmus: Pararhythmus uero est, qui cito desinit a manu. Velocitas autem a spissitudine differt. nam uelocitas quidem secundum unam poterit arteriae intelligi percussione, spissitudo uero secundum plures. Ita denique dicimus quidem uelocem eum, qui in paruo tempore longitudinem explet: Spissum autem, qui continue per eundem locum deuenit.

De generibus pulsum.

Genera pulsum secundum quietem spissitudo, & raritas: in quo uelocitas & tarditas: secundum totum robur, id est tensionem, uehementia & amydrotes, id est obscuritas, secundum corpus arteriae, durities & mollities. igitur hi quidem ita.

De nominibus secundum antiquos quorundam pulsum.

Deinceps autem de his pulsum qui a ueteribus scripti sunt, & necessarii maxime sunt & in quiete existunt dicamus. Dicitur quis pulsum myurizon id est muris modo caudatus. cuius sunt rursus duae differentiae. hic quidem nanque attritis digitis magnus & uehemens, demum eas quae deinceps sunt diastoles longiores accipiens: in fine rursus & citus & magnus & uehemens sentitur. Alius uero paruus sentitur, & eas quae deinceps sunt immisiones magnas operans, rursus & citus & paruus accidit. hic pulsum quidem quandoque inuenitur & sanos naturaliter assequens, quando uero inuentus fuerit in aegrotantibus in paruitate superabundans, eos qui debent abire perindicat. Qui uero in magnitudine, eos qui in lethargum. dicitur pulsum & parempiptō id est interciciens, quando plures diastolas et systolas operari dimiserit, secundam diastolen spissiore attulerit. hic pulsum quidem quandoque sequitur & sanos, quando uero in aegrotantibus inuentus fuerit, nihil rationale significat. Dicitur quidem pulsum dicrotus, quando distans arteria maiorem unam diastolen, alteram attulerit breuiorem. hic pulsum fit in sanis quidem, a curibus, uel exercitijs, uel aliud quid cito nobis operantibus. in aegrotantibus uero manibus, maxime febrientium inuenitur. Dicitur autem pulsum & dorcadizon, quando magnus prius accidens, mox breuis accidit, ut putetur antequam systolem faciat finaliter, arteria rursus dilatari. hic pulsum inuenitur magis in aegritudinibus quae sunt circa thoracem. Dicitur pulsum myrmeazon. hic autem est qui continue & subtiliter diastolen facit, ut uideatur myrmecos id est formicam in manu fieri deambulatio. fere ex omnibus deficiendo inuenitur. Vltimus uero omnium eorum & breuissimus est qui uocatur scolecizon id est uermiculans. hic uero ita paruus, & languidus, & amydrus id est obscurus existit, quod formiculante & breuissimo penitus existente intelligatur diastole & systole. in hoc autem nequaquam, sed uelut definentia solum & reuolutio spiritus in arterijs perficitur in eo.

D **G A L E N I D E V R I N I S**

Iosepho Struthio Polono Interprete.

Quae prima sint urinarum differentiae.

Cap. I.



V R I N A R Y M differentiae multae quidem particulae existunt: primae tamen ac praecipuae sunt duae, humor scilicet & ea quae humori inhaerent. Humorem uero uoco id quod re ipsa urina est: inhaerentia uero ea quae diuersa a superfluitate humoralis in urina apparent. Rursus uero humoris ipsius differentiae in totidem secantur partes, duae siquidem sunt, substantia nempe, & color. Vtrunq; autem horum in diuersa partiri licet: substantia enim alia est tenuis, alia grossa, alia mediocris. Eam uero quae mediocris est, cum secundum naturam se habeat, diuidere non licet. Ceterum tenuis & grossa bifariam diuiditur: urina enim tenuis, aut mingitur tenuis, & permanet tenuis; aut mingitur tenuis, sed turbatur tandem, & efficitur grossa.

Quid

Quid indicet urina que mingitur tenuis & manet tenuis : que mingitur tenuis sed turbatur.

Prior quidem extremam indicat cruditatem, natura enim nondum coctionem incipit: altera autem quae ex tenui reddita est turbida, indicat naturam iam primo aggressam esse coctionem. Et tenuis quidem urina ita diuiditur, idque quod diximus significat.

Quid significet, quae mingitur grossa & permanet grossa, & quae mingitur grossa, sed redditur clara.

At grossa simili modo aut mingitur grossa & permanet grossa, aut mingitur grossa sed redditur tenuis: prior quidem indicat uigorem agitationis, quae est in humoribus grossis & flatuosis, cum qua adest uel affuturus est dolor capitis, propter conturbationem ac euaporationem humorum. Altera autem cessare ebullitionem grossorum humorum, sed tamen naturam incipere secretiorem eorum indicat. Et haec quidem sunt humoris, quo ad substantiam, differentiae.

Urinarum differentia a colore.

Cum uero in priore partitione mentionem etiam fecimus differentiarum, quae a coloribus capiuntur, iam deinceps eas exponamus. Prima igitur est urina alba, hanc sequitur pallida, deinceps rufa, quarta est flaua, post hanc rubra, ultimo nigra. Et extremae quidem sunt duae, alba & nigra: reliquae autem mediae inter has. Est igitur pallida proxima alba: rufa autem longius distat ab alba, propior pallida: e diuerso autem rubra proxima est nigra, longissime distans a rufa & pallido. Flaua autem peculiarem ac propriam habet mitionem, ita ut gemini coloris esse uideatur, partim rufi, partim rubei. Quare in libro de Crisibus non abs re huiusmodi urinam ad splendorem uergere diximus: splendorem enim a rufa, nitorem autem a rubeo accipit. Ergo ordine quodam mutuo a se inuicem urinae haec coloribus differunt, alba, pallida, rufa, flaua, rubra, nigra. Fit autem pallida, cum modicum cholerae, ferrosae humiditati accedit: rufa autem fit, quando plus cholerae additur: rubra fit a sanguine: nigra uero a nimia exustione, & ab alijs causis, ut paulo post dicetur. Alba autem indicat extremam cruditatem ac desperatam coctionem. Haec igitur sunt urinae, quatenus humor est, simplices differentiae in substantia & colore. Reliquum est, ut complicatas connexasque dicamus, quales scilicet sint, quae deinceps simul connecti possunt, quae item non possunt, & si connectantur, quid significant.

De tenui & alba urina.

It igitur urina quo ad substantiam suam minime cocta, talis uero est tenuis: cui ita permanenti tenui, annectatur color exquisitus albus, ut sit ea urina tenuis & alba: haec multa significat. Aut enim imbecillitatem uirtutis ostendit, sicut in senibus, & in morbis diuturnis, in quibus ut plurimum apparent urinae tenues & albae. Tales etiam in non nullis, qui natura imbecilles uires habent, uidentur. Interdum significat obstructionem renum, quod cognoscetur ex dolore loci affecti: aut obstructionem hepatis, ut in ijs, qui quartanis affliguntur febribus. Grossitiae enim sua melancholici humores obstruunt uias, solent huiusmodi urinas efficere. Indicant uero tales urinae & aliud diuersum ac summum malum. Si enim in caufonide, & urente febre appareat urina tenuis & alba, significat phrenitum. Cum enim febris ipsa urens indicium faciat plenitudinis & abundantiae biliosi humoris, urina uero non tingitur, manifestum est, quod biliosus humor non retinetur in uasis, sed leuitate sua cerebrum insilit. Si quidem igitur nondum adest phrenitis, urina existente tenui & alba, febre uero caufonide, praedicimus phrenitum futuram: si uero adest phrenitis, urina uero eiusmodi est, praedicimus mortem ut plurimum. Neque enim poterit uirtus cerebri seruari, cui ingruit tantus acutus mordacisque cholerae impetus. Haec igitur significat urina tenuis & alba.

Quid significet tenuis & pallida.

It iterum urina, quo ad substantiam, cruda, id est tenuis: quo ad colorem autem, modice cocta, quae sit tenuis & pallida: talis debilitate uirtutis significat. Quamuis enim urina, quo ad colorem, facile coctionem habeant, longe tamen est deterius incoctam esse, quo ad substantiam.

Quid indicet tenuis & rufa.

It urina tenuis, cui annectatur color rufus: talis melior quidem est priore, est tamen cruda, quo ad substantiam.

Quid indicet tenuis & flaua.

It urina tenuis & flaua: haec non solum malam coctionem indicat, sed etiam defectum alimenti: id quod in iuene ieiuno reperitur. Interdum ostendit calorem multum in profundo, biliosum succum gignere: id quod in febre tertiana, indicat & uigilias, ac animi perturbationes. Haec omnia flaua urina efficit.

Quid significet tenuis & rubra.

Proponatur iterum urina, quo ad substantiam, male cocta, tenuis, rubra: talis nunquam reperitur. Si enim rubeus color in urina a sanguine fit, sanguis uero a perfecta coctione, coctio autem substantiam ingrossat, manifestum est, quod rubedo in urina cum tenuitate consistere non potest. Quod si aliquando reperiat urina cum rubore, color ille exquisitus rubeus non est, sed est quiddam cryentum simile sanguini.

E

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 5.

Cap. 6.

Cap. 7.

Cap. 8.

Cap. 9.

Tenuis

Tenuis nigra.

Cap. 10.

Ultima autem est connexio tenuis & nigri: haec etiam nunquam reperitur. Color enim niger fit, propterea quod melancholicus humor per urinas purgatur: aut fit a frigidityte nimia, aut a nimia sanguinis aduotione: haec uero tria grossitiam sibi uendicant.

Quo modo tenue cum nigro non potest consistere.

Cap. 11.

Quod autem tres, quas diximus, urinae nigrae differentiae, grossam sibi substantiam uendicent, manifestum est. In remissione enim febris quartanae, & solutione melancholici humoris, urinae apparent nigrae. Redduntur autem nigrae, propterea quod humor nigrae bilis per has expurgetur, qui sua substantia terreus est & grossus: quare & urinas efficit grossas. Simili modo & haec urinae, quae ex affatione aduotioneque sanguinis nigrae fiunt, grossas esse oportet. Vltio enim nimia exiccat humiditatem sanguinis: unde constat, quod etiam grossam efficit eius substantiam: quare manifestum est, quod & urinae grossae sient: a sanguine enim & coloris immutationem accipiunt, & substantiae uis sanguinis grossitiam referunt. Frigiditas uero, quia ingrossat alimentum, etiam urinae substantiam faciet alimentum similem: ita igitur urinae fiunt grossae, ut docui.

Grossa alba.

Cap. 12.

Et de connexione substantiae tenuis cum diuersis urinae coloribus, haec, quae diximus, sufficiant: superest, ut de altera substantiae differentia differamus. Sit igitur urina grossa, cui ita permanenti grossae color albus accedat: talis urina maximam esse in corpore crudorum humorum copiam indicat.

Grossa rufa, grossa flaua, grossa pallida.

Cap. 13.

Proponatur grossa & pallida, haec non potest in connexionem uenire. Neque etiam grossa & rufa, neque grossa & flaua, simul consistere possunt: colores enim hi propter defectum materiae fiunt ac debilitatem uirtutis: grossa autem a contrarijs fit causis: quare manifestum est, quod rufa, aut pallida, aut flaua, simul cum grossa permanere nequeunt.

Grossa rubra.

Cap. 14.

It urina grossa & rubra, (huiusmodi enim urina reperitur) significat plenitudinem sanguinis, ut sit in synochis febribus.

Grossa nigra.

Cap. 15.

It grossa urina & nigra, talis etiam reperitur, & significat euacuationem humoris melancholici: id quod multoties fit in declinatione quartanarum, & alias in solutione melancholici humoris. De urinis uero nigris, quae fiunt aut ab aduotione, aut a frigidityte, postea dicemus. Et haec quidem sunt grossi cum ijs, quos diximus, coloribus connexiones. Iam uero incipiamus agere de ijs, quae inhaerentia uocauimus.

De eo, quod residet ab urina, & est album, planum, inaequale.

Cap. 16.

Sto igitur primum in ordine eorum, quae dicturi sumus: id quod residet, (quod sedimentum uocemus) album, supremum locum occupans, planum, sed inaequale, id est, uno die coctum, postero die non coctum: tale debilitatem indicat uirtutis, quae non potest ex aequo omni tempore materiam concoquere.

Sedimentum album non planum.

Cap. 17.

It uero, quod residet album, inferiorem locum tenens, non planum, sed diuulsum, hoc deterius est priore: illud enim ostendebat naturam capacem esse inaequalitatis in spatio multorum dierum: hoc uero in una coctione, id quod deterrius est, & ueluti Autumnus propterea malus esse dicitur, quod est inaequalis: si tamen inaequalitatem suam operetur in spatio quatuor uel quinque dierum, minus est malum, si uero una die, longe peius est, sic & sedimenta diuulsa peiora prioribus sunt quoniam indicant naturam in una coctione defecisse ob distractionem: distrahitur uero natura a flatibus, qui inter succos intercurfant, ac dirimunt continuitatem eorum, adeo ut reddant illos rebelles. Si igitur supponamus sedimentum habere se secundum naturam, quod ad colorem & locum, praeter naturam autem in substantia, quis dubitabit longe deteriore esse defectum substantiae?

Non planum aequale.

Cap. 18.

Primum fit de numero aequalium sedimentorum id, quod est diuulsum, tale procul dubio, malum est: indicat enim copiam grossorum flatuosorumque humorum [in profundo], qui a natura extenuari non potuerunt.

Non planum inaequale.

Cap. 19.

It aliud diuulsum [&] inaequale, id est alio tempore tale apparens, alio diuersum, hoc priore est melius: indicat siquidem flatuosos succos esse paucos, quos natura cito discutiet, & tenues reddet. Et mirum sane est inter opera naturae [in aequalitatem aliquando meliorem esse aequalitate], quod merito sane ita euenit: mala enim si eundem perpetuo uigorem habeant, deterrius sunt. Sicut & pulsus articularum si semper & continuo debilis existat, periculosus est: si uero aliquando debilis, aliquando non debilis, minus est periculum. Eodem modo sedimentum diuulsum inaequale, minus malum est sedimento diuulso & aequali. & haec quidem de hac complicatione dicta sufficiant.

Suspensum

lib. d. 3. p. 97. A.

melancho- morbi.

deteriam. imati.

Quare & libro de crisibus splendens ipsam appellat uir Galenus iure. n. splendet.

Abidem. c. 2. B.

A. l. f. d. p. c. 2. p. 98. C.

melancholiae zobi.

Haec non sunt impressis cod. graecis.

ut fit. Quo ad colorem. n. coctio quippe hoc facilius fit: quo ad substantiam uero non modo coctio, ppea, quod hoc difficultus est.

Al. succorum qui coquitur. Quonia igitur appolimus salimentu haere se secun- tum naturam quo ad colorem & locum, praeter naturam autem in substantia, manifestu est, quoniam substantia illius, quod haec ita habet, aequalitas, uel inaequalitas e. Igit prius, uirtutu aequale diuulsum. t aequalitate malu esse, in aequalitatem bonum.

tichorondet

Quid indicet urina quae mingitur tenuis & manet tenuis : quae mingitur tenuis sed turbatur.

Cap. 2.

Prior quidem extremam indicat cruditatem, natura enim nondum coctionem incipit: altera autem quae ex tenui reddita est turbida, indicat naturam iam primo aggressam esse coctionem. Et tenuis quidem urina ita diuiditur, idque quod diximus significat.

Quid significet, quae mingitur grossa & permanet grossa, & quae mingitur grossa, sed redditur clara.

Cap. 3.

At grossa simili modo aut mingitur grossa & permanet grossa, aut mingitur grossa sed redditur tenuis: prior quidem indicat uigorem agitationis, quae est in humoribus grossis & flatuosis, cum qua adest uel affuturus est dolor capitis, propter conturbationem ac euaporationem humorum. Altera autem [cessare] ebullitionem grossorum humorum, sed tamen naturam incipere secretiorem eorum indicat. Et haec quidem sunt humoris, quo ad substantiam, differentiae.

Urinarum differentia a colore.

Cap. 4.

Cum uero in priore partitione mentionem etiam fecimus differentiarum, quae a coloribus capiuntur, iam deinceps eas exponamus. Prima igitur est urina alba, hanc sequitur pallida, deinceps rufa, quarta est flaua, post hanc rubra, ultimo nigra. Et extremae quidem sunt duae, alba & nigra: reliquae autem mediae inter has. Est igitur pallida proxima alba: rufa autem longius distat ab alba, prior pallida: e diuerso autem rubra proxima est nigra, longissime distans a rufa & pallido. Flaua autem peculiarem ac propriam habet mitionem, ita ut gemini coloris esse uideatur, partim rufi, partim rubei. Quare in libro de Crisibus non abs re huiusmodi urinam ad splendorem uergere diximus: splendorem enim a rufa, nitorem autem a rubeo accipit. Ergo ordine quodam mutuo a se inuicem urinae haec coloribus differunt, alba, pallida, rufa, flaua, rubra, nigra. Fit autem pallida, cum modicum cholerae, ferrosae humiditati accedit: rufa autem fit, quando plus cholerae additur: rubra fit a sanguine: nigra uero a nimia exustione, & ab alijs causis, ut paulo post dicitur. Alba autem indicat extremam cruditatem [ac desperatam coctionem]. Haec igitur sunt urinae, quatenus humor est, simplices differentiae in substantia & colore. Reliquum est, ut complicatas connexasque dicamus, quales scilicet sint, quae deinceps simul connecti possunt, quae item non possunt, & si connectantur, quid significant.

De tenui & alba urina.

Cap. 5.

Sit igitur urina quo ad substantiam suam minime cocta, talis uero est tenuis: cui ita permanenti tenui, annectatur color exquisite albus, ut fit ea urina tenuis & alba: haec multa significat. Aut enim imbecillitatem uirtutis ostendit, sicut in senibus, & in morbis diuturnis, in quibus ut plurimum apparent urinae tenues & albae. Tales etiam in non nullis, qui natura imbecilles uires habent, uidentur. Interdum significat obstructionem renum, quod cognoscetur ex dolore loci affecti: aut obstructionem hepatis, ut in ijs, qui quartanis affliguntur febribus. Grossitiae enim sua melancholici humores obstruunt uias, solent huiusmodi urinas efficere. Indicant uero tales urinae & aliud diuersum ac summum malum. Si enim in caufonide, & urenti febre appareat urina tenuis & alba, significat phrenitidem. Cum enim febris ipsa urens indicium faciat plenitudinis & abundantiae bilioli humoris, urina uero non tingitur, manifestum est, quod biliolus humor non retinetur in uasis, sed leuitate sua cerebrum insilit. Si quidem igitur nondum adest phrenitis, urina existente tenui & alba, febre uero caufonide, praedicimus phrenitidem futuram: si uero adest phrenitis, urina uero eiusmodi est, praedicimus mortem ut plurimum. Neque enim poterit uirtus cerebri seruari, cui ingruit tantus acutus mordacisque cholerae impetus. Haec igitur significat urina tenuis & alba.

Quid significet tenuis & pallida.

Cap. 6.

Sit iterum urina, quo ad substantiam, cruda, id est tenuis: quo ad colorem autem, modice cocta, [quae sit tenuis &] pallida: talis debilitate uirtutis significat. Quamuis enim urinae, quo ad colorem, facile coctionem habeant, longe tamen est deterius incoctam esse, quo ad substantiam.

Quid indicet tenuis & rufa.

Cap. 7.

Sit urina tenuis, cui annectatur color rufus: talis melior quidem est priore, est tamen cruda, quo ad substantiam.

Quid indicet tenuis & flaua.

Cap. 8.

Sit urina tenuis & flaua: haec non solum malam coctionem indicat, sed etiam defectum alimenti: id quod in iuene ieiuno reperitur. Interdum ostendit calorem multum in profundo, biliolum succum gignere: id quod in febre tertiana, indicat & uigilias, ac animi perturbationes. Haec omnia flaua urina efficit.

Quid significet tenuis & rubra.

Cap. 9.

Proponatur iterum urina, quo ad substantiam, male cocta, tenuis, rubra: talis nunquam reperitur. Si enim rubeus color in urina a sanguine fit, sanguis uero a perfecta coctione, coctio autem substantiam ingrossat, manifestum est, quod rubedo in urina cum tenuitate consistere non potest. Quod si aliquando reperitur tenuis urina cum rubore, color ille exquisite rubeus non est, sed est quiddam [cruentum simile sanguini:]

Tenuis

E

A. I. I. f. d. 3. c. 2. p. 97. A.

† melancholice morbi.

* materiam. * chymati.

† Quare & in libro de Crisibus splendorem ipsam appellat ut Galenus: iure. n. splendet.

A. I. I. f. d. 3. c. 2. p. 98. C.

† melancholice morbi.

† Haec non sunt in ipseis cod. graecis.

† ut fit. † Quo ad colorem. n. coxit, quippe hoc facilius fit: quo ad substantiam uero nondum coxit, propea, quod hoc difficilius est.

† ichorodes.

Tenuis nigra.

Cap. 10.

Ultima autem est connexio tenuis & nigri: haec etiam nunquam reperitur. Color enim niger fit, propterea quod melancholicus humor per urinas purgatur: aut fit a frigiditate nimia, aut a nimia sanguinis adustione: haec uero tria grossitiam sibi uendicant.

Quo modo tenue cum nigro non potest consistere.

Cap. 11.

Quod autem tres, quas diximus, urinae nigrae differentiae, grossam sibi substantiam uendicent, manifestum est. In remissione enim febris quartanae, & solutione [melancholici humoris,] urinae apparent nigrae. Redduntur autem nigrae, propterea quod humor nigrae bilis per has expurgetur, qui sua substantia terreus est & grossus: quare & urinas efficit grossas. Simili modo & haec urinae, quae ex assatione adustioneque sanguinis nigrae fiunt, grossas esse oportet. Vltio enim nimia exiccata humiditatem sanguinis: unde constat, quod etiam grossam efficit eius substantiam: quare manifestum est, quod & urinae grossae sicut a sanguine enim & coloris immutationem accipiunt, & substantiae usti sanguinis grossitiam referunt. Frigiditas uero, quia ingrossat alimentum, etiam urinae substantiam faciet alimento similem: ita igitur urinae fiunt grossae, ut docui.

Grossa alba.

Cap. 12.

Et de connexionione substantiae tenuis cum diuersis urinae coloribus, haec, quae diximus, sufficiant: superest, ut de altera substantiae differentia differamus. Sit igitur urina grossa, cui ita permanenti grossa color albus accedat: talis urina maximam esse in corpore crudorum humorum copiam indicat.

Grossa rufa, grossa flaua, grossa pallida.

Cap. 13.

Proponatur grossa & pallida, haec non potest in connexionem uenire. Neque etiam grossa & rufa, neque grossa & flaua, simul consistere possunt: colores enim hi propter defectum materiae sunt ac debilitatem uirtutis: grossa autem a contrarijs fit causis: quare manifestum est, quod rufa, aut pallida, aut flaua, simul cum grossa permanere nequeunt.

Grossa rubra.

Cap. 14.

Sit urina grossa & rubra, (huiusmodi enim urina reperitur) significat plenitudinem sanguinis, ut sit in synochis febribus.

Grossa nigra.

Cap. 15.

Sit grossa urina & nigra, talis etiam reperitur, & significat euacuationem humoris melancholici: id quod multoties fit in declinatione quartanarum, & alias in solutione [melancholici humoris.] De urinis uero nigris, quae fiunt aut ab adustione, aut a frigiditate, postea dicemus. Et haec quidem sunt grossi cum ijs, quos diximus, coloribus connexiones. Iam uero incipiamus agere de ijs, quae inhaerentia uocauimus.

De eo, quod residet ab urina, & est album, planum, inaequale.

Cap. 16.

Esto igitur primum in ordine eorum, quae dicturi sumus [id quod residet, (quod sedimentum uocemus)] album, supremum locum occupans, planum, sed inaequale, id est, uno die coctum, postero die non coctum: tale debilitatem indicat uirtutis, quae non potest ex aequo omni tempore materiam concoquere.

Sedimentum album non planum.

Cap. 17.

Sit uero, quod residet album, inferiorem locum tenens, non planum, sed diuulsum, hoc deterius est priore: illud enim ostendebat naturam capacem esse inaequalitatis in spatio multorum dierum: hoc uero in una coctione, id quod deterrimum est, & ueluti Autumnus propterea malus esse dicitur, quod est inaequalis: si tamen inaequalitatem suam operetur in spatio quatuor uel quinque dierum, minus est malum, si uero una die, longe peius est, sic & sedimenta diuulsa peiora prioribus sunt quoniam indicant naturam in una coctione defecisse ob distractionem: distrahitur uero natura a flatibus, qui inter succos intercurfant, ac dirimunt continuitatem [eorum, adeo ut reddant illos rebelles. Si igitur supponamus sedimentum habere se secundum naturam, quod ad colorem & locum, praeter naturam autem in substantia, quis dubitabit longe deteriorem esse defectum substantiae?]

Non planum aequale.

Cap. 18.

Primum fit de numero aequalium sedimentorum id, quod est diuulsum, tale procul dubio, malum est: indicat enim copiam grossorum flatuosorumque humorum [in profundo,] qui a natura extenuari non potuerunt.

Non planum inaequale.

Cap. 19.

Sit aliud diuulsum [&] inaequale, id est alio tempore tale apparet, alio diuersum, hoc priore est melius: indicat siquidem flatuosos succos esse paucos, quos natura cito discutiet, & tenues reddet. Et mirum sane est inter opera naturae [in aequalitatem aliquando meliorem esse aequalitate,] quod merito sane ita euenit: mala enim si eundem perpetuo uigorem habeant, deterriora sunt. Sicut & pulsus artieriarum si semper & continuo debilis existat, periculosus est: si uero aliquando debilis, aliquando non debilis, minus est periculum. Eodem modo sedimentum diuulsum inaequale, minus malum est sedimento diuulso & aequali. & haec quidem de hac complicatione dicta sufficiant.

Suspensum

Suspensum album aequale planum.

Cap. 20. E

It aliud diuersum a prioribus sedimen, quod, quo ad colorem, sit coctum, & sit album, non obtinens locum inferiorem, sed medium, planum in substantia, aequale in tempore, tale indicat bonam coctionem, sed tamen non omnino perfectam: id enim non est hypostasis, loco tamen solum differt ab hypostasi. Causa autem diuersitatis loci est abundantia flatuum, qui immiscetur succis: si enim flatus ipse grossus sit, nec exacte per coctionem extenuetur resoluaturque, id quod residet ab urina, sua quidem crassitie tenderet deorsum & submergeretur, sed flatu ipse trudit illud atque attollit, aut ad superiorem superficiem, & tum uocatur nubecula, aut ad mediam regionem, quod tum uocatur suspensum. At uero, si nulli sunt omnino flatus, ipsum, quod residet [profundiore parte inferiorem occupat locum,] uocaturque hypostasis: & de suspensio quidem id mihi dicendum fuerat.

De hypostasi & nubecula.

Cap. 21.

Tria haec igitur, quae diximus, diuersa sunt tantummodo situ: situs autem uariatur per flatum, flatu autem generatur coctione, coctio uero, quando sufficiens & perfecta fuerit, flatum resoluat & exinaniet: propterea hypostasis perfecta perfectam indicat coctionem. Si autem uentositas illa praegrossitie extenuari resoluque non potuerit, relinquetur in humoribus, quae erit uentositatis coctionis humorum non equidem perfectae, sed manifestae & mediae inter crudos & coctos: haec autem, si non multa fuerit, propellet sedimentum ad regionem mediam, si multa, ad locum superiorem, fietque nubecula, quae etiam signum est coctionis: quodcumque enim fuerit, quod ab urina residet, coctionem significat, eam tamen minus bonam, si multum & grossum fuerit. Clarum est igitur, quod ex situ sedimentorum nihil plus discimus, quam modum & mensuram coctionis. Si enim nigrum erit id, quod residet, signum est perniciosum: minus uero est perniciosum, si solum id nigrum est, quod in medio iacet, ac multo minus etiam, si nubecula: si uero id, quod in infimo est, ueluti hypostasis, longe est perniciosissimum. Sufficiant uero haec dicta de situ, qui neque bonum neque malum significat, sed modum & mensuram boni & mali. Cum autem in eo, quod residet, quatuor nobis consideranda sint, color scilicet, locus, substantia, & tempus: superest, ut de colore iam differamus, cum de substantia, tempore, & loco iam satis dixerimus. Color autem alius est naturalis ei, quod residet, & est albus: alius praeter naturam, qualis est niger, [fuscus seu] liuidus, pallidus, rubeus, de quibus iam agamus.

Color sedimentorum rubeus quid significet.

Cap. 22.

Sedimentum rubeum fit [a copia cruoris, id est sanguinis incocti:] significat autem coctionis defectum non tamen mortem: cum enim succus is sit benignus & amicus naturae, [magnum] periculum inferre non solet: quia tamen indicat cruditatem, faciet morbum diuturnum: id autem ex eo, quod dicturi sumus, intelliges. Humores quidam generantur ex phlegmate, sicut phlegma, & id, quod proprie dicitur cruor: quidam generantur una cum sanguine, sicut flaua bilis & nigra bilis. Quando igitur in urina sedimentum uidetur rubeum, indicium est, quod a cruore color est acceptus: cruor autem fit ante, quam sanguis fiat: si ergo natura nondum proprio colore tinxit sanguinem, manifestum est, quod nondum perfecte coctus est, eo tamen indiget natura, ut progressu temporis ex illo faciat sanguinem. Quid igitur significet sedimentum rubeum, iam diximus.

Quid significet nigrum.

Cap. 23.

Sedimentum autem nigrum aliquando frigiditatis est indicium, interdum caliditatis. Discernes uero alterum ab altero hoc modo: si antecessit liuidus, postea subsecutus est color niger, indicationem facit frigiditatis: si uero antecessit croceus, subsequitur uero niger, caliditatem indicat.

Quid significet liuidum.

Cap. 24.

Liuidum autem frigiditatem indicat & internitionem uirtutis.

De speciebus oleaginum.

Cap. 25.

Ex oleaginis urinis alia est elæochroa, alia elæophanes, alia elæodes: prima principium indicat haec colliquationis adipis totius corporis, est uero ea colorem olei retinens: elæophanes autem habet aliquid magis simile oleo, quod supra urinam insidet: significatque augmentum colliquationis: elæodes est, quae tota sui substantia, & undequaque est, ueluti oleum, quae indicat statum & summum nigorem colliquationis. Sunt autem haec urinae etiam ex colliquatione adipis renum. Extant tamen cautiones, quibus hoc discernas, quarum meminit Hippocrates in aphorismo de resolutione adipis renum, ubi dicit: Quibus insidens pinguis, ac simul tota, ijs renum uitium [acutum] significatur: ipsemet docuit discernendi modum, cum addidit, simul tota, id est adpansum. In colliquatione enim totius corporis adipis colliquati paulatim, id est tarde, & non uniuersim cum urina exeunt: recipitur enim adeps a uenis membris uicinis, deinde ab ijs, quae continuantur, & rursus ab alijs & alijs, donec tempore proracto ad renes & uescam perueniat: adipis uero in renibus colliquati propter uicinitatem transitus celerissima est excretio, & non paulatim. Hoc igitur est, quod dixit Hippocrates, simul tota, i. celeriter. Haec de oleaginis.

Quid significet hypostasis oroboides.

Cap. 26.

Cum autem caro ipsa liquatur dissoluiturque, facit hypostases oroboides, id est similes orobis: quas ut bene discernas, animum aduerte ad coctionem aut cruditatem, aut febrem acutam praesentem. Si enim

†Locus in quo co deprimatur est, uidetur me hic sentiri posse elici. Sed tamen nec omnino perita est (neque enim hypostasis) dimidiam coctionem certe manifestam dicat: nam, quae in medio nrat, hypostasis est natura, loco soli differet. †Alias. Si flatu haud exacte per coctionem fuerit extenuat, sed ob crassitatem includi fuerit intradimentum. †Alias grauitate sua deorsum fertur. †Et indicabit concoctionem uerū obsecra, quonia multa & crassa est la uentositat. *rōv d'noou... indicantur. †A sanguinis ichoroedite.

* Superficia- riae partes me- brorū solidorū. A. ibidē. c. 6. B.

A. ibidem. c. 6. C.

† Alii per se... sed ob crassitatem includi fuerit intradimentum. A. ibidem. c. 6. C.

† Alii per se... A. ibidem. c. 6. B.

A Si enim adest febris, totius corporis erit passio: si uero non adest febris, erit uitium renum. Et rursus, si adest cruditas urinarum, totius corporis uitium est: si coctio adest, sedimenta uero orobina apparent, uitium est renum. Nec sine causa cruditas incessit, quando morbus est totius corporis: ea enim uasa, quae coctionem conficiunt, male etiam affecta sunt: in uitio autem renum cruditas non adest: renes enim non sunt instrumenta coctionis urinae. Haec de colliquatione carnis & adipis.

Quid significet hypostasis petaloides.

Cap. 27.

Quando solida membra male sunt affecta, abraduntur primum ut plurimum, & reddunt utrinque petaloides, id est habentes hypostases ueluti squamas: sunt tamen & haec aliquando a uitio uescicae. Discernes autem hoc ex ijs, quae iam diximus de uitio renum: si enim adfuerit febris, totius corporis est uitium: si non adfuerit febris, uitium est uescicae: si cruditas adsit, totum corpus est affectum: si coctio adsit, uescica.

Quid significet pityroides.

Cap. 28.

Quando febris, profunda corporis uasa corripit ac dilacerat, hypostasis fit pityroides, id est, quae habet quiddam simile furfuri, quod exilis quidem est squama, sed grossius: id uero etiam uitium uescicae aliquando indicat. Discernitur autem hoc eo, quo diximus, modo: si enim adfuerit febris, uitium est totius corporis: si minus, uescicae.

Quid significet crinodes.

Cap. 29.

Posteaquam uero febris ipsa longe lateque maiori uis, quam in superioribus uitijs, solida membra corripuerit, facit deteriora sedimenta, quam erant illa, quae speciem furfuris referebant, quae uocantur crinodes [id est farinae siue etiam spumae similia:] Haec uero duo significant, aut cremationem sanguinis, aut liquefactionem solidorum nimiam: & si quidem alba fuerint, quae resident, solidorum membrorum est uitium: si uero rubea extiterint, sanguinis crematio.

Quid significet [cruenta frustulosa.]

Cap. 30.

Indicat hepar esse ulceratum, cuius substantia dissoluitur. Et partes quidem huius sedimenti subtiliores habent colorem cruoris, crassiores autem sunt similes sandarachae, quae ut plurimum portant mortem infirmis, aut, si superuixerint, hydropem.

Quid significet fetida.

Cap. 31.

Fetiditatem autem urinae indicant putrefactionem & internitionem uirtutis futuram. Restat uero nobis speculari de humoris urinarij cum sedimentis connexionibus, ac dicere, quid significant. Haec enim connexiones, quas hucusque explicauimus, erant ut folius humoris urinarij, quas primo loco edisseruimus: uel folius sedimenti, quas secundo loco exposuimus: nunc autem & humoris & sedimenti simul connexiones complicemus, & exponamus, quid significet qualibet complicationis differentia.

De tenui & albo.

Cap. 32.

Proponatur igitur primo urina non cocti humoris, qui est tenuis, nec cocti coloris, qui est albus: in tali urina nunquam potest existere sedimentum: tenuitas enim significat defectum materiae nutrimenti ex qua fit id, quod residet. Ad haec in tenui, quae permanet tenuis, esse sedimentum, simulque esse urinam pallidam aut rufam, aut flauam est impossibile: in ijs enim natura priuata nutrimento conuertit se ad colorem faciendum. Quare, si uolumus conficere connexiones humoris urinarij cum sedimentis, tenue abijciamus a proposito, proponamus uero grossum.

Grossum album non planum.

Cap. 33.

Si uero urina colore alba, substantia grossa, in hac potest residere sedimen, quod sit album sed non splanum, id est diuulsum: in talibus enim crudorum succorum copia colligitur, quae licet coctionem coloris admittat, substantiae tamen minime.

Grossum rubrum non planum.

Cap. 34.

Si alia grossa, cui inditus sit color rubeus (pallido enim rufo & flauo ob eas, quas diximus, causas grossum connecti non potest) si igitur rubeo misceatur grossum, id quod saepius accidit in synochis febribus, signum est cruditatis & in humore & in sedimento, tum quo ad substantiam, tum quo ad colorem utriusque, humoris scilicet & sedimenti.

Grossum nigrum non planum.

Cap. 35.

Si urina alia grossa & nigra, haec non cocta est nec colore nec substantia tam humoris urinarij, quam sedimenti. Et haec quidem sunt connexiones urinae grossae, quae remanet grossa. Sit uero urina, quo ad substantiam, mediocris, cui annectatur color aliquis, haec alba esse non potest, si enim alba est, cruda est. Esto tamen appareat urina mediocris substantiae, & alba, mirum profecto erit, quomodo natura mediocrem substantiam faceret, colorem uero non decoqueret, cum illud maioris sit negotij & difficultatis. Mediocrem igitur cum albo consistere non potest: raro autem cum pallido, nisi abundans humiditas aliunde cholerae aduenerit. Color quoque rufus aut flauus cum mediocri urinae substantia non potest communionem habere, quod si aliquando habeat, in illis tamen nihil residet. proinde & has urinarum cum sedimentis complicationes, ut inanes, omittamus.

SPURII.

K Que

Quæ urinae sunt mala.

Cap. 36.

E

Virides seu liuidæ, nigræ, cruentæ, nimium grossæ, rufæ supra modum, rufæ simul tenues, carentes hypostasi: periculosa sunt foetida, pingues, oleaginatæ, & hæ quæ excedunt copiam potus.

Nubecula & hypostasis mala.

Cap. 37.

Luidæ, nigræ, obscuræ, uarijs coloribus distinctæ, diuulsæ, & hæ quas ante uocauimus crinnodes, cruentæ, biliosæ, & exultæ, phlegmaticæ & foetida: urinæ uero in quibus nihil refidet, sunt mala. Hæ igitur species urinarum significant plurimas causas diuersorum morborum, eorumque augmenta, declinationem, discrimina, prosperitatem, coctionem, cruditatem, modum in super periculorum quæ futura sunt, eorumque causas quarum multitudinem & uitam considerare debet Medicus cauereque si quid ultra modum delinquitur.

De differentijs urinarum in hominibus sanis.

Cap. 38.

In morbis febrilibus utilissima est urinæ indicatio, quoniam autem omne quod est præter naturam, cognoscitur per id quod est, secundum naturam, idcirco urinarum notitia incipere debet ab ijs quæ secundum naturam se habent. Optima igitur urina est in ijs hominibus qui sani sunt, & bonam corporis habitudinem fortiti sunt, subrufa aut subflaua mediocris crassitiei, talem colorem perpetuo obtinens qualis a principio uisus est, hypostasim retinens planam, æqualem, albam, multitudinem autem pro mensura & ratione potus. In mulieribus tamen urina secundum naturam albioris coloris esse debet, quam in uiris, habereque hypostasim maiorem. In puerili uero ætate necesse est grossiorem esse hypostasim propter edacitatem puerorum & motus eorum importunos ac inordinatos. Quando autem Hippocrates dicit hypostasim planam, uult significare non diuulsam sed continuam: quando dicit æqualem, uult significare tum eam quæ per omne tempus similis est sibi, ita ut si uno die sit cocta, postero die non sit cruda, tum eam quæ sedimentum & humorem urinarium habet nõ distantem a se, sed totum sibi æqualem. In urina naturali consideranda sunt hæc, substantia, color, & id quod adhæret, qualis est nubecula: suspensum, & ea quæ in fundo est hypostasis, quod si aliquid horum in urina immutatum fuerit, indicium erit non bonæ coctionis in uenis.

Qualis urina optima est in ægotantibus.

Cap. 39.

Optima in ægotis urina est ea quæ simillima est urinæ sanorum hominum, subpallida aut subflaua, habens hypostasim albam, planam, æqualem. Ab hac uero iam deficit quæ suspensum habet album, planum, æquale. Adhuc uero magis deficit, quæ nubeculam habet albam, planam, æqualem. In quibus enim status est in profundo crassus, & incoctus, si paucus is fuerit, permittit ad fundum matellæ materiam deferri: si uero abundans fuerit, effert hypostasim ad superficiem summam urinæ, & facit eam quam diximus nubeculam. Quanto igitur status magis dissecauerit ac magis in latum sustulerit hypostasim, tanto minus cocta dicitur esse urina. In tertianis tamen exquisitis & in ephemeris febribus, sola nubecula aut suspensum ad solutionem morbi sæpe sufficit, interdum sufficit & solus color urinæ bonus.

Quod non omnis hypostasis alba bonum indicet.

Cap. 40.

Sæpe autem albus color eorum quæ in urina resident decipit ignaros Medicos, ita ut nesciant malam esse hypostasim quæ illis uidetur bona [ac e diuerso bonam esse quæ illis uidetur mala.] Accidit enim aliquando ut albus humor & crudus excernatur per urinam, ac in imo subsideat, instar bonæ hypostasis. Aliquando affecto hepate aut renibus pus per urinam excernitur & subsidet ita ut indocetos decipiat: sed hoc discernetur primum per dolorem qui præcessit in renibus aut in hepate, aut in aliquo membro alio, quod solet per urinas expurgari: deinde per foetorem quem obtinet pus. Crudus autem humor discernetur a bonâ hypostasi per inæqualitatem substantiæ: neque enim humor crudus permanet sibi continuus, sed diuiditur in exiles & minutas partes ueluti arenulas, neque planus est omnino, sicut uera hypostasis. In bonis autem urinis primum quod apparet est nubecula: deinde facto descensu apparet id quod uocauimus suspensum: in fine autem posteaquam iam perfecte cocta fuerit, subsidet in profundo, facitque hypostasim: ex quo liquet coctam esse urinam. At in crudis humoribus a principio delabitur multitudo non pauca in profundum matellæ (interim & totius urinæ color est malus) deinde successu temporis extenuata multitudo concoctaque attollitur in medium, facitque suspensum. Posteaquam uero magis adhuc extenuata coctaque (quo ad eius fieri poterit) extiterit, insidet ut plurimum in alto, faciens nubeculam, quæ idiotis imponit ut opinentur morbum labi in deterius.

et motum augeat siue minuat, medicatione opus non erit: diæta enim aere bono, balneis, deambulationibus, exercitationibus, morbus abiget: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De schematibus Lunæ in Cancro.

Si decumbat quispiam Luna in Cancro existente, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel porrigat diametrum aut tetragonum, erit morbi prima causa balneum & refrigeratio. aderit fluxus ad thoracem, aderunt tussis, aderunt constipationes, febres non uiolentæ, sed tamen malignæ, pulsus parui ac debiles, grauitas in lateribus. Huic congruunt omnia quæ calefaciendi uim habent. Si uero ex beneuolis nemo Lunam intuetur, longiore ægritudine detentus post diem quadragesimam obibit: at si beneuolus aliquis Lunam inspicit, plurima mala percipit tandem sanabitur. Si autem decum

DE

EX HIPPOCRATE.

Georgio Valla Placentino interprete.

CENSURA.

Hippocratis & Galeni uerba nulla arte, atque ratione exscribuntur.



Prima urina est cum eius alba fuerit hypostasis, quam substantiam dicere possumus, & leuis, & æqualis perpetuo donec iudicatus fuerit morbus. Significat nanque securitatem nec diurnam fore ægritudinem. Si uero intermittat, & puram quandoque mingat, quandoque subsidet album quoddam & leue: tum diurnior efficitur morbus: & minus tutus. Si fuerit urina subrubra, & hypostasis subrubra & leuis, diurnior hæc quam prima, uerum multo salubrior. Crassioris autem farinæ specie in urinis hypostases, mala. quibus adhuc peiores sunt etiam foliosæ, at tenues & albæ, admodum mala: quibus improbiore furfuraceæ. Nebulæ suspensæ & mobiles in urinis, albæ quidem bonæ, nigræ uero malæ. Si erit tenuis & rutila urina, ægritudinem significat crudam, at diurnam: & sine periculo esse non potest. Letalis autem male olens, & aquosa, & atra, & crassa. Virilis autem siue muliebris atra urina, pessima. infantibus autem, aquosa. Quibus urinæ tenues & crudæ minguntur diurnæ, si alia signa tanquam euasuris adfuerint, hos abscessum ad septi transferi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoque superne innatantes araneosâs licebit improbare. colliquesationis enim signum est. Considerandæ porro urinæ in quibus sunt nebula, sursum uel deorsum meent quosque colores habeant. deorsum enim labentes cum coloribus iam memoratis, malas esse decet arguere. Nec te fallat uesica ipsa ægra quæ huiusmodi aliquam reddat urinam. nec enim totius est corporis signum, sed ipsius per sese. Quibus urinæ crassæ grumosa pauca non febricitantibus, copia ex his tenuis adueniens prodest. præcipue tales adueniunt quibus a principio, uel euestigio stabiliter hypostasis. Quibus urinæ perturbatae uelut iumentorum ijs cephalalgia aut adfuit, aut aderunt. Quibus urinæ perspicuæ albæ sunt, improbæ, præcipue in phreniticis apparentes. Quibus hypochondria sublata, murmurantia, ilium dolore accedente, ijs alui humectantur, nisi status erumpant: uel urinæ proueniat copia. hæc sane in febribus. Quibus sanguis uel pus mingitur, renum, uel uesicæ exulcerationis est argumentum. Quibus in urina crassa existente minutæ caruncule tanquam pili pariter adueniunt, ijs a renibus excernitur. Quibus in urina crassa existente furfuracea eminguntur, eorum uesica scabiescit. Quibus sponte sanguis mingentibus exit, eis a renibus significatur uenulæ fractura. Quibus in urinis arenosa subest materies, ijs uesica calculescit. Si noctu mingatur multum, exiguum excrementum significatur. Quibus biliosa hypostases, superne autem tenuitates, celerem ægritudinem significant. Quibus in urinis insident bulle, ex renibus significant ægritudinem, eamque longam fore. Quibus febrium uertigines a principio sunt, & pulsus capitis, & urina tenuis, eis expectanda est ad crises febris acumine augeri. nec mirabor cum caput circumferri uidebitur, si in amentiam deciderint. Quibus pinguis hypostasis, & accumulata, ijs renum uitia, & acuta significantur. Quibus ex renibus laborantibus prædicta signa sint, laboreque circa musculos spinales extiterint, si in locis sint exterioribus, abscessus quæ Græci apostemata uocant, foris expecta futuros. si in locis interioribus fuerint dolores, abscessus in interioribus fore expectato. Si sanguinem meiat & grumos, stranguriaque, affligatur dolorque ad peritonæum ac epigastrium incidat, significat circa uesicam esse ægritudinem. Quibus a principio urinæ sunt nebulosæ, uel etiam crassæ, purgandi sunt, si cetera conferre uidebuntur. Quibus a principio urinæ sunt tenues, ijs medicamen ne exhibeas. At si uidebitur, clysteribus utere. ita nanque si curentur profuerit. Quod futurum quoque est, ex urinis licebit conijcere. nam si densior, uel pallidior, melior erit urina. si tenuior & nigrior, erit deterior. salutem nanque pronunciat. Hunc Hippocratis locum Galenus hoc modo interpretatur. Manifesto nunc crassiores tenuibus comparans dixit. non naturalibus autem tenues & nigras, pessimas ad solas tenues effectas, minime concoctam significans ægritudinem. integre nanque tenuis aquosa est, & perinde etiam alba. Quod si mutationes habeat, tempus significat & necesse morbum commutari ad inæqualitatem in deteriorem & meliorem. Ex febribus inquit porro Hippocrates præcipue morbis urinarum significatio colligitur utilissima. sed quoniam omne contra naturam ab eo quod est naturale inuenitur, a naturalibus sumamus principium. Urina

SPURII.

K 2 igitur

Gal. de urinæ significatione.

igitur in sanitate & habitu bono constitutis hominibus, optima est quæ subrutilla aut subflaua, crassi- **E**
tudine mediocris, quæque colorem non mutat, cumque emicta fuerit, leuem & albam & æqualem
perpetuo seruat hypostasim iuxta bibentis rationem. In fœminis naturalis urina colore albior sit
quam uiri fere necesse est, maioremque habeat hypostasim. At infantium crassa est hypostasis, pro-
pter puerorum uoracitatem, iuordinatumque & intempestiuum motum. Leuem inquit Galenus hy-
postasim uocat Hippocrates continuam & indiuisam significare uolens. leue siquidem opponitur
aspero. æqualem uero, ut in totum semper similem mingat. nam quæ manet concocta, neque deinde
incocta, non utique hypostasim uel profusionem totam habet inæqualem. Si quæramus igitur
in naturali urina colorem, uel profusionis constitutionem, & quæ a profusione inferuntur, ut ne-
bulam sub nebula suspensam, & in fundo hypostasim, non dubium quin ad hæc conuersa urina incon-
coctionem indicet in uenis esse. Optima quidem, inquit Hippocrates, urina est in ægrotantibus,
quæ simillima sanorum urinæ, subuiridis uel subflaua, & albam & leuem & æqualem habens hypo-
stasim. At deterior, eleuationem habens albam & leuem & æqualem. Est porro hæc inconcoctior
quæ nebulam habet, quæque est subternubilata. in qua enim status est in profundo crassus & incon-
coctus, si exiguus quidem sit, extrudit reliquam materiam ut ad fundum uasis deferatur. ipsamque
dispersendo dirimendoque uniri non permittit. Quod si redundet inconcoctus in fundo status, at- **F**
tollit ad profusionis medium hypostasim, facitque eam sublimitatem appellatam. Quod si status im-
peditio plus fuerit inconcoctus, ad extremum profusionis agit hypostasim, quæ nebula nominatur, aut
subnebula. Quanto igitur potuerit status distribuere, nec sustollere hypostasim, tanto inconco-
ctiorem esse urinam arbitrator. Quod si neque hypostasim, neque sublationem, neque subnebu-
lam, neque nebulam urina habuerit, sciendum est morbum facientes humores naturam concoxisse.
Quod si quandoque quidem habet hypostasim, uel sublationem, uel subnebulam, uel nebulam,
quandoque autem non, pugnam natura ostendit cum ægritudine. In puris nanque tertianis & quo-
tidianis nebula solum, uel sublatio, sæpenumero ad morbi solutionem sufficit. Quandoque uero
bene coloratam duntaxat esse urinam. Plerumque etiam color albus eius quod intus apparet illa-
tum in profusione, fallit ignaros, quod hypostasim utilem quæ non sit esse opinentur. Euenit siqui-
dem ut crudus humor & albus cum urina excretus subsidat, præbeatque uidendam utilem hypo-
stasim, quandoque etiam iecore aut renibus languentibus pus cum urina excernitur, & subsidendo
fallit etiam minus acutum artificem, sed prius definiendum excutiendumque est languere homi-
nem aut ex renibus, aut ex iecinore, alioque membro, unde per urinam purgari consuevit. deinde
etiam grauius olens puris particeps inuenitur. at crudus humor per utiles hypostasies distingui- **G**
tur ab inæquali substantia eius quod subsidet. neque enim id sibi continuum manet, sed in minu-
tas partes dispersitur tanquam arenulas. neque omnino leue est sicut uera est hypostasis. subinde
utilium urinarum primum quidem apparet nebula. deinde succedens sublationem facit. postremo
residens in fundo uasis hypostasim facit, cum perfecte id concoctum fuerit. Verum in crudis hu-
moribus statim ab initio in uasis fundo substernitur uis multa, quod non sit utilis, sed mala tota pro-
fusio. deinde pedetentim concocta & attenuata ad medium sustollitur profusionis, facitque subla-
tionem. Cum uero attenuatior ac concoctior euaserit, subsidet in profusione & nebulam facit.
planeque ignaros fallit, ut existiment in deterius lapsam esse ualerudinem. Si fuerit urina magis bi-
liosa, inquit Agrius Hippocratis interpres, & hypostasis similis, debes euacuare, siue per urinas,
siue purgamine. si biliosus fuerit color, hypostasis autem alba, erit bilis cum pituita. utrumque eua-
cuato, si color albicans, & hypostasis rufa, seu manifeste, seu obscure, uel plus fuerit, si potentia ua-
lida firmæque sint uires, mitte sanguinem ex uena. sin imbecillis sit, medicamen adhibe, aut ei rei ac-
commodatum exhibe cibum.

GAL.

GALENO ASCRIPTVM PRÆSAGIVM EXPERIENTIA CONFIRMATVM.

Georgio Valla Placentino Interprete.

CENSURA.

Emitatur & hic liber ueros Galeni libros, sed ieiuna admodum oratione.



VICINQVE præsciscere libuerit mortis non diem modo, sed etiam hor-
ram, considerare expedit quo potissimum tempore languens ab accessio-
ne uehementer affligatur, num inter accedendum tum impense obrige-
scat, & æstu conflagret, diuque ea permanerit intensio, pulsusque sit exi-
guus, & segniter somnum coeperit, somnolentusque fuerit, uel id genus
aliud subierit detrimentum, id omne tempus suspectum habere oportet.
uel si etiam ita mediocriter habuerit. At circa uigorem si ægrotum deie-
ctum, aut cedentem, aut moerentem spectes, febrisue magnitudinem mi-
nime tolerantem, plurimumque exæstantem, & se tenebricum uoluantem, & capite dolentem,
& corde succumbentem, aut tali aliquo affectu uexatum, suspectum id tempus tibi esse maxime
oportet, si etiam accessionis principio ac uigore sint mediocria. Verum id si circa uigoris deces-
sum fuerit, anima consterneretur, & sudores sint inæquales, aut frigidi, aut circa caput, aut circa pectus in-
furgant, pulsusque obscuros & debiles efficiat, aliaque id genus, id tempus expedit suspicere. ne-
que tum definiendum quicquam, neque dies mortis proferenda. Nam secunda die si contingat
& quarta accessionem uehementiorem esse prima, tertius & quintus & sextus diem mortis indi-
cabunt. Quot de causis succeduntur febres? Quandoque aut ob additamentum idoneæ mate-
riæ, aut ob motum, aut ob astrictiorem, aut putredinem, aut ob accessum caloris extrarij. Ac
ob additamentum quidem, ut cum temperamentum nato calidum, adiectum fuerit piper, sina-
pi, allium, & similia. horum enim qualitas si cordi fuerit inuecta & insita, succendet caliditatem,
& febremque inflammabit. Ob motum autem dupliciter. Nam is aut ab anima, aut a corpore sit-
scitatur. Ab anima quidem, ut cupiditate, & cura. A corpore autem, ut in labore immenso.
Ob astrictiorem, cum ob glutinositatem, aut ob quampiam crassitudinem exaruerint obstructi-
que fuerint incerti corporis meatus, aut extrema uasorum, & in profunditatis distensione febris
fuerit incensa. Verum ob putredinem, ut cum subiecta & redundans materia putruerit introrsus,
cordique fuerit obiecta, ac febrem succenderit. Ob accessum autem caloris alterius, uelut cum
in Solis ardore caput exæstuaauerit, præcipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta,
febremque succenderit.

Signa febris futurae.

Imminentis febris nuncius est hiatus, horror, oscitatio, nausea, somnolentia, tussicula subaspe-
ra, extremorum membrorum in frigidatio. atque hæc quidem extrinsecus præsentia. A pulsibus
autem ex paucitate, & inæqualitate deprehenditur etiam quod desideratur. ac iniectione quidem,
cum impensior correptio, frigetque cum aliquanta inæqualitate atque exiguitate. at in ascensu fe-
re sunt improbi, aucta diductione, ad perfectum usque uigorem, sed calore intenso, primum ma-
gnitudo augetur, deinde celeritas assumitur. Nam cum satis succensa febris conflagrarit, tum in-
dentes simulque celeres efficit pulsus: sin autem impensius, etiam crebros. Quo nempe pacto
ante febres hiatus progignuntur? hiant ante febres ægri ob concussionem, & uim ipsos intenden-
tem. Nam quemadmodum ex ahenis ad ignis uiolentiam positus uapor attollitur multus defer-
uente in ipsis aqua, ita etiam ex eis quæ introrsus in corpore sunt, uapor exhalans intendit con-
uincitque corporis musculos. solent nanque nerui tepesfacti desidere. atque ita fiunt oscitationes.
At quonam demum pacto capitis dolores febricitantibus incitantur? nempe cum uenæ plenæ & a
flantibus intumentes, intersectæ fuerint, in caput dolores aduehant, uiac tenore internorum fla-
tuum, qui immixti dispersique sunt.

De significatione sudorum.

Febrem uero sudoribus dissolutum iri cognoscimus ex eo, quod languor sit uigoris maximi, ut est
qui causus nominatur. Biliosus nanque is demum est morbus, qui cum impensius moueri oporteat,
rigor efficitur. & perinde si uenter astrictus sit urinae, proxima subeunte crisi, rigor erit expectan-
dus. Sin amborum fuerit astrictio, nec ullus præsto est uomitus, aut sanguinis eruptio, sudor
multus consequatur necesse est, præsertim cum languentes prociderint, accessione incrementum
capiens, ut ea de causa magis incalecant, nonnullaque corporis sit calida euaporatio, qualis antea
non fuerit in dudum memoratis. Pulsus ingêtes, & sublimes, & celeres, in diductionemque potius prope-
rantes,

SPVRII.

K 3 rantes,

rantes, ac uelut undoli, cum arteriæ tunica atra humidaque apparet. Torius uero corporis extrema E superficies perpruriscit ac remollefcit. & quandoque ad horas rufefcit. atque hæc in critica accessione adueniunt, præeunte concoctione. & critica die bona existente, salubrium ac resoluentium sudorū fuerint indicia. Non dubium quin calorē esse expediat mediocriter sudoris solubilem, & per uniuersum corpus sibi constare, exinanireque iuxta proportionem, atque habitioem alacrioremq; reddere hominem. At frigidi sudores cum acuta febris erumpentes, mortem subesse minantur. at cum ardore, morbi longitudinem coarguūt. Si a sudoribus febricitatibus fuerit initiū, boni & tertiani, & quintani, & septimani, & nonani, & undecimani, & quartidecimani, & uigesimiseptimani, & trigefimiquartani. hi nāq; sudores morbos iudicant. qui autē ita non sunt, laborē significant, & longitudinem morbi, & subuersionem. Ac ubi est corporis sudor, ibi quoque dicitur subesse morbū. Et ubi est corporis frigus aut calor, ibidē est, quoq; morbus, & ubi in toto corpore mutatio, fueritq; refrigeratū corpus, aut rursus incaluerit, aut color ex alio alius emerferit: morbi longitudinem pronunciat. Sudor ex somno factus citra manifestam causam, corpus significat cibum assumpsisse plurimum. Quod si cibi plurimi causa non fuerit, significat egere euacuatione febricitantium corpora. Sudor aduertente febris, nec deficiente febris, malum. longum nanq; morbum, & humiditatis significat copiam.

De sanguinis detractione ex uenis.

Vide in libro de Curandi ratione per sanguinis missionem ex quo totum fere hoc caput extractum est.

In omni die & noctis hora, urgēte necessitate, sanguinem detrahit. aduertēdo tamē in febricitantibus uigorē cessantē accessione. In alijs aut, siue ex lippitudine, siue ex alia ratione citra febrim, ubi sanguinis detractione ex uena opus sit, doloris aut inflammationis considerato magnitudinem, qua. n. hora mitigatū dolorē inspexeris, sanguinē de uena mittes, re nulla urgente quo minus fiat, satius fuerit matutino tempore de uena sanguinem detrahere. nec statim cū ex somno experrectus, sed posteaq; ad horā peruigilarint. ac prius abluere aliquos præstitit, & alios prius obambulare. In quo autem præoccupata custodiæ causa sanguinē de uena detrahere permittitur, et post aliqua consueta exercitia sanguis e uena detrahendus. Ceterum languoris magnitudo, & uiriū robor, atq; firmitudo, primæ sunt sanguinis e uena detractionis considerationes. Proinde perspicendum cuiusmodi ea sit naturalis hominis cōplexio. ac atas habentibus uenas & mediocriter tenues, neque albis, neque carne molli. Gculis ad euacuandum minus parcendum est. At contra parcendum, quando sanguinis parū habent, carnemq; dilabilem. Hac de causa neq; pueris sanguinem ex uena detraheris ad quartūdecimū usq; ætatis annum. At in maximis inflammationibus ualidissimisq; doloribus nullū noui maius adiuuentū quā ad deficientem usq; animam euacuare. Aduertenda sane est diligenter qualis sit pulsus eleuatio ab eo qui ipsum attineat suffluente adhuc sanguine. quemadmodum in alijs unde sanguis detrahitur siquid agere expediat. ne quid modo lateat deficientis animæ quod ad interitum aduehat. Quod si tempus fuerit uernum, locusque natura temperatus, & pueri natura concinna detrahitō sanguinem, & impensius ubi pericula infideant aut pulmonis, aut angina, aut lateris, aut cuiuspiam alterius acuti ac uehementis morbi detrahendus, ut dictum est, sanguis, pulsū usq; explorato. omne nanque percussū membrum aduerteris non annorum modo numero, sed etiam corporis habitudine. Formidanda uero frigidis tēporibus larga euacuatio, ob consequentem refrigerationem. Neutiquam perscribi potest singulorum hominum definienda euacuationis mensura. Perspexi nanque in nonnullis nec plū quā sufficeret sanguinis libras sex ablatas esse, & confestim extinctam febrem. neque ulla consecutam fuisse uiriū exinanitionem. Quibusdam uero libram dimidiam citra læsionem. quibus si quis duas modo exhaustisset, impensissime offecisset. Vidimus unam quoque aliquando auferrī, & minus, ac profuisse. Reuul- Hsionis gratia qui in rectum languentium secat uenas, confestim perspicuam inspexerit utilitatem. Si quispiam annularis digiti uenam secet, ut nonnulli mediam inter medium & annularem digitum uenam, sinentes sanguinem effluere, quoad sponte cessauerit, lienem iuuari. ut in ancone uenam secando interiorē. satis commode nanque lienem prodest male habenti sanguinis detractione ex manu sinistra. Atque adeo profecto in pleuriticis in rectum languentis ex uena sanguinis detractione utilitatē frequenter demonstrat euidētissimam. At ex opposita manu, aut prorsus obscuram, aut expectabilem. Ingentibus oculorum doloribus succurrit siue humeralis appellata uena, aut quæ ab ea deuiat in ancone lecta, perspicuam confestim afferendo utilitatem. In latere autem languente, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, ac uentre paraxille ad anconem diffractionem peruenientem diductam secare quidem expedit. præcipue ad emissionem quæ per fracturam cui infidet humerali uena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconem sanguinis detractionis, quæ extra, & intra, & quæ media. Quæ igitur intus, infra collum languentibus utilis. quæ extra, in facie, aut in capite. at medius locus quandoque quidem ambas habet diductas uenas ad partes anteriores manus protensas. deinde hic copulatus quandoque statim in se inuicem existentes ad inflexionem diffractionis. Incerta igitur existente sua languentis membri uena, ad mediam aliquam eundem

Aeundum. diductioque potius quā in sua sectio facienda. Est etiam cum distractio infra anconem que in brachio diducenda nihil prohibet: non apparentibus in ancone. ut autem dicta omnia membra in ancone sanguinis detractionibus adiuuantur, ita inferioribus his est, ut in poplitibus. & talis. Sunt autem dictorum quæ ad coxendicem, & uescam, & uuluam, & renibus alternantes. Ideo in ancone quandoque sanguinis detractionibus obtemperant, cum recens fuerit inflammatio, & sanguinis uis multa. sin affectio sit, quam proprie phrenitim appellamus, poplitem secare oportet, & in talis uenas. Ut in uuluis inflammationes, sectarum in cruribus uenarum adiuumento, non parum leuantur. enim uero euacuationibus ab anconibus siquid sit infestum & obseruandum frigus, expedierit alimentum exhibere mediocre ad tres aut quatuor modo dieculas.

Ex ca. 2. libri septimi Oriba ni ad Iulianū Imperatorē.

Cum olim pestilentia ingens Asiam occupasset, qua cadebant innumeri, tum ego secundo die, nulla facta remissione, crus scalpendo, ad binas libras sanguinis euacuationem fieri permisi. & perinde deuitaui periculum. multi quoque alij eo usi adiuumento conseruati sunt, præcipue qui large sanguinem euacuarunt. At etiam mediocres capitis aufert dolores, fauciumq; inflammationes. At ueustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaque ex atrocibus morbis ad naturalem habitum perducere neque quicquam tam ad concinnam conuersionem agit, quā ex scarificatione sanguinis euacuatio. Inter indicem uero & pollicem secta uena & fluens sanguis, quo ad sponte constiterit, ueustum dolorem, præsertim si ei membro infederit, curat. Purgatorum autem, & plus mediocritate euacuatorum, & refrigeratorum, & resolutorum, & conuulforum, cessare purgationem expedit. aquāq; tepidam exhibendo uomere hortabimur. at præstabit illinire calido oleo manus & pedes. sicut nihilominus somnum & lauacrum. Ceterum non satis purgatis balnea congruētiora sunt. nam noctu purgantur. hos minus pascere conuenit. at tuto purgatis, oua, & alicam, & sorbitiones, & uinum dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueatur per xesinum. conuenit etiam per posteriora lac immittere cum hircino adipe, dulcive uino. atque ita suffluentia componere clysteribus admouendo omnifariam purgationem.

alias clysmū.

De adhibenda cautione in sanguinis detractione.

Qui detrahere sanguinem uelit, aduertere debet ne stercus multum cohibeatur inter intestina. Proinde nulli clystere euacuandus æger, ne uenæ ab intestinis uenentur, attrahantq; putridam quāpiam superfluitatem essentiam. Ex præsentī igitur morbo qui sanguis detractione egent, quouis tempore e uena sanguinem detrahemus, uigorem, & delirium in febribus particularem custodiendo, & accessione. Si cont inua sit febris omnino, matutinum tempus accommodatius. Qui uero non præsentī morbo occurrunt, sed cauendi causa, sanguinis exquirunt detractionem, his uernum congruit tempus. In ætatibus porrō supra quartumdecimum annum detractione faciendā, sicut intra annos sexaginta. nisi si qua modo estlagitans nos ingens urgeat necessitas. In totumq; uires imbecillæ obseruandæ sunt. nec non sub lingua uenas, ut in angina morbo, oblique dissecamus, altractionem obseruando, quemadmodum & in capite, & in oculis ex morbis ueustis eo modo dispecunt. In pede autem, sicut in ischiadicis. aut ob anum supra interiorem talum utiliter secant. Verum per morbos acutos, detrahitō ex uena sanguinem, si uehemens appareat ægritudo, & occupati morbo iam puberes sint, roborque eis adfit. Si igitur angina fuerit, delige purgationem, uel siquid fuerit pleuriticum. Quod si debiliores appareant, si etiam plus sanguinis detraxeris, clysteribus tertio die aluum exhauri: ac si tutus fuerit æger, etiam inedia utitor. Detrahendus igitur ex uena sanguis brachij dextræ uena interiorē: iuxtaq; habitudinem auferendus sanguis: ætatisq; plus minusue considerandum. Eueniunt istorum pluribus talia, rubores faciei, & oculorum uacillatio, diductioq; manuum, pandiculatioq; stridores dentium, pulsus, maxillarum contractio, refrigeratioque extremorum, statuum oblationes per uenas: quamprimum prope sanguis de uena detrahendus sublimibus cunctis existentibus mœstis statibus, & fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferēdum illud perpetuo est ad curam salubrem uictum uniuersum, quā medicina longe præstantius esse.

GALENO ASCRIPTVS LIBER, CVI TITVLVS
EST PROGNOSTICA DE DECVBITV INFIRMO-
RV M, EX MATHEMATICA SCIENTIA.

Iosepho Struthio interprete.

CENSURA.

Liber anilium fabularum, & superstitionis plenus.

De astrologia dignitate.



ONSTAT quidem uel ex Stoicorum philosophorum sententia, qui non minus in loquendo, quam in bene uiuendo fuere semper exquisitissimi, qualis, & quam exactæ ueritatis sit mathematica scientia: nihilominus cum præfens sermo de ijs est institutus, quæ ars medica perhibet, necessarium uisum est nobis, medicorum præstantissimorum assertiones afferre, tum ut mathematica cognoscatur ab omnibus, tum ut ipsi Medici, quamuis non omnes, plurimi tamen eam partem suæ artis, qua ipsi ad præuidendas res plurimas, plurimam mathematicæ scientiæ se debere intelligant. Hippocrates igitur uir præcipuus, ac in rerum scientia admiratione dignus, inquit: Quicumque in medicina se exercent, eius aut philosophiæ ignari sunt, quæ docet dare iudicia de rebus a natura earum desumpta (physiognomoniam uocant) horum animus in tenebris perpetuo oberrans fatigatus confescit: Non solum non recte agere huiusmodi homines: sed etiam plurimum decipi dicit: ait enim eorum animum errore confici ac defatigari, qui usum physiognomoniæ ignorant. Cum autem maxima pars astrologiæ ad eam, quam diximus physiognomoniam, seu philosophiam iudicatoriam pertineat, liquet illum si partem laudauit, multo magis totam laudauisse. Diocles autem Carystius Medicus & orator, non solum hoc idem dicit, ut & tu ipse scis, sed etiam asserit, ueteres Medicos ex diuersitate luminis, & cursus Lunæ præcognitiones, quæ in morbis fiunt, conficere solitos fuisse. Cum uero dignitate, & eruditione præstantissimi uiri, qui medicinæ partem præcognitoriam, non solum diligenter persecuti sunt, sed et scriptis suis adauerunt, idque non solum ex sua arte, sed aliunde etiam sumpto auxilio, aliqua de ijs rebus memoriæ prodiderunt, inde & tu charissime Aphrodisi, si decubitus infirmi diligenter exploraueris, atque ueterum illorum quos diximus, principijs insiteris, uberrimam tuæ artis frugem es accepturus, præcognoscendo ac prædicendo ea, quæ infirmis sunt euentura. Rem autem hinc ordiamur.

De schematibus Lunæ in Ariete.

Ante omnia considerare oportet progredientem Lunam, sit ne in augmento, an decremento sui cursus, non luminis, in quo multi decepti sunt. Si igitur eo tempore, quo quispiam primo decumbit, Luna in aliquo signorum duodecim, suo motu moueri incipiat, accedens ad oppositam signi partem, (pars autem signi opposita est, quæ maxime, & ex diametro distat) præsertim uero si tum etiam coniunctionem cum Sole faciat, unde tandem a congressu facto in xv. partem egressa, soluta iam coniunctione in maiorem sui cursus magnitudinem tendat, occidet infirmum sub aduentum in c l x x x. partem. Si uero primum decumbente infirmo, Luna cursu suo diminuta incedat, morbum ad oppositam usque signi partem protrahat, ubi diametrum exierit, in salubriorem ægritudinem transmutabit. Aduerte autem & motus, seu testimonia stellarum reliquarum: si n. tempore incipientis decubitus, Luna in cursum maiorem tendat, interim autem & in schemate Solis (aspectus alij uocant) extiterit, augebit morbum, & periculosiorē faciet. Si autē & lumine, & motu aucta sit, inuitabile infirmo periculum dabit, ubi diametrum attinget. Quod si in adurentem Solē Iuppiter forte inciderit, ipsa unā cum Ioue Soli schema offerente, morbum quoad fieri poterit securiorem faciet: siue etiam in schemate tetragoni Iouis (quadratum nostrum uocant) existat, infirmis sanitatem restituet aduentante diametro. Si uero Saturni adusti schema accederet, cursum autem suum eo tempore diminuit, in summo discrimine ac periculo infirmum reponet, aduentante incepti cursus parte c c. Si uero & posteaquam a coniunctione se redemerit, in minorem cursum feratur, mortem inuitabilem inferet, circa partem incepti cursus c l x x x. Si autem tempore incepti decubitus Sol Lunæ schema & dederit, ipsa uero tum cursum siue etiam lumen minuatur, & morbus, ubi uentum fuerit ad partem incepti cursus c c. ac postea occurrente bono aliquo schemate, ad sanitatem suam infirmus redibit. Si autem & coniunctionem futuram etiam motu diminuto solutura est, sanitatem restituet circa partem incepti cursus c l x x x. Opus autem erit animaduertere in primis, quo modo stellæ singulis signis sint repositæ, & quem situm habeant: ex progressu enim Lunæ per signa duodecim, causæ morborum cognoscuntur. Scito autem si quis calculos, seu numeros negligenter disposuerit, nihil ueri posse succedere: falsitatis autem non res ipsa, sed qui negligenter se gerit,

ex mathematica scientia.

77

A se gerit, causa est. Disquirito tandem accurate, & figuram genituræ: ex ea enim singula exacte cognoscunt. Decumbente igitur aliquo dum Luna est in Ariete, existens in schemate Solis, morbus accidet ex eo, quod ægroto a radijs Solis caput exustum est dolor erit in membranis capitis. erunt febres continuæ, erunt uigiliæ, incensiones nimie, sitis, asperitas linguæ, uisio, ac ueluti flamma in thorace, dolor in hepate, pulsus retracti ac inordinati. Huic utilis est detractio sanguinis, ac mitigantium, & refrigerantium adhibitio: alienatio enim mentis futura est, & phrenitis. Quod si interim nullus ex planetis beneuolis Lunam protexerit, ac ipse etiam Saturnus unā simul tetragonum Lunæ addiderit, ultra septimam non uiuet, præsertim si tum Luna motu, aut lumine augetur. Si autem decumbat aliquis dum Luna est in Ariete, affecta maleuoli schemate, tetragono scilicet aut diametro, uel si cum eo fuerit coniuncta, & oportebit eum ipsum planetam animaduertere: & si quidem fuerit ♄, causa est in capite, morbus est lethargus, ægroti sunt somnolenti, insensiles, frigidi, neque eandem seruant æqualitatem morbi. nunc enim auge scit, nunc minuitur. Quod si Luna tum motu aut lumine, aut utroque est diminuta, summam ac extremam (ut & antea diximus) morbi accessionem timeat, circa partem incepti cursus c c. Conspicito autem eo tempore & stellæ alias: si enim ♃ aliquo schemate Lunæ annuerit, magnum quidem infirmo periculum est subeundum: prætergressus tamen diametrum, sanus seruiabitur. Si autem Mercurius solus prædicto scopo (Lunæ scilicet cum Saturno, ita ut diximus situata) schema suum addiderit: citra ullum dubium morietur. Si uero Mercurius unā cum Marte ignito, hos tu redemptores magis, quam interemptores censeto: tua porro intererit omnem prudentiam ac solertiam infirmo adhibere, cum te non lateat Saturnum efficere affectiones frigidas, & reumaticas. At uero si Mars dederit schema, præsertim diametrum Lunæ motu etiam & lumine augefcenti, hos faciet capitis affectus, alienationes mentis, phrenitidas, iræ impetus, & phlegmonas, accensiones, insultus sanguinis. Oportebit igitur in omnibus ijs adhibere ea, quæ refrigerandi, & remittendi potestatem habent, hisque utendum maxime circa tetragonum: a tetragono enim trium dierum spatium incipiet uigere magnitudo morbi: futuri autem sunt usque ad inceptum a Luna cursus diametrum periculosissimi, & acutissimi affectus. Si autem huic scopo (Lunæ scilicet cum Marte in eo, ut diximus, situ repositæ) Mercurius etiam suum schema adiunxit, post exacta tanta pericula infirmus sanabitur. Mercurius enim Marti probe congruit, Saturno minime. Quod si decubabat aliquis, Luna autem sit in schemate Iouis, aut Mercurij, & Veneris, et si utriusque planetæ natura, inæquales est factura ægritudines, & in diuersos affectus infirmos translatura, proculdubio tamen sanantur. Operæpretium autem erit te animaduertere ratione uictus, horas, exercitia, balnea, potus uini: & si quidem ad Saturnum pertinent, qui ægritudine afflicti sunt, tenebuntur desiderio balneorum, sessionis quietæ, frequentis nutrimenti, calidæ potionis: qui autem Martem attingent, frigidæ potionis, motus, uini, in quietudinis. Utile est igitur te iuxta singulos planetas, suo cuique modo desiderio non aduersari: quælibet enim stella cuius rei desiderio tenetur, eadem reficitur recreaturque. Non arbitraberis autem Aphrodisi optime (ut ego opinor) curas eiusmodi contrarias esse rationibus medicorum: ego enim qui bene naturas stellarum cognitatas habeo, dixi quibus quæque rebus delectetur, ubi fuerit ab omni noxa ac uitio aliena. Si autem dum Luna est in ♄ Solis decumbat aliquis, Saturnus autem in tetragono sit aut diametro, aut etiam Lunam præfens adeat, quæ lumen & motum suum diminuat, erit morbus quo ad originem, ex crapula, & diuersitate ciborum ac multitudine: futuræ autem sunt febres cum astrictione alui, inflammationes hypochondriorum, articularum dolores, pulsus retracti, ac inordinata totius corporis supercalefactio, circa pulmonem autem & sinistram latus, erit sensus grauitatis. Huic auxilio erit subtractio sanguinis, ac usus eorum omnium, quæ habitum corporis soluere possunt. Quod si nemo ex beneuolis Lunam protegit, omnino diametrum uiuus non supergredietur: immo si & Mars idem schema quod Sol habuerit, aut ex diametro Lunam aspexerit, supra primum incepti cursus tetragonum non uiuet. At si beneuoli adfuerint, & Lunam inspexerint, periculatus sanabitur.

De schematibus Lunæ in Tauro.

Si quispiam decumbat Luna existente in Tauro, maxime hora diei, Sol autem Lunæ offerat diametrum, aut tetragonum, erit morbus ex multitudine sanguinis, aderit astrictio alui, aderunt accensiones dolores colli & circa ossa, superflua uigilia, desiderium rerum frigidarum & uini. Huic sanguinis detractio plurimum conducet, atque ea omnia utilia erunt quæ uim aperiendi habent. Saturno autem idem schema quod Sol habente, si nullus beneuolus protegit, diem undecimum non transiget: si autem beneuoli præfentes adfuerint, aut schemata porrigunt: post exacta pericula uigesimo die sanabitur. Si autem Luna, ut diximus, posita in Tauro, decumbat aliquis, motus autem Lunæ & lumen minuitur, ad hæc Saturnus quocumque tandem in schemate reponatur, præsertim si & ♃ pariter schemate contineatur, affectus ægritudinum iuxta signi propriam naturam erunt tardi motu, difficiles cogniti: quos crederes absentes esse: cum tamen ægroto affligunt, aderit uirium prostratio, ac totius corporis debilitas, stomachus appetitu priuatur, calor in profundo latet, articularum dolores incessunt, totum corpus male habet. Hæc autem ego tibi in omni zodiaci signo indicia propono, ut dum aliquod horum se tibi obtulerit, circa infirmum dubius non hæreas. Signum autem hoc natura sua tempestates ac uentos concitat, ac eorum quæ in mari & terra eueniunt indicia facit: idcirco oportebit te præcipuam capitis curam habere, hoc enim est quod primam morbi causam contraxit, quamuis hoc ita non appareat: totum neruum

Galenus de decubitu prognost.

sum genus compatitur, præter cetera stomachus: pulsus profundi ac reptantis formicæ speciem præ se ferentes, præsertim de die: propterea utilissimū quidem erit infirmum nutrire; non tamen tu pusillanimitis subtractionem sanguinis uereare (licet id nimiam subinde debilitatem inducat) neque subtractionem alui, nec alia quæ euacuant. A tetragono autem incepti cursus usque ad diametrum æger diligentius est obseruandus: & si quidem posteaquam coniunctionē Solis euaserit, meliora indicia Luna ostendit, soluetur morbus in diametro: si autem euadens coniunctionem peius indicat, maxime si tempore cepti decubitus nullus ex beneuolis protexit, ultra diametrum non superuiuet. Si autem decumbat aliquis existente in Tauro Luna, cum schemate Martis (præsertim ubi Luna est amphicyrta) augēs motus suos, causa morbi erit circa collum & hypochondria, idque ex ingurgitatione ac cibo nimio: febres aderunt urentes, alui astrictiones: asperitas linguæ, amaritudo oris, sitis nimia: ipsi autem ægroti oculis torui, truces aspectu, sermone audacissimi, qui aduersus suos facile irritatur ac exiliunt. Oportet igitur summam diligentiam stricte aluo & eductioni sanguinis adhibere, neque desiderio frigida potitionis eorum multum aduersari, morbi ipsi a principio quinque dierum spatio acutiores erunt: uigebunt usque ad septimam. Hic autem ad alia te esse etiam attentum oportet: si enim conspexeris ♄ in quarta, scias ægrum, procliuem & aptum esse cardiacæ passioni: ideo fac ut omni hora totius septimanæ accuratus sis, ut citra incommodum uinum exhibeas, & frigida alia. Si autem transacta septimana æger in deterius labitur, ultimum illi uale dicitur, proculdubio enim obibit. In huiusmodi uero indicationibus oportebit te & horarum aptitudinem inquirere, id quod fiet si repereris horas eas quibus schemata beneuolorum prodeunt: hæ tibi plurimum conferent tam in nutriendo, quam in lauando & exhibendo potu: si enim hora bonorum schematum cibus offeratur (licet hoc dictis medicorum nonnihil repugnare uideatur) plurimum conferet infirmo. Quod si Lunæ in illo quem diximus loco residentem ♃ aut ♀ aut ♁ schemata dederint, siue ipsa motum augeat, siue minuat, certum salutis in diametro affuturæ indicium tibi esto: quare citra exhibitionem aliorum sola attenuante diata utere.

De schematibus Luna in Geminis.

Siquis decubuit existente in Geminis Luna, cui adsit præsens ♄ uel schema diametrum aut tetragonum offerat, causa prima morbi erit ex nimij laboribus, uigilijs, & maxime ex itineribus. Quod si tum Luna motum & lumē augeat, locus affectus erit manifestus, morbus breui seipsum declarat: augeri uero incipiet a die tertia usque ad uigesimum. erunt enim leuissimæ febres, & macies quæ per nocturnos assiduosque labores exinanito sanguine contracta est: aderunt & splenis grauitates. Vbi autem ex beneuolis nullus protexerit, Mars autem idem quod Saturnus schema habuerit: post diē trigessimam obibit. Si uero boni presentes affuerint, aut Lunam inspexerint, chronicis ac periodicis morbis detentus tandem sanabitur. Si autem decumbat aliquis in geminis Luna existente, cui tetragonum uel diametrum Mars offerat, uel præsens apud eam sit, augescere eius lumine & motu, morbus incurrit periculosus & molestissimus: erunt enim febres continuæ, astrictiones alui, uisiones magnæ, pulsus retracti ac inordinati. huic igitur competet sanguinis detractio. Et si ex beneuolis nullus Lunam protegit, Saturno idem quod Mars schema obtinente, morietur in diametro: si uero beneuolus aliquis Lunam intueatur, post tanta pericula seruabitur. Si decumbat aliquis in Geminis Luna existente, præincipientes causæ morbi erunt labores & balnea: morbus autem qualibet humiditate exaggeratur magis. Quod si Saturnus unā cum Mercurio schemata adiciant, maxime Luna diminutis gradibus abscedente a Sole, erunt dolores circa operatas scoptulas & lumbos, totum corpus calet, & ad similitudinem ambustorum in superficie dolet. Huic inutile fuerit si de uno loco ad alterum transferatur, id quod ipse optabit: aduersat illi & frigida quæcunque potio usque ad septimam. Si autem Luna incidens in Solis coniunctionem, in minores motus progrediatur, sine dubio morietur. Quod si prædicto scopo Lunæ, scilicet cum Saturno & Mercurio, ita, ut diximus, posita, accedet tempore cepti decubitus schema alicuius beneuoli, infirmi ipsi ab alijs ad alia mala transferentur, in ischiaes, & id genus alios articularum dolores. Quantitas temporis morborum ostendetur ex coniunctione Lunæ, id est accessione ad stellas beneuolas, quæ infirmos redimunt. Hanc autem rationem & in alijs omnibus signis obserues. Non ignores & illud, quod in quocumque signum Luna intrauerit, illic imperium habet. Scito & hoc, quod planetæ quando sunt diametrum Lunæ porrecturi, facile ipsimet hoc indicant. Si autem Luna, ita ut in priore exemplo dictum est, in Geminis existente, tempore cepti decubitus Mars aut Sol aut uterque simul schemata sua porrigant (præsertim si Luna sit amphicyrta) ipsa uero Luna in maiorem motum feratur, æger ita omnino sibi persuadebit, ut credat se certo moriturum: proinde lamentabitur, flebit ac tristabitur, in loquendo erit promptus & audax, diuersas simulacrorum seu phantasmatum species ante oculos cernet, quæ omnia illi sunt ad morbum augent, illum & deteriorem reddunt. de die autem & stomachi debilitas incurrit, & panniculorum capitis dolores inuadunt ita, ut infirmi dissoluantur: & pulsuum motu penè careant. Oportet igitur fomentandi resoluendiq; diligentem curam habere, sanguinem detrahare, ac cibos opportune exhibere. Ex coniunctione autem Solis cognosces, sit ne futura morbi solutio: & si malum stomachi prosperius tibi apparebit, & panniculorum capitis dolores abscedent, sanabuntur sine dubio infirmi. At uero si a diametro morbus in maius augetur, & tabes uentriculo inuecta fuerit, circa illum dubium peribunt: maioribus autem auxilijs quæ apud medicos in usu sunt opus esset. Si autem ad signum hoc Geminorum tempore decubitus incepti, beneuolæ stellæ schemata porrigunt, siue Lu-

ex mathematica scientia

Ana motum augeat siue minuat, medicatio opus non erit: diæta enim aere bono, balneis, deambulationibus, exercitationibus, morbus abigetur: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De schematibus Luna in Cancro.

Si decumbat quispiam Luna in Cancro existente, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel porrigat diametrum aut tetragonum, erit morbi prima causa balneum & refrigeratio. aderit fluxus ad thoracē, aderunt tusses, aderunt constipationes, febres non uiolentæ, sed tamen malignæ, pulsus parui ac debiles, grauitas in lateribus. Huic congruunt omnia quæ calefaciendi uim habent. Si uero ex beneuolis nemo Lunam intueatur, longiore ægritudine detentus post diem quadragessimā obibit: at si beneuolus aliquis Lunam inspicit, plurima mala perpeffus tandem sanabitur. Si autem decumbat aliquis Luna in Cancro existente, cui Mars aut præsens iungatur, aut tetragonum siue diametrum obijciat, erit prima morbi origo ex nimio uomitu, ac ea agitatione, quam choleram uocāt, aut uentriculi subuersione. Huic igitur congruunt ea quæ constringunt & refrigerant. Quod si ex beneuolis aliquis aspiciat, in primo incepti cursus tetragono sanabitur. Si autem decumbat aliquis Luna existente in Cancro, erit morbus ex repletionē uini & ingurgitatione: inchoabitur autem a commotione distensioneq; membrorum affectorū: æger interrogatus bene morbum edisseret. Erit autem aliquando ex uomitu etiam citra repletionem: æger male de se sperabit afflictus dolore laterum, optabit aeri frigido semper exponi, quapropter & uestes dilacerat. Sæpius autem & coli dolores incurrit, maxime transacta diametro: proin oportebit non solum a frigidis abstinere, sed etiam adhibere ea quæ resoluunt & confortent, præsertim in principio. Si autem Luna non sit immunis, sed Martis aut Solis aut utriusque aliquo schemate opprimatur, febres assurgunt augmenturque, pulsus sunt inæquales, nunc debiles, nunc firmi. Cōfert autem huic sanguinis detractio facta in tempore: a principio enim quinque dierum spatio usque ad incepti cursus partem, c. c. comitabuntur affectum laterum diuersa & praua accidentia. Quod si nemo beneuolorum protegit, futurum est ut a coniunctione Solis neruofum genus male afficiatur, ita ut capti tādē mente uociferent & acclament: iuxta autem naturam signi huius mala de nocte magis affligunt. Si autem a coniunctione Solis Luna motu diminuto se est redemptura, non priuato præsidio bonorum, æger in morbum periodicum deciderit ac sanabitur. Quod si Luna bonorum præsidio priuatur, iuncta communioni malorum, nihilo minus & in periodico morbo obibit. Si uero prædicto scopo nemo medius obuenerit, Luna uero a coniunctione Solis motum diminuat, post diametrum sanabitur: at si a coniunctione motum augeat, medius uero intercessit maleuolus Saturnus, subibit tot pericula, post diametrum tamen sanabitur. Porro natura huius signi est ut malignos & difficile solubiles morbos afferat, quibus ea remedia & cura quas crederes multum profuturas, magis nocebunt. Vtilis autem est uini exhibitio, balneum, & cibus qui facile in corpus digeritur. Si uero Saturnus Lunæ a coniunctione exeunti unā cum Mercurio schemata obijciat, auferentur morbi quocumque morbi quocumque tandem modo, sed relinquuntur dolores articularum, & earum partium quæ circa aures sunt. Nonnullis autem circa pulmonē aut hepar aliquid mali remanet, eritque diuturnum & longum. Aduerte autem si in his schematibus Luna minuat motum: hoc pacto enim faciet id quod reliquum est mali non solum longo tempore duraturum, sed mortem etiam allaturum. Si uero motum augeat & lumen, ♃ autem quocumque modo illi adhæreat, malum relictum tantisper durabit, quoad Luna peruenerit in decimum ab incepto cursu signum. Quando autem Luna in Cancro existens bonorum tantum schemata habet, aut etiam ipsius Mercurij, soluuntur morbi ad primum incepti cursus tetragonum, oportebit uero abstinere a frequenti balneo, exercitijs autem uti & deambulationibus, ita enim morbis bene consulatur.

De schematibus Luna in Leone.

Siquis decumbat Luna existente in Leone, cui Sol diametrum aut tetragonum porrigit, prima morbi origo erit ex repletionē & cruditate. aderunt grauitates thoracis & hypochondriorū, aderunt febres, quarum calor maior erit in profundo, quam in superficie corporis. aderit astricta aluus. Huic congruunt omnia quæ calefaciunt modice & aperiunt. Quod si nullus ex beneuolis Lunam inspicit, circa diametrum morietur: si uero boni Lunam inspiciunt, plurima mala perpeffus tandem sanabitur. Si autem decumbat aliquis, in Leone Luna existente, cui Mars uel præsens iungitur, uel diametrum aut tetragonum porrigit, erit prima morbi origo ex nimia plenitudine sanguinis. febres aderunt cum fluxibus alui, pulsus debiles & submersi, defectus animi, lapsus appetitus, grauitas, somnolentia, & languor totius corporis, immo & cardiacæ aliquando. huic congruent ea quæ constringunt ac modice refrigerant. Quod si nullus ex beneuolis Lunam aspiciat, die nona morietur: si uero boni aspiciunt, plurimum periclitatus, post diametrum sanabitur. Si autem decumbat aliquis Luna existente in quacūque parte Leonis (hoc autem quod dicam & circa alia signa certum: ac ueluti Themistos consilio proditum obserues) Leone horoscopum occupante, morbus erit ex demacratione membrorum, per tristitiam, per negocia, sollicitudines: thorax calescet, extrema autem frigescent. adfunt & capitis dolores, oculi caui, natus retortus, pulsus insensibiles. ægroti quasi longis detenti sint ægritudinibus, ita apparent corpore deiecti: tenduntur autem quantum est ex eorum plenitudine. Quare oportet confestim sanguinem detrahare, & si fieri potest, Luna in hoc eodem signo adhuc existente, præsertim si motum suum augeat: sin minus, intra tertium diem. Fricare autem oportet extrema, & resoluere ea quæ thoraci incumbunt. Si autem Mars simul & Sol

Sol uterque aucto motu, schemata porrigant, tempore coepti decubitus, Luna, cardiacam nullo modo E infirmus euadet, infra quintum diem. Si autem Saturnus schema porrigat Luna, non est adeo timendum ut moriatur. Si uero Iuppiter aut Venus schemata Luna porrigunt tempore coepti decubitus, spes est firmissima salutis circa tetragonum incepti cursus affuturæ. Si autem ipsa Luna sola, citra ullum schema, motu diminuta in Leone sit, etiam spes firma salutis. Proderit autem aegroto exhibitio uini, balneum, deambulatio, praesertim post tertiam, aut post quintam. Si autem Luna in Leone, ut diximus, sit tempore coepti decubitus, augeatque motum. Saturnus uero in medio caeli constitutus suum schema illi porrigat, futurum est id quod diximus circa tetragonum: nihilo minus tamen uentris dolores & inflationes remanebunt, etiam si praesens adsit aliquis ex beneuolis, sanantur tamen, idque tanto citius si Luna a coniunctione motu aucto currat. Si uero Luna in Leone existenti tempore coepti decubitus ♄ & ♀ & alius quicumque schemata obijciat, ipsa uero Aquilonem uersus egreditur, soluentur morbi omnino adueniente cursus incepti diametro. Non oportebit uero calefacientibus uti, sed aegrum in umbra decumbere: utile autem erit eius desiderio plurimum aduersari, frigida exhibere, cibos offerre qui nec inflent nec attollant. Si autem Luna a nemine aspiciatur, augeat uero motum, futurum est ut circa diametrum datis signis criseos morbus soluatur: at si motum minuit, auferet aliquid morbi circa coniunctionem Solis: faciet tñ ut aeger saepius recidiam perpeffus longius affligatur, salubriter tamē. F

De schematibus Luna in Virgine.

Siquis decumbat existente in Virgine Luna, cui Saturnus uel praesens iungatur, uel tetragonum aut diametrum porrigat, erit prima morbi causa, defidia & cruditas. dolor erit in uentriculo & intestinis, phlegmone in hypocondrijs. aderit febris cum alui astrictione, quæ non seruabit ordinem remissionum & afflictionum. pulsus erunt profundi, frequentes & debiles. huic congruent ea quæ modice calefacient do aperiunt. Quod si beneuoli Lunam non aspiciant, circa diem quadragesimam in summo periculo reponetur: si uero boni aspiciunt, longam aegritudinem perpeffus tandem sanabitur. Si autem decubabat aliquis existente in Virgine Luna, cui Mars uel praesens adsit, uel tetragonum aut diametrum porrigat erit morbus qui a fluxu uentris incipiet, quem subsequetur dysenteria, ita ut sanguis fluat, & excorietur intestina exulcerenturque: aderunt febres malignæ, pulsus debiles ac frequentes, casus appetitus, subuersio stomachi. huic congruent ea quæ adstringendi uim habent: & nisi Lunam boni aspiciant, morietur die trigesima: si uero boni aspiciant, sanabitur. Si uero decubabat aliquis existente in uirgine Luna erit morbus, quæ coeliacam uocant passionem. aderunt dolores uentris, & inflationes, quæ a lasa coctione originem sument, ea quæ uenter excernit, fluida erunt, quæ autem uesica, uiridia ac male olentia. aderunt punctiones in septo transuerso, & uentriculo iam debili, cõpatiatur totum neruofum genus: G oculi erunt aperti ac uigilantes, praesertim a principio. Si autem Luna ex paruo motu in maiorem prouehitur, Mars autem aut Mercurius & Sol schemata illi porrigunt, timendum erit ne nimium exasperato malo infirmus in insaniam decidat. necesse uero erit adhibere ea quæ ingrossandi inspissandique uim habeant: uitanda erunt omnia fluida, frigida, uida: tanto autem hæc uitanda magis, quanto in maiorem motum Luna uehitur: circa diametrum enim suspicio erit coeliacæ & dysentericæ, quæ mala si semel corripiant hominem longo tempore minutim abscedunt. Si autem Luna in Virgine, ut diximus, existenti Saturnus cum Mercurio aut Venere aut Ioue schemata porrigat, nihil minus futura est longi temporis aegritudo, splenitica aut nephritica: quæ mala abscedent quidem, sed longo tempore affligunt. Si autem Luna tempore coepti decubitus sola sit, & a nemine inspiciatur, siue augeat motum, siue minuat, futuræ sunt hæmorrhoidum fluxiones, quas Luna circumactis usque aliquot reuolutionibus auferet. infirmi erunt liuidi, atri per longum tempus, sanantur tamen. Si autem tempore coepti decubitus Iuppiter aut Venus aut Mercurius, siue horum aliquis, siue omnes Luna schemata porrigant, nec minus adsunt fluxus uentris, desinunt tamen circa diem quintam. Oportet autem uinum quidem exhibere, sed balneum subterfugere.

De schematibus Luna in Libra.

Si decumbat aliquis in ♎ existente Luna, cui Saturnus uel praesens iungatur, uel tetragonum aut diametrum porrigat, erit prima morbi origo ex nimia uini potatione & crapula. Quod si Luna minuat motum suum, decubitus autem primum noctu incipiat: futuri sunt affectus mali capitis & thoracis, rheumatismi, tussis praesertim a principio, grauedo capitis, casus appetitus, febres continuæ, quæ nullum ordinem afflictionum seruabunt, pulsus erunt frequentes & debiles. huic igitur congruent ea quæ calefaciant. Si tamen unâ cum Marte Saturnus schemata porrigat, citra ullum dubium morietur, ueniente diametro. Si autem decubabat aliquis existente in ♎ Luna, cui Mars uel praesens iungatur, uel diametrum aut tetragonum porrigat: erit morbus ex nimia sanguinis copia, erunt febres cõtinuo crescentes, pulsus retracti, defectus animi, phrenitis, superflua uigilia, totius corporis inflammatio, huic congruet sanguinis detractio, & ea omnia quæ soluunt habitum corporis. Quod si nullus ex beneuolis protegit, infra decem dies morietur: si uero boni aspiciunt, circa diametrum summum perpeffus periculum sanabitur. Si autem decumbat aliquis existente in ♎ Luna, diffundetur materia morbi in membra extrema, quæ inflammabunt & dolebunt, calor tamē erit in profundo maior, aeger oculos continuo occludet, cū tamē non dormiat, deijciatur illi appetitus. Tales igitur sunt iuxta signi huius naturam affectus, in quibus cognoscendis multi errant: putant enim ea accidentia ex cibis, quos inscijs medicis aegroti, accipiunt, prouenisse. Si

A Si autem ipsi Luna minuenti motus suos Saturnus & Venus, aut ☿, aut ♀, aut uterque accedit, omnino circa diametrum in phrenitiam incidet: proinde fomentis utere, & ijs quæ resoluunt. infirmum autem in secretiorem locum absconde, & in solitudine diligenter obserua, ne clanculum aquam bibat: futurum enim est ut circa diametrum excretionem alui facta a morbo redimatur, usus ijs quæ diximus remedijs: sed tamen ad diuturnos inæquales & periodicos morbos reddetur procliuis, a quibus tamen redimetur. at uero si solus adest Luna Saturnus, peribit, nisi Luna motum augeat: sic enim plurima in principio & augmento morbi perpeffus circa diametrum sanatur. Si uero existenti in ♎ Luna Mars & Sol schemata obijciunt, erunt causæ morborum in capite, quæ facient cephalalgias, rheumatismos, hemi-cranias. Si uero Mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis, quæ facient suffusiones: dilatationes pupillæ, glaucosfes. Vitale est autem ut plurimum in ijs malis sanguinem subtrahere: utiles sunt & alui excretiones. ne tamen promittas cito salutem infirmis affuturam: longum enim tempus in ijs malis sunt absumpturi non sine magno discrimine. Si autem Luna in ♎ existenti, Iuppiter aut Venus schemata porrigat, sanantur infirmi aliquosque male detenti. Si autem nemo se Luna offerat, nec aliquis eam aspiciat, ipsa uero motus suos minuit, futuri sunt morbi maligni & difficiles cognitu, praesertim in oculis. sed tamen ueniente Luna ad diametrum soluuntur. Scito autem omnia ea signa quæ in tropicis & æquinoctiali sita sunt, malignos semper producere morbos.

De schematibus Luna in Scorpione.

Si decumbat aliquis in Scorpione Luna, cui praesens iungatur Saturnus, uel tetragonum aut diametrum obijciat: erit origo morbi ab inflammatione inguinum & locorum profundorum, circa anum & pudenda, Quod si Luna motus suos augeat & lumen, beneuolique illam aspiciant, reditus ad sanitatem erit facilis. Si uero decumbat aliquis existente in Scorpione Luna, cui Mars praesens iungatur, uel tetragonum aut diametrum porrigat, ipsa uero motus suos minuit & lumen, schemata beneuolorum retinens, redibit ad sanitatem, ultra uel citra tetragonum aut diametrum: hoc enim in singulis signis beneuoli faciunt, ut iam nosti: reddunt enim morbos mitiores & ad curandum faciliores. Si uero decubabat aliquis existente in Scorpione Luna, origo prima morbi erit ira & contentio siue iurgia, inflammabuntur loca in abdomine circa sedem aut uesicam: febres a die tertia increscent & augebuntur, infirmus autem despiens factus exasperabit mala sua. Si autem Luna in hoc signo augeat motus suos, praesertim ab ♄, Mars uero ipsi praesens adest, periculum est lationis per ferrum quoquo modo occulto. Si autem & Sol praesens adest, aut schema porrigit Luna suos motus augenti, (id quod fit quando ipsa secundum longitudinem sui cursus quindecim partes percurrit,) periculum erit apostematis pleuriticis. C iudicantur autem & liberantur infirmi fluxu sanguinis. Oportet autem in secretiore loco infirmum seruare, abstinere uero ab omni frigidorum usu, a lationibus, malagmatibus frigidis, balneis, extractionibus sanguinis per cucurbitulas: morbo autem ad diem undecimum protracto, itur tandem in diuturnum malum, in quo non minus est periculum. Si autem decumbat aliquis in ♏ Luna existente, cui Iuppiter uel ♀ adsit praesens, uel schema porrigat, erunt eadem mala quæ diximus, sed salubriora, a quibus tamen non liberatur nisi longo tempore: longitudo autem temporis aut numerus dierum durationis morbi cognoscetur ex connexionem Luna cum stellis beneuolis: donec enim uel ipsi planeta praesentes boni, uel eorum schemata non accesserint, morbi uigent, suamque uim obtinent: statum tamen ac ueluti praesinitum tempus aegritudinis est ad diem diametri, ultra quam si morbus protrahatur, fit chronicus, & longus. Si autem decumbat aliquis Luna in Scorpione existente, uergenteque ad Solis coniunctionem motu diminuto, cui Saturnus uel praesens iungitur, uel schema porrigit, defatigabitur plurimum infirmus & labefactabitur longitudine morbi, qui erit defluxus ad inferiora loca, anum scilicet aut pudenda: & nisi beneuolus aliquis protegat, sic commorietur. At uero si Luna motu aucto progreditur, Saturnus autem illi aut iungitur praesens, aut schema porrigit, futura sunt eadem mala, sed minus periculosa, tamen chronica & diuturna. Natura autem signi huius exigit, ut uitetur usus balneorum, ac eorum omnium quæ humores fundunt & defluere faciunt.

De schematibus Luna in Sagittario.

Si decumbat aliquis existente in Sagittario Luna, cui Saturnus praesens iungatur, aut tetragonum uel diametrum obijciat, morbus incipiet a fluxu sub ilium tenuiumque rheumatum, aderunt dolores articularum, aderunt adstrictiones alui, febres, quarum accessiones erunt cum rigore & frigiditate extremorum. Quando igitur Luna suum lumen & motum maxime minuet, erunt tum accessiones febriliū duplices, erunt constipationes multæ, pulsus profundi. Huic igitur congruent ea quæ calefaciendo aperiunt. Nisi uero beneuoli aspiciant, futurum est ut magna pericula subeat, sanatur tamen transcurfa diametro. Si uero decumbat aliquis existente in Sagittario Luna, cui Mars praesens iungatur, uel tetragonum aut diametrum obijciat, Luna uero augeat lumen suum & motum, erit aegritudo summi periculi, cuius origo est repletio & crapula. futuri sunt febres continuæ, quæ magis ac magis inualefcunt. erunt cholericæ passionis, soluta aluus, pulsus debilis. Congruent huic ea quæ refrigerant & constringunt. Quod si maleuolus Lunam inspiciunt, septima morietur: si uero beneuolus aliquis inspiciat, sanatur, transcurfa diametro, sed non sine periculo. Si uero decumbat aliquis Luna in Sagittario existente, morbus est qui ortum accepit a balneo & aere frigido. totum corpus fluxu rheumatum corripitur. adsunt dolores gingiuarum & dentium: praecipiens autem morbi causa in thorace est. Si autem Luna accedent

ti motu

xi motu diminuto ad Solem, præfentes iunguntur, aut schemata obijciunt H & Z , futuræ sunt inflammationes pulmonis & septi transuersi, totum corpus super calefit. oportet autem adhibere ea maxime, quæ resoluunt & exiccant. utilis erit præsertim a principio detractio sanguinis. Quod si Luna transgressa prius tredecim partes, nunc decimam quartam transgreditur, quinta die morietur. Si autem tempore decubitus Lunæ existenti in Sagittario Z aut Q iunguntur, uel schemata porrigunt, futura quidē sunt ea, quæ diximus, mala, sed erunt salubriora. Si uero Luna nemini iugatur, nec aspiciatur a quopiam, motum autē suum auget, salubriora quoque mala accidunt. At uero si Mars & Sol Lunæ augenti suos motus schemata obijciant, supra mala prædicta tussēs uehementissimæ superuenient. Natura autem signi huius est ut ægrotis uigilias incutiat continuas, & noctu maiorem afflictionem quàm de die commoueat, unde adeo debilitatur infirmus, ut uix pulsus eorum percipere possis. Necesse uero erit uti ijs quæ resoluuntur & modice calefaciunt: fugere autem balnea, lotiones, humectationem denique omnem: æger uero in obscuro sub umbra decumbat, qui spem salutis certam habeat, si boni Lunam aspiciunt. Quod si unus tantum ex beneuolis protegat inspiciendo Lunam, plus quidem exasperantur mala, spes tamen est certa salutis post pericula.

De schematibus Lunæ in Capricorno.

Siquis decumbat Luna in Capricorno existente, & minuente suum motum, cui H præfens iungatur F uel tetragonum aut diametrum obijciat, origo morbi est refrigeratio in balneis, ad sunt tenuia rheumata, grauitas thoracis, & pulmonis, tussis præsertim a principio, febres quarum accessiones ueniunt cum rigore, idque magis noctu. huic congruent ea quæ calefaciant. & nisi bonus aliquis Lunam aspiciat, die uigesimo primo morietur: si uero boni aspiciunt, sanabitur, longam pulmonis ægritudinem perpeffus. Si decumbat aliquis, in Capricorno Luna existente, cui præfens iungatur Mars, aut diametrum uel tetragonum obijciat, morbus erit qui originem trahit a læsa coctione, quam subsequitur uomitus & cholera: morbus equidem periculosus & acutus: comitantur illum neruorum distensiones, inflammationes, bilis mordax in intestinis & ano. huic congruent ea quæ refrigerent & constringant: nisi uero bonus aliquis tum aspiciat, die quinta aut septima morietur: si uero beneuolus aliquis aspiciat, sanatur infra septimam. Si decumbat aliquis Luna existente in Capricorno, causa præincipiens morbi erit labor & inanitio: erunt autem dolores potissimum in dorso, incurrunt horrores sæpius, ita ut bis terque breui spatio temporis accessiones suas faciant: eriguntur pili totius corporis, febres sunt cum aluo adstricta, & dissoluta debiliq; uirtute. Hæc ego multa tibi ea de causa adduco, ut tu habitis ijs indicijs, morbos certioribus notis dignoscas, Tanto uero debiliores infirmus redduntur, quanto Luna motus suos magis diminuit: uidebis ægrotum delirare in loquendo, oculos raro sursum attollere. Quod si circa incepti cursus diametrum Saturnus Lunæ iungatur uel schema obijciat, reponetur eo tempore in summo discrimine infirmus, idque ob uiolentiam & afflictionem nimiam febris. Quod si tum aliquis ex beneuolis protegat, liberatur, sed longo tempore afflctus. Si uero Mars, aut Sol una simul schemata porrigat, transmutabitur morbus, fietque periodicus. At uero si Luna motum suum augeat, præfens uero illi circa incepti cursus diametrum adit H aut Sol, ut diximus, futurus est morbus periculosior. Si autē Luna in Capricorno existenti Z aut Q aut Z siue horum aliquis, siue omnes præfentes iungantur, aut schemata porrigant, causa morbi eadem est quam diximus, sed morbus fit omnino salubris. Animaduerte autem naturam signi huius, cuius proprium est periculosas inferre ægritudines. Oportebit uero abstinere a balneis, & ab omni frigidorum usu, decumbere uero in sublimi & alto loco. Expediet & exercitia, si fieri potest, infirmis iniungere.

De schematibus Lunæ in Aquario.

Siquis decumbat existente in A Luna, cui augmentanti lumen suum & motum Saturnus præfens iungatur, uel diametrum aut tetragonum obijciat, origo morbi est, labores, uigiliae, aut itinera: non seruiabitur autem æqualitas morbi in augendo & diminuendo. Quod si bonus quispiam Lunam aspiciat, sanitas redit circa incepti cursus diametrum. Si uero decumbat aliquis, in A Luna existente, cui minuenti motum suum & lumen Mars præfens iungatur, aut diametrum uel tetragonum obijciat, causa præincipiens morbi est in inguinibus, aut in cruribus, aut in pudendis: futuræ sunt febres urentes, continuæ, & crescentes continuo, extrema tamen membra magis, quàm cetera inflammantur. incurrit sitis, inquietudo, ita ut ægroti in eodem loco non permaneant, sed crebro exurgant: adest desiderium frigidæ potionis. Si uero Luna augmentanti suos motus præfens Mars iungatur, aut aliquod schema obijciat, futurum est ut infirmus circa incepti cursus tetragonum animo delinquat. Congruet uero huic subtractiones sanguinis: nec oportebit nimium se opponere eorum desiderio ad potionem frigidam, neque in lucido loco decumbere. Quod si circa tetragonum morbo nihil decedat, morietur in diametro. Si autem Luna in Aquario existenti Z aut Q siue uterque eorum, siue alter ex ijs schemata porrigat, Luna uero suos motus minuit, sanatur circa diametrum. Si autem Luna minuenti suos motus Saturnus schemata obijciat, aut etiam Mercurius, ijdem sunt futuri affectus, quos ante diximus: supra illos tamen accedunt & rheumata, & fluxus diuersi ad inferiora membra. Periculum etiam erit ne infirmus in hydropem decidat: certum autem est quod longo tempore affligetur. At uero si Luna tempore cepti decubitus motum suum medium non excedit, sanitas quidem est affutura, sed tarde.

De schematibus Lunæ in Piscibus.

A Siquis decumbat existente in X Luna, cui minuenti suum lumen & motum Saturnus præfens iungatur, aut diametrum uel tetragonum obijciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quam subsequuntur tenuia rheumata, stipabuntur extrema, febres accedent cum rigore, quarum accessiones erunt duplices: erit dolor capitis, punctiones ad thoracem, grauitates in hypochondrijs & articulis pulsus profundi & debiles. huic igitur congruent, ea quæ calefaciant, & stipata aperiant. Quod si bene uolus aliquis Lunam inspiciat, sanatur circa diametrum, remanet tamen diuturni articularum dolores. Si decumbat aliquis Luna in X existente, cui augmentanti suum lumen & motum Mars præfens iungatur, aut diametrum uel tetragonum obijciat, origo morbi est a nimia uini potatione & cruditate, morbus autem a die tertia uigorem maiorem accipiet: afflictiones erunt noctu maiores, succedet uisiones nimiae in thoracem, delirium, phrenitis, dolor capitis, sitis, desiderium uini, pulsus retrahetur. Huic congruent ea omnia, quæ habitum corporis soluunt, præcipue tamen detractio sanguinis: & nisi bonus aliquis Lunam aspiciat, circa primum incepti cursus tetragonum morietur: quod si boni aspiciunt, sanant post diametrum, sed magna prius expertus pericula. Si autem Luna in X existenti, Z aut Q præfentes adfunt tempore cepti decubitus, aut schemata porrigunt, sanitas redit, aut circa primum incepti cursus tetragonum aut diametrum. Magni autem momenti apud te esse debent & anguli cæli: si enim tempore cepti decubitus beneuoli, aut in horoscopo, aut in medio cæli sint repositi, Luna autē est in schema tetragono aut diametro malorum: non leue est inde ad consequendam salutem auxilium. Si contra maleuoli sint in horoscopo, Luna autem est in schemate bonorum, magnum est salutis futuræ impedimentum. Operæ precium est igitur optimum medicum meminisse semper præceptorum mathematicas, disquirere diligenter diem & horam decubitus: conspiciere deinde situm cæli, sine consensu cuius nihil usquam fieri potest. Si decumbat aliquis existente in X Luna, causa morbi procatartica est, uel importuna lotio in balneo, uel nuda deambulatio, uel frigida potio. Statim autem compatitur neruorum genus præcipue stomachus: adest febris, adest spirandi difficultas, astrictio alui: calor tamen maior in profundo quàm in membris extremis, pulsus adeo sunt parui, ut uix eos percipias, immutantur tamen subito, ita ut infra horas duas diuersitatem in illis agnoscas: uenter autem fluida excernet, urinæ maleolent. congruent huic usus refrigerantiū. Quod si Luna in primo incepti cursus tetragono cursus suos, augeat, icta Saturni aliquo schemate, sanari quidem poterit, sed cū magno periculo. Si autem Luna in X existens, Z & Q schemata habeat, eadem morbi causæ erunt, quas ante diximus: in hoc tantum erit diuersitas, quod uentriculi dolores superaddentur, quibus debilitantur, uarianturque pulsus. Si autem Luna motum suum medium excedit, Saturni icta schemate, ultra primum incepti cursus tetragonum non uiuet. Quod si Q quoquo modo Lunæ det sua præsidia, morbus usque ad diametrum protrahitur, ex quo tandem dysenteria subsequetur, pallores, tumores pedum, macies totius corporis, qua consumpti tandem moriuntur infirmi. Si uero Luna excedens motum suum medium, Martis & Solis schematibus feriat, eadem erunt morbi causæ, quas diximus: febres tamen continuo magis affurgent, phlegmone hepatis additur, extrema uruntur. Oportebit uero hora opportuna cibare infirmum, cibo qui magis nutrit. Natura uero huius signi interdum non admittit euacuationem sanguinis per phlebotomiam. Nisi uero beneuolus aliquis aspiciat, morietur in diametro infirmus. At si Z aut Q inspiciat, Luna uero motus suos minuat, periculandum quidem infirmo est ex ijs, quas ante diximus, causis: circa diametrum tamen sanatur, præsertim si in curando medicus non erret. Aduerte autem ad Iouem & Venerem: si enim horum schemata Luna habeat, ipsa uero motum augeat, Martis & Solis schematibus oppressa, nihil inde est auxiliij, moritur infirmus. Vellem autem ut eorum quæ hucusque diximus præceptorum recorderis, non solum circa decubitus, sed etiam circa illata uulnera, circa partus mulierum, & alia quæ hominibus accidunt: inde enim scies quando opportune chirurgiam, aut curationes alias quæ ex delectu & arbitrio sunt, ægrotis adhibere debeas: uel uti, ex epli gratia, in dilatatione pupillæ oculorum, in glaucomate, in suffusione. Chirurgiam primum incipies quando Luna lumen & motum suum auget, beneuolorum schematibus exposita. Vtile est te scire & illud, periculum esse excalfacere corpora quando Luna auget lumen suum & motum, cui Mars aut Sol iungatur, uel schemata obijciat. Periculum item refrigerare corpora quando Luna minuit motum suum & lumen, cui H aut Z præfens iungatur, uel schemata obijciat. Quando uero uno die & eadem hora duo decuberint, animaduerte ad atates illorum, ac eas mutuo sibi conferas, iunior. n. citius sanatur & facilius (pro diuersitate morborum quos iam circa singula signa diligenter examinauimus) si Luna minuat motum suum & lumen, Saturni uel Mercurij schemati exposita: senior autem aut transmutationem faciet morbi in alium morbum, aut longiori tempore sanabitur. E diuerso iuniori maius incūbit periculum circa incepti cursus tetragonum. aut (sicut iam docuimus) diametrum, si Luna augeat motum suum & lumen, Martis aut Solis schemati exposita. At uero si Luna seiuncta a commercio malorum, solum schematibus bonorum exposita fuerit, iuniores & seniores sanantur pro diuersitate affectuū, quos circa singula signa exposuimus. Hæc uero ego tibi nunc adiunxi, ut tu fretus consilio absolutissimo, in omnibus sis absolutissimus.



Quia corpora hominum sunt in continua dissolutione & propter calorem naturalem qui est in ipsis, & propter calorem aeris circundantis ea extrinsecus, fuit necessarium restaurare in eis quod dissolutum est de ipsis. Ideoque fuerunt necessarii cibi & potus. & fuit infusa in ipsis uirtus appetitus ad cognoscendum horam necessitatis eorum, & quantitatem assumendam de eis: & speciem conuenientem eis. Verum quia non restauratur id quod dissoluitur, nec stat loco eius nisi sit sibi simile, nec inuenitur in cibo & potu aliquod simile ei quod dissoluitur de corpore, ideo fuit necessarium naturam mutare cibum & potum, ut iter loco eius quod dissolutum est, & ingrediatur in locum eius. neque potest uirtus quae mutat & conuertit cibum & potum in corpore hominis, facere quod mutetur & conuertatur nisi quod est simile corpori & proprium. Et quoniam non tantum quod comeditur & bibitur assimilatur corpori, ideo non est dubium quin remaneat ex cibis & potibus superfluitas in corpore: quam de corpore mundificari oportet & ab eo eijcere. Nam sicut ciborum & potuum quando intrauerint stomachum, operaturque fuerit in eis stomachus suas operationes, eorum pars transit ad hepar, & residuum fit egestio mundificanda de corpore, similiter faciunt organa corporis & loca ad quae peruenit nutrimentum ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum qui uult custodire sanitatem, ad duas res intentionem suam dirigere. quarum una est ad corpus cum cibo conueniente, loco eius quod dissolutum est de ipso. Alia est mundificatio ab ipso eius quod generatur est de superfluitatibus ciborum. Verum oportet te scire diuersitates naturarum ciborum, & diuersitates naturarum corporum, & nouerit eorum, ut scias conuenientiam cuiuslibet specierum cibi, & cuiuslibet differentiarum hominis, propterea quod naturae ciborum sunt diuersae. Nam eorum quidam sunt temperati, sicut ex quibus generatur sanguis purus & mundus. & quidam eorum sunt non temperati, sicut ex quibus generatur sanguis cum cholera aut phlegmate, aut cholera nigra superflua aut uentrositas crassa & inflatiua. & eorum quidam sunt crassi. & quidam subtiles. & quidam ex quibus generatur humor uiscosus. & eorum ex quibus generatur humor sine uiscositate nocuus. & eorum qui iuuant proprie naturas alicuius membrorum & non alias. Et corporum quaedam sunt temperata etiam, quibus dominatur naturalis sanguis purus & mundus. & quaedam sunt non temperata, & dominatur eis phlegma, aut una ex cholera, siue una duarum cholera. & quaedam eorum sunt rara & uelocis dissolutionis. & quaedam sunt spissa & tardae dissolutionis. & quaedam quae in omnibus membris sunt sana. & quaedam sunt quae sunt laesa in aliquo membrorum & non in alijs. Itaque oportet quando dominans est secundum corpus sanguis mundus, quod ministrantur cibi aequales in quantitate & temperati in naturis suis. & quando est phlegma dominans, oportet quod sint cibi calefacientes & exiccantes, & nutriatur cum his quae addunt in caliditate & consumunt humiditatem. Et quando ei fuerit dominans cholera, oportet quod nutriatur cum ijs quae extinguunt cholera & addunt in humiditatem. & quando ei nigra cholera dominatur, oportet quod nutriatur cibis calidis & humidis. Et quando corpus est spissum & tardae dissolutionis, oportet quod nutriatur cibis paucis & subtilibus & humidis, quia paucum est quod dissoluitur de corpore. Et quando corpus fuerit rarum, oportet quod nutriatur cibis multis crassis siccis & uiscosis, propter multitudinem eius quod dissoluitur de corpore. & hoc regimen est conueniens de necessitate, nisi sit in aliquo membrorum corporis laesio aut dolor. quia quando fuerit laesio aut dolor in aliquo membrorum, oportet quod fiat consideratio de cibis conuenientibus membro dolenti. & si fuerit diuersum a necessitate residui corporis, sicut quando hepar est frigidum & stomachus, & in uis sunt oppilationes, oportet quod ministrantur cibi subtiles, & dimittat cibos crassos, & si sit residuum corporis praeter necessitatem eorum, propter maiorem tenuitatem & raritatem, ut non faciant cibaria crassa oppilationem in hepate. aut si est aliquando hepar calidum, prohibebis cibaria dulcia, & si ipsi corpori conueniant, propter uelocitatem conuersionis eorum in cholera rubram. Et quando stomachus est debilis, oportet confortare ipsum nutrimentibus. & quando est quod in ipso generatur phlegma, oportet ipsum lauare & abstergere. & quando est quod in eo cholera generatur uelociter multa, conueniunt quae extinguunt acuitatem cholerae, aut quod praetermittantur res generantes ipsam. Et si est aliquando cibum remanens natans in orificio stomachi, ministrantur cibi crassi ponderosi, ut ponderositate sua descendant in fundum stomachi. & praecipias ei quod paulatim moueatur post cibum, ut declinet cibum de ore stomachi. & quando hoc non fecerit, non est necesse quod memorauimus de cibo & motu. & quando est descensus cibi de stomacho ante digestionem suam, indigemus his quae stringunt & retinent. & quando est superfluitas cibi difficilis descensus de stomacho & intestinis, indigemus his quae descendere faciant, & uentrem mollescent. & quando caput est calidum suscipiens uapores, praetermittamus cibaria calida & sicca, licet conueniant in reliquo corpore. Et oportet quod non sis contentus his quae memorauimus, sine consideratione, si quantitatis motus ante cibum & somnum post. Nam quoniam est motus ante cibum multus, ciba

A ciba bene non cibis multis, crassis, uiscosis ad siccitatem declinantibus, qui sint difficilis dissolutionis. neque iniungas ei dietam, quia parum conuenit ei, & quando non est ante cibum motus, uel est paucus oportet quod non sit contentus dieta, cum scilicet paucis cibis & subtilibus sine adiutorio, in purgando cum medicina laxatiua, uel cum balneo illud quod generatur in corpore de superfluitatibus. & quandoque cum prouocatione urinae, & cum minutione sanguinis. & quando motus est conueniens, dabimus cibos temperatos in subtilitate & crassitie. & quando est somnus post cibum multus, oportet quod donemus cibos multos, & crassos. & hoc conuenit fieri in hyeme, propter longitudinem noctis, & multitudinem somni. Et quando somnus est paucus & leuis, subtilibus nutriatur, sicut in aestate, propter breuitatem noctis, & paucitatem somni. & dicamus quod oportet quod mensuremus in cibis quatuor modos. Primus est, quod nutriatur corpus bonis cibarijs hora qua nutritur, sicut ante memorauimus. quia quoniam est dominans secundum corpus caliditas, indigemus cibis frigidis. & quando dominatur ei frigiditas in digemus cibis calidis. & quando est temperatum, conueniunt ei cibi temperati similes. & quando est aliquis ciborum praeter bonitatem, nec est ei conueniens, oportet ne sit simplex, immo admisceas ei alios, & comedas cum eo cibos conuenientes, ut rectificetur quod cum eo timetur de nocimento cibi mali quibus utitur cum eo. Similiter & modus secundus est mensura etiam ciborum ita, ut sint in mensura uirtutis digestiuae. quia & si est cibum in seipso bonus, & est corpori conueniens, & est uirtute digestiuae debilitans quantitatem suam, generatur ex ipso nutrimentum malum. Et modus tertius est praemittere ex cibarijs quae oportet praemittere, & postponere quae oportet postponere, uerbi gratia, quia aliquando aggregat homo cibos lenientes corpus in una comestione, & cibos stypticantes ipsum, & si praemissit lenitium, & secuti sunt ei alij, leuiter descendunt cibi post digestionem suam. Sed quando praemissit stypticum & secutus est leniens, non descendunt, sed corrumpitur totum. & hoc ideo quia lenitius separat inter stomachum & inter descensum cibi styptici, & remanet in stomacho post digestionem suam, & corrumpitur, & corrumpit corruptione sua cibum alium. Sed quando est cibum leniens ante stypticum, leniens descendit post digestionem suam, & stypticum leuiter per uias descendit. Et ideo si aggregat aliquis in comestione una cibos uelocis digestionis & alios durae & tardae digestionis, praeponat cibos durae & tardae digestionis in fundum stomachi. propterea quia fundus stomachi est calidior & potentior super digestionem, propter multitudinem compactionis eius quae est in eo de partibus carnis. & superius stomachi est neruosum, frigidum, debilis digestionis. & ideo quando natat cibum in stomacho, non digeritur. Et modus quartus est assumptio ciborum in hora sua. & ideo qui accipit cibum secundum post descensionem primi, & praemissit motum sufficientem, & secutus fuit somnus sufficiens, sicut bona digestio. Et qui accipit cibum, & remanserunt in stomacho aut intestinis reliquiae in quantitate ex priori cibo praeter digestionem, corrumpitur cibum secundum cum reliquijs primi. Et qui comedit cibum post motum sufficientem, & accipit super mundificationem & super necessitatem corporis, inuenit cibum calorem naturalem, sicut ignis quando ardet. Et qui sumpsit cibum praeter motum, & accipit praeter mundificationem & praeter necessitatem corporis, inuenit cibum secundum calorem naturalem submersum, sicut ignis quando operitur cinere. Et in quo somnus sequitur cibum, reuocatur calor naturalis in ipso, & aggregatur in interioribus corporis, & digerit cibum. Et in quo motus sequitur cibum, descendit cibum de stomacho praeter digestionem suam, & intrat uenas sine mutatione, & adducit in hepate oppilationem, & renibus, & reliquis membris, & morbum. Et aliquando est membrum debile ut stomachus, & natat in ipso cibum. & non iniungas somnum, donec non descenderit cibum de stomacho. & sumant immediate aliquid de uino, ut descendat cibum de stomacho aliquo descensu, donec deueniat in fundum stomachi: & ante praecipias eum mouere parum, sicut memorauimus iam. Nec oportet unquam quod accipiat ex uino multum in principio acceptionis cibi, ne descendat cibum cum uino & prohibeat digestionem, propterea quod separat intra substantiam stomachi & inter cibum. & quando non tangit stomachus cibum, non mutat in similitudinem corporis conuenientem: sed remanet in ipso indigestus. Et debent isti qui accipiunt cibum, cum ipso sumere de uino, quod solum sedet sitim. & abstineant se cum quantitate qua possunt. & quiescant donec digestio fiat, postea sumant de uino prout optauerint. nam ipsum adiuuat ad descensum cibi, & subtiliat ut penetret & ut ingrediatur in uenas subtiles. Et debet si militer esse acceptio cibi in hora motus appetitus, propterea quod quando mouet appetitus, & non incipit accipere cibum, attrahit stomachus ex superfluitatibus corporis: quae cum intrat stomachum, destruunt appetitum, & corrumpunt cibum quoniam admiscetur ei. Et melior horarum in accipiendo cibum, est hora frigiditatis propter aggregationem caloris naturalis in interioribus corporis. Sed in hora caliditatis oportet quod dimittat acceptio cibi. quia caliditas aeris attrahit calorem naturalem ad exteriora corporis, & euacuatur ab interioribus, & debilitatur calor in interioribus corporis ad indigestionem. Et propter hoc est, quod antiqui praeferebant coenam praedictam, praecipientes quod sumeret plus in coena, propter aggregationem caloris in interiora corporis frigiditate noctis, & somnum. quia caliditas in somno reuocat, & calefacit interiorius corpus, & infrigidat extrinsecus. Sed in uigilia accidit contrarium huiusmodi. quia calor extenditur in exteriora corporis, & debilitatur in interioribus. Et ideo necessarium est quod homo, cui est dominium complexionis calidae, & cuius stomachus est calefactionis uelocis, propter generationem cholerae citrinae, & cui generatur in stomacho aut effunditur ei multa cholera citrina, nutriatur cibis crassis durae digestionis. & digerit eos, et non digeret cibos leues subtiles uelocis digestionis. quia cholera est potentior super

per leuibus cibis, et corrumpit eos, et non est potens corrumpere crassos. & ideo inuenimus homines qui digerunt carnes bouinas: & non digerunt carnes pullinas, & quæ simulantur eis ex cibis leuibus. Et consuetudo in eis addit magnam partem. quoniam qui consuevit prandere, & remouetur ab eo, & est contentus cœna, magnificat nocumentum sibi. & qui consuevit sumere cibum in aliqua hora determinata, & mutatur ad aliam præter istam horam, declarabitur sibi hæc permutatio nocua: & si mutauerit cibum ex horis malis ad horas bonas. & debet propterea imitari consuetudinem quando est antiquata & longa, et si sit non bona, quoniam non adducit aliquid necessitatis ad mutationem suam. nam consuetudo est natura secunda, sicut memorat sapiens Hippo. quod si eueniat aliquid uel ducens quod mutetur ab ea, conuenientior rerum est in eis quod mutetur ab ea paulatim. Et appetitus etiam in opere digestionis cibi est maior pars. quia significat super conuenientiam & bonitatem. et quoniam sunt cibi duo æquales in bonitate, & est necessitas appetitus de eis ad unum eorum declinans, consentimus dare rem appetitam præ alia, quia conuenientior est naturæ suæ & leuior ea in digestionem. Et quoniam duo cibi sunt, & unus eorum est melior altero, & necessitas appetitus in eo est ad peiorē declinans, eligimus eum super meliorem eorum, dummodo non timeamus ex ipso nocumentum plurimum quam eueniat ex ipso iuuamentum, propterea quod libenter sumas, & melius stomachus digerat ipsum, ut explanauimus in eo quod memorati sumus, quod oportet studere ministrare cibos bonos & electos secundum cognitionem diuersitatum naturæ corporum, & operationum eorum, et diuersitatem uirtutum ciborum. Et declarauimus diuersitatem naturæ corporum, et operationes eorum. et quod conuenit cuilibet uni eorum ex speciebus ciborum et porum. et ego nominabo species ciborum, et rememorabor quod est in qualibet specie. et nomina quæ sunt in qualibet specie ipsorum, & rememorabor in qualibet specie dispositionis corporis, et conuenientium eorum. Ciborum subtiliantium tria sunt genera, eorum. n. sunt ex quibus generatur sanguis subtilis, et dicuntur ipsi subtiliantes. quia sanguis generatur ex eis quando commiscetur sanguini qui est in corpore, reddit totum subtilius, quam prius esset, sicut medulla panis frumenti fermentati, loti lotionibus pluribus, et carnes pullorum, et carnes aduragi, et phasiani, et starnæ, et axillæ auium omnium, et carnes piscium paruorum in quibus non est uiscositas, & cucurbitæ, & almesci, et quod similitur eis. et huius generis cibi conferent ei qui non mouetur, et cuius labor naturalis in corpore suo est debilis, et qui non securatur quin in corpore eius generetur humor crassus: et generetur in hepate aut in splene oppilatio, aut renibus, aut in pectore, aut in cerebro, aut aliquid in iuncturis suis phlegmatis. Ciborum subtiliantium genus aliud est quod subtiliat quod inuenit ex re crassa, propter id quod est in eis de caliditate et acuitate. sed ipsa sunt in substantia sua crassa, generantia humorem crassum, sicut pastinacæ, cepæ, raphanus, et rapæ, et quod similitur istis. et huius generis ciborum quando coquuntur et assantur, separatur ab eis caliditas, acuitas, & incisio, & remanet substantia mala. Et quidem possi bile est quod eueniat iuuamentum per incisionem istorum ciborum et subtilitatem eorum: et quod discedant a substantiæ suæ natura secundum unum trium modorum: aut coquantur simul, & eius crassities attenuetur, sicut fit de cepis. aut exprimantur: aut coquantur, & post sumatur aqua sua, sicut fit de raphano. aut quod comedatur aliquid crudum ad incisionem phlegmatis, & uomatur cum eo, sicut faciunt cum eo omnes. Et tertium genus ciborum subtiliantium est, ex quibus generatur sanguis subtilis, & tenuat quod inuenit de humoribus crassis & uiscosus in corpore. Huiusmodi generis ciborum subtilium sunt quatuor differentiarum. Prima eorum differentia est eius quod est sapidum, dulce, subtile, propter id quod est in eis de uirtute mundificatiua, sicut aqua hordei, & batheca, & ficus sicca, & amygdalæ, & fistici, & mel, & hæc ex his quæ abstergunt. & hæc differentia est propinqua in iuuamento subtiliantibus cibis qui sunt ex primo genere, nisi quod illorum perfectio est in subtili corpore. Et secunda differentia est acutior, incisua, sicut sinapi, nasturtium, allium, porrum, apium, eruca, origanum, ficus, menta, mentastrum, foeniculus, ruta, anethum, c. minum, carui, uinum citrinum, clarum, subtile, antiquum, calidum. & hæc differentia confert ei qui indiget apertione oppilationis splenis, hepatis, pectoris, & cerebri. & incidit substantiam & tenuat. sed non oportet aliquis multum utatur eis, nam sanguinem adurunt, & reddunt ipsum aquosum. & hi cibi minuunt corpus, & postea ipsum debilitant. & postea calefaciunt sanguinem calefactione nimia. & redit plurimum eius cholera citrina. & postea si continuus sit usus eorum, ex ipsorum continua assumptione dissoluitur sanguis subtilis, & deducitur ad exiccationem & crassitatem, & plurimum fit cholera nigra. & quandoque generatur ex istis lapis in renibus nociturus. et hæc differentia uehementius et perfectius operatur in eo, in quo est cholera citrina dominans. Et tertia differentia eorum quæ dissolunt & tenuant cum faldine sua, sicut muria, & pisces quando sunt saliti leuis carnis & pauca pinguedinis, & sicla, & aqua casei saliti, & omnes cibi in quibus positum est sal, & muria, & baurach, & huiusmodi differentiarum iuuamentum & nocumentum est propinquum iuuamento superacutarum, & nocumento earum, nisi quod hæc differentia in mundificando stomachum & intestina, & leniendo naturam, est perfectior. Et quarta differentia est eorum quæ incidunt & tenuant cum acetositate sua, sicut acetum, & secaniabin, & acetositas citri, & aquæ granatorum acetosorum, & omnes cibi qui cum eis accipiuntur. & hæc differentia confert ei qui est in stomacho & in reliquo corpore calidus. & quando generat in eo phlegma ex crassitie ciborum assumptorum, aut ex multitudine eorum Cibaria crassa quando inueniunt corpus calidum, multum laborant. & somni multi post cibum, digerunt, & nutriunt corpus nutrimento plurimo adhærente, & confortant confortatione plurima. & melius

CAP. 2.

CAP. 3.

CAP. 4.

A melius est quod sumantur hæc cibaria in hyeme, propter aggregationem caloris in interioribus corporis, & longitudinem somni. & quando quis sentit in corpore suo diminutionem manifestam, & si comedat aliquid, & sit in corpore suo caliditas pauca, & proprie in stomacho, & labor ante cibum paucus, & somnus post paucos, non perficitur digestio, sed generatur in corpore humor ex eis crassus nimium, crudus, generans oppilationem in hepate & splene. Ideo oportet eum qui comedit cibos crassos & præter necessitatem dominij appetitus eius, quod paucos ex eis accipiat & comistos, nec assuescat eis. Et sunt ex cibis crassis qui cum crassitie & uiscositate sunt multum nutriendes quando digerunt. sed si non digerantur, ipsi eorum multitudine generant oppilationem, & cibaria crassa dominante eis siccitate, duritie & uiscositate, & simplicia & commista faciunt idem. & hoc est quod rememoramus. aliquando enim propter nutrimentum ex natura rei. & aliquando adducit eis ex contactu caliditatis & coctione. Et lenticula, & glandes, & leproses, & fungi, & fabæ assæ sunt crassa, quia siccitas est dominans eis in natura eorum, Et hepata, & oua dura elixa aut assa, & omne quod est frixum ex eis, & lac coctum coctionibus pluribus, & ubera, & uinum uua quod est coctum, & specialiter quod est ex uua crassa in natura sua omnia sunt crassa, quia caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatem & coagulationem. Et caro cerui, & hirci, & carnes bouinæ, & uentres, & intestina, hæc sunt crassa, propter duritiem naturæ eorum, & eodem modo lupini, & grana pini, & rapæ, & faseoli, & panis furni in exterioribus est crassus, propter id quod acquisiuit eis ignis ex siccitate: & in interioribus est crassus, propter uiscositatem quæ in pane est de natura frumenti, & similitur omne quod non est bonum, uti assatum, & confectum, & fermentatum, aut nimis digestum ex pane, aut tenuius coctum. & omnis panis in testis cum oleo & sine oleo: & dactyli, & sesamum, & fungi, & similia. Et lagana, & cerebra, omnia sunt crassa, propter uiscositatem quæ est in natura eorum. Et pulres sunt crassi, propter coagulationem eorum & uiscositatem acquisitas eis ex decoctione. Et melongianæ sunt crassæ, propter siccitatem & uiscositatem, quæ sunt in natura earum. Et pisces duri & uiscosi sunt crassi, propter aggregationem duarum rerum ex tribus in ipsis rebus. Et caseus est crassus, propter aggregationem trium rerum in eo. Et aures, & labia, & extremitates musculorum, sunt generantia humorem uiscosum non cum crassitie. Et etiam generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus crassus, propter debilitatem calidi corporis, & digestionis, & subtiliationis suæ, sicut accidit ex comestione fructuum ante maturationem eorum, & ex comestione citrullorum, & cucumeris, & carnis citri, & lactis acetosi. Et ei qui est in corpore temperatus & sanus, nec labor eius est multus, nec est labor in uirtute, meliora sunt cibaria media inter subtilia & crassa, quia ipsa ei conueniunt, & non debilitant sicut cibaria subtilia, nec generant cruditatem, & oppilationem sicut crassa. Et omnis panis bene preparatus sicut cibaria subtilia, nec generant cruditatem, & oppilationem caro agni, & pecudum, omnes sunt humidæ, & uiscosæ. Et caro pullorum columbarum, & paruarum auium, generat sanguinem calidiorem, & crassiorem sanguinem temperato. Sed hepata pullorum & anserum, & axillæ ipsorum sunt temperata. & reliquum corpus est multarum superfluitatum. Et omnis auis, quæ est multi motus, & cuius pascua sunt in locum boni nutrimenti, mundi aeris, & sicci, est melior multum, & subtilior. omnis uero auis quietis, est opposita, & peior, & immundior magis. Sed omnia oua bene preparata, & maxime quæ sunt proiecta super aquam calidam, & recipiuntur antequam indurescant, sunt temperata crassitie. Et omnes pisces non duræ carnis, nec multæ uiscositatis aut qui bus non est uiscositas, & sunt boni saporis: & quorum pascua sunt in aquis mundis a sorditie, & aquis fluminum, sunt temperati, & boni nutrimenti. Et de fructibus, uua, & ficus, quando sunt bene maturæ super arborem, & cito descendunt de corpore, & quod generatur ex eis, temperatum est in subtilitate. & si non cito descendunt, non sunt bonæ. Et de oleribus, endiua, lactuca, & asparagi. Et omne uinum cuius color est, color granati clarus, nec est nimis antiquum. Cibaria uelocis digestionis sunt unius horum modorum. Primus modus est, quando sunt naturæ non sicca, sicut sunt lenticule: neque sunt duræ, sicut lupinus: nec sunt uiscosa nimis, ut triticum. nec aspera multum, ut milium & panicum: nec multum unctiosa, sicut sesamum: nec abominabilia, ut uinum ponticum nimis: nec sunt plurimum superfluitatum, ut caro pullorum anseris: nec dominatur eis frigiditas uehemens, sicut lacti acetoso: nec caliditas uehemens, sicut melli. Et modus secundus est secundum naturam digerentium ea. & hoc est uno duorum modorum. modus primus est conuenientia cibariorum, & similitudo complexionis naturalis corporis, sicut quæ appetuntur, & sapiunt cuilibet homini. & iam inuenimus homines diuersos in appetitu eorum. & quilibet tamen eorum melius digerit, quod appetit, & ad quæ multum declinat eius appetitus, quæ non appetit, & ad quæ non declinat. Et modus secundus est ex complexionem aciditatis corporis, in accipiendo cibos contrarios ei, sicut apparet, quod cui datur caliditas ex aliqua causa, est cibos frigidus fortius digerere, quia extingunt caliditatem corporis, & temperant eam, nec calidos digerit. & cui datur frigiditas, calidos digerit, sed non digerit frigidos. & cui est corpus humidum totum, stomachus digerit cibos siccos, nec digerit humidos. & cui est actualiter siccum, est oppositum isti. Et iam declarauimus, quod cibaria subtilia & media, de se sunt uelocis digestionis. & etiam aliquando euenit, quod cibaria crassa uelociter digeruntur in aliquo corpore, sicut iam memorauimus. Et declarauimus, quod panis bene preparatus, & caro gallinæ, duragi, & starnæ, & hepata pullorum anserum, & eorum axillæ, & oraniū auium pinguium, & iuuenū, uelocius digeruntur, quam axillæ macrarū, & antiquarū, carnes auium omnium uelocius digeruntur: quam quadrupedum. Et omne, quod est ex animalibus siccis

SPVRII.

L 2 paruū

paruum uelocius digeritur, quam magnum. et ideo caro uituli uelocius digeritur, quam caro bouis. Et hoc di anniculi, & agni uelocius digeruntur, quam caro anti quorum, & quam capra. Et omne quod est ex animalibus humidis maius, uelocius digeritur, an tequam durefcit, quam minus. & ideo anniculus ex pecude uelocius digeritur, quam agnus. Et caro omnis animalis, quod est in augmento, & cremo, uelocius digeritur, quam eius, quod inueteratum & antiquum est. Et caro cuius pascua sunt in locis siccis, uelocius digeritur, quam cuius pascua sunt in locis humidis, propter superfluitatē paucitatem, quæ sunt in eo cuius pascua sunt in locis siccis, & multitudinem eorum, cuius pascua sunt in locis humidis. Et omne cuius substantia est rara, uelocius digeritur, quam cuius substantia est spiffa. & ideo nuce uelocius sunt digestionis, quam auellana. & oua non dura uelocius digeruntur, quam dura. & omne quod leuiter & facile masticatur. Et similiter lactuca, & endiua, & citruli, & cucurbita, digestibilia sunt, quam apium, & carbthum. Et omnis cibus, qui melius sapit est digestibilior abominabili, & ideo uinum dulce digestibilis est aspero. Quæ tarde digeruntur, tarditatem habent, quia in natura sua sunt, aut sicca, aut dura, aut uiscosa, aut spiffa, aut multæ uiscositatis, aut superfluitatis, aut abominabilis saporis, aut caliditas est in eis nimia, aut frigiditas. Et quod est contrarium complexioni naturali, quando non appetit. Et quod est conueniens, accidentaliter diminuendo corpus, aut addendo in ipsum. Et caro bouis, & caro cerui, & uenter, & intestina, & interiora, & aures omnium animalium, & caseus, & oua dura tarde digeruntur, propter siccitatem & duriciem eorum. Et eorū quæ sunt ex aibus alcarafym, galfaguelut, & pauones, & uentres omnium auiū. Et de granis, oryza, & lupini, & lentes, & milium, & glandes, & castaneæ, & caro hirci, & maiores capræ, sicut meminimus, propter spumositatem, & abominationem eorum. Et caro pecudum, & hepata omnium animalium, & pulli anserum sunt tardæ digestionis, propter multitudinem superfluitatum eorum. Et lac acetosum, propter frigiditatem suam. Et frumentum coctum, propter eius uiscositatem & spiffitudinē. Et fabæ, & faseoli, propter multitudinem inflationis eorum. Et scsamum, propter multitudinem oleagineæ substantiæ. Et uua, & ficus, et reliqui fructus, qui non ualde maturantur. Et caro citri, & bedaruch, & rapæ, et pastinacæ, et omnia olera, et radices, et uinum nouum crassum, propter superfluitatem eorum. Cibi multarum superfluitatum sunt caro pullorum anserum, præter axillas, et interiora omnium animalium, et cerebra, et aues de paludibus, et lacubus, et culturæ, et cicera recentia, et fabæ uirides, et caro animalis lactantis, et ois caro quiescens nõ uelocis exercitij, et pisces, sicut meminimus, & istorū, qui sunt de aquis sordidis thermarum. Cibi non habentes superfluitates sunt axillæ auium, & pedes quadrupedum, et genua: & animalia, quorum pascua sunt in desertis, & in locis siccis. Cibi multi nutrimenti sunt omnes cibi crassi, quando digeruntur bene in multitudine, & omne quod est superfluitatum paucarum, & est plurimi nutrimenti. Sed oportet, quod cibi multi nutrimenti sumantur ab eo, qui indiget cibus paucis nutrimentibus cum nutrimento multo, sicut est conualescens. Et hi cibi grauant stomachum propter multitudinē eorū. Et corpori conueniunt indigenti nutrimento multo. Et caro uaccina, & cerebra, & medullæ, & interiora, & uentriculi auium omnium. Et pisces crassæ, et uiscosæ carnis, et similia, et fabæ, et cicera, et faseoli, et lentes, et lupini, et dactyli, et glandes, et castaneæ, et rapæ, nutriunt eū, qui digerit ea nutrimento multo crasso. Sed axilla pullorū anserum, & panis simile, et uua passæ plenæ dulces, et ficus, et lac recenter mulsū, & uinum nutriunt multum, propter paucitatem superfluitatum eorum, et plurimam conuenientiam eorum ad corpus. Et nutrimentum lactis est crassum, licet subtilibus minus nutriat. Et crassum in crasso, sicut uaccæ. Et subtilius est lac asinæ lactæ camelæ. Et lac capræ est medium inter ista. Et nutritiuum est uinum rubrum crassum dulce: et post hoc nigrum, crassum dulce: et post hoc album, crassum dulce: et post hoc crassum, rubrum asperum: postea nigrum, crassum asperum: et post hoc uinum subtile: et de istis etiam omne quod declinat ad rubedinem, et dulcedinem est magis nutritiuum: et minus nutritiuum, est album subtile. Omnes cibi subtiles sunt pauci nutrimenti: et omnes in quibus est nimia siccitas & humiditas, aut multa superfluitas, sunt minoris nutrimenti, sicut pedes, et uenter, et intestina, & aures, & pinguedo, & pulmo, & caro omnium auium, & animalium antiquorum, parum nutriunt, propter siccitatem, quæ est in eis. & ideo panicū, & milium, & papauer, et oliuæ, et nucis, et amygdalæ, et auellana, et zarur, & caules, & cappares, & fructus lentisci, et uua passæ ponticæ, & pira ponticæ, omnia parū nutriunt, propter siccitatem eorū. Sed pisces, & cucurbita, & granata, & mora, & poma, & pruna, & chrysomela parū nutriunt, propter multitudinē humiditatis eorum. & nutrimentū eorū neq; remanet, sed dissoluitur cito. Vnde panis hordei, et furfur, et fabæ humidæ, & oia olera, uelut caules, et sicla, et acetosa, et portulaca, et raphanus, et sinapi, et nasturrium, et pastinacæ, parum nutriunt, propter multitudinē superfluitatum eorū. Et cepæ, allia, et porri, quando comeduntur cruda, non bene nutriunt. Sed quando coquantur in cibus, nutriunt nutrimento pauco bono, sicut memorauimus. Et medulla panis lota bene et amyllum, sunt nutrimenti pauci, propter subtilitatem eorum: sed ficus, et uua passæ, sunt inter ea, quæ minus nutriunt, & quæ plurimum nutriunt: et eorum nutrimentū est tenerum humidum. et similiter est nutrimentum fabarum. et oēs cibi quibus hoc dominatur dominatione forti, amittunt ea, quando elixantur, aut afflantur, aut infunduntur, et nutriūt nutrimento paruo. Cibaria boni chymi sunt oia cibaria temperata. in quibus nõ est nimia fortitudo, et in quibus non fit egressio in quantitate, generant sanguinem clarum, mundum, sanum. et omne, quod est simile istis, est conueniens omni corpori, et omni tempore, in corpore temperato, et in tempore temperato. Sed corpora, quæ egrediuntur temperamentum,

Atum, indigent cibarijs, quorum uirtus sit egressa temperamentum contrarijs uirtuti dominanti super corpus temperatum. & similiter etiam corpora temperata in tempore non temperato. Ac cibariorum temperatorum quædam sunt crassa, & quædam subtilia, & quædam sunt media horum. & hæc cibaria temperata, media inter subtile, & crassum, sunt meliora omnibus hominibus, & maxime temperatis, & in tempore temperato. Et iam quidē narrauimus cibos crassos, & subtiles, & medios. & nominauimus eos, qui sunt boni. & quando quælibet eorum est bona species. & remansit ut nominemus cibos generantes chymum bonum, & diminutos secundum quod diuifimus. Dico, quod panis frumeti mundi bene factus arte sua, quando comeditur in die suo, & caro gallinæ, & hœdi anniculi caput: & pisces, non cum duritie, nec multæ uiscositatis, quibus non est zinuma, nec malitia, nec pinguedo plurima: & quorum sunt pascua in aquis non sordidis, nec aquis thermarum, qui non nutriuntur male, nec sunt in locis corruptionis, sed remanent tempore longo antequam mutentur: & omnia oua non dura, bene parata & cocta, & omne uinum boni odoris, leue in quo est dulcedo pauca: omnia sunt boni chymi temperati inter subtile & crassum. Sed panis de simila bene paratus ex arte, & phasiani, & duragi, & pulli columborum, & axillæ omnium auium, & pisces parui, quibus non est pinguedo multa, & sunt teneri, in quibus non est uiscositas manifesta, & quorum pascua sunt, secundum quod nominauimus, & piscibus paruis teneris sal remouet uiscositatem, & furfur hordei, & uinum boni odoris: perficum uel citrinum, omnia hæc sunt boni chymi ac subtilis. & lac receter mulsū est boni chymi, nisi quod ipsum est crassum. & ideo aliquando caleatur in stomacho. & propterea admiscetur ei mel, & sal, & tenuatur cum aqua. Et melius lac, & temperatius, est lac capræ, quia est subtilius, quam lac pecudum, & uaccæ. & est crassius, quam lac asinæ, & camelæ. & debet accipi lac ex animalibus sanis, iuuenibus, bene nutritis: nec est accipiendum in tempore, quo lactantur: quia tunc est crassum. & tenuatur post paulatim, donec fit aquosum. Et melius est recipere lac statim mulsū antequam immutetur ab aere: quia uelociter immutatur. Et lagana, & caseus humidus, & panis similia bene paratus, & ex arte coctus, & panis frumentij, & caro uituli, & partes, et ubera, & hepata, & interiora, & de granis fabæ: & de uino id, quod boni est odoris, dulce. omnia hæc generant chymum bonū & crassum. Omnia cibaria, quæ non temperata sunt, non generant sanguinem purum, mundum, clarum. Et cibariorum mali chymi tres sunt species. Eorum enim sunt, quæ addunt in phlegma. Et eorum sunt, quæ addunt in cholera. Et eorū quædam sunt, quæ addunt in cholera nigram. Et oportet omnē hominem dimittere multitudinem eorum, & continuationem assumptionis eorum. etsi enim digerant ea, nec inferant nocumentum cito: tamen adnascuntur in corpore continuantis acceptionem eorum in longo tempore chymi generantes ægritudines malas. Et non dimittat omnem speciem eorum, quæ addit in eo id, quod dominatur in corpore eius: sed accipiat etiam id, quod est oppositum ei, quod dominatur corpori, quod est nocuum minus. Et ego finio rememorationē horū cibariorum. Et memoro, quod generatur ex quolibet eorum. Et dico, quod omne quod accipitur ex pane, & farina multi furfuris, & frumeti antiqui aut farinæ, est mali chymi, addens in cholera nigram. Et caro pecudis ois addit aliquid in phlegma. Et caro capræ multorū annorum ois addit in melancholiam. Et mala est caro hirci, & caro bouis, & hirci syluestris. Et post caro hirci maxime non castrati. Et post caro pecudum multorum annorum. Et post caro bouina. Et ex istis caro castrati est melior multum. Et caro capreoli, cerui, & leporis, sunt præter malitiam, quæ memorauimus. Et de membris animalium, renes sunt mali chymi, propter spumositatem, & superfluitatē, quas acquisierunt ex malitia urina. Et cerebrum addit in phlegma. Et omnes uentres addūt in phlegma, propter multitudinem superfluitatis eorum. Et oua cocta in tegamine uel in testis generant nutrimentum crassum, & corruptibile. Et similiter caseus, & maxime antiquus. Fungi generant chymum crassum, & frigidum. Et fœnum græcum, & cicera, sunt mali chymi, propter id, quod est in eis de caliditate. Et lètes addunt in melancholiam. Et milium, & panicum generant sanguinem crassum. Et pisces duri quibus dominatur uiscositas, generant phlegma: Et si fuerint saliti & antiqui, generant melancholiam. Et ficus sicca si multæ sumantur ex eis, generant superfluitates putridas, & multiplicat pediculos: Et pira, & poma, si comedantur matura, generant chymum frigidū. Et similiter cucumeres, & citruli, & aqua bathecæ: & cucurbita aliquando antequam digerantur, adducunt in corpore accidentia mala: & aliquando faciunt in stomacho corruptionem. corrumpuntur enim in eo, & generant chymum malum: & maxime si inueniant in stomacho malam superfluitatem. & ideo accidit indigestio illi, qui comedit bathecā. Et olera omnia sunt mali chymi, propter multitudinem superfluitatum in eis, & paucitatem nutrimenti. Et cepæ, & allia, & raphanus, & rapæ, & pastinacæ, propter malitiam caliditatis, quæ est in eis, & acuitatis. Et quandoq; addunt in cholera, & quandoq; in melancholiam, sicut meminimus iam. Sed quæ coquantur & effundunt ab aqua illa, & coquantur cum alia, mouetur caliditas & acuitas ab eis. Et bedarus calefacit sanguinē calefactione forti. Et caules generant melancholiam: & similiter oēs herbæ similes.

CAP. 7.

CAP. 8.

Cibaria media sunt panis de farina crassa, & caro castrati, & ex uacca, & pecude: & ex membris, lingua, & intestina, & aures: & ex fructibus, uua, et batheca, et maxime appensa, et ficus matura humidæ, et sicca, cum nucibus, et castaneæ: et ex oleribus, lactuca, et post endiua, et post citruli, et atriplex, et portulaca, et olus iamenu, et acedula: et olera quibus non est multa acuitas. Cibaria calida conueniunt ei, cui dominatur frigiditas. et in temporibus, et in partibus frigidis, et in ciuitatibus frigidis. et uitare debet ipsa ille, qui est calidæ complexionis, et in temporibus calidis, et in ciuitatibus

calidis: quorum sunt frumentum coctum, panis frumenti, & cicera, & foenumgræcum, & dactyli, & se-
samum, & cannabis, & uuae dulces, & passulæ dulces, & apium, & ruta, & raphanus, & rapa, & sinapi, &
pastinaca, & allia, & cepæ, & porri, & caseus antiquus, & uinum dulce & calidum, & uinum dulce anti-
quum citrinum. Cibaria frigida debent administrari ei, qui est calidi corporis, & in temporibus
calidis, & in ciuitatibus calidis. Et eorum est hordeum, & omne quod fit ex eo, & milium, & panicum,
& cucurbita, & batheca, & cucumeres, & citruli, & pruna, & persica: & quæ declinant ad acetositatem,
& ponticitatem, sicut uua, & passulæ, & fructus palmæ, & radix eius: & lactuce, & endiuie, & portulacæ,
& papauer, & poma, & pira, & granata pontica sunt frigida terrea: & ea quæ sunt acetosa, sunt frigida,
subtilia: & acetum frigidum, subtile nocens neruis: & uinum * album ponticum est minus calidum uino
albo: sed tamen hoc est crassum, nocuum & malum. Cibaria sicca conueniunt ei, in cuius corpore
dominatur humiditas, & in temporibus, & in ciuitatibus humidis. Et horum sunt lentesc, & caules, &
saiich sicca, & omne quod affatur, & omne quod fixum est, & omne in quo plurimum uini, & murie po-
nitur, & acerum, & sinapis, & caro omnis multorum annorum animalis. Cibaria humida conue-
niunt ei, qui sicca complexionis est, & in temporibus, & in ciuitatibus siccis. Et eorum est hordeum, &
batheca, cucurbita, citruli, & cucumeres, & nuces humida, & uua, & ficus, & pruna, & radix palmæ, &
mora, & lactuca, & olus iamenum, & * cathasi humida, & faseoli humidi. **I**am memoramus, quod
quandoque est in aliquo membro corporis morbus: & oportet sit plurimum intentionis tuæ in ciba-
rijs, quæ conueniunt illi membro: & maxime quando morbus existit in stomacho, aut in capite, aut in
hepate, aut in splene, aut in renibus. & quando stomachus est debilis, & mollis, rectificat eum cibaria
styptica, sicut cydonia, & oliua, & aqua, quæ sunt salsa, & acetum, & oleum ponticum, & uua sepultæ
in uinacis uuarum, & agresta, & uinum ponticum subtilis odoris, & cortex citri, quando accipitur de
eo parum, confortat stomachum: & quando accipitur de eo multum, grauat: quia substantia eius sola,
est dura digestionis. & omnis cibus & potus stypticus, si præmittatur ante alios cibos, stringit uentrem:
si accipiarur post alios cibos, & potus, lenit uentrē. nam propter duritiē eius adiuuat stomachum inde-
ponendo cibum. Et aliqui aggregatur in stomacho phlegma uiscosum, & adherens, & auferens appeti-
tum ab eo. Et rectificat eum cibaria, quæ incidunt phlegma, & mundificant stomachum, sicut sinapi, &
nasturcium, & rasanus, & uinum calidum, & nuces cum ficibus. Et aliqui est mollis, & debilis, in quo est
phlegma adherens, & conueniunt, quæ amouent phlegma, & mundificant ipsum, & corrugant substantiā
eius, & confortat, ut capparitis præparatus cum aceto solū, aut cum aceto & melle, & fumus terræ, quæ comedi-
tur cum aceto, & uinū ponticū quæ miscet cum uino calido boni odoris: Et quæ generat in stomacho calido,
tūc culcutæ & apiū mundificat eū. **S**icla est mala stomacho propter mordicationē quā habet ex
acuitate, & bauracitate: & rapa quæ non ualde coquunt, propter mordicationē, quod est in eis: & olus iame-
num, & cathasi, propter uiscositatē eorum. & ideo oportet, quæ comedat cum aceto & muria, & foenū græ-
cum est malū stomacho: facit. n. incensionē. & sesamum est malū stomacho, propter unctuositatē & mul-
titudinem oleaginosa substantiæ: & lac propter uelocitatē imutationis eius naturæ. nam accescit in sto-
macho frigido, & conuertitur in choleram citrinam in stomacho calido. & mel quæ plurimum accipitur
de eo, pungit stomachum, & facit incensionem, & batheca similiter facit incensionem, quæ non digeritur
in stomacho, & generatur ex ipsa humor malus, & ideo generat indigestionem: & oportet, quæ post come-
stionem batechæ accipiarur cibus plurimus boni chymi, & cerebra omnia sunt mala stomacho: & ideo
oportet, quæ comedantur cum origano, & mentastro syluestri, & sinapi, & sale, & medulla, & uinum, no-
uum, crassum, nigrum, ponticum, uelociter accescit in stomacho, & facit incensionem. **L**ac, & dacty-
li, & uua, quæ sepulta est in uinacis uuarum, & ruta, & foenū græcum, & sinapis, faciūt dolere caput, &
uinum citrinum antiquum facit dolere caput, & inebriat plus, quàm uinum ponticum nigrum: &
uinum album non facit dolere caput. & omne uinum paucam sustinēs aquam non facit dolere caput:
immo aliquando sedat dolorē capitis: & est capiti melius, quàm aqua quādo est sola. **C**ibaria quæ
inflant uentrē, sunt cicera, & faba, & maxime quæ coquuntur integra: sed si torrefiant, minuitur earum
inflatio: & post ista faseoli, & almesci, & lentesc, & hordeū, quādo non bene coquuntur, & foca, & ficus hu-
midæ generant inflationē: sed eorū inflatio descendit uelociter: & uua multū maturæ minus sunt inflati-
uæ. sed ficus sicca non inflant, & humidæ inflant. & lac generat in stomacho uetositatem: & mel quādo
non coquitur: sed quādo coquitur & remouetur ab eo spuma eius, non inflat: & uinum dulce, & ponti-
cum, & uua. **O**mnis cibus inflatiuus si sit bene paratus ex arte, & bene paratus in coctione & ma-
turatione, minuitur eius inflatio: & si miscetur ei species dissoluentes uentositatē, sicut cinnamomū, ani-
sum, & alcheisim, & ruta minuit inflationē: & acetū mistum cum melle similiter tenuat uentrē, et expel-
lit inflationē. **D**e ijs, quæ mundificant est fursur, hordeum, & foenū græcum, & batecha, & oleū dul-
ce, & faba, & cicera nigra sunt eorū, quæ mundificant renes, & frangūt lapidē generatū in eis. & cappa-
res cum aceto & melle, quādo comeduntur ante cibū, abstergūt & mundificant stomachū & intestinū
& aperiunt oppilationes: & sicla etiā aperit oppilationes hepatis, maxime quando comeditur cum sinapi,
& cepæ, & allia, & porri, & raphanus incidunt & subtiliant humores crassos: & caseus similiter subtri-
liat. & ficus humidæ & sicca mundificant, & abstergūt renes. & amygdalæ proprie amaræ mundificant, et
renuant, et aperiunt oppilationes hepatis et splenis: et adiuuant ad spuendum humiditatem ex pecto-
re, et pulmone: et fistici confortant hepar, et aperiunt oppilationem eius, et mel apum tenuat et mundificat:

CAP. 9.

* al. nigrum.
CAP. 10.

CAP. 11.

* al. atriplex.
CAP. 12.

CAP. 13.

CAP. 14.

CAP. 15.

CAP. 16.

CAP. 17.

Adificat: & maxime quod colligunt apes de arboribus calidis & siccis, siue planta, sicut est origanum. nā
mel tenuat sputum crassum, & iuuat ad spuendum. & secaniabin tenuat & incidit humiditatem crassam
& uiscosam: & aperit oppilationem hepatis & splenis: & mundificat pectus, & pulmonem, & uinum
subtile mundificat uenas ab humore crasso, quando ei est acuitas, & incisio: & confert ei, in cuius cor-
pore est humor crassus, & frigidus: & uinum subtile aquosum adiuuat ad spuendum humiditatem ex
pulmone, cum confortatione membrorum, & humectatione, & tenuatione crassarum superfluitatum,
quæ sunt in eis, & hoc etiam operatur uinum dulce. **D**e ijs, quæ oppilant: horum est lac, quando
in eo fuerit aquositas pauca: & similiter caseus multus. quoniam adducit oppilationem in hepate, & la-
pidem in renibus ei, qui multiplicat assumptionem eius, & cuius renes, & hepar parata sunt recipere
laxationem. & omnes cibi dulces sunt mali hepatis & renibus, quando est in eis crassities. & lac si comeda-
tur solum, auget crassities splenis, & hepatis: & si comeditur cum eo, quod subtiliat & mundificat, sicut
est mentastrum syluestre, & origanum, & piper, aperit oppilationem hepatis, & splenis. & dactyli hu-
midi, & omnia quæ accipiuntur ex frumento, præter panem bene paratum ex arte. uinum dulce generat
oppilationem in hepate, & lapidem in renibus, & crassum reddit splenē. Omne quod tarde descen-
dit, est sicut quod accipitur ex medulla frumenti, & fabarum, & lentium, & cerebra, & hepata, & inte-
riora, & omnia oua dura elixa, & assa, & oua fixa, & faseoli, & sesamum, & glades, & poma, & pira pon-
tica, & uinum dulce, ponticum, crassum, nouum, & omnes aquæ. **D**e ijs quæ uelociter corrumpun-
tur in stomacho sunt chrysomela, & mora, & batheca: quæ si cito non descendunt de stomacho, & ob-
uiant humoribus malis, cito corrumpuntur. & debent ista comedi ante cibum, amouēda de stomacho,
propter uelocitatem descensionis eorum, & lubricitatem uiarū in eo qui comedit prius ista. nam quan-
do comeduntur post cibum, corrumpuntur propter remanentiam eorum in stomacho, & relinquunt cor-
ruptum cibum corruptione eorum. & quandoque taliter corrumpuntur, quod euenit sicut uenenum per-
niciosum. **D**e cibus qui non uelociter corrumpuntur in stomacho, melior est crassus, solidus, tar-
de digestionis, sicut caro uaccina, & pedes, & maxime pedes uaccæ, & quæ simulatur istis. **Q**uan-
do superfluitates ciborum tarde descendunt de stomacho & intestinis, debent dari cibi leniētes & pun-
gentes, in quibus sit dulcedo, aut acuitas, aut salsedo, aut nitrositas: ut aquæ caulium, & lentium. leniūt
enim uentrem, & eorum substantia stringit uentrem. & brodium galli antiqui, & panis multi fursuris,
& foenū græcum cum melle, & oliuæ cum aqua, quando comeduntur ante cibum cum muria leniunt
uentrem, & quando etiam comeduntur post cibum sine muria & maxime quæ sunt pontice cum aceto
confortant stomachum, & deprimunt cibum, sicut iam memorauimus de rebus stypticis confortanti-
bus stomachum, & lac subtile & multæ aquositas, & caseus, quando maxime admiscetur ei sal & mel.
& caro paruorum animalium, & sicla, & chatast & okis, & cucurbita, & batheca, & passulæ dul-
ces, & nuces humidæ & sicca, quando mollificantur in aqua. & mora, & pruna humida & sicca, quando
infunduntur in aqua mellis, aut comedatur aut bibatur uinum dulce, & differatur plurimū cibus, sunt
lenitiua uentris. & aqua mellis aliquando tendit uelociter in uenas, & uadit cum eis totum nutrimen-
tum, & claudunt uentrem, & prouocant urinam, & aliquando mundificant stomachum, & mordicat
& excitant ad deponendum cibum, & leniendum uentrem. Et mel quando non coquitur lenit uentrē,
& si coquatur non lenit. & similiter aqua mellis quando multum coquitur. & secaniabin mundificat sto-
machum & intestina, & quandoque facit in intestinis tinesmon. & uinum dulce, & mustum, leniūt uen-
trem. **Q**uando est descensus cibi de stomacho ante suam digestionem, debent ministrari cibi stringen-
tes styptici. & ipsi sunt in quibus dominatur stypticitas, aut ponticitas, aut crassitudo. & tales sunt
cydonia, & pira, & grana myrri, & fructus spinæ albæ, & substantia lenticularū, & castaneæ, & glandes,
& uinum ponticum: & hæc stringunt uentrem cum stypticitate & ponticitate ipsorum: & oriza. & pan-
nicum, & milium, & saui hordei stringunt uentrem cum siccitate eorum. & caro leporis, & caules co-
cti post effusionem aquæ primæ ab eis cum aqua eorum secunda, & lac coctum, & caseus, stringunt
uentrem cum crassitie sua. & oportet quod lac coquatur donec sit aquositas consumpta. nam eius aquo-
sitas lenit uentrem. & etiam possibile est quod lapides fluuiales, aut frustra ferri igniti remoueant illam
ab eo. & quando separatur aqua eius, confert descensui superfluitatum acutarum, nisi sint multum cras-
sa, quando fit operatio cum eo. sed aliquando caseatur & glutinatur in stomacho. & aliquoties egredi-
tur a stomacho, & generat in hepate oppilationes, aut lapidem in renibus. & oportet propterea mitte-
re in ipso post consumptionem aquositas aliquid ad sublationem ipsius, & ut non caseatur, nec gene-
ret oppilationem, nec lapidem. & omnia acetosa sicut poma acetosa & granata acetosa, si inueniunt in
stomacho humorem malum, & crassum, incidunt & expellunt, & leniunt uentrem, sed si inueniunt mun-
dum, stringunt uentrem.

tal. atriplex.

CAP. 22.

EX GAL ET ALIORVM PRÆSTANTISSIMO-
RVM MEDICORVM SCRIPTIS, DE AQVIS.

Capita sex Oribasij, ut cap. xiiij. primi ad Eunapium, & quinque priora
quinti libri collectorum ad Imperatorem Iulianum.

Io. Baptista Rasario interprete.

De aquis ex Galeni sententia, ut est apud Oribasium primo ad Eunap. cap. xiiij.
& quarto ad Eustathium. F. Cap. ultimo.



QUAE bona, quæque mala in aqua sint, usu compertum habere debemus: siquidem aquis ad plura ferme utimur, quàm alijs omnibus, ad omnem uictus rationem instituendam. Scire igitur cõuenit, eam optimam aquam esse, quæ gustando, olfaciendoque omnis sit expers qualitatis: eamque fore bibetibus iucundissimam, aspectuique puram. Si uero etiam præcordia cito permeet, nihil est, quod præstantiorem quæras. nam quæ in præcordijs residet, uentrem ferit, inflat & grauat, et si prædictis bonis prædita est, tamen mala censenda est: eaque neque calefit, neque frigeft celeriter. immo uero quæ in ea cõcoquantur, tardissime peiusque coquantur. ergo præstat aquas, quæ huiusmodi sunt, usu discernere. Qui autem uoluerit etiã ex notis quibusdam ipsas cognoscere, id ex ijs, quæ dicam, consequetur. Quæ igitur ad septentrionem uergunt, quibusque Sol est auersus, eæ tardi sunt transitus, & indomitæ, tardeque calefiunt, & frigeft. quæ uero Solis ortum spectant, & per meatum quempiam, aut terram colantur, ac celerrime calidæ, frigidæque redduntur, eas spes est esse præstantissimas. Sed bonæ etiam censentur, quæ æstate frigidiores, hyemeque calidiores sunt. Non desunt, qui aquas pondere æstiment, ac leuiiores præstare ceteris putent. quod si aquis præter ea, quæ diximus, insit, laudabile erit illud quidem, sed tamen solum non satis firmo argumento est, eas bonas esse. ac pluias quidem esse leuissimas, dulcissimasque, & tenuissimas, & splendidissimas scriptum reliquit Hippocrates: causa est, quia quod tenuissimum, leuissimumque est, G Sol attrahit: quod non modo ex alijs aquis facit, sed id adeo ex ipso mari, ceterisque corporibus. quam ob rem facilius, quàm reliquæ omnes computrescunt: quippe quæ ex differetibus, multisque qualitatibus consistunt. Sed nemo putet, aquam, quæ facile putrescit, esse deterrimam. quod enim facile immutetur, eo potius bona, quàm mala iudicanda est. cum ergo aliæ optimarum aquarum notæ adsint, licet ea uim habeat, ut facile putrescat, tamen est præstantissima existimanda. at cum mutari incipit, in causa est, ut bibentes raucitatibus, tussi, & uocis grauitate afficiantur. Inter pluuiales uero aquas, æstiuæ, quæ cum nimbo, quæque cum tonitru pluit, alijs præstat, quæ uero ex glacie, niueque existit, pessima. nam in aquæ concretione, quod tenuiorum partium est, exprimitur: palustres uero, foetidæque, & in quibus absurdæ qualitates insunt, elixando meliores fiunt. Itaque uino temperatæ bibuntur, atque acerbæ quidem dulciore, aliæ uero acerbior. quasdam etiam colare expedit, ut limofas, ut salfas, ut bituminofas. quæ ualde frigidæ sunt, a cibo bibendæ sunt: sed neque confertim, neque affarim, neque sine uino. non nulli potus, cibosque aduersus aquæ uitia inuenerunt: alij enim cicerum decoctum præbunt, ipsique ciceribus uestuntur, alij caualidas ex aliquo pisce coctas eodem modo comedunt, & fœniculum: alij denique betas, cucurbitalque ex muria & uino diluto præmandunt.

LIBRO

LIBRO QVINTO COLLECT.

85

O R I B A S I I.

Ex Galeni libris de aquis.

Cap. I.



AQUA optima omnis qualitatis non modo gustatui, sed etiam olfactui expers esse debet. atque eiusmodi quidem erit bibenti iucundissima, & plane pura. Si uero etiam hypochondria celeriter permeet, nulla est quærenda præstantior. at quæ puræ, limpidae, potuique non insuaues sunt, sed tamen diutius in præcordijs morantur, eæque, aut uentrem feriunt, aut flatu implent, aut prægrauant, semiprauæ sunt existimandæ: cuius sane generis multæ sunt, de quibus mihi præcipue uideretur Hippocrates, ut eas ab optimis aquis discernere mus, scripsisse, cum ait, Aqua, quæ cito calefit, & cito frigeft, leuissima est. etenim B neque in cœnolis, neque in graeolentibus, neque in ijs, quæ gustatui medicamenti facultatem aliquam afferunt, adhibenda est huiusmodi dignotio, cum eæ uel omnibus perspicuæ sint notæ: sed in quibus nihil quidem tale est, uerum alia quædam prauitas ob corrupti aeris admistionem, aut aliud quoddam uitium ipsi aquæ innatum, ab ignota causa proueniens, aquis inest: siquidem in eiusmodi prædicta dignotio optimum iudicandi instrumentum est. nam quæ tales sunt, neque cito frigeft, neque cito calefiunt. Alia quoque huic similis dignotio ex oleribus, aut leguminibus, aut carnibus, aut fructibus, aut denique radicibus, quæ aquis incoquantur, sumi potest. celerrime namque in optimis, tardissime uero in prauis res elixantur. ac nonnulli ex ueteribus aquas ita prauas, indomitæ, & crudas, æque ac legumina, quæ difficulter elixantur, appellauerunt. ergo tutissimum fuerit, ut experientia de huiusmodi aqua iudicium fiat. ac si quis est, qui ex notis potius uim eius prænosse aueat, is sciat, iudicandum esse, quarum fontes e petra scaturientes, ad Septentrionem fluunt, solemque auersum habent, eas omnes difficulter coqui posse, tardique transitus esse: idque eis statim inesse, ut tarde calefiant, ac frigeft: quarum uero fontes ad orientem solem erumpunt, & per meatum aliquem, aut terram puram colantur, ac celerrime calefiunt, & frigeft, eas esse optimas sperandum est. Pluuiales uero ex Hippocratis sententia leuissimæ sunt: sol enim quod leuissimum in aqua, tenuissimumque est, attollit, & sursum Crapit. id quod non ex alijs aquis solum, sed etiam ex mari, & ipsis itidem humanis corporibus facit. idcirco fit, ut celerrime omnium computrescant. maxime enim corpora, quæ unicam in se qualitatem habent, cum nulla aliunde causa subit, quam ob rem difficulter, aut facile putrescant, ea difficilior, quàm quæ multas qualitates habent, computrescunt. sed animaduertendum est, ne quis putet aquam, quæ celerrime putrescit, esse pessimam. potest enim eadem esse præstantissima, cum aliæ omnes optimarum aquarum notæ, quas ante diximus, ei adsint. nam facilitas immutationis in qualitate, potius bonitati aquæ, quàm uitio attribuenda est. Aquam uero pluuia bonitate præstare, argumento est, quod etiam a solis calore coquitur. nam & cetera quæ elixantur, dulciora se ipsis fiunt omnia. cumque coepit putrescere, omnino est inepta potui: siquidem qui aquam adhuc putrescentem bibunt, hos raucitates, tusses, ac uocis grauitates corripiunt. Ex pluujs autem aquis æstiuæ, quam horæam Hippocrates uocat, quæque ex tonitruo fit, præstantior est, quàm quæ nimbis est demissa. quæ uero ex glacie, & niue soluta fiunt, pessimæ sunt. in ijs enim, quæ ex frigore concrescunt, tenuissima pars omnis excernitur. porro palustres, & foetidæ, & in quibus absurdæ qualitates insunt, coctione alteratæ offerantur. Quinetiam in alium usum aquam prius calefacimus, & postea refrigeramus: tamen neque gustatui, neque odoratui ullum uitium afferat: ac plane pura sit: cum eam in uentriculo morari diutius, & noxam Daliquam inferre, experti fuerimus. nam caliditas totam aquam, quæ elixatur, fundens aptam ad secretionem facit: dum aqua refrigeratur, partes terræ innata grauitate descendentes in fundo uasis residebunt: aqua uero super eis fluitabit: qua sensim in aliud uas transfusa, citra noxam uti poterimus. Post decoctionem uero cum frigidissimam reddere aquam uoluerimus, si nix nobis suppetat, aquam prius calefacimus, deinde niuem extrinsecus ei circumfundimus. si nix non adsit, e puteis, uel aquæ ductibus refrigerationem ei comparamus: eam itidem prius calefacientes, ut facilius alteretur. nam quicquid prius excafactum est, id citius in se totum alterationem a rebus uicinis proficiscentem capit. Cum autem uas in puteum demittimus, aut aquæductibus subiijcimus tum uasculum operculo claudimus necessario, & ipsum ex omni parte diligenter obturamus, nec uasculum implemus, sed aliqua ex parte uacuum permittimus, ut aer, qui inter operculum & aquam interiacet, prius refrigeratus, eo tactu uicinam aquam refrigeret. ubi uero nihil horum nobis suppetatur, ut in Aegypto usu uenit, ibi uasculum suspendimus, & quo aerem suscipiat, sine operculo sinimus. Quoniam uero aqua neque incidendi, neque calfaciendi uim habet, ideo iure fit, ut aqua omnis tardi transitus sit, ægre concoquatur, & ægre subducatur, licet alioqui sit optima. nam & multum temporis manet in uentriculo, & fluctuationes plerumque parit: sique biliosus uentriculus sit, ipsa quoque simul corrumpitur. cumque uentriculo ad ieiunum intestinum ægre perueniat, non facile distribuitur. quam ob rem neque ad ciendam urinam, neque ad spiritum

rum educendum apta est: quin ne sitim quidem sedat, etiam si in uentriculo diuissime mouetur, cum nec in totum se profundum immergat, nec quod squalidum est, irroret. porro aquam non alere, sed ue hiculum tantum modo alimenti esse, & Hippocrates, & ceteri praestantissimi Medici dixerunt: ob eam causam non potest uitalem facultatem roborare. & hoc fuit in causa, ut Hippocrates ab aquae usu in aegrotantibus abstinens, ad mullam, oxymel, & uinum se contulerit. atque his quidē rationibus nemo unquam aqua uteretur: plerique tamen in alijs decepti ad aquam confugiunt, in qua nihil est, quod magnopere contra animi sententiam succedat, cum ipsa quoque non magna sui sit praedita. at oxymelitis, uini, & mullae usus est uitiosus propter repentinas mutationes: & propter sinceram permixtionem, quae a Medicis plerumque fieri solet. Vinum enim, quod tanquam manus quaedam ad distributionem aquam trahat, est omnino paucissimum aquae miscendum, ut aquae sinceritatem tollamus. eademque ratione oxymel aquosum laudo. cum minore quoque periculo aquosa mullae quis uti poterit. nam impermixta, nisi subducere alium properet, maxime noxia est, praesertim in amarae bilis hominibus, quibus magna habent uiscera, quibus ipsa quoque aqua est noxia, cum in bilem conuertat in hypochondrijs diutius manet. ad haec enim omnia mala, quae in ea sunt, hoc accedit etiam, quod cum stercore sit expers, alium non subducit. aquam uero in principijs accessionum potam laedere, perspicuum omnibus est. Ecquando igitur aqua potui utiliter datur: nimirum cum aegrotus ex sola portione uiuit, nec adhuc trisanae cremorem sumit. tunc enim in medio aliarum portionum aquam in tempore quispian dederit, praecipue cum aegrotus siti enectus sit: quando quidem eo tempore inundationem quandam, hoc est humiditatis copiam ab ea induci, scriptum reliquit Hippocrates. quocirca inter mullam & oxymel, parum aquae ad humectanda ea quae exuenda sunt, accommodatum praebet. quin etiam ubi uinum magnopere noxium sit, tum etiam aquam exhibet. nocet enim uinum cum aegrotans uel delirat, uel capite uehementer dolet. Hanc autem propriam naturam humidam & frigidam habet aqua. aduentitia uero caliditate acquisita calefacit & humectat ipsa quidem ea, quibus admouetur: sed tamen ut utriusque aequae faciat, non est ei natura comparatum. uerum humectat quidem summe, siue temperata, siue tepida, siue etiam calidior sit: calefacit uero non summe, nisi quae extreme ferueat. quod dicimus, in temperata natura prius exploremus. ergo si huic naturae aquam temperate calidam offeras, siue lauans, siue perfundens partem aliquam, profecto ipsam partem humidiores, & calidiores in ipso perfusionis tempore factam uidebis: si postea quiescas, nec corpus frigida contrahas, & constipes, paulo post eandem partem seipsa factam frigidiores comperies, quod calor innatus immoderatus perspirauerit. non tamen quemadmodum frigidius postea, aquae calidae usus, ita etiam siccoris corpus desinituit. & tamen hoc quoque debere fieri uidetur, cum ob meatuum & raritatem, & corporis mollitudinem, tum uero ob substantiae fusionem. plus enim in huiusmodi affectionibus euaporetur necesse est: uapor autem est humor attenuatus. ueruntamen non ita se res habet. humores enim, qui in uasis, alijsque uacuis spatij continentur, omnes exhauriuntur: corpora uero uasorum, & uniuersum carnosum genus humidius se ipso redditur. atque hanc solam facultatem, ut uidetur, aqua nunquam deponit. neque enim cum feruens comburit corpora, facit ut quae ambusta sunt, sicca sint, ut quae igni affata fuerunt. simili quoque modo cum summe frigida facta est, totoque die, aut etiam longiore tempore super aliquam partem perfunditur, eam non efficit sicciorem: quamuis rugosa, & admodum exilis uideatur. uerum haec ideo eueniunt, quod qui in uasis, alijsque spatij est humor, euacuatus est: partes uero genuinae, atque solidae nihil se ipsis sicciore redduntur.

De aqua frigida, & oxymelite aegrotantibus potui dando.

Cap. 2.

Quoniam ostendimus omnem corporis affectionem, quae praeter naturam est, a sui contrarijs curari: planum est, febrim quoque a frigida extinctum iri omnino, cum ipsa sola fuerit sine ulla affectione, quae a frigida laedatur. nam si febrim adiuncta sit alia affectio, quam frigida laedat, licet ea febris, quae ex ipsa affectione orta est, confestim a frigida sit restincta, altera tamen deinde febris grauior accendetur aucta affectione, quam potio frigida oblaeserat. Laeduntur autem a frigida affectiones partium quae inflammatione obsidentur, & in quibus incocti humores sunt: quorum indicium est urinarum incoctio. si igitur concocta urinae sint, nullaque princeps pars inflammatione uexetur, satis erunt, ut ad frigidam potui dandam impellamur. si uero aestiuo tempore uehementia febris quandoque urgeat, laboransque iuuenis sit, & frigidae portioni assuetus, si cum aspectu & consistentia urinarum laudabile sublimamentum uideas, tum, etiam si pars aliqua inflammationem patiatur, frigidam dando non errabis: siquidem debes antepone, ut febris uehementiam eo tempore sedes, pluribus diebus, quibus ad reliquias inflammationis tollendas opus sit: quas quidem & magis scirrhosas, & solutu difficiliore euadere necesse est. Si uero non admodum adurentes febres sint, & frigidam dederis particulis inflammatione laborantibus, magnopere tua te fallat opinio. febres enim, quae uehementer flammatae sunt, inflammationem erysipelatis speciem referentem quodam modo subesse nobis ostendunt: & ideo frigida quoque eandem iuuat: ut in exterioribus etiam partibus perspicitur. ergo in ijs, in quibus incipiunt in iecore, uentriculo, & alijs huiusmodi particulis inflammationes, diligentius considerandum est. nam si omnes magnopere laeduntur, etiam si in tempore sumperint, si potio fuerit paulo largior. Etenim cum principia inflammationum, quae sine ictu, & uulnere sunt, uel ex particularum imbecillitate, uel ex ignea caliditate quadam oriuntur: eas quarum origo est imbecillitas, frigida semper

aper laedet: quae uero ex ignea quadam caliditate existunt, moderata frigide potio iuuabit. periculum enim est, ne in largiore portione propinanda pars ad contrarium excessum traducatur. praeterea uero huiusmodi potio tales affectiones magis iuuabit, si dum bene ualere, ea utebantur. ergo uehementes morbi, qui in uentriculo, in iecore, in collo, & toto capite sunt, prius considerari debent. artus. n. fortasse non magnopere laeduntur: & tamen ipsi quoque offenduntur in quibusdam affectionibus, quas deinceps exponam. Sed horum fore tantam noxam, quantam partes uehementer affectae contrahet, ne ignarus quidem affirmaret. Si igitur affectio erysipelatis, aut herpetis speciem referens in hypochondrio sit, aut inflammatio erysipelatis naturam referens, aut aliqua alia affectio summe calida ex in tempore sine succis exorta, frigidae potio iuuabit: sicut eadem mirum in modum laedit, cum ab scellus, oedema, scirrhosus, ulcus, & frigidae intemperies partes obfederint. Ac quoniam de artibus me dicturum promisi, illud sciendum est, inflammationes neruorum partium, quae in eis sunt, a quibus alioqui periculum conuulsionis imminet, frigidae portione laedi, uel maxime. si uero in carnosissimis artuum partibus inflammatio gignatur, & bibere frigidam homo poterit, & si parti inflammatae foris admoueat, noxam quidem inuehet, sed neque notabilem, neque manifestam: ac praecipue si frigidae portioni fuerit assuetus. Ergo cum febris sit, non adiuncta ulla alia affectione, quam frigida possit laedere, tantum frigidae dandum est. B quantum uno haustu aegrotus possit haurire. Oxymel uel aestiuo tempore frigidum datur, ne laborantis sitim exacuat. quam ob rem aestate frigidum oxymel dare audemus etiam ante morbi concoctionem, cum aquam frigidam in eiusmodi affectione ad fatietatem daturi non essemus. tunc enim inflammationem densaret, si febris ex inflammatione orta esset: ac succos incoctos feruaret, si illi morbi causam attulissent. Sed tunc parum oxymellis damus, ut quod in uentriculo prius intepefecit, quam ad costam usque frigiditas eius distribuatur. quod si quid exiguum fuerit etiam distributum, id ab ipso oxymelite, in quo uis incidendi inest, corrigetur.

Ex Rusti commentarijs, de aquis. Et in secundo libro de dieta, uel de potionibus.

Cap. 3.

Refides aquae (ita enim aquas puteorum uoco) quia non fatigantur, ideo non admodum sunt tenues. & cum intro ingressae fuerint, minus madefaciunt, atque dissolunt cibos, minusque concoquant, & praerassitudine, & quia frigidae sunt, non bene per urinam excernuntur. aptiores autem potui redduntur crebro hauriendo, ac si effluerent, & puteorum expurgatione. quae uero fluunt, multo tenuiores sunt, & praestantiores ad madefaciendum, & concoquendum, & ad urinam reddendam. quae estagnis sunt, pessimae sunt omnes. nam & odorem absurdum, ueluti putrescentes habent, & aestate calidae, atque hyeme frigidae sunt, quod ego uitij aquarum maximum esse signum statuo. ideo fit, ut aestate uentres perturbent, & tarde in uesciam transeant: ac saepe etiam tormina, & leuitates intestinorum hominibus pariunt, ex quibus in aquam inter cutem cadunt. hyeme uero, quae frigidae sunt, uentres non admodum perturbant illae quidem, sed tamen & ruptiones, & lateris dolores, & tusses afferunt: & ad lienem etiam repunt, & postremo in aquam inter cutem desinunt. ex liene autem etiam pedes ulcerantur, eaque ulcera non celeriter curantur. Solae paludes Aegyptiae inter omnes, quas quidem ego nouerim, salubres sunt: quia hyeme aqua non putrescit, siquidem non supercalfit: autumno uero Nilus paludes explens, ueterem aquam projicit, & aliam nouam inuehit. De aquis pluuijs ita statuo. aquae pluuiiae leues sunt, tenues, purae, & gustanti dulces: sique in eis aliquid elixes, celerime elixabitur, sique eas calefacias, celerime calefient. & uino per exiguum temperantur. quocirca bonae sunt & ad concoctionem, & ad urinarum excretionem, itemque accommodatae iecori, lieni, renibus, pulmone, neruisque. cum enim uis non admodum refrigerans in eis sit, idcirco benigniores hisce partibus fiunt. Vernae igitur atque hybernae maximae opportunae sunt, atque optima: quas ego laudo uel maxime. autumnales uero atque aestiuae fuerint quidem alijs meliores, sed non omnes omnibus. nam uiribus quidem antecellunt eas, quae sunt in terra: uerum quantum superentur a uernis, atque hybernis, ne dici quidem potest. nam aestate atque autumno terra sicciore uapores edit, aereque multas terrae sordes habet, quae pluuias expurgantur. idcirco fit, ut tales aquae sicciore, & nitrosiores sint, & ad abstergendum, ac per intestina descendendum accommodatae, sed neque renibus, neque pulmone, neque arteriae idoneae. quinta etiam plus uini has ferre necesse est, ut nitrosa facultas uincatur. Iam uero aquae non parua differentia ex uentis aquilonalibus, & austrinis accedit. nam flantibus aquilonalibus, dulcior pluit quidem, sed frigidior: austrinis uero spirantibus, minus dulcis, sed calidior. ad summam uero tempora pluuias, dulciores, non nimiosae & squalida magis nitrosam aquam efficiunt. quaecunque autem ex niue fluunt, & glacie, durae omnes sunt, & frigiditate excellunt: sed gustanti dulces. at aqua dura, & frigida neque ad concoquendum, neque ad meiendum accommodata est. itemque noxia est neruis, pectori, & costis. nam & conuulsionem, & distentionem neruorum inducit, & ruptionem facit in pectore, ut nonnulli subruentia expuant, & suppurentur. Fontanae aquae ad orientem uergentes ceteris praestant humiditate, tenuitate, odoris suauitate, & moderate refrigerando moderateque calefaciendo. quae ad septentrionem, dulces sunt illae quidem, sed immoderate refrigerant. quae ad occidentem, uiolenta sunt & refrigeratione, & duritie: quam ob rem raucitates, laterum dolores, & conuulsionem pariunt. quae ad meridiem spectant, magis saltae sunt, & calidiores, & ad meiendum non idoneae: sed ad descendendum per intestina, praestantiores. quanquam autem aquas quae ad meridiem fluunt, non laudo, Nilum tamen ita commendando, ut aquae bonitate paucis fluminibus comparari posse uideatur. nam & alium subducit, & purgationes

† Videtur legendum humedum, licet scriptum sit, & quod uerum.

gationes mulieribus ciet, si in puerperio bibatur. Sed pleræque ex aquis ad meridiem, residens sunt, quibus duplex est noxa coniuncta, altera e regione contracta, altera quod non effluant. Pro terra autem natura sic de aquis decernendum est. terra enim alia plana est, alia collibus, alia montibus conrinetur. plana est ad aquarum effluxiones deterior: multique in ea putei fossiles, & residens fontes. colles uero & montes potiores sunt. nam & puriores, & tenuiores, & odoratiores, & dulcedine suauiores aquas emittunt. ceterum ex planis alia falfuginem & nitrum æstate & autumno producit, alia nihil: sed eam terram, dulcem uocant. in hac igitur præstantior, & potui aptior, in illa uero falfa, & nitrofa aqua est. Ex montibus præterea alij terre, alij petrosi sunt. terre aquas ferunt præstantiores & mollior, & quod minus frigida sint. faxei aquas habent deteriores tum duritie, tum frigore: puriores tamen quam aliæ sunt, minimeq; habent subsidentia. Maxima autem maximeq; notabilis differentia aquis inest ex metallis, & ex herbis eis innatis. ac metalla quidem cum ad aliam habitationem, tum uero ad aquarum potum sunt noxia. herba uero quandoque mirum in modum lædunt, quandoque etiam ualde aquam corrigunt: tale autem est sum, nepita, & adiantum. etenim hæ plurimæ riuus innascuntur: quæ quidem bonam aquam uitiant, malam uero alioqui iuuant, cum ab eis quoddam quasi medicamentum aquæ impertiatur. suntque huiusmodi aquæ ad meiendum potiores. ergo diligenter etiam atque etiam considerandum est, ne ullum uitium aut a terra, aut aliunde aquis accedat; cum non satis sit e fontibus hic quidem præstantiorem, potuique aptiorem, illic uero falfam & nitrosam aquam scaturire, nisi etiam quæ per riuos deriuantur, sint eiusdem generis. hætenus quæ maximi momenti sunt, oratione complexi sumus: nunc alia quoque aquarum bonitatis signa recensentur. aquæ omnes quæ hyeme calidæ, æstate frigida sunt, optimæ esse quodammodo uidentur. quæ uero frigiditatem & caliditatem habent anni temporibus parem, pessimæ. æstate enim calor extimam terræ partem occupat: hyeme uero mergitur in profundum. atque ideo mihi uidetur fontes, qui a profundissimis partibus fluunt, & speluncas cauas, omnes hyberno tempore calidissimas aquas continere, æstate frigidissimas. idcirco aquæ omnes quæ in terræ sunt extremitate, ad temporum uarietatem, quoquo modo tempora frigida fiunt aut calida, commutantur.

De fonte, qui in Lycia ad Chimæram montem est, quem a Pegaso fuisse apertum serunt.

Mirabile est, aquam hyeme euanescere, æstate autem apparere: & tamen contra deberet continere. sed huius etiam rei causa calor est, qui profundas aquas secum uehit: siquidem hæ quoque calorem sentiunt. omnes enim profundos fontes, quique parum admodum ab externis imbribus suscipiunt, hyeme, & per uehementissima frigora minimos, æstate maximos comperies: ut stagnum itidem, quod in Delo est, id ipsum propter eandem causam pariat: atque etiam putei, qui Pythopoli uisuntur. Est autem una hæ bonarum, prauarumq; aquarum dignotio, si hyeme calidæ sint, æstate uero frigida: altera uero est, si nihil ori gustantis notabile afferat: & ita non multo uino ad eas temperandas opus erit: atque omni uino conuenient. est uero etiam pura ea, quæ præstantior est: neque alioqui colore infecto: nec fecem habeat, nec subsidentia. nam & quæ pura est, eadem etiam pondere est leuis. nam quæ pondere leuis est, semper terræ impermixta est: quæ uero grauis, terræ ratione plus grauat. sed et hæc non minus consideranda sunt, ut si cito calefiat, ac refrigeretur, quoniã hæc ceteris præstat. & quomodo ad coctiones, quomodo ad secessionem affecta sit. nam quæ citius coquunt, præstantiores sunt: quæque secedunt, meliores, si per uescicam secedant. at aquæ per intestina secessio, deterior est. quarum uero nostræ artis non est effecta perdiscere, ea debemus ab incolis perquirere. nullo autem pacto facile est, ea quæ præter rationem fiunt, intelligere.

Historia rerum admirabilium, quæ in aquis contingunt.

Ac ne longe abeam, aqua in leontinis est, ex qua si quis bibat, moritur. alia talis in Phæneo Arcadiæ est, quam aquam Stygis uocant. alia quoque talis in Thracia uisitur. itemque stagnum apud Sauromatas, quod ne aues quidem transuolare queunt: aliudq; apud Medos, in quo nigrum ichorẽ dicitur supernatare; quo ubi usus sit quispiã, si igni se admoueat, acceditur. eo medicamẽto Creõtis filia a Hæmedea fuisse perditã ferunt. Est et Suis aqua, quæ epota dentes excutit. Sybaris fluuius homines facit infœcũdos. Aqua uero quæ apud Aethiopes est, quã rubrã nominat, furorẽ inducit. at quæ in Aegypto est, capita bibentiu pilis nudat. Harũ rerũ nihil sciri sane potest, quã ob rem pleriq; qui illis nulla consideratione adhibita usi fuerunt, mortui sint, alij uero aliquod aliud incommodum sint perpeffi.

Hæc uerba ex tractatione de aqua descripta adiuncta sunt, quæ eiusdem Rufi sunt.

Sunt etiam aliæ quamplures aquarum facultates: quæ non cõi natura affectæ sunt. nam quæ in Lycis est, bibentes ebrios facit. in aqua uero quæ in Clitorio Arcadiæ est, si quis se lauerit, uini odorẽ ferre amplius nõ potest. Aqua Arethuse in Chalcide mulieribus prodest: aliæ uero animantes ex eius potu dolores pedũ contrahunt. Cydnus dolores pedum sedare creditur, quãuis frigiditate excellat. Qui habitat, ubi praua aqua est, dare operam debet, ut eam potui magis idoneã reddat. erit ergo optimũ, ut in uasis fictilibus elixetur, & ubi nocte refrigerata fuerit, atque iterum calfacta, potui detur. In exercitu uero si ex praua aqua reddere bonam opus sit, foueas ex ordine ex locis altissimis ad decliues fodere, perque eas aquã ducere oportet: terra dulci ac pingui, quæ faciendis fictilibus idonea sit, in foueas coniecta: si quidem ita semper aquæ prauitas in foueis remanebit.

Dioclis

Dioclis, de aqua corrigenda.

Cap. 4.

Aquam maxime imbecillam facies, si tertiam partem decoquas, & alba ouorũ similiter incoquas. in hæc ipsa iniicienda est argilla sicca gleba, donec maceretur. mensura uero est, ut semifexarius amphorẽ indatur. ubi decoxeris, bibatur. odorem etiam ab aqua remouebis, si calfactam manu aduentum perfundas, & sub dio in uase immenso teneas, & in multa uasa paulatim diffundas.

Athenæi, aquæ purgatio.

Cap. 5.


Aqua face purgatur, partim stillacidij, quæ stacta dicuntur, ut fit Alexandria; partim colis, isq; interdum simplicibus, interdum uero duplicibus, uel triplicibus, ut aqua purissima per eadẽ excipiat. Fiunt etiam iuxta mare, & iuxta stagna foueæ, illic cum aquam potabilem a mari fecernere uolumus, hic uero, ut cum stagnum fuerit turbatum, hirudinesq; , aut alia quædam uitia contineat, aqua purissima, & maxime innoxia per terram transiliens in fossis colligatur. Vbi uero multa aquæ copia sit haurienda, ut in exercitu fieri solet, latera foueæ lapidibus, lignisq; ambiunt, & cum pauimentum simili modo infrauerint, puras seruare aquas nituntur. aquæ autem quæ purgantur, leuiorẽ, ac puriorẽ fiunt: & ob eam ipsam causam etiam frigidiores. multæ uero, licet fuerint percolatæ, tamen facultates a fordibus corporibus contractas adhuc seruant.

LIBRO QVINTO COLLECT.

O R I B A S I I.

GALENI & Rufi de uinis.

Cap. 6.



Minum aquosum homines uocant, quod colore & consistencia aquæ simile est. nam & pellucidum, & splens, & purum est: & consistencia tenuẽ uidetur: & gustanti nullam affert qualitatem insignem: siq; ipsum aqua diluas, nõ multum aquæ feret: quam ob rem pauciferum ueteres appellauerunt. huiusmodi autem uinum non plane adstrictionis expers est: sed languidam omnino adstrictionem habet: quoniam si ipsum aquæ compararis, ex ipsa aquæ comparatione exigua adstrictionem quandam factã fuisse senties. ac facultate quodque est aquæ persimile. nam neque imbecillum caput tentat, neque neruus debilitat: cum ne perspicue quidem calefaciat: quin etiam nullam aliam qualitatem insignem, ut neque austeritatem, neque acerbiteratem, neque dulcedinem, neque acrimoniam gustui afferat. Accommodatum hoc uinum est ad educendum e pulmone, cũ uires roboret, succosq; humectet, & mediocriter incidat. hoc quoque cũ minore periculo, quam cetera uina oia, febricitantibus datur. q; ut aque, & uini prauitates effugiat, ei soli inter reliqua contingat. Iã uero præter quã quod caput nõ lædit, et sæpe prodest: sed ando paruos dolores, quos humores uentre cõtenti procrearũt. Inuenies et nonnullos, quibus ex aquæ potu dolor capitis oriatur, cũ præsertim aqua uitiosa fuerit: ut ipsa corrupta natiuũ uentriculi robur exoluat: quo imbecillo ichores biliosi ex corpore in ipsius caua solent confluere, quemadmodũ et ieiunantibus usu uenit: a quorũ uitijs, & noxis prædictum uinum hominẽ liberat. ac statim quidem ratione cõtemperationis: paulo post uero robur uentriculo addens, qui res noxias a se deorsum propellit. Homini uero temperaturæ ualde calidæ, utilior est aquæ potus, quam uini, si uero quãdoq; uinũ dare oporteat, dandũ quod tenue sit, & mediocriter austum. Mouent et urinam uina aquosa, & tenuia: & minimum alimenti corporibus præbent: eaq; sola etiam nouella bibuntur: quale est id quod Gaurianũ uocant: & quædam eorum, quæ in Sabinis nascuntur. & ubique fere gentium facile est huiusmodi uina reperire. Quã plurimũ uero apud nos ad bibendum apta sunt Tibenum, & Arsyinũ, & post hæc, Titacazenum. Dulce uinum exquisite tenue, & splendidum nunquam reperies: sed magis & minus ab his remota, & eorum neutrum habentia. uinum omne dulce & crassum, consistentiæ ratione calefacit: eiusq; singulæ facultates, quas eorum ostendit, ex hisce duabus qualitibus consequuntur. color. n. sui ratione, ad iuuandũ, aut lædendũ nullam uim habet. quanto igitur tale uinum consistencia crassius fuerit, tanto et tardius transibit: ut non solum aperturũ nõ sit partes aliquas obstructas, sed et eadẽ obstructurum. quã ob rem icori male affecto uinũ huiusmodi maxime nocet: præsertim ubi inflammatione, aut scirrhotate patiatur, quemadmodum in affectionibus, quæ proprie hepaticæ nominantur, usu uenit. Post icoris noxam, lienem uina dulcia lædunt. at pulmonem non item, cum in eius alis crassus humor sit impactus. præterea uero dulce uinum in morbis acutis, ubi facta concoctio sit, ad sputum eliciendum, ut in peripneumonia, & pleuritide, ualet ubi particula non amplius inflammatione uexantur. quantum autem dulcia absunt a uehementi caliditate, eo minus etiam caput grauant, & mentem lædunt. melius uero per alium secedunt, & uiscerũ tumores augent: nec sunt accommodata ijs, qui amaram bilim acruant, quoniã oes succi dulces, materiæ sunt flauæ bili gignudæ. hæcque uina, nõ solum quia multus calor huiusmodi succos amaros facit, non sunt febricitantibus idonea, sed et quia crassa sunt, neque per

per urinas cito excernuntur, neque secum cetera deducunt, neque biliosos humores simul euacuant: E
 idque unum in se bonum continent, quod aluum emolliunt. quocirca ea pre reliquis bibunt. quo bono
 si frustrentur, omnino laedunt: nam ad cetera mala hoc accedit etiam, ut sitim inducant: qua re ostendit,
 se facile in bilem conuerti: sed flatus etiam gignunt: uerum inferiori intestino non sunt noxia, quod fla-
 tus qui ab eis excitatur, tardi sit transitus, & in hypochondrijs moretur, donec † plene concoquatur, &
 perfecte attenuentur. si uero semel concoquantur, naturam habebunt, qua celerius comeabunt, & par-
 tium tenuiorum fiant. dulce autem simul & austerum uinum, quale est in Cilicia Abates, atque ex con-
 trarijs qualitibus constans, prauum est: cum neque distribuatur, neque deorsum secedat, sed diutius
 in uentre superiore maneat, ipsumque statu impleat. at quod sine dulcedine nigrum est, atque perspi-
 cue acerbum, aut austerum, id fatiat, & tarde permeat. & utranque excretionem, tam eam que per aluum,
 quam eam, que per uescam fit, cohibet: & in hypochondrijs diutissime commoratur: facile quoque ace-
 scit, & ad uomitum impellit: ac solum uentris defluxionibus est accommodatum. sed ita affectis non est
 bibendum ad satietatem. Austerum uero una & album non est ipsum quoque ciendae urinae aptum: ue-
 rum si crassum sit, in hypochondrijs moram trahit: si crassum non sit, neque tandiu permanet in uentre,
 quandiu nigrum: neque ita per urinam expellitur, sicut uina, quae alba sunt, & mediocriter austera. Ful-
 uum uero austerum conuenit ipsum quoque uentris defluxionibus. estque duplex fuluum, sicut etiam
 nigrum: alterum dulce, austerum alterum. sed fuluum caput & mentem magis tentat, quam nigrum, quo-
 niam est etiam eo calidius: at flauum summe calidum est: sicut post ipsum tale est fuluum: post haec, rubrum
 dulce, album uero minus quam alia omnia calefacit. nullum autem album uinum dulce est: sed qua-
 dam austera sunt, & crassa, quaedam aquosa, & tenuia. Ex flauis autem & fuluis; alia dulcia mediocriter
 sunt, ut Hyppodamantinum, & Phautianum: alia neutiquam dulcia sunt. Rubra sunt his crassiora, quae
 colore proxime accedunt ad nigra. quae omnia ad proportionem crassitudinis nutriunt: quam ob rem
 ijs, quibus refectione opus est, dulcia uina sunt concedenda, ac praesertim si nihil eis uitij fuerit in ieco-
 re, liene, ac renibus. Quibus uero crassus humor in uenis colligitur, uinum tenuis consistentiae ex uis-
 est. uerum si frigidi humores in uenis collecti fuerint, acria & antiqua conueniunt: si frigidi non sint, ea
 apta erunt, quibus neutrum horum insit. ad succi uero bonitatem praestantius est odoratum: ceterum
 caput ferit. Vinis austeris utimur, ut citatam aluum sistamus, alioqui non usuri, † quod neque deducendo
 alimento, neque sanguini gignendo, neque succi bonitati, neque ciendis urinis, neque sudoribus eli-
 ciendis, neque uero subducendae aluo conferant. ergo corporibus quae biliosiora sunt, nec Falernum,
 nec Tmolite fuluum, & dulce, neque Aruisium, neque Lesbium, odorum, & fuluum, antedictis simile, ac
 commodatum est; siquidem haec calidiora sunt omnia. quique huiusmodi biberit, facile caput dolebit, &
 & in febrem incidet: & nerui quoque patientur. tale igitur uinum nec biliosis naturis, nec perustis, ne-
 que in aestu multo, aut inedia, aut moerore, aut anni tempore, aut regione, & calida constitutione con-
 cedendum est. Idem uero est diuerso probatur in ijs, quibus excalescentia opus est, pituitosis, ac frigi-
 dis temperaturis: crudiorumque humorum copiam colligentibus, uitam in ocio ducentibus, regione
 frigida, atque hyeme, & caeli statu frigido, atque humido. Vinis autem omnibus, quae quidem nec cras-
 sa ualde, nec dulcia nimium sunt, quale est thereum, & scybelite, commune est, ut temporis progressu
 flauum colorem acquirant: & aliquid splendentis, instar ignis, habeant. nam nigra quoque, cuiusmo-
 di est apud nos perperinium, si inueterarint, in rubram aut fuluam prius qualitatem, deinde uero in fla-
 uam abeunt. ita etiam album, quale est bithynum aminaeum. hocque ita inueteratum Romani Caecuba
 uocant. iamque huiusmodi uinum amarum est, & ob eam causam minime potui accommodatum. ergo
 ita uetustorum potus fugiendus, sicut etiam nimis nouellorum. ac maxime quidem a uinis suapte natu-
 ra crassis, cum nouella sint, abstinendum est: siquidem tantum abest, ut quicquam ad ciborum conco-
 ctionem conducant, ut ipsa etiam uix concoquantur. praeterea uero nec aluum subeunt, nec facile distri-
 buuntur, nec urinam cient, nec gignendo sanguini, nec nutritioni conferunt: manent uero diutius in
 uentre suspensa, sicut aqua: sique paululum quid eorum quispiam bibat, facile acescit. porro uetustissi-
 ma uina tantum ab albo una et austero, et nouo, et crasso differunt, ut illa uehementissime calefaciant,
 haec uero sic refrigerent, ut sensus ipse percipiat. Quemadmodum uero mustum status plenum, et con-
 coctum difficile, et crassi succi sit, omnes norunt: quod etiam id solum boni habet, ut aluum subducatur: quod
 si quandoque non faciat, perniciosissimum est. Ceterum celerrime omnium alba, et aquosa inuetera-
 scunt, hoc est, celeriter in uetustorum qualitatem commutantur. est autem ea qualitas; acrimonia pri-
 mum, qua plane calefaciunt, postea uero amaritudo ad quam aquosa uina nouennio, aut quandoque
 decennio peruenisse uidimus, nisi primis tribus aut quatuor annis acescere properauerint. at potenti-
 bus, et austeris, et albis sed crassis, quandoque contigit, ut etiam post decennium cum rite non asserua-
 rentur, acescerent. Sed contingit etiam, ut plurimo tempore inueterascant. talia sunt in Italia tiburti-
 num, signinum, marsum, et furentinum: quod ferme ante uigesimum annum factum, potui aptum diu
 perdurat, nec facile amarescit: et cum falerno praestantia, uirtuteque contendit. his contrarias affectio-
 nes patiuntur uina aquosa, quale est, sabinum, gaurianum, arsynium, titacazenum, tibenum, et cetera
 generis eiusdem: quae omnia contrarias qualitates, acidam inquam, et si perdurarint, amarum, facile su-
 scipiunt. locus tamen, in quo reponuntur, ut ad alterutram murentur qualitatem, multum facit. opti-
 mus igitur in principio, locus frigidus est: post. calidus: quoniam tepidus acida uina facile reddit. qua-
 quam

† Aliter habetur. 3. de re. uict. ac. 1.

† Gal. de cibis boni & mali succi addit. si robur stomacho, & uentri- culo afferat.

Aquam uina, quae duobus aut tribus annis frigido loco reposita, bona manserunt, in cellam calidam sa-
 tis postea transferenda sunt: nec unquam tepida, & temperata indigent. quaedam tamen usque adeo
 debilia & aquosa reperiuntur, ut frigus ne a principio quidem ferant. Vasa autem uinaria, quae reclu-
 sa finis, in causa sunt, ut uinum facile acescat: ueluti contra, cum operculum habent, clausa quoque sunt, id mi-
 nus eis contingit. & multo etiam minus id uasa plena patiuntur. nam quae aliquantulum uacua sunt,
 quoniam aerem inclusum habent, per illum intermedium celerius ab extrinsecus ambiente immutan-
 tur. plena uero ita, ut operculum uinum attingat, per illud quidem imbecilliter admodum, & obscure
 eousque uitiantur quousque tegumenti defitas peruenit. ex quo fit, ut picata, & gypsata dolia diutius
 uina sincera conseruare comperias. sed quae solo corio, sicut ea etiam quae cuneis, obstruuntur, minus
 durant. Ceterum in Asia apud nos tria uina fulua sunt praestantissima, Tmolite, Lesbium, & a ueteribus
 laudatissimum Aruisium, quod in Chio coficitur: quod omnes ad optima medicamenta, praesertim ad
 antidotos conficiendas adhibuerunt.

Rufi, de uino, est libro xij. de dieta, uel potionibus.

Cap. 7.

Vinum sic ad sanitatem, ut rem ullam aliam commendo: sed oportet bibentem scientia praeditum
 esse, si uelit non grauissimas poenas dare. etenim uinum potest calorem accendere, corpus uiri-
 bus implere, alimentum omnino concoquere: neque ullum uinum tam prauum est, quod haec non fa-
 ciat: sed hic quoque, ut in ceteris, & deterius, & melius comperias. quin etiam uinum potest animum
 quodammodo afficere: quippe cum sit moeroris medicamentum. atque Helena quidem mihi uidetur
 hoc crateri infudisse, ut moerorem sedaret. ei ergo qui moderate bibit, & uoluptatem, & humanitatem,
 & bonam ualitudinem affert: is uero, qui immoderate potat, aliquid quidem iucunditatis in nimio po-
 tu, sed incommodi quoque aliquid capit. nam qui fieri potest, quin incommodo afficiatur is, qui ni-
 mium bibit, cum animus in tanto uino immerfus sit, ut eo calidissimo frigeat? Sunt autem tibi haec
 argumenta. nam ebrius corpus impotens primum fit, tum somno grauatur: & calore quoque alimen-
 tum concoquitur. atque haec quidem ebrius patiuntur, ut statim frigeat: postea uero, ne ego quidem
 explicare queam, quot malis circunueniantur. nam & uerisimile est, eos attonitos reddi, & articulos
 uitari, & partem aliquam debilitari corporis, & iecori, spleni, capiti que proprios cuiusque morbos
 afferri. Ac mihi quidem talia cogitanti, uideri solet admirabile, qui fiat, ut cum in uno tot bona, totque
 mala plane appareant, liceatque ex uino optima quaeque sumere, homines tamen pessima potius sibi de-
 ligenda proponant.

C GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE
 SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS
 AD PATERNIANVM.

CENSURA.

Liber cum multis rationibus, tum ea maxime omittendus, quod haec doctrina in
 proprijs Galeni libris uerior, & clarior habetur.

PRAEFATIO.



VM MIHI proposuissim, charissime Paterniane, omnia Sinigmata tam metal-
 lica quam aromatica, & omnem herbationem describere, optimum duxi,
 quia studiosissimum & peritissimum esse te probaui. itaque accipe, tibi exem-
 plum uoluntatis & ingenij offero. Igitur frater sollicitate exquire tota tua pe-
 ritia hanc scripturam. ne autem calumniareri prospexi. Et nequis dum aut
 herbulam, aut aliquam aliam speciem siue aromaticam, siue metallicam re-
 quirat, diutius erraret & totum uolumen euolueret, ordine primarum litera-
 rum. A. B. C. D. &c. agam omnia sinigmata nominare: quae in simplario tracta-
 tur, & in usum medicinae cadunt. incipiemus igitur ab A. & sic deinceps ad extremam literam perueniemus.

De are uiso.

Aes uisum fit maxime de clauis cupreis uetustis, qui in olla fictili cruda missi, in furno incenduntur,
 aspersi sulfure, uel sale, uel utroque, uel alumine, & coquantur. Bonum autem aes, quod est optime uisum,
 utpote rubricae colorem facit ad ipsa capitula in se, quod enim est frutius, est combustum. Est ergo
 uirtus & efficacia aeris uisum similis squamae, sed tamen fortior est.

De acacia.

Acacia fructus est arboris spinosae, quae maxime in Aegypto nascitur. hic igitur fructus uelut oliua
 exprimitur, & succus illius in Sole siccatur, & in glebam redigitur. erit ergo optima acacia quae est pe-
 nitus laeuis, leuiter subrubra, suauitate odoris sui subaciditas transit. & gustu ualde styptica. haec enim
 maxime

maxime de immaturo fructu premitur. nam nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia E nise ide stringere potest.

De æruginē vel vitreolo.

Ærugo circa aliqua metalla in quibusdam pelagis lente & ueluti stillicidium manare perhibetur. Verum & conficitur hac ratione. Granula interiora uua, quæ quasi sunt, quæq; græce tritapta dicimus, ualde subfruentur in uase aperto. & asperguntur miua & aceto. deinde superponitur lamina ærea & laza. & iterum operitur eisdem tritaptis similiter asperis. & lamina alia superponitur, & hoc ulterius fit quandiu uas capit, deinde oppilatur diligenter, ne aliquod habeat spiramentum. & sic die septimo aperitur. & prolatis laminis, ærugo quam traxerint leuiter abraditur. & rursus intinguntur. Et hoc fit usq; quo totæ consumantur. Alij super acetum acerrimum has ipsas laminas suspendunt, & diebus decem relinquunt, deinde perferunt, & æruginē quantam inueniunt abradunt. Alij massulas æris ligant, & eis quasi scobis ligamenta decidunt, in acetoque mittunt & quotidie bis aut ter commouent, usquequo ærugo euadat. Est ergo optima ærugo quæ est leuis, & tactu nullam asperitudinem habet. Vires autem habet quasi æris usti, uel lapidis, & maxime acutiores.

De ammoniaco.

Ammoniacum est quasi lachryma herbæ quæ græce nartex id est ferula appellatur, similis altit, id est F assæ: sed uiscosior, & folijs ueluti pinguioribus, quæ contrita est glutinosa quasi gluten. Nascitur autem in terris Ammonis quondam regis in ultima Cyrene. Colligitur autem ammoniacum sic. Maximis æstatis huius herbæ radix & thyrus inciditur, & sic lachrymam fundit. & postea in terra colligitur. unde & fordem capit. Verum est optimum ammoniacum quod est mundissimum, & recentissimum, & colore candidum, & quasi pingue ut thus. Et si frangatur, spissum & splendidum apparet. odore subfimi le castorio. Potest igitur efficaciter remollire & relaxare.

De aloē.

Aloē succus est herbæ quæ est similis scillæ, cuius radice incisa hic ipse promanat succus, & colligit, uel tota herba contusa premitur & siccatur. Aliqui enim dicunt de petris eam collectam in Iudæa, & Asia, atque in India. Verum optimam iudicamus quæ est fragilis, gleba munda, pinguis, splendida, sub rufa, & dum aliter facile exhumidatur odore, subuiscosa, & gustu amarissima. Effectum autem duplicē habet. Si enim bibatur & deglutatur, uentrem soluit, & purgat putredinem, & coleram & phlegma de ducit. cum oxymelite datum. 3. ij. stomachicis & hepaticis magnum adiutorium est. Alij post coenam bina uel trina grana sicut ciceris magnitudine deuorant. quoniam corpus procurat, & escas non corrumpit. & si sitis fuerit, extinguitur, quando triueris cum succo caulium, & feceris ad ciceris magnitudinem. Alij miscent colocynthidos interiora & scammoniam, & dat ad typos, uel ad uarias infirmitates. Si uero corpus extrinsecus illiniatur, efficaciter stringit.

De amylo.

Amylum omnibus notum est. est enim quasi medulla frumenti, quod infunditur in sportellam, & cū pressura colatur. cuius est optimum quidem, recentissimum & candidum & leue & sine ullo acreo uel lutofo aliquo aut inquinoso odore. potest autem leniter stringere. propter quod collyrijs ad lachrymā facientibus miscetur. & ad profuuium uentris prodesse comprobatur.

De alumine.

Alumen dicitur rotundū, & scissum, & liquidum. Inuenitur autem omne alumen in Insula quæ Me- los dicitur, sed & in Aegypto, & in Macedonia, & pluribus locis. Verum est optimum scissum alumen, quod græce schiston dicitur, quique illius rotundi ueluti flos est. Hoc igitur simile est albis capillis ue- xatis, & quodam modo carminatis. Liquidum deinde quod est læue, perlucidum, & aliquid in summo in modum floris quasi lactis habet, quod ipsum probamus siccum ad dulcorem. Syncerum autem si sit, non inficitur ab illo. Rotundum eo quod est subalbidum, & aliquo pallore uelut pinguenatum, fragile mundum. & colorem mutat asperso succo quem diximus. potest autem omne alumen uehementer H stringere.

De auripigmento & psilotro.

Auripigmentum, quod aliqui arsenicum dicunt, naturale est. Intrinsicum colorem habet aureum. quod comminutum in laminas tenues comminutas funditur: quod in modum auri refulget. Inuenitur in montibus Asiæ, & Armeniæ, Ponticæ, & Cappadociæ. Verum est quod de Amista & Di- sponto affertur, hoc enim laminas habet latiores, & optimum est, & syncerissimum, & aurigeno colore limpidissimum. Vires quoque habet sicut ignis, quod urere possit, & alienationes consume- re. si cum calce uiua mistum fuerit & corpori illinitum, pilos tollit. Vnde græce hæc ipsa mistura psi- lotrum dicitur, latine acilea nuncupatur.

De aphronitro.

Aphronitrum optimum est quod est leuissimum, candidissimum, latum & fragile. potest enim et cale- facere, et cum aliqua mordacitate relaxare, et omnes fordes de corpore abstergere.

De alofardio.

Alofardium est ueluti pinguis quod aquis supernat, stantibus prout stant alia, colore crocea- to, cuius optimum est quod nullo fallimine colligitur: hoc enim coloratissimum est, et cum aliqua pin- guedine,

Aguedine, aquosum, & pene putridum. Potest igitur acriter & incidere, & calefacere, & quasi sal aliena consumere. Item collyria & malagmata colorare.

De alcimonio.

Alcimonium species habet duas. uidetur autem siccum & liquidum. aliqui aiunt utrunque lachry- mam esse arboris qui in Iudæa & alijs locis nascitur. Alij quidem certius ueluti pinguis stagnorum esse dicunt, ualde glutinosum & in se cohærens. & aquis palustribus supernatare. hoc igitur in sca- pulis pusillis attrahi, & imponi, & impletis scaphis non aliter præcidi. & sic in terra expositum siccari. Et hoc ipsum maxime in Iudæa & alijs locis fieri. Liquidum autem quod in Babylone & Iacyntho colligitur circa quosdam lacus. Est igitur siccum asphaltum, quod est optimum, frigi- dissimum, & colore rufo ueluti purpura splendens. quod autem nigrescit, pice adulteratur liqui- da, deinde quod est liquidum & glutinosum, utrunque odore grauissimo. Vires autem habet ui- cidias, & efficaciter relaxantes.

De aphroselino.

Aphroselinum in Aegypto tantummodo inuenitur. quod ita creatur, ros cælestis positus ad Lunę claritatem in specie lapidis, quem specularem uocamus, coagulatus stringitur. unde & nomen sum- pisse uidetur. Cuius eligimus quod est colore coeruleo & lucido. potest autem omnia uitia capitis potatum emendare: & cephalalgicis & epilepticis utiliter prodesse.

De argemone & eupatorio.

Argemone herba est pluribus nota, cuius uires faciunt contra uenena ad diuersas compositiones. Huius igitur radicem Græci eupatorium dicunt, & est diuretica ualde.

De apio.

Apium herba est, quæ in hortis nascitur, omnibus nota. & cuius semen facile nouerunt. magis tamen ad medicinam aptum est. Mittitur autem in purgatorijs, & in antidotis. Est autem uiribus acris, & excafactorium, & diureticum certum.

De aniso.

Anisum optimum est Creticum. deinde Aegyptium. Gallicum inertissimum. uerū tamen habet uires relaxantes, & excafactorias, & diureticas, & ad usum idoneas. Et est semen eius simile cicuta: de nutrientibus, si bibatur lac prouocat, & auget, odore eius suauis.

De agarico.

Agaricum ab arboribus excrescit, prout tubera uel boleti. & est fractu leue, & quasi uanum. est pal- lidum ualde, & aspectu subbrubrum, penitus subalbidum, non dissimile furfuri. gustu initio uidetur dul- ce, sed ex lento euadit amarissimum. Quod autem est optimum, in Ponto maxime inuenitur. quod au- tem in alijs locis nascitur, multum est ineptius. Vires autem habet acriter relaxantes, & uenenosis mor- fibus & potibus resistentes. sic & uentrem purgat aliquatenus. & choleram & phlegma deponit. ideo nec dolorem, nec uomitum facit.

De absinthio.

Absinthium omnibus notum est. & Santonicum, tam Gallicum & marinum quam Ponticum, quod ipsum ex omnibus notum est. hoc enim & in succum redigitur cōtusa tota herba. & succus eius expres- sus siccatur. uel in aqua usque ad tertias decoquitur. & sic ipsa aqua recocta in mellis redigitur spissitu- dinem. Vires quoque & uires absinthij, & q̄ lumbricos expellit, nemo ignorat.

De amurca, uel sacc olei.

Amurca fax est olei quando premitur, nigra & aquosa. quæ coqui solet in mellis spissitudinem. cuius est optima quæ de recenti coquitur. & sic uenustatem accipit. Vires habet stypticas, ualde propin- quas ei quod in emplastris inuenitur, & in alijs multis compositionibus.

De aristolochia.

Aristolochia est rotunda. & hoc ipsum quod non est uetustum & graue, siccum, & quodammodo spissum, & gustu amarum, in emplastris mittitur, & caua uulnera comprehendit & replet. ad uiperarum morsus, & ad alia uenena intrinsicus facit.

De aconito.

Aconitum herbula est, quæ folia habet a sua radice duo uel tria similia cucumeri, & thyrfulum non altū, radicē oblongā, & ad unū magis tenuiorē & minutiorē. speciē & colores ad similitudinē scorpio- nis pusilli sine pedibus. Vires autem habet quasi thapsia. & ualde uenenoſa esse dicitur.

De artemisia.

Artemisia herba est subfiliis absinthio. sed per omnia uastior. i. folijs latior, ramis altior & fortior, sed aspectu & colore humidis. Pot aut relaxare, menstrua & urinā prouocare, & partū expellere.

De asparago.

Asparagus, & semen & radix eius urinam prouocat. potest duritiem relaxare. Vires habet ali- quatenus calefactorias, & diureticas.

De amygdala.

Amygdala est & suauis & amara. & utraque uiribus styptica. magis tamen sunt in usu medicinae & aptiores amara, eo q̄ subtiles magis.

De anagallide.

Anagallis est herba quæ nascitur in locis humidis. & ipsa species habet duas. etenim una cæruleo flore, altera quasi roseo. uerum utraque sunt in reliquo similes. Sunt autem thyrifulo humili, folijs molli- bus & pusillis & quasi rotundis, habentes circa ramulos suos radículas minutas & subdulces, uiribus stringentes. Efficacior quidem est illa cærulea quæ in emplastris mittitur. & succus illarum cum melle attico ad oculorum facit claritatem.

De ami.

Ami semen est æthiopicum, cymino minutius quidem, & exalbuis, & quodam modo spissum. Cuius optimum est quod est recens, & non fursurosum. Vires habet acres, & excafactorias, & relaxantes. unde profus inflationem sedat, & urinam & menstrua prouocat.

De ardacha.

Ardacha nascitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret. & est spuma quæ est in specie spongiæ, consimilis halcyonio. sed asperior, & ficior, & leuis ualde. Vires habet acres, & in modum ignis excafacientes. & si corpus de ea fricemus, cum magno calore punctio- nis densat, & anathemata facit.

De amomo.

Amomum genus est herbæ odoratissimæ, quæ ramulos habet duos & siccos, uirgulis affimiles, colore subrufo: circaq; folia habet iuncta, & copiosa, & in speciem racemorum implicata. flos eius, quasi uiolæ. tota gustu acriter excafaciens. Cuius est optimum dicitur Armenium. sequitur Ponticum, quod ipsum asperius est & durius. Nam de Media, omnium est inertissimum, eo quod locis humidis nascatur. Vires autem habet omne amomum calefacientes & siccatas. Eligere tamen debemus quod ab una radícula omnes suos ramulos excrecentes, & integros habet folijs & floribus, qualiter diximus. Item reprobare debemus, quod gummi conglutinetur coniunctum cum amomo aut amomide herba quæ est affimilis. sed caret odore, & flores habet origano similes.

De asaro, id est bacchare.

Asarû radícula est minuta, & nodosa, & transuersa, luauiter olens quæ & in Gallia & in Phrygia inuenitur. Verum optimum Asarum Ponticum, & huius quod est recentissimum. Vires autem habet excafacientes, & cum acrimonia relaxantes. unde & urinam, & menstrua prouocat. & totum corpus calescit cum oleo, & uino iunctum atque læuigatum.

De acoro.

Acorus herba est, quæ & thyrifum emittit, & folia iridi similia, lata, & oblonga, & exalbida, & in summo extensa, & acuta, quasi gladius: florem aureum habet, radicem quoque implicatam, & nigriorem, quam iris habet, nodosam, & gustu acrem, & aliquatenus ad odoratum. Semine plenum, spissum, integrum, & ipsum odore suauiter perstringitur, quod & meum. & per omnia est efficacius. & magis excafacit. & intra splenem uidetur consumi potui. & succus radice illius claritatem oculis facit mirifice.

De auena.

Auena crescit in segetibus: & est tota similis folijs, & culmo frumento: sed fructu differt. Hæc igitur uires habet efficaciter relaxantes, & ad omnem tumorem facientes.

De portulaca.

Portulaca omnibus nota est. Et uiscide stringit, proprie tamen, masticata dentium offensam, quæ ab immaturis fit, quam græce hæmodiam dicimus, sanat.

De asphodelo.

Albus, qui dicitur asphodelus, nascitur in molli terra: & habet folia similia porro capitato, & circa terram diffusa, thyrifum lenem, rotundum, & oblongum: in summo ramulos excrecentes, habentes florem exalbidum, fructiculum nigrum, radices quoque oblongas, & rotundas, quæ sunt potentiores. Combustæ enim & in cinerem redactæ alopeciam emendant, & albidas maculas. Item coctæ aqua ipsa bibita renibus dolentibus prodest. urinam & menstrua prouocat. & ad tussim ueterem facit. nam tunsa & imposita duritiem emollit.

De abrotano.

Abrotanum omnibus notum est, & amaritudine, & acrimonia sua: similiter ut absinthium proficit: sic & lumbricos expellit.

De anetho.

Anethum uires habet acres & excafactorias, & diureticas, aptas, & idoneas rursus ad infrigidationes omnes intestinorum.

De gramine, quæ dicitur agrostis.

Agrostis herba est, quæ in campis nascitur: & habet folia quasi auena pusilla, & ueluti uinculis in terra repentia, nodosa, radículas quoque longas, spissas, nodosas, quæ faucium uulnera glutinat: potata urinam prouocat. Canes etiam quando uolunt purgari, hanc herbam manducant.

De arneonio.

Arneonium uel minium optimum dicimus, quod est leue, æquale, cæruleum, fragile, sine lapillis. Vires habet chryfocollæ, & tamen inferiores: proprietate genas siccat, & nutrit palpebras.

De

De halofachne.

Halofachne est ueluti spuma maris, quæ in petris insidet & remanet. Vires habet quasi sal, & omnem nitrum.

De bdellio.

Bdellium lachryma est arboris, quæ in Arabia nascitur: quod in modum resinæ manat. optimum est quod perlucet cum aliqua pinguedine prout chryfocolla: & gustu est amarum, mundum: & nihil in se sordidum aut alienum habet: molle, & ab igne odorem suauem emittit. Potest tamen penitus & instanti excafacere, durities neruorum emollire, & stricturas relaxare, & ea quæ sine collectione habet euaporare. Sed & adulteratur gummi ipsius, quod gustu & sapore deprehendimus: amittit enim suam mordicationem.

De balauftio.

Balaustium flos est syluatici maligranati: cuius floris aliquæ sunt species. Inuenitur autem & album, & purpureum, & simile rosæ: & quidem ipsum uires eadem cytinis habet.

De butyro.

Butyrû fit ex lacte bubulo & ouillo. est autem optimû ouillû, quod colore subrufo, & amplius est pingue: quod ita conficitur. Emittitur. n. in capillam longam: & cum uirga, quæ habet in capite rotulam, quæ intra cupam capere possit, agitur diutissime hoc ipsum lac. & fit ut quod est illius pinguisimum superna ret: quod colligitur, & in uasculo reponitur. Optimum est ergo butyrum, quod est pinguisimum, & ex ouillo lacte æstate factum. Vires autem habet leuiter relaxantes. unde ad uulua dolores, & tumores, & loca neruosa, & delicata, & siccitatem pulmonis proprie uidetur facere.

De batrachio.

Batrachium herba est in modum cicutæ similis coriandro uel apio arefcens ueluti ferula: & in summo florem habet aureum & splendidum ualde: & radices subalbidas & longas. nascitur in locis humidis. Vires habet causticas, & exulcerantes.

De bryonia.

Bryonia herbæ radix est plerunque habens uastitudinem rapæ, & longitudinem pastinacæ. Viribus acris, & calefactoria: propter quod oleum, in quo est cocta, ad acopa, & malagmata facit naturaliter, nascens in plurimis locis.

De bulbo erratico.

Bulbi erratici flos est rufus, & odoratus. Cuius est optimus, quod longitudinem & æqualem habet: uastitudinem, & nimiam uastitudinem: in summo ueluti apicem abijcientem. recens & aspectus, prout succinum perlucens, & ad tactum non humidus: & ad gustum linguam submordens, & saliuam diu multumq; inficiens. huiusmodi enim erit optimus: licet cornetum, licet sium, uel ægæum, uel selgium, uel syriacum, & cyrenaicum, & centuripinum siculumque appellemus, uel siquid est aliud, a suo tactu aliter cognominatur. Vires autem habet omne crocum leuiter stypticantes: mitigat enim omnes dolores commistum collyrijs, antidotis, & alijs quampluribus compositionibus. Verum adulteratur oleo rosaceo perunctum: atque de fructu læuigata cum ea spuma argenti, aut molybdæna, aut lapide sparto: sed dignoscitur: aliquid enim tactu bullu astrum inuenitur. odor situosus & terrenus: & de fructu, austerus occurrit: & est entissimus.

De cadmia.

Cadmia fit in metallis ubi æs, cuprum, & argentum coquitur & conflatur, quando prima terrea pressa sunt. Nam quod est terrenum, coctura ipsa separatur. & quasi fuligo lateribus & cameris ex ipsa plenitate furorum agglutinatur. & sic tempore crassatum, & in speciem latilapidis induratum auellitur. Est ergo optima cadmia, & quasi prima, quam Græci botrytin appellant: quæ extrinsecus, quasi racemulos habet, & intrinsecus subuiridicat. Secunda, quam onychitæ appellamus. Tertia ostracitis, quæ est tenuissima, & aspectu testæ affimilis. Omnistamen cadmia styptica est, & uehementer stringere potest. propter quod collyrijs miscetur, & uulnera sordida expurgat, & ad cicatricem perducit.

De cerusa.

Cerusa sic fit. Acetum acerrimum funditur in amphoram, ut faciat quasi dimidiam: deinde plumbum dilatatum, & extenuatum super acetum suspeditur. & sic ipsa ui aceti remissa in soluto plumbo in amphora, ueluti sæx subsidet: quam sæcem de limpidato aceto læuigamus. & in Sole siccitam terimus. & ex aqua tandiu lauamus, ut nihil habeat asperum. & læuigatam aquam in Sole siccamus. Cuius est optima, quæ est candidissima, & non grauissima, & quæ lingua non denigratur. Vires autem habet stypticas: sed ex aqua, et uino potata, uenenoſa esse dicitur.

De chitran.

Chitran lacticiu est quæ plurimarum arborum: omnibus notum est: cuius quasi optimum eligimus, quod est candidum, et mundum, et glutinosum. præstat autem, quod et dragantum facere dicimus.

De chalcitide.

Chalcitis gleba est naturalis, quæ est in Cypro insula: quæ in metallis inuenitur, colore subaureo: intus uenas habens diffusas prout alumen scissum, et in modum stellarum fulgêtes. Cuius est optima, quæ est recentissima, et mundissima, et æqualiter fragilis. Potest igitur sine mora uehementer stringere. Unde ad profluuium sanguinis, humoris, et uentris, habetur utilissima.

SPVRII.

M 2 De

De como.

Comum herba est omnibus nota: cuius semen est simillimum aniso: & ad usum medicinale colligitur: refrigerat autem & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur. nam & ipsum eadem præstat: uerum optimum comum habetur Creticum.

De castorio.

Castorium animalculi quadrupes: & qui castor appellatur, testiculus eius est: quod partim in aqua, partim in terra uiuit, & circa aliqua flumina capitur. Verum optimum castorium est ponticum. hoc. n. plenissimum inuenitur: & coherentibus suis testiculis positum, siccum colore cereo: odore grauissimo. potest igitur firmiter exalfacere, & relaxare, & sic climare longinqua uitia neruorum, quæ nimis doloribus contrahuntur.

De chalcantio.

Chalcantum in metallis inuenitur. Cuius est, quod naturaliter foditur. Cuius quoque optimum dicimus, quod est colore cœruleo potiusquam pallido. Et aliud, quod ex hoc quidem fit. admista enim aqua copiosa coquitur in plumbeo uase satis amplo. & sic ex partibus copiosis instanter compositis ueluti laminæ insequantur. post quod ipsum chalcantum in glebulas dispartitum spartitoris agglutinat. Verum est optimum, quod est colore prout diximus cœruleo, graue, mundum, perlucidum, & uiscide stringere potest.

Item de chalcantio.

Chalcantum in metallis fit. Quando enim æs remissum est, & purificatur, aqua frigida aspergitur subito, aut in fimo conficitur. Ipsum flos est in specie milij: & optimum est, quod est rotundum, graue, & aliquatenus splendidum, siccum, fragile si laeugetur. Adulteratur tamen scobæ æris, quæ frangitur. Verum in uero æris flos uires habet uiscidas, & stringentes: sic enim cicatrices deducit, & factas in gulis extenuat.

De crocomagmate.

Crocomagma fit expressis aromaticis crocini unguenti. & est quasi gleba lata, & oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorem, & similiter redolet ut myrrha, & gustu linguam submordet, dentes quoque & saliuam, & manus inficit, graue, & minime asclosum. Vires quoque & ipsum croco repræsentat, id est stypticæ. nã & hoc stringit. plures autem in compositiones propter precij distantiam pro crocomagmate mittunt crocum.

De cucurbita syluestri.

Cucurbita syluatica nascitur maxime in Aegypto, magnitudine similis infantili pilæ. gustu amarissima, nota quam pluribus. hæc igitur amaritudine & acrimonia sua uiscide, & cum uexatione totum corpus commouet: sic & uentrem purgat: & in antidotis commiscetur.

De centaurea.

Centaurea herba est origano affinis, aliqua maior, & aliqua minor. Verum folia habet magis oblonga, quam rotunda, incisa quasi ferula. ramulos ab ipsa radice plures, & longos. in quibus summus flos illius est purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exasperatione laxantes. unde totum uentre purgat, & nigram bilem prouocat, & menstrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius est uasta, ardens uelut ignis, mollis, fragilis, succosa, acris cum magna amaritudine. cuius succus est colore subrufo, & facit suspiriosus & tussientibus.

De chelidonia.

Chelidonia herba est omnibus nota: quæ succum quasi crocum emittit. Qui in ictericis citrinis & in nigris bibitur. & collyrijs mista ad caliginem oculorum facit.

De cedro.

Cedrum lachryma est arboris eiusdem nominis, solidum: uiscidum quoque & ipsum efficaciter, & omni uexatione refrigerat, & stringit, propter quod maxime causticis admiscetur.

De cinadar.

Cinadar non est sanguis draconis, quod aliqui putant: sed fit de lapide, qui dicitur argyritis arena: & est optimum, quod in Hispania fit. hoc. n. splendidissimum est: & coloratissimum est colore sanguineo, ueluti coccineo. Potest igitur leniter stringere. quapropter quidem collyrijs additur. sed & coloris gratia. Inficit enim & colorat adhiuc magis, quam hæmatites: aliqui dicunt ipsum esse minium cinnabar.

De cera.

Cera omnibus locis inuenitur: sed optimam dicimus, quæ aliquatenus pinguis est, munda, & odore suaui, & quasi melleo. Verum omnis cera remollit, & laxat durities. propter quod in emplastris, & acopis, & malagmatibus mittitur.

De careo.

Careum est semen omnibus notum: cuius & usus, & efficacia fere talis est, qualis & apij. hoc tamen aliquatenus uirosius uidetur esse: & magis ad compositionem idoneum: uerum in antidotis, & in purgatorijs mittitur.

De cypero.

Cyperus radice sunt pusillæ, nõ dissimiles oblongis oliuis: quarum eligimus, quæ sunt grauiiores, & splendidiores: sed & duriores, & ueluti lanuginæ habentes ad similitudinem spicæ: & ipse colore fusciore: redolentes suaui: & gustu acres, & subamaræ. uiribus exalfaciētes, & aliquatenus stringentes.

De crocco

De cocco cnidio.

Coccus cnidius fructus est herba, quæ in montuosis creuit: autumno colligitur, & in sole siccatur. duos habet ueluti cortices: unum extrinsecus rubrum: alium intra se, quasi nucleum album habentem. Verum purgat uehementer. Et nimio suo calore prout ignis exalfacit.

De cyclamino.

Cyclaminos herba est, quæ radicem habet nigro cortice, clausam in speciem rapæ, & thyrsulum pusillum: circa quam folia similia hederæ, sed nigriora, tria uel quatuor, & flosculum roseum in specie. Hæc igitur radix, quo tempore tota herba florescit, conciditur, & in pila tunditur: & sic in pressorio succus eius exprimitur, & in patella fictili siccatur, uel etiam coquitur, usque dum mellis habeat spissitudinem. Vires autem habet acres & exalfactorias. unde & uentrem purgat. Hic ipse succus potatus, & commistus cum melle, aut cum lacte, aut aceto, per nares infusus, caput purgat. & suffusiones super oculos inunctus dissipat.

De costu.

Costum radice sunt non ignota, & plenula, & spissa, & sicca, non uermiculosa: quod ducimus ex Creta, eo quod sit recens, tale est enim optimum costum. Sed & gustu submordet, & exalfacit. hæc omnia in se habet, quod ab Aegypto affertur. sequens est Arabicum. hoc enim leuius quidem, & odore suauius. deinde Indicum, quod est uastum, & nigrum, & leue, prout ferula. infirmius Syrium est: strictum est enim, colore buxo, & graue ualde, & odore graui. Verum omne costum uires habet acriter stringentes, & exalfacientes.

De cantharidibus.

Cantharides animalcula sunt: quorum sunt efficacissimæ, quæ in spicis frumenti adhuc florentis inueniuntur, uirides, & quasi distinctæ circa papillas suas, uiolaceo colore, oblongæ, & uastæ. inertiores enim sunt & minores, & latiores, quæ circa rosas colliguntur. Et adhuc infirmiores quoque ut colore sunt. hæc enim animalia momento a uapore aceti suffocantur. & in uas non picatum reponuntur. Faciunt enim ad aliquas antidotos, & ad aliqua caustica. Sed uenena esse dicuntur.

De chryfocolla.

Chryfocolla est quasi puluis uiridis ualde. cuius optimam dicimus de Armenia. est enim leuis, & sine ulla aspredine, & omnium uiridissima. Sequens est Macedonica, postq; Cypria, ærugini similis. Verum omnis chryfocolla uires habet acriter stypticæ. Vnde & collyrijs ad lachrymam facientibus miscetur: & in cerotis posita carnes luxuriantes stringit.

De calisua.

Calisua fit de lapide, qui affectatim uritur: & est uiscidissima, quæ est recens, & non mundata. mittitur autem in emplastris, & in causticis: est enim & ipsa caustica, & uires habet acerrimas.

De coriandro.

Coriandrum notissimum est. Huius ergo succus uiscide refrigerat & stringit: propter quod ad igne sacrum proprie facit, sed & ipsa folia trita & imposita. Item semen eius tritum & potatum cum oleo lūbricos occidit.

De cymino.

Cyminum uiribus præcipuis præditum uidetur Aethiopicum: sequens Afrum. uerum omne cyminum leuiter laxat, & calefacere potest. & sic inflationibus, & tortionibus prodest: & uiscide dolorem placat: & si bibatur, pallorem facit.

De chamæleonte.

Chamæleon herba est non una specie: inuenitur autem nigra & albida. Verum albida, est quæ folia habet circa suam radicem in terra diffusa, uaria, densa, aspera, quasi spinosa, & in medio uelut furculum acutum stantem. florem purpureum, densum, et minutum, qui et albescit: semen quasi anethum: radicem albam et uastam, mollem, grauius redolentem, gustu subdulcem: quæ cum passione urinam mouet: et hydropicos siccatur: et lumbricos occidit. Nigra deinde quæ est, folia habet tenuiora, et pauciora, et subrubicunda: thyrsulum oblongum, crassitudine digiti, et ipsum rufum: in quo summo cumulum, et florem spinosum, hyacinthino colore: radicem uastam, et nigram, uel uariam, spissam, subrufam, et submordentem, sicut asseritur, quæ facit ad maligna ulcera, quæ græce cacoethe dicuntur. Item maculas et lentigines cum alijs rebus commista tollit. Vtranque tamen quibusdam locis circa folia sua dicunt uiscum emittere.

De cardamomo.

Cardamomum semen est, quod nascitur in Arabia, et in alijs locis. Est optimum, quod est flauum, plenum, graue, durum, et quasi lentum, et non rugosum, et totum conclusum, et si frangatur puluerosum, gustu subamarum, exalfaciens, odore graue. Vires habet acres, et exalfactorias, relaxantes. unde tortiones et inflationes uentris sedat. et urinam et menstrua prouocat: et partum expellit: et ad tussis ueterem facit.

De chamæmelo.

Chamæmelus herba est omnibus nota: cuius uirtus et efficacia est cum sua uitate calefactoria: et cum omni dulcedine temperata: et sudorem prouocans.

S P R I I.

M 3 De

De calamo aromatico.

Calamus aromaticus est, qui in India crescit. & subrufus, & nodosus maxime: & quasi araneas habens: & qui frangitur in plura frusta sicca, & minuta: & odore suavi: fructu & uiribus stypticis, & glutinosis: acris & exsiccantibus. Reprobamus autem, qui aut exalbidus est, aut nigricans, & nodosus raros, & paucos habens.

De chamædrys.

Chamædrys herba est oblonga: cuius folia sunt simillima quercus. sed minora: gustu amara: thyrsum, & florem ex parte rubicundum habens, & pusillum: nascitur in locis asperis. Vires habet acres, & relaxantes: propter quod ad tussim ueterem facit: & menstrua & urinam prouocat: sed & partum expellit, & hydropicis prodest.

De casia.

Casia cum plures habeat species, & aliquibus locis colligatur, optima est, quæ in Arabia inuenitur. est enim aspectu grauissima: colore rufo, tenuis, leuis, longa fistula maiori, ad tactum leuissima. hæc igitur ipsa certis est cum uirgulis, quæ sibi crescunt tenues, & oblongæ: quarum cortex tempore certo a uirgulis suis recedit, & quasi tribulus adducitur, prout dracones squammis suis se exuere dicuntur. Verum omnis casia fistula uires habet acriter calfacientes & stringentes. unde ad omnia uitia thoracis facit: & in antidotis mittitur: aliquando pro se, aliquando pro cinnamo, duplicatis ponderibus eius.

De chysien.

Chysien est quasi suffimeti genus: quod ex his rebus conficitur, calamo aromatico, cinere aspalathi, myrrha, primo cypero, iuniperis ueteribus, & nucè elapidata: puluerizari quæ possunt, tunduntur, & cribrantur, & siccum reliquum in uino maceratur una die. deinde aspalathum comburitur, & læuigatum aspergitur: & tunc mel decoctum admiscetur. & sic omnia in unum diligenter commouentur: & in uase fictili reponuntur. Hæc antiqui, qui eis utebantur. Medici quoque illud in aliquas compositiones mittunt. Potest autem acriter & efficaciter relaxare.

De cinnamo.

Cinnamum sunt quasi ramuli & uirgulæ, quæ ab una radice plures excreunt rectæ, & minutæ, & non adeo longæ, & colore subrufæ, & extenso cortice, non rugoso: qui cortex ungue non facile abradiatur: nodulos plures & interualla habens, & in medio leues: & si frangantur, quasi puluerem emittunt: odore omnia uincentes. fere enim hæc maxima probatio cinnami est, quod est omnium rerum odoratissimum: gustu uero & uiribus est acris, & exsiccantibus: & extensos stringit, & submordet: propter quod in multas compositiones mittitur: tamen in antidotis preciosum est ualde.

De cucumere erratico.

Cucumer erraticus nascitur maxime in locis sabulosis: & est per omnia dulci cucumeri similis: sed pilosior, id est asperior: & multo breuior, & minor. radicem habet quidem uastam: quæ læuigata, & pro fomento imposita, ad dolorem, uel durities neruorum, & ad podagras facit: & siccata & rasa, & cribrata, omnia mala de corpore tollit.

De conyza.

Conyza est omnibus nota. cuius folia præ acrimonia sua uiperas, & serpentes fugant, & ad morsus earum faciunt: sed & uulnæ longinqua uitia remediunt.

De colchico.

Colchicon uel ephemerum hanc ipsam herbam aliqui bulbum erraticum dicunt. effert autem florem album: deinde emittit quasi bulbi fructum in thyrsulo rubrum: radicem subrusam, & nigricantem, intrinsecus albam & mollem, dulcem, lacte plenam, quæ dicitur uicem fungi strangulatoris facere: & ferro præcisos sanare linita.

De clematide, uel uite alba.

Clematis hanc aliqui uitem albam dicunt, flexibilē, subrusam, & quasi circūflexā. folia habet acris & exulcerantia: fructum uuæ similem. Phlegma deorsum deducit & purgat.

De cnico.

Cnicum thyrsos habet bene longos, spinosos, capitella & folia habentes oblonga, aspera, & uitiosa, & ipsa spinosa: florem quasi croceum: semen oblongum, & quasi angulosum, rubrum, & album: quod totum uentrem purgat: & phlegma, & choleram deponit: sed moderate tunditur semen eius: & expresso succo eius, datoque in ptisana, aut in iure pulli, alumen, uel anisum, uel amygdalas miscent: & faciunt dysentericis magnum adiutorium drach. vi.

De corallo.

Corallus est colore rubro, quasi arbutum. Vires autem habet stypticas. unde sanguinem excreantibus mire proficit.

De cuculo, i. uua lupina.

Cuculus græce cinenon dicitur, alij strychnon uocant: & est herba facile nota. nascitur in hortis: ramus habet plures & diffusos, folia autem maiora & latiora: quæ facit grana rotunda & uiridia primum, similia quasi granis uuæ: deinde quando maturauerint, nigra efficiuntur. & dicitur uua lupina. Vires igitur habet stringentes, & bene refrigerantes.

De

De cano.

A Canū optimū habet, quod ualidissimū est: & est cœruleū. inuenitur. n. in metallis, in quibus conflatur, & quibusdā littoribus maris. Vires habet, uerū acriter stringentes, & quodā modo causticas.

De cornu cerui.

Cornu ceruinū uires habet stringentes. unde ad omne profluuiū facit: sed & limatur, & raditur, & in uo in potum datur, & lubricos expellit. item si suffumigatur, uiperas, & serpentes fugat.

De coagulo.

Coagulū oē stringere & glutinare pot. unde ad oē profluuiū aptissimū, & utilissimum habetur.

DE DICTAMNO.

Dictamnū herba est mollis, quæ quasi ramos emittit rotundos, & oblongos, nodulos copiosos habentes: circa quos foliola excreunt similia mentha: sed exalbidiora, & angustiora: & in summis ramulis flosculum roseum. & in hoc ipso ueluti semen nigrum. & simulastrum: odore pene artemisia, sed suauiore, & gustu exlento, exsiccantibus cum amaritudine. Vires habet exsiccantibus, & leuiter stringentes: & proprie tamen urinam & menstrua prouocat: sed & foetum mortuum expellit. & odore suo uiperam & serpentes occidit.

De diphryge.

B Diphryges est ueluti fax, quæ a cupro uero crescit: quod subinde calefacit: quod similiter ut calx uirina uritur: quodq; primum in Sole siccat, deinde coquitur. Potest igitur uiscidissime stringere, & in modum niuis refrigerare. unde optimum dicimus, quod gustu ualidissime stypticum est, & similiter ut alumen exiccat.

De dryopteride.

Dryopteris filix est, quæ in arbore crescit: quod Græci polypodium uocant. per omnia iridi terrestri, & specie similis, & efficacia.

De dauco.

Daucum optimū est creticum. hoc igitur radiculam habet oblongam, crassitudine digiti. thyrsulum eadem longitudine: in quo summo flosculum exalbidū, & in medio semen, quasi pilosum, magnitudine milij. Est & aliud cuius semen oblongum uidetur, & cymino simile. Tertium uero, quod cymulam habet quasi coriandri. Verū omne daucū uires habet acres, & exsiccantibus: sic protinus ad gustum linguam remordet, & exsiccantibus. urinam quoque & menstrua prouocat: & partum deiecit: & ad tussim ueterem, & ad omnia uitia thoracis, quæcunque fuerint, idonee facit.

De dorycnio.

C Dorycnium, & alicacabum aliqui dicunt, folia habet colore similia oliuæ, sed longiora, & aspera: florem habet album: & semen quasi orobi, & in folliculos: quod aliqui quasi amatorium describunt. Verū tota herba uenenosa est.

De cridrio.

Cridrium radícula est plerumque pusilli digiti: colore humaceo, id est terreo maxime penitus. cuius eligimus, quæ est sicca, & spissa, non uermiculosa, gustu exsiccantibus. Vires habet acriter relaxantes: & maxime ad oculorum claritatem facit.

DE EUPHORBIO.

Euphorbium est lachryma arboris, quæ in Mauritania nascitur, & ut aliqui uolunt, & in partibus Italiae, quæ Gallia adiacent. Optimum est ergo euphorbium, quod est recens, subalbidum, & guttulis suis assimile minuto thuri, gustu exlento, linguam uehementer mordens, & exsiccantibus. Potest autem purgando humores stringere, & calefacere aquaticos humores, prout sinapi Alexandrinum, quod est minus acutum & igneum. Hydropicis maxime datur, & colicis omnibus, qui frigidi sunt. Ventres autem cholericos turbat: & sitim grauem facit, quia nimis exiccat. commiscebis autem ei petroselinum, aut anisum, aut cyminum.

De ebena.

Ebenum genus ligni, quod in Aethiopia nascitur: cuius optimū est, quod est nigrum, & æqualiter læue, simile sua lenitudine coruo. est. n. aliud in India, quod aliqua in se adiecitia habet subrusa. Verum melius est ad usum medicinale, quod prius diximus. Vires autem habet ad gustum acres, & aliquateenus stypticas. unde scobes illius in collyrijs miscentur, & ad uulnera polyhama.

De oliuæ lachryma, seu ebea.

Ebeas* drachi, oliuæ lachryma est, & gummi assimilatur. & similiter ab ipsa matrice oliuæ manat, & maxime in Aethiopia inuenitur. cuius est optimū, quod est recens, mundum, pingue, rufum, gustu submordens. Vires autem habet uehementer exsiccantibus, & ad oculorum caliginem facit.

De elaterio.

Elaterium succus est erratici cucumeris: quod hac ratione conficitur. Collectis quampluribus cucumeribus prius, quam in plenam maturitatem ueniant, hos ipsos omnes admordemus: & in colum mittimus, supposito alio uase, quod succum excipiat illorum: & sic maxime illos supprimimus, ut non solum humorem exprimamus, sed etiam ipsius cucumeris quicquid est carnosum. Deinde

SPVRII.

M 4 siferi

si fieri potest, siccamus in patella fictili, nimisq; probatum delimpidamus. Siquid aquosum est superna-
tat: & quod est admodum quasi faculentum, in mortario læuigamus, & in pastillos redigimus. Aliqui
etiam aquam miscent aut pluuialem, aut marinam: & rursus delimpidant. deinceps cetera similiter fa-
ciunt. Verum optimū est elaterium ciruzaicum. hoc enim est candidissimum, & leuissimū, & maximam
habet amaritudinem, & gustu aliquatenus excafcit, & saliuam euocat in modum ueratri. Quod autē
est quasi pallidum, uel fulcum, & asperum, & graue, peius est. Vires quoq; habet similes elleboro, uel
etiam uastiores. Totum enim corpus promouet: sic & uentrem, & uiscera depurgat. & uomitum susci-
rat: & si plus modo fumatur, uenenum esse dicitur. Sed & adulteratur amylo, propter candorem, & læ-
uitatem: Item cinere pollinæ: Item farina orobi, uel succo ipsius radicis. Hæc tamen intelliguntur eo,
q; amaritudinis, & candoris, quod diximus aliquid amittat: & aliquid grauitudinis assumat: nec ad gu-
stum sic excafcit.

De erificio.

Erificium herba est, quæ in summis montibus inuenitur: quæ folia habet similia apio, & thyrsulum
oblongum, in cuius summo flosculum, quasi uiolaceum habet: & semen in medio, radicem quoque ad
magnitudinem & ualitudinem in specie cepæ oblongæ, & ueluti ad unum * extuata: habetq; radices
alias, quæ sic radiculæ minutas e lateribus emittunt nigro cortice clausas. Hæc ipsa uiribus est aconi-
to similis & thapsiæ. Proprio gustu omnes illas probare deuita.

De helenio.

Helention herba est omnibus nota, nam & in hortis nascitur: & est assimilis lapathio: folia habet aspe-
riora & latiora, habet thyrsulum alium, in cuius summo flos est aureus: aliqui sine thyrsulo describunt.
radicem habet bene olentem, uastam, subrusam, amaram. Huiusmodi igitur folia ex uino cocta & im-
posita renibus coxiosos emundant. Item succus florum cum ruta ruffientibus & ruptis prodest, urinam
quoque & menstrua prouocat, & partum expellit.

De eruca.

Eruca omnibus est nota. Et habet uires excafcatorias, & diureticas: & coitum per suam uirtutem
ad uenas portitat.

De edera.

Edera nascit in diuersis arboribus, parietibus uel petris, & terra, est oibus nota. Huius trita folia dy-
senterias remediunt. Item trita & pro fomento et posita, ad combusta, & uulnera cancerosa faciunt.

De eleliphaco.

Eleliphacos herba exalbida, uasta, & oblonga, uirgam habet uastam, & quadratam: folia aliquate-
nus aspera, odore non insuauis: fructus in summis ramis quasi ormini sylviani: nascitur locis asperis.
Potest autem acriter stringere, propter quod ad dysentericos facit, & succus foliorum eius denigrat,
& urinam prouocat.

De epithymo.

Epithymum est flos herbæ assimilis setæ, subuiridis, & nauseosus: qui uentrem temperat, & uomitū
facit. Nam uerus epithymi flos exalbidus est, & asper: & plurimum in Pamphilia inuenitur. Choleram
nigram soluit tritum drach. vi. aut cum uino dulci, aut cum melicrato: miscens & modicum salis, & his
dabis quibus præcordia ab inflatione uexantur, & hepaticis, & qui suspirium patiuntur.

De Erpyllo, uel Serpyllo.

Serpyllum herba est, quæ in hortis feritur: & in campis saudis, & petrosis crescit. Iacens ueluti repēs
ramulis, & oblongis foliis densis, pusillis: odore suauis in modum sampuchii: flosculū habens in sum-
mo rubicundum. Inuenitur aliquando & stans. Potest igitur urinam & menstrua prouocare. & in fomē-
tationibus capitis phreniticorum, & lethargicorum aliqui illo utuntur.

De erythrodano.

Erythrodanum ramulos habet tenues, & quasi nodosos, folia ex interuallo, & iuxta singula ue-
luti stellulas: fructum rotundum, uiride, deinde rubicundum, & ad maturitatem nigrum, radiculam
tenuem, pusillam, rubicundam, diureticam. Cuius usus ad eadem proficit, ad quæ alias diureticas
herbas facere diximus. latos ramulos habet vi. uel vij. tenues, & oblongos: folia quasi ex se pilosa, &
styptica. unde fronti imposita lachrymam oculorum stringit. & cocta deinde & manducata ad dysen-
tericos facit.

De ebulo, & sabuco.

Ebulus & sabucus uidentur quasi magnitudinem, & folia, & florem, & grana similia habere: & fere
easdem habere uires. Proprie tamen ebuli radix hydroscopicis, & inanitis, & purgat: sed & ipsa folia cocta
& manducata, uentris sunt purgatiua.

De erice.

Erice ad similes hircæ: sed multo breuior est, & acris ualde. propter quod & comula illius serpen-
tes, & uiperas fugat.

DE FICV.

Ficus fructus est arboris eiusdem uocabuli: quæ nimium comestæ stomachum comburunt, uentrem
deponunt

A deponunt, feruores nutriunt, ludorem prouocant, sitim prohibent. Sicca uero, quæ caricæ uocatur flo-
macho utiles sunt, sitim operantur, & uentrem stringunt: faucibus, arterijs, renibus, & uesicæ utiliter ui-
sunt: & eos, qui spiritum tarde recipiunt iuuant. illos etiam, qui de longa agritudine colore pallidi ui-
dentur, meliorant. hydropticis profunt, thoracis surdiciem purgant. Decoctæ uero cum hyssopo & ca-
reno, potui ieiuno data, tussibus antiquis profunt: & pulmonum uitia mundant. Cum aqua uero mul-
sa decoctæ, arterijs, & tonsillis tumentibus optimum gargarismum est. Duricies, & parotidas, & feruo-
res solunt sicut iris, & intra decoctæ imponantur. Crudæ quoque similiter, nitro & sale permixta, dur-
icies, & uulnerum rheumatismum emendant. In aceto coquantur, & cum eodem succo permixta co-
quantur, & imponantur. Imperigini & maculis utiles sunt.

De feniculo.

Feniculum est omnibus notum: de cuius radicibus contusis in pila lignea, ut betæ succus exprimitur.
Idoneū est ad multa medicinalia: & maxime ad uitia oculorum, premitur. similiter & de semine, & de
ramis illius adhuc uiridibus. Verum optimus est succus, qui de radicibus fit. leniter enim calefacit, &
remollit.

De folio.

B Folium folia sunt herbularum, quæ in India nascitur locis humidissimis, & paludibus. colliguntur autē
hæc ipsa folia in aqua supernatantia. Verum est optimum, quod pilosum & hastile est, notissimum, & in-
tegrum leue, exalbidum uiscide: suauiter redolens in modum spicæ, & eūdem odorem diu multumq;
feruans, gustu subamarum. Potest autem uires habere similes, quas spicam habere diximus.

De facula.

Facula fax est uini uel aceti, quæ coquitur & reponitur: cuius est efficacissima, quæ est recentissima.
mittitur autem in caustica.

De filice.

Filix herba est sine flore, sine fructu: ramulos habens longos, uastos, patulos, diffusos, & in specie ala-
rum & pinnarum ad apertos, uasta, extrinsecus nigra, penitus uiridis: nascitur maxime in locis petrosis.
Vires habet acres, & relaxantes, & aliquantum uentrem mollientes. & proprie tineas, & lumbricos
expellit ex mulsa aqua potata.

De phu.

Phu herbæ genus est, quæ in Ponto nascitur: quæque habet folia similia apij sylvatici, thyrsum ru-
fum, mollem, cauum, leuem, ex interuallo nodos habentem: & flores maiores, quàm narcissi, cum ali-
quo pallore purpurascens: radiculam subrusam, uastitudine pusilli digiti, ex qua alia excrefcunt mi-
nores in se implicata: & quæ tota radix uires habet excafcatorias, & diureticas.

De fimio.

Fimus omnis efficacissime tumorem lenit, & ueteres duricies remollit. Item podagricos in accessio-
nibus mitigat. Caninus fimus albus, tritus, cum melle impositus, & tumores, & uulnera delicate mun-
dat. Asininus autem cum aceto tritus, uel succus eiusdem, dentium dolorem tollit.

De felle.

Fel omne uires habet acres & thermanticas. unde potest omnem sordem de corpore abluere & ab-
stergere. Item caligines, & cicatricis oculorum eximit.

DE GLAUCIO.

Glaucium succus est herbæ eiusdem nominis, humilis, & foliosa: quæ folia similia sunt papaueri. na-
scitur autem locis planis & humidis: hæc ipsa folia siccant, & calido cinere opprimunt, ut sic succum
remittant. Alij hanc herbam tantummodo in olla noua addunt: & sic ollam luto undique circumliniunt.
& in furnum feruentem mittunt. & sic folijs maceratis succum eorum exprimunt, & siccatum in Sole
D in pastillos redigunt. Alij ex aqua dulci coquant, quousque aqua croci colorē habeat, & tunc colant: &
similiter siccant. Est autem optimum glaucium, quod recentissimum, & tinctum croci colore, quasi simi-
liter inficiens croco mundo: odore graui, & defrustrato, gustu amaro. Vires autem habet stypticas. unde
de resolutum in aqua, & iniunctum prius, impetus lippitudinis, & lachrymas stringit.

De galbano.

Galbanum est lachryma naturaliter manans ex arbusculo assimili ferulæ, quæ in Media nascitur. cuius
lachrymam eligimus, quæ est mundissima & similibus ammoniaco. non uida, nec dura, & quam mini-
me astulosa. Cuius uires hoc præstant, quod & ammoniacum.

De git.

Git herba est, quæ in segetibus crescit, habens semen nigrum, & minutum, & odore non insuauis, plu-
ribus notum. Hæc igitur relaxare & calefacere potest. Si potetur, menstrua & urinam prouocat, & lum-
bricos expellit: imposita, tumores, & duricies soluit.

De galla.

Galla est quasi nux parua, uel malum arboris assimilis quercus. quarum sunt aliqua percussa: aliqua
integra, & extrinsecus aspera, quæ ipsæ sunt uiscidiores. Verū oīs galla uehementer stringit: eligimus ta-
men quæ sunt nigriores, integra, grauiores, & quodam modo pleniores, quas Græci cicidas appellat.

De fenogracō.

Fœnumgræcum est omnibus notum. Vires autem habet leniter relaxantes. unde ad omnem rigorem, & tumorem idonee facit.

De glycyrrhiza.

Glycyrrhiza herba est, quæ folia habet actu pinguis & gummosa circa uirgulas oblongas: & flosculum quasi hyacinthi, fructiculum magnitudine similem pilulis: plantæ radices quasi buxæ colore oblongas, & in omnem partem diffusas, in modum uicularum, ad gustum dulces: ex quibus succus coquitur similis glaucio. Nam habent vires suauiter relaxantes, & cum dulcedine exhumectantes. nascitur autem locis glareosis, & in campis. Vnde & sitim sedant, & renum, & vesicæ dolorem mitigant. prouocant enim urinam & menstrua. Et omnem tumorem tunfæ & impostæ placant.

De gentiana.

Gentiana herba est assimilis costæ lactucæ: folia quidem in gyro habet incisa in specie serræ, & thyrsum oblongum, crassitudine digiti, cauum, mollem, ab imo rubicundum, semen in foliis. radicem longam, similem aristolochiæ: sed nigriorem & lentiolem corticem. hæc igitur gustu est amarissima. Et habet vires acres, & excafactorias, & relaxantes: & acrimonia, & amaritudine sua potest partum expellere: & omnem serpentem fugare: & aduersus uenenosa prodesse.

De gladiolo.

Gladiolum omnes nouerunt. huius igitur radix potata ex uino, & ad uenerea percitat, & menstrua prouocat. Item trita, & in modum fomenti posita, furculos, & spinas de corpore extrahit. etenim durities dissoluit, & euaporat.

De ge seu terra samia.

Terra samia terra est naturalis, & genus cretæ: cuius optimam iudicamus, quæ est leuissima, candidissima, mollis, & fragilis, & quæ solaris oblonga habet, & linguæ applicata uehementer adheret: huiusmodi quoque est, quam florem asterem appellamus. Facit autem terra samia ad ea, quæ instantius stringere uolumus: sic & coeliacis, & dysentericis, & ad omne profluuium fortiter prodesse obseruatur.

De gypso.

Gypsum lapidis genus est, simile uitro: cuius optimum est, quod uenas habet latas, lucentesque & hac ratione paratur. In clibano missum, ut calx candidum fit. Vires habet, quas & terra samia, & amplius stypticas, & refrigerantes fortiter. unde illinitus fronti, sanguinis fluxum restringit: potatus uero, & dysentericis, & coeliacis omne profluuium statuit.

De ge seu terra ampelitis.

Terra ampelitis, terra est & genus cretæ, colore nigra. cuius optimam dicimus quæ est nigerrima, splendida, leuis, & quæ ab humore cito resoluitur, stringens ualde, & denigrans. propter quod capillos inficit. sed & in calliblephara mittitur.

De ge seu terra erethria.

Terra erethria gleba est rubicunda. cuius est optima quæ sine sabulo est & sine lapillis. Vires habet ualde stringentes, & efficacius quam terra samia.

De ge seu terra chia.

Terra chia gleba est alba & lata, non ualde candida. aufertur aliquando & in patellis rotundis aut quadratis, & ipsa efficaciter stringens. sed & cutem purgat, & extenuat, & splendidam facit.

De ge seu terra felinifia.

Terra felinifia vires habet quas & terra chia. & est optima quæ est lucens candidissima, splendens, & quæ ab humore cito remadet.

De ge seu terra melina.

Terra melina est colore spodij, & dura ualde. ad gustum sapore aluminis, & linguam exiccat. Eligimus autem quæ est melior et recens, & quæ ab humore cito resoluitur, nec in se quicquam lapidositatis habet. hanc autem probationem in omni creta desideramus. & hæc quoque, prioribus illis similiter proficit.

De ge seu terra cimolia.

Terra cimolia est aliqua candida, & spissa, & purpurea, uelut pinguis. & melior uidetur & ad tactum frigida. ualde quoque illinitur ad ignem sacrum & combusta. pustulas enim fieri prohibet.

DE HERBO.

Herbum nascitur in lenticula, quod & feritur: & aliud pallidum, aliud subrufum. Vires habet acres, & diureticas ualde. & si comedatur extra rationem, caput grauat. uentrem soluit. per urinam sanguinem educit. boues saginat si decoctum detur. Fit autem farina de illis quæ albiora sunt, ita ut si aqua parum aspergantur, & in patellis assentur, corium dimittant, & sic tundantur, & tenuissime cribellentur. uentrem utiliter laxant. urinam mouent. & colores malos emendant, ad mensuram trium cochleariorum cum melle uel uino data. uulnera quoque similiter cum melle optime purgat & implet. lentiginis uel maculas tollit. duriciem mamillarum soluit. carbunculos etiam malignos sanat. & contra canis & uiperæ morsum utiliter imponitur. cum aceto uero acceptum urinam mouet, tortionibus prodest. aqua uero ubi cocti fuerint pruritus prohibet, si totum corpus inde lauetur.

De

De herba sauina.

Herba sauina omnibus nota est inter uires acres & excafactorias. propter quod & in uino potata partum expellit. & super urinam sanguinem inducit.

De haseg.

Haseg, id est minium, species habet duas. est enim unum lene, & plus uenustum & ualde caruleum. quod inueniri solet [circa primitiam,] & quasi radicales foliorum calamorum, qui in * India nascuntur. est & aliud quod maxime in Italia fit quando [purpura tingitur.] nam quod est spumofum, & quasi si pernatat, & lateribus uasorum illorum adheret, colligitur. & cum ipsa argyritide terra mistum in similitudine digitorum formatur, uel in pilulas ficcat. cuius est optimum quod uehementissime caruleo colore fulget æqualiter, & fragile. Potest igitur ficcare & refrigerare. unde locis turgentibus & distensis impositum cito emollit, & quasi rugulas facit.

De hystolige.

Hystolex est quasi collyrij genus subcaruleum. quod confringitur aliquatenus. huius ipsius sunt genera duo. est enim quod foditur & in terra inuenitur. est quod potius reparatur ratione tali. Mortarium est cupreum cum pistillo, & sic laeuigatur alumen liquidum, & sal, uel nitrum eisdem poderibus, ex accerto acerrimo. alij & aceri lutei uerustissimi duas partes commiscunt. & hæc laeuigant æstibus maximis & in Sole calidissimo, usquequo spissitudinem aliquam accipiat, & colorem caruleum. deinde fingitur uelut collyrium. Aliqui ex urina infantis masculi hoc faciunt, & fit aurificibus idoneum ualde ad aurum glutinandum. Vires autem habet uiscide stringentes ualde, & nimis cum magna exasperatione.

DE IRIDE.

Iris ad similitudinem iridis, quam in cælo uidemus, dicitur & hæc cognominata. quo modo enim illa plures & dissimiles habet colores, sic & hæc uarios & differentes emittit flores. Aliqui enim purpurei sunt, alij uiolacei. Verum folia sunt similia gladioli. sed maiora & latiora & pinguiora. ramulos quoque ipsos similiter radicales nodosas & duras, suauiter olentes in modum uiolæ. quarum optima est iris Illyrica & Macedonica. est enim spississima, & breuis, & non fragilis, & subrufa, odore suauissima, & gustu linguam uiscide excafacit, & dum tunditur sternutare facit. ab istis Africana laudatur. quæ est colore candidior, & gustu amara. Verum si tempore relinquuntur & quasi senescant, sunt quidem uermiculosa, sed odore suauiores. Possunt igitur excafacere leniter, & uulnera concaua replere.

De ibisco.

Ibiscus genus est herbae similis erraticæ malua, omnibus notum. cuius radix & tota quidem herba lenit: & efficaciter omnem duriciem & rigorem mollire & relaxare potest.

De iunipero.

Iuniperum fructus arbutule rubicundus & dulcis, omnibus notus. cuius vires sunt excafactoria, & diuretica, & ad digestionem facientes.

De ichthyocolla.

Ichthyocolla est aliqua quæ conficitur costis ex aqua corticibus quorundam piscium: est aliqua quæ uentri uidetur esse piscis. quæ in Póto nascitur. Verum omnis ichthyocolla stringere potest. unde & cutem extendit, & splendidam facit.

De oenante, id est floribus labruscæ.

Oenanthe flores sunt uitris syluaticæ. qui solitio colliguntur, Idus viij. nam qui ante hunc diem uel post eum flos colligitur, infirmus est. Vires autem habet oenante bene refrigerantes, & stomacho præstantes.

DE CHAMÆPITYE.

Chamæpitys species habet tres. est autem quæ ramulos emittit oblongos & curuos in similitudine anchoræ, & fructiculum: tenuem comulam: flores tenues, & aureo colore: semen nigrum, & odore plenum. Est & alia, quæ masculus dicitur, quæ folia habet tenuiora, & quasi pilosa: thyrsum asperum, tenuem, molliculum, & subaureo colore. semen & ipsum pinum redolens. Est & tertium, quod quasi in terra serpit, folia habens similia cardis, sed quasi pinguiora, ueluti pilosa: flosculum aurei coloris. & ipsa similiter olens prioribus. Verum omnes vires habent acres & diureticas.

De chamædaphne.

Chamædaphne folia habet quasi laurus, sed leuiora, tenuiora, & in extremo spinosa. fructum in ipsis folijs rotundum, & subrufum, & diureticum.

De chamælea.

Chamælea ramulos habet oblongos, folia fortiora quam lapathi, in speciem quasi folijs oliuæ, densa & tenuiora, & spinosa, & gustu mordentia. Tota herba uentrem purgat tepida attractione.

DE LEPIDRIDEST SQVAMA.

Lepis colligitur quando massæ cupreæ diu multumque in igne calefactæ & in aceto luteo extinctæ super incudem atteruntur, ut lamula, & ueluti spumellæ decidant. has igitur colligimus. & Græco nomine lepidas appellamus. quæ & ipse uiscide stringere possunt. eligimus autem quæ sunt uassissima, & colore subruia.

De

De lycio.

Lycium succus est arbusculæ pusillæ & spinosæ cuius grana, & folia, & radices in unum ex aqua dulci coquantur. & diebus admodum quinque relinquuntur. & iterum coquantur donec facis habeant crassitudinem. & sic in uascula defunditur. maxime Ponticum tale est. aliqui diutius coquant sic, ut in glebam redigant. Verum est optimum lycium radicum. hæc enim gleba est extrinsecus nigricans, & in trinsecus subrufa, & assimilis aloë, gustum habens amarum, & stypticum. Vnde adulteratur amurca, & absinthij succo.

De lasere.

Laser lachryma est herbæ, quæ silphium appellatur: quæ in multis locis in speciem & magnitudinē ferulæ crescit. folia circa se habens maiora quam apij. semen simile. optimum est ergo laser quod Cyrenaicum dicitur, hoc enim subrufum est, & perlucidum, & intus exalbidum, odore uiscidum, & ab humore cito resoluitur, & ad gustum confestim humorem prouocat. Vires autem habet acerrimas. unde cum magnis uexationibus exalfacit.

De libyfico.

Libyficum semen est herbæ eiusdem uocabuli. acre, utile stomacho, & excaleariorum, & ad digestionem ualde utile. pp quod ad inflationes potum facit. & in antidotis, quæ colicis profunt, admisceat. **F**

De lauro.

Laurus omnibus nota arbor est. fructus illius est quem baccam lauri appellamus. Quæ bacca & tota arbor uires habet acriter calefacientes, euaporantes, & relaxantes. Lixiuum eius in caustica mittitur, & est ad usum medicinæ efficacissimum. Quod est ex cinere quæ de quercu fit, non solum hominibus prodest. sed & pecoribus. multis enim causis necessarium est in uulneribus. Sed & interioribus partibus ut potio datur. habet enim propriam rationem. quibus uero causis detur demonstrabo. Pecora quibus pulmo tensione uexatur. & quibus uenenata aliqua res per cibum obrepserit, ex hac ratione liberantur. hac ratione multum & uulneribus præstat.

De lixiuia.

Lixiuiæ uires habet stypticas & acres. inurit enim & ex uulnerando instaurat. humectantia uulnera exstaurando & exuulnerando siccat. ideo uix coherencia uulnera, & fistulæ, & his similia quæ fuerint, lixiuia calida clysterizantur sæpe. facillime curam medicamenti sentientia ad sanitatem perducit. difficilia ad sanandum uulnera callosa, longo tempore fordida, quæ nullam medicamentorum uirtutem pro longo tempore senserunt. utile est lixiuia quotidie lauari. ex cuius uirtute omnis limus & quæcunque pro uertute stupida facta sunt auferuntur. si quotidie fiat, & post hoc deinde curari oportet sicut ipsa uulnera dictauerunt medicamentis aptis. uirtus enim lixiuiæ non sanat, sed ad sanandum uulnera disponit. hoc idem superius in interioribus fieri partibus dixi. Ex quo cinere lixiuia facta, cuiue necessaria sit, & qui cinis, & quomodo temperatus, impositus quid præstet uide. etenim ex sarmentis cinis, ex cinere lixiuia fit. dicenda enim est res acris & styptica, cum tam solide curet. sed magis stringat. sed & ipse cinis in recentia uulnera in profundum positus sanguinem statuit a cursu. Ideo omnibus pecoribus castratis cinis impositus prodest, omnibusque abscessis. De sarmentis tamen oliuæ cinis acerrimus est. & ex nucleo solo acrior est. & ex hoc lixiuia, uulnerum cancerata aufert: etenim acriore lixiuia fordida uulnera lauanda sunt. Caprifici cinis omnibus superioribus acrior est.

De lentisco.

Lentiscus arbuscula est similis myrto: corticem in cyma subrufum habet, folijs pusillioribus, uirtutis, est stypticæ. huius folia, aut extremitatem amaram, uel radicis corticem in aqua uehementer decoques, quousque mellis habeat spissitudinem, & sic uteris. facit autem eis qui sanguinem reijciunt. Ex posca frigida dato. ʒ. v. uel vj. & ad fluxum uentris, & ad dysentericos similiter oblatum & ad ueretriuitia tritum imposito. Fit autem succus de folijs eius uel cymis contusis & expressis, similem in omnibus habens uirtutem. Aqua, in qua folia eius fuerint decocta, si fracturas frequenter fometaueris, aut **H** celerius solidari. facit & ad dentes se agitant. si enim frequentius in ore teneatur, stringuntur. Fit quoque de semine eius oleum similibus causis necessarium. Capillis cadentibus inunctum prodest, eo quod calidam & stypticam habet uirtutem. Nascitur uero in Chio insula. Vitale sanguinē reijcientibus & tussibus antiquis in potatione sumptum. Prodest hæmoptoicis cum aqua frigida seu posca. tussientibus in mulla calida. Est autem stomacho optimum, & ructuosis, & foetori oris prodest māducatum. Pilos etiam qui iam in oculis nascuntur contrarij acui uel graphio calefacto optime colligat. Gingiuas tu mentes impositum emendat & sanat.

De lenticula.

Lenticula herbæ semen est, quod fertur locis sabulosis, lapillofis, & tostis. quæ si sæpius fuerit comesta non cocta, inducit caliginem turbando. excoxiata uero & decocta in aceto, uentrem stringit. podagricis cum polline mista præstat medelam, cum melle autem uulnera purgat & glutinat. in aceto posita cocta & imposita, durities & scrofas emollit. Oculorum doloribus uel tumoribus optimum adiutorium est. Si cum cydonio in aqua cælesti fuerit decocta, & oleo rosaceo admista, ueretri uitia emendat. Et si melle adiecto ponatur in succo maligranati, sanat, & ad uescicas, & ad ignem sacrum, & perniones, simili modo decoctam imposito.

*De lupinis**De lupinis.*

A Lupinus herbæ fructus est, quæ feritur omnibus prouincijs. Virtus eorum est calida. nutriunt corpus. sunt indigestibiles, & uentrem temperant si cocti manducentur. Aqua uero ubi cocti fuerint cum ruta & pipere, modice potui data spleniticis prodest. scabiei maculis uel feruoribus apta, optima fomentatio est. cum aceto uero in modum cataplasmatum impositus scrofas, uisiones, & malignos humores accipit. Farina uero eorum cum marrubio pari pondere in umbilico imposita lumbricos expellit. radix eorum in aqua decocta, & potu data urinam mouet.

De lipsiensis.

Lipsiani comesti lupinis minores, sed uirtute similes. tamen optimi sunt qui maiores sunt. nam possunt acriter relaxare. & sua amaritudine non solum lumbricos occidere, sed & partum expellere.

De lapathio.

Lapathium herba est omnibus nota. & inuiscatium esse dicitur. Huius igitur radix, & radicis cortex intus, ex aceto uel alumine liquido, omnem maculam a sudore factam infricata in balneo tollit.

De lilio.

B Liliomnes nouerunt. Cuius uires possunt durities neruorum remollire: & ipsa folia cocta & imposita ad combusta proficere. sed & potata, aut ipsum semen menstrua prouocat. partum deiecit, & ad serpentes morsum facit.

De ladanio.

Ladanum hac ratione colligitur. Funiculi ligati circa ederam distrahuntur, & sic quicquid illis glutinosum in modum fordis adheret, abraditur, & in glebulas expansas redigitur. Aliquando etiam genibus & foeminibus caprarum, quæ edera uescuntur adherens, hoc ipsum ladanum inuenitur, & similiter abraditur hoc totum. Verum est optimum quod olet, & quod est subuiride, & pingue, & resinofum, sine ullo sabulo. maxime tamen in Cypro colligitur. quod enim a Cilicia uel Arabia affertur, infirmum est. Vires autem habet ladanum acres, & excalearioras, & relaxantes. propter quod in malagmata & in emplastra mittitur. & ad tussim ueterē facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De lonchitide.

Lonchitis folia habet rubicunda. florem nigrum, affimilem perfonis comoedorum, quorum officina patent. semen album, oblongum in specie lancearum. radicem quasi dauci, similiter diureticam.

De lathyride.

C Lathyrus nascitur circa aquam & ipsa, a qua foliola habentur pusilla rotundula: flosculum exalbidum, tota herba est acris, diuretica, acuta. thyrsum habet oblongum. uastitudine digiti, cauum. & in summo quasi ramulos diffusos, folia longa. fructiculum in summis ramis triangulare, & penè subrotundum, quasi capparidis. in quo sunt tria granula rotunda, & interfrata tenui ueluti membranula. Quorum septena uel nouena uentrem uiscide purgant, aqua frigida superbibita. quæ choleram rubram & phlegma deponunt.

De linozostide: uel mercuriali herba.

Linzoostis folia habet quasi ocimum. thyrfulos binis nodulis & densis & pluribus cauos. fructu foemina quæ dicitur, habet copiosum, & quasi racemosum. quæ deinde masculus, pusillum, & rotundum, combinatum quasi testiculos, folijs ipsis adherentem. Verum utrunque uentrem soluit, similiter & phlegma & humores calefaciendo deponit. & quasi olus decoctum manducatur, & succus idem & ius bibitur.

De lapide hæmatite.

D Lapis hæmatites est naturalis qui ab Aegypto, & India, & Hispania affertur. durus est extrinsecus, & lenis, & ueluti colore liuidus intus, deinde sanguineus. cuius maxime idoneum iudicamus qui tritus in cote ex aliquo humore in modum sanguinis inficitur. Verum potest uiscide stringere, & tamen sine magna acrimonia.

De lapide schisto.

Lapis schistus colore fusco est, aliqua in se ostendens subrufa, oblongus. & spinas habes directas prout alumen scissum. hunc quoque optimum iudicamus, qui & ipse uiscide stringere potest.

De lapide asio.

Lapis asius in Alexandria tantummodo inuenitur. Cuius est optimus ad usum medicinæ, qui est colore candidus, fragilis, leuis in modum pumicis, & ueluti puluis in manibus infidens. effectu autem uiscide relaxare potest. aliquid enim saluginis & nitrosi saporis ostendit. unde & corpora quæ in eo sepius uiuantur, tempore consumit. quapropter Græci sarcophagon appellant.

De lapide pyrite.

Lapis pyrites est durissimus, & grauissimus. colore æris. & si ferro percutiatur, scintillam & ignem mittit. Vires habet acres, & ad similitudinem cadmiæ, & proprie ad oculorum claritatem.

De lapide magnete.

Lapis magnes inuenitur circa littus Oceani, colore cœruleo, qui probatur. hic quoque ferrum ad se trahit & tenet. Vires autem & purgatorias habet. propter quod hydropticis in potu datur. & omnem humorem per uentrem emittit.

De

De lapide gagate.

Lapis gagate colligitur in Lycia, circa ripam fluminis quod Gages appellatur: & est colore niger, & aridus, & quasi latus, leuis ualde. cuius est melior qui ad lucernam accenditur facile, & odorem asphalti habet. Potest autem remissus ex aqua dentes qui agitantur restringere & stabilire.

De lapide thracia.

Lapis thracias est niger quasi calculus, nascitur in Scythia in amne quodam, qui Pontus dicitur. Vires easdem habet, quas gagate: & dicitur accendi ab aqua, & extinguui ab oleo.

De lapide quadrato.

Lapis quadratus in Aegypto inuenitur, & est exalbidus. Vires habet uiscidas & stringentes. unde conceptum uitare dicitur. inuenitur & in Aethiopia.

De lapide phrygio.

Lapis phrygius in Phrygia inuenitur. cuius melior est qui est pallidior, & aliquatenus grauis. Hic eo quod nimium stringit, & exulcerare solet.

De lapide galactite.

Lapis galactites est quasi cinereus, & dulcis ad gustum, & humorem facit quasi lacteum. leniter stringens. propter quod ad lachrymam oculorum facit.

De lapide melitite.

Lapis melitites per omnia priori similis. Sed hic spernitur, quod dulciorem humorem emittit.

De lapide morochtho.

Lapis morochthus in Aegypto inuenitur. & est pallidior. Vires habet & ipse efficaciter stringentes.

De lapide phlogino.

Lapis phloginus & ipse in Aegypto inuenitur. aureo uel flammeo colore. Illinitus senium facere dicitur.

De lapide crystallo.

Lapis crystalus est limpidus, & perlucidus colore. Vires habet stringentes. & lac prouocare dicitur.

De lapide thyite.

Lapis thyites, quem uidimus, in Aethiopia colligitur, colore subuiridis, & ab humore remissus. Habet uires acriter mordentes. propter quod caliginem & cicatrices oculorum extenuat.

De lapide batrachide.

Lapis batrachides ab Aegypto affertur. colore ranæ rubræ. Vires habet lenientes & relaxantes.

De lapide smiride.

Lapis smiris potest uiscide stringere, & pene nimie. propter quod in caustica mittitur.

De lapide misye.

Lapis misy prout chalcitis & ipse in Cypro insula inuenitur & in eisdem metallis. similiter & glebula est. & aurora fulgens, ac fragilis. Cuius fragmenta sunt super minuta, & in modum sabuli. optimum autem misy dicimus quod in anginem colorem maxime splendet, & dum læuigatur mollis sentitur, & æqualiter fulget. qui est idoneus non est pallidus. & æqualem tractamus, & aqua tantum cito denigratur. Verum effectu uidetur exuperare chalcitin.

DE MELLE.

Mel succus est roris celestis, qui ab apibus colligitur. cuius sunt genera duo. unum quod in cupilio nes ab apibus quæ sunt oblongæ colligitur. aliud est quod sub terra inuenitur. & atticum appellatur, quod uariolæ & lanuginosæ & fortiores apes reponunt. & habetur melius ad claritatem. faciei & oculorum. utriusque uirtus est calida. Solum enim mel quasi compositionem in se habet. quia ex multarum flore uel succo herbarum colligitur. Propter quod omnibus ualetudinibus pro occurssu citato prodest. H se potest. ideo omnibus antidotis commiscetur. uulnerum sorditiem adhibitus comedit adiuncto sale. illinitur extrinsecus faucibus exiccatis. deducendo humores aperit. mel solum fastidium tollit, orexin facit, nauisam prohibet. unde pulmonem & interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atque ea relaxat.

De myrrha.

Myrrha lachryma est arboris eiusdem nominis, maxime in Arabia inuenitur. quæ aliquo loco incisa, hanc ipsam lachrymam emittit. est ergo optima myrrha quæ est mundissima, & tacta quidem aspera, & arida, & fragilis, & leuis, & glebulis pusillis, extrinsecus uno colore, intrinsecus deinde subrufa, & ueluti uenulas habens albicantes, odore suauis, gustu amara, & exalfaciens. hæc igitur in montibus inuenitur. Colligitur autem altera myrrha in planis, quæ & ipsa est melior & pinguior. quam exprimere in liquorem solent. Quod est illius quasi liquidissimum, in uascula reponitur, & Græci myrrham stacten appellant. Verum est omnis myrrha styptica, & acris, & exalfactoria. huius itaque effectus uehementer commouere potest.

De mandragora.

Mandragora herba est pluribus nota. sic & aliqui herbam ipsam appollinarem appellant. Huius ergo

Ago succus colligitur, folijs ipsius herbæ penitus & improbe excisis, ut quasi concauus locus earum relinquantur. aut ipsam radicem prout panacis, aut mala eius uel totam radicem in pila tūdunt. & sic omnis illius succus organo exprimitur quod græce mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerantes, & hac ipsa ratione stringentes. sed & grauem marcorem facere potest. unde & somnifera creditur. compescit autem dolores & uigilias.

De molybdæna.

Molybdæna est quasi stercus auri & argenti. est & alia quæ foditur in Corintho. Verum optima est quæ est colore quem diximus, non lapidosa, fragilis, splendida. Vires quoque habet assimilēs spumæ argenti.

De malo granato.

Malum granatum quod græce rhœa dicitur, fructus est arboris eiusdem uocabuli. qui recens & maturus manducatur sine suo cortice, qui malicorium uel sidia dicitur. & cum aliqua dulcedine sui uentrem stringit. & stomachum erigit. magis tamen stringit quod est subacidum. Cuius ipsius flos cytinus dicitur. Vehementissime stypticus est & efficacissime stringit. unde dysentericos sanat. & uulnera recentia glutinat. Eadem & cortex illius præstat, quem malicorium diximus nominari.

De medulla.

Medulla quidem omnis leniter mollire & relaxare durities & tumores potest. Veruntamen efficacissima uidetur ceruina. sequenter uitulina. Inde caprina numeratur.

De menta.

Menta herba est quam omnes nouerunt. quæ est apta stomacho ualde. ualde sanguinis abundantiam stringit. & capitis dolorem sedat. Item singultus, & nimios uomitus reprimat. & conceptum uetere dicitur.

De mastiche.

Mastiche genus est resinæ, quæ in modum gummi ab arbore manat, quæ schinus dicitur. & in Chio insula nascitur, locis asperis & petrosis: est ergo mastiche aliqua albida. uerum optima est, quæ candidissima & perlucida. & quæ dum maturatur, aliquatenus mollescit. Vires autem habet euaporantes, & cum suauis euaporatione laxantes. Adulteratur resina a cypresso, & a pino. sed ista odore sui deprehenduntur.

De marrubio.

Marrubium herba est, quæ ramulos emittit oblongos uel minutos tres aut quatuor, circa quos folia mollia, & exalbida, quasi rotunda. stoculum rufum & assimilē pulegio. nascitur in campis* fauidis & petrosis: & est optimum creticum. Vires autem habet acres. & efficaciter relaxantes. unde succus illius cum melle ad tussim facit: & in partibus neruosis optimum est.

De myrta.

Myrta genus est herbæ lignosæ: duobus generibus est, & nigra, & alba: utraque est omnibus nota. Vires habet stypticas ualde. & nigra tamen illa stringit potentius. unde & sanguinem excreantibus remedium est, & dysentericis, & omne profluuium stringit. Eius uero nigra, quæ in montuosis locis nascitur grana sicca, uel uiridia commaducanda offeruntur his, qui sanguinem reijciunt. & uiscide tædia sustinent. stomacho est conueniens. urinam mouet. & scorpionum moribus prodest si imponatur, aut potui detur, aut locus qui tactus fuerit ex eadem cataplasmetur. & uiridis myrta similiter operatur. Coctura eius cum uino mista capillos tingit. & ex uino decocta, & in modum cataplasmatum imposita, uulnera sanat. cum polline tritici immista, tumores oculorum compescit. & ægylopius utiliter facit. grana etiam contusa, & expressa faciunt. Et ideo parum decoqui expedit ne acceat. & uase piceo reseruetur. Facit autem contra ebrietatem, & fures capitis. & uulnera curat si frequenter inde lauentur. & capillis fluentibus prodest. Fit etiam oleum de folijs eius contusis, & in oleo diu decoctis, quod in incuruationibus prodest. & articulis uel fracturis utiliter imponitur. sed & maculas perfricatū emendat. aures prurientes curat, sed tepesfactum immittatur. Ipsa folia trita cum aqua imposita uulnerum rheumatismum sanant, uel locis fluentibus profunt, fluxum uentris emendant. & ignem sacrum, uel tumores testium curant. sicca autem & cribrata, panaritij, & locis urentibus profunt. commista autem folia eius tenuem cum ceroto ignem sacrum curant. folia eius trita, pensus piperis medietate, acetum quantum sufficit masculis profunt.

De meu.

Meu radice sunt herbæ assimilēs* anisi, quæ radices inueniuntur in omnem partem exprorectæ, tenues, oblongæ, suauiter olentes, & gustu linguam exalfaciens. nascitur maxime in Macedonia. Vires habet ipsa radix relaxantes. unde potata omnem rigorem uescæ, & renum remollit: & inflationes dissipat. Item urinam, & menstrua prouocat.

De malabatro.

Malabatum qui putant esse folium spicæ, falluntur. licet autem sit similis odore, tamen certe alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatans quibusdam partibus in India in specie foliorum: & sic habetur leuis: lino trahitur & siccat. Est ergo optimum, quod est recentissimum, odoratissimum, tenue integrum,

integrum, nigricans, gustu non saluum, sed potius picem referens. Potest autem eadem prestare, quæ E
spica, & eadem vires habet, quas & cetera aromata habere diximus.

De marubiastro.

Marubiastrum est subfamilie marrubio, & facile notum, cuius vires faciunt ad serpentum morsus, &
ad suspiriosos. Item strucinas, i. scrofulas uel hæmorrhoidas cæcas dissoluit: & menstrua prouocat.

De millefolio.

Millefolium thyrsum habet ex una radice mollem, & subrusum, & quasi manu lineatum: folia quasi
feniculi, quæ uulnera glutinant, & sine tumore custodiunt.

De myrice.

Myrice fructiculum affert mollem, fragilem, & ueluti florem. in Aegypto quidem, similem gallæ.
Huius igitur succus, & aqua in qua fuerit coctus, pediculos occidit, & culices, & pulices fugat.

De mora.

Morus arbor est spinosa, quæ affert mora familia rubo: sed & fortiora, & albidiora: quæ & uentrem
laxant: & digestionem faciunt. Succus eorum cum melle & careno, uel uino austero pari mensura per
mistus, & ad spissitudinem mellis decoctus, synanche laborantes curat. In sole in uase æneo positus ue
hementior erit. & ideo uulnera & attritiones curat, uel putredines. Sed, ut supradictum est, synanchen cū
tumore uenientem emendat. Si cum alumine scisso, uel galla, croco, & paucis myrrhæ commisceatur,
non solum his rebus prodest, sed & uitia oris abstergit. Cortex radicum eius in aqua decocta, in
porione data, uentrem soluit, & lumbricos eijcit. folia eius quoque trita & imposita, in igne
combustum sanant.

De moris syluaticis.

Mora uero syluatica, ratione quæ de rubo colligitur, stringunt fortiter. & synanchicos melius cu
rant. Succus eorum, uel alicuius rubi succus cum melle æquali mensura coquatur ad tertias, & sic
gargarizetur frequentius, si enim bibatur, uentrem stringit apte.

DE NEPITA.

Nepita est omnibus nota, cuius sunt species tres. est enim quæ folia familia ocimo habet, & est, quæ
pulegio assimilatur. est quæ menthæ habet speciem. Verum omnia folia gustu sunt acria, & excalecto
ria ualde sunt. Igitur coxiosis genere sinapismi prodest: & regium morbum emendat: & lumbricos, &
tineas, & partum expellit: & uermes in auribus occidit.

De narcisso.

Narcissus thyrsum habet oblongum, folia quasi porri, sed breuiora, & plena: florem album inter cro
ceum, aliquando purpureum: fructum quasi quaedam membranas nigrum, oblongum: radicem qua
si bulbi, quæ maculas in faciem tollit, & suppurationem ponit, & intumescere non permittitur.

De nascaphtho.

Nascaphthum affertur ab India, & est quasi cortex elamulæ, non odoratus, & uiscide excalecticiens.
propter quod & in antidotis excalecticis mittitur.

DE OPIO.

Opium succus est quodam modo erratici papaueris. quod sic colligi solet, postmodum cum hoc ip
sum papauer flores suos amittit, & ampullulæ succrescunt uirides & teneræ, harum ipsarum capitella
homines scalpello acuto leniter abscondunt sic, ut intrinsecus non lædant, & deinceps in gyrum
scarificant. & sic lacticulum quod promanat digito conterunt. & in conchulis reponunt, & siccant.
Meconium autem fit contritis in unum folijs & ampullis uiridis papaueris. Verum succus orga
no pressus & siccatus in pastillos redigitur: & meconium appellatur. Erit ergo optimum quod est o
dore grauissimum, & colore subrusum, & gustu amarissimum, & quod humorem quo resoluitur
quàm citissime candidum facit, & accensum splendidam & aliquatenus durantem flammam emittit,
& rursum extinctum pristinum odorem reseruat. maxime hispanum tale inuenitur. Adulteratur au
tem & lentis & lupinorum farina: sed & gummi nigro, & lactucæ erraticæ succo: item glaucio. Sed
& adulteratum quod est sic intelligimus eo, quod non omnia coeant quæ synceritatem illius compro
bare diximus. Potest autem syncerum opium lachrymam stringere collyrijs admistum. habet & cir
cum linitum refrigerare. & auricularum dolorem, & totum corporis languorem mitigare, illa uide
licet ratione, qua etiam somnum facere dicimus.

De omphace.

Omphax succus est de radice moræ syluaticæ, & immaturæ uuæ, qui expressus siccatur in sole. & in
pastillis latis usquequo fieri potest formatur. & sic reponitur. Optimum est illud quod est colore ru
bido, & fragile pistillo, & gustu styptico ualde, & linguam submordens. Vnde potenter stringit. &
omne profluuium confestum tenet.

De opopanace.

Opopanax succus est herbæ, quæ panax dicitur, simillimæ per omnia ferulæ: quæ nascitur in Ca
padocia, Africa, & Macedonia, locis asperis & lapidosis. Colligitur ergo hic ipse succus hac ratio
ne, Medijs astaribus terra quæ est circa radicem & herbam foditur & cauatur: deinde folijs ipsius
sternitur, & sic ipsa radix & ferula in oblongum & in gyrum inciditur. postq; humor lacteus emanat,
& in

A & in folia supposita de fluit, & siccatur, quasi exalbida myrtæ colorem accipit. Ergo optimum est opo
panax qui ab Africa affertur. hic est extrinsecus ueluti crocatus, intrinsecus lacteus, mundus, odore
graui equidem uiscide. Potest igitur opopanax & laxare, & calefacere, & mollire stricturas & durities.
fugare uiperas & omnem serpentum accessum.

De opobalsamo.

Opobalsamum lachryma est arboris, quam balsamum appellamus, similis malo granato, ramosa, ra
mis tenuibus & exalbidis, qui xylobalsamum dicuntur. quæ folia habet similia erucae. hæc ipsa arbori
in India tantummodo crescit, & fructum affert aliquatenus oblongum, circa medium uastioré, & quasi
uentrosam, ad capitula utraque subito deductum, rubicundum ualde, grauem, & plenum: & si franga
tur, mollem: & si masticeatur, similiter ut piper mordentem, & suauiter redolentem, quem carpobalsa
mum dicimus. Huius ergo arboris lachryma colligitur uere usque ad autumnum. Inciditur autem ipse
truncus in aliquot locis, & ipsi ramuli, & sic uascula supponuntur quæ lachrymam fluentem excipiant.
Quod ipsum aliquot coloribus uidetur. Verum est optimum, quod recens, & syncerum, & exalbidū
est, & austerum, & odore graui, & acuto, & non acri, & quod aliqua lenitudine linguam submordet. Se
quens est quod est colore subrufo: & quasi glutinum se distillat a digito. leue etiam, aspectuque gratū.

B Tertium autem, quod est tenue ualde, & perlucidum. Omne autem opobalsamum quod uetustatem
accipit, sit subrubrum & terreste & siccum. Verum optimum est syncerum, quod quando aquæ munde
instillatur, non protinus diffunditur, sed magis subsidet, postmodum totam aquam exalbidam facit. la
cti autem admistum, in caseum illud adstringit ut coagulum. Item uestimento albo aut mundo instilla
tum, maculam non facit. Quod enim syncerum est, in summa aqua diffunditur & supernat, &
prout oleum quasi pilulas ostendit. nam vires habet aliquatenus acriores. quæ uiscide excalecticare
& relaxare efficaciter possunt.

De oleo.

Oleum uetus optimum. est quod cum bona pinguedine perlucet. odore & gustu simile uetusto
pinguamini. Vires autem habet excalectorias, quæ penitus relaxant. Sed & ad caliginem ocu
lorum facit, si fuerit de pluribus annis. & ad diurna & indurata uitia neruorum. in cibis uero ad
mistum omnibus conuenit. & lenitiem stomacho & uentri reddit. & si qua strictura aut uulnera
tio intrinsecus facta est, leniendo relaxat. Accepta rosa refrigerans inuenitur. Nardo decoctum, me
tasyncreticam uirtutem habere incipit. Chamæmelo uero, iridem metasyncreticum esse uidetur.
Cum bacca lauri decoctum, plus quàm oportet thermanticum esse certum est. Semini lentisci
C mistum, sicut rosaceum per longum tempus stypticam uirtutem affert: Mastiche admistum, col
leticum esse uidetur. Anethum illic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Ma
la cydonia illic per tempora madefacta, paregoricum uel stypticum aliquantum inueniri, faciunt.
Cucumeris agrestis radice admista & decocta, cathartica, & thermantica habet uirtutem. & qui
dem proprie attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus ualerudinibus prodest.

De ouo.

Ouum partus gallinæ est, quod omnes nouerunt. effectum habet duplicem. Si semicoctum biba
tur, uirtutem stomacho præbet, & non permittit corpus debilitari, eo quod naturæ sit animantis. lenit enim
omnia, quia lauem uicem habet. Crudum autem potatum, raucos emendat. lachryma quoque tepida
in oculis dolentibus inuncta salutem restituit. Vitellus uero eius extrinsecus in aliqua parte corporis il
linitus, paregoricus, uel stypticus inuenitur. Coctū uero in aceto ut sit perdurum, dysentericis prodest.
uirtute autem sua cibi & potus uicem præstat. Si crudum bibatur sitim prohibet.

De ocimo.

Ocimum herba est omnibus nota. vires habet acriter excalecticientes, & relaxantes, & uri
nam prouocantes.

De origano.

D Origanum & ipsum omnibus notum est. & habet vires acres, & excalectorias, & relaxantes, &
euaporantes. unde & suspiriosus, & tussientibus prodest. & serpentes fugat. item biles detrahit. uen
trem detrahit. sed urinam & menstrua prouocat.

De orobo.

Orobium omnes nouerunt. huius igitur farina cum melle uulnera purgat. & maculas tollit, & aliena
tiones tenet. ipse autem orobus manducatus, caput replet & uentrem. & sanguinem per urinam pro
uocat. & est optimum atticus. Est. n. colore uiolaceo. effectū uiscide sistens. & in modum canis.

DE PONITIO.

Ponitium hac ratione conficitur. Chalcitidis partes duæ, & cani una, in mortario leuigantur æstu
calidissimo, infuso subinde feruente & acerrimo aceto. & hoc fieri habet donec res rubro colore ap
parent. Habet igitur ponitium vires quas chalcitis equidem uastiores.

De pipere.

Piper fructus est arboris quæ in India nascitur. quod quando primum crescit, oblongum & rotun
dum apparet, longo piperi assimilatur. quod ex minutis & quàm pluribus granulis ueluti constipatis
constat, & quæ tempore ipso accrescunt & dissipantur. maturata enim & nigra facta, nigrū piper dicunt
& in

eligimus enim longum piper, quod quando frangitur, strictissime granula sua coniuncta habet, & circa suam ueluti medullam coherentia, quodque gustum uiscide mordet & calefacit. albu deinde quod sine ruga sit candidissimum, graue, & non minutum, & ad gustum simile longo. Item nigrum, quod præter colorem reliquis sit simile albo, potest autem omne piper sincere stringere, & excalescere, & totum corpus uehementer commouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi & gummi formati in specie piperis longi, & album deinde laeuigatur cum spuma argenti, & excuditur in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigratis, sed & leue, & cauum, & farinosum piper est, & lapillulis admistum.

De pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodij, simul autem utraque colliguntur circa metalla ubi æs, & cuprum, & argentum conflatur. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inuenitur: spodium circa parietes, & adulteratur stellis siccis tenuibus combustis, item canis quibuslibet, sed fiunt fucidiora & non aequaliter læuia, est enim optima pompholyx, quæ est leuissima, & cadidissima, & ad tactum nullam habens asperitatem, eadem enim & spodium uires habet, stypticas, & quæ siccare possunt.

De purpurisso.

Purpurissum quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ & pusillæ in modum tessellarum. F quæ ab insectoribus tinguntur colore roseo, tale est maxime canusinum, sequens puteolanum, uires habet aliquantum stypticas.

De pyrethro.

Pyrethrum radix est oblonga, colore fuscior, intus exalbida, crassitudine digiti pusilli, gustu excalescens uehementer, & saluam copiosam prouocans, cuius optima est quæ est recens, potest autem efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De pumice.

Pumex lapidis est genus, qui in littoribus maris inuenitur, quique assidue a fluctibus illis fit leuissimus & exalbidus, & undique concavus in similitudinem spongiæ. Facit ergo pumex ad detificia: & scriptores pennas uel calamos sibi in eisdem temperatibus bene scribunt, & mittitur hæc ipsa pumex in malagmata, abradit autem, & sua asperitudine laeuigat.

De pulegio.

Pulegium herba est omnibus nota, quæ cum aliqua acrimonia excalescit, & est diureticum ualde, sed & menstrua prouocat, & partum expellit, & olim tussicibus prodest, & odor eius nauisæ prohibet.

De propoli.

Propolis circa fauos & circa aluearia apum inuenitur, & est quasi genus ceræ, cuius eligimus quæ est colore subrubra, odore melleo, est autem quasi mum, uires habet similes ceræ, sed efficaciores.

De psyllio.

Psyllium semen est herbæ nigrum, & minutum, pulicis magnitudine, unde etiam cognominatum uidetur: herba tota assimilis sceno, longa, & angusta, & calamus minutum, & oblongum habet: a quo medio incipit quasi spicula oblonga, in qua ipsum semen inuenitur: quod efficaciter refrigerare & stringere potest, unde oculis lachrymantibus cito prodest. Item dysentericos, & podagricos remediatur: & capitis dolorem ex aqua laeuigatum, & in fronte linitum confestim sedat: & hæc ipsa herba pulicaris dicitur.

De plantagine.

Plantago similiter herba est. Et huius succus & folia efficaciter refrigerat, & stringunt: quapropter succus illius sanguinem excreantibus utiliter datur. Item folia contrita cum pane imposita, quæ stringere, & siccare uolumus, utiliter faciunt.

De polio.

Polium herbula est oblonga, exalbida, folia habens: & in summo quasi canitiem, & comulam, femine plenam, odore graui, & non suauis. Potest ergo omnem uiperam fugare: potest & res uenenosas extinguere, laxat quidem stomachum, & caput purgat: sed & urinam, & uentrem mouet.

De pelecino, uel cepa canina.

Pelecinius herba est, quæ in itineribus nascitur, plures & tenues ramulos habet, folia pusilla, & granula in folliculis terna uel quaterna, subrufa, & amara ualde, quæ possunt cum aliqua acrimonia uiscide stringere: propter quod & in antidota mittitur: & menstrua prouocat.

De panace.

Panax radix est herbæ, de qua opopanax conficitur: quæ & ipsa etiam, & si infirmius, eadem præstat quæ opopanax.

De peucedano.

Peucedanum herba est, thyrsum & ramos habens similes ut foeniculum, radicem uastam, & nigram, odore grauem, succi plenam: & circa illam comulam densam, florem aureo colore. hæc igitur radix aliquando propter succum suum exprimitur: & succus eius melior est si sit colore subrufus, & ad gustum excalescit, aliquando siccatur & reponitur. Facit autem ad uulnera antiquata, & expurgat uiscide: propter quod in aliquibus emplastris, & malagmatibus mittitur: & radix eius incensa serpentes, & uiperas fugat.

De pastina.

A

De pastinaca.

Pastinaca omnibus nota est, nam sumitur in cibo, & in reliquis uirtutibus. Vires habet acres, & excalectorias, & diureticas.

De petroselino.

Petroselinum nascitur circa petras. Et est optimum Macedonicum, est enim odoratu subdulce: diureticum ualde, & excalectorium, unde & stomachi, & colli inflationes, & tensiones remediatur.

De peristereone, uel uerbena.

Peristereon herba est columbaria: folia habet modica quasi incisa, radicem mollem, thyrsum stypticum. Tota herba uulnera glutinat, & alienationes stringit: & ad omnia uenena potui data optime facit, similiter ad tertianas & quartanas disposita est. Huius succus in collyrijs mittitur. Hæc autem & columbina, & uerbena dicitur.

De polypodio.

Polypodium herba est similis filici, quæ in petris, & circa radices arborum uetustarum, & in quercibus arboribus crescit: hæc melior habetur. Cuius radix pilosa, & hirsuta uidetur, gustu styptica cum aliqua dulcedine. In folijs uero habet binos ordines quasi punctorum aureorum. Vires habet uentrem soluentes, & bilem distrahentes.

DE COLOCYNTHIDE.

Colocynthis similis est cucurbitæ rotundæ, uel malogranato. Huius uero medulla, id est quod intus habet carnosum, & semen uiscide uentrem purgare potest: & in plura cathartica mittitur.

DE RUTA.

Ruta herba est omnibus nota, utilis ualde, hæc enim stomachum erigit, & tussientibus prodest, & colli dolorem sedat, item urinam & menstrua prouocat: partum quoque si plus sumatur expellit.

De resina.

Resina est quasi lachryma herbæ: & locis quampluribus colligitur. Verum sicca quæ est, inuenitur circa nuclipinum, & pityn, alia liquida circa terebinthum, & peucem, & cyprissum. Et quam lentillum aliqui mastichinam esse dicunt: in Chio Insula colligitur, alia prout diximus pluribus locis inueniuntur. Communiter uero omnis resina laudatur si sit munda, perlucida, & si odorem suum pristinum feruet. Specialiter tamen liquidarum optima est terebinthina, habet enim & candorem, & munditiam, & perlucet, & uitro assimilabile esse debet, post mastichinam recipitur, colore non dissimili ponticæ ceræ, item siccarum receptissima est pityna, post quam numeratur peucena & nuclipinea, quam græce strobilinā dicimus. Verum omnis resina efficaciter relaxare, & remollire potest: & in usu aliquando crudæ accipiuntur, aliquando fringuntur.

De rosmarino.

Rosmarinus herba est fructiculosa, & semen dicta cachrys ad similes spondylo, quæ herba radicem, & folia habet quasi foeniculum: sed asperiora, & exalbidiora, & crassiora, & ueluti thyrsum oblongum, & ramosum. Huius igitur semen, quod est breuius, & uastius, cachrys dicitur: quod inde tenerius, & oblongum, rosmarinus. Verum tamen efficaciter stringere, & relaxare potest, unde & urinam mouet, & antidotis contra maligna admiscetur. Et quidem cachrys acrius, & uiscidius.

De rubo.

Rubum omnes nouerunt. Huius igitur, & folia, & flos, & mora leuiter stringunt, unde ad uulnam & fauces euidenter faciunt: quamuis omne prostium idonee stringant.

De rhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicitur, aequaliter uasta, & nigricans: fragilis leuissime: odore & gustu amara, & leniter stringens: & si fricetur, & masticeatur, fit ueluti glutinosa, & croceato colore, unde optimum rhu est ponticum. Vires autem habet efficaciter stringentes: propter quod cum uino laeuigatum, & quasi fomentum impositum, inflationem siccatur, & uulnera glutinat, & sanguinis abundantiam reprimat: mittitur & in antidotis.

De rosa.

Rosam omnes nouerunt, quæ & ipsa suauiter stringit, & refrigerat.

De rapa, & napa.

Rapa omnibus nota est. Huius radix comesta inflationes facit, & multum carnis: sed inutilem nutrit humorem. Aqua uero in qua fuerit cocta, podagricis, & ad prægnationem optimum fomentum est, sed & ipsa contrita, & imposita idem operatur. Si excauetur, & accipiat oleum rosaceum, & ceræ modicum, & sic in cinere calido coquatur ita, ut cerotum faciat, uulnerosos promouet, & curat. Est etiam rapa similis napa, qui similiter inflat: sed semen huius napa contra uenena potui cum uino optimo datur, uel ex mulla contritum.

De raphano.

Raphanus omnibus nota est, quæ radix appellatur. Radicem habet similem rapæ, sed longiorem. Quæ comesta a ieiunio prout antidotum, magnum est adiutorium sanitatis, & tutamentum corporis: sed inflationem operatur, tuctus foetidos facit, & urinam mouet, uentrem relaxat, decocta autem in cibo sumitur.

S E P T I M .

N 2 pta

Gal. attributus liber

pta phthificis prodest: & thoracem a phlegmate laborantem emendat. Cortex uero eius cum aceto & melle acceptus uomitus mouet: hydropicis & splenicis prodest. Si in modum cataplasmatum: imponatur cum melle commista: etiam prodest: putredines curat, & liuores tollit, & contra uiperarum morsus prodest. Alopecias capitis iuuat: fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, compefcit. Semen uero eius cum aceto datum, splenem minuit. Si in aceto, & melle radix ipsa coquatur, & sic gargarizetur, fynanchen curat. Folia eius tunfa & imposita, omnibus articulis dolentibus prodest.

DE SARCOCOLLA.

Sarcocolla est, prout aliqui aiunt, lachryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alij quidem fieri dicunt ex suffimentis æque similiter resina per parietes læuigando. Alij enim sarcocollam, argemonem herbam uocant, quam optimam iudicamus, quæ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, folijs quasi rotundis, radice longa: quarum sunt infirmiores, quæ subrubricant, & ad gustum commista dulcedine aliquam habent amaritudinem, & dentibus presse agglutinantur. Poteft igitur stringere lachrymam, & quodammodo hilarem uisum facere. Adulteratur autem gummi, & resina, sed tactu facile deprehenditur.

De spicanardi.

Spica nardi ad similitudinem cognominata est. similis est enim spicæ frumenti: & hæc plurimas habet uelut aristas: & quasi setarum uel capillorum fasciculus ad modum patet. nascitur enim in India ex una radícula sine folijs. dicitur tamen & Syriaca, non quia in Syria legitur, sed quia montis illius in India, in qua plurima inuenitur pars ad Syriam aspectat. Verum optimam diximus, quæ est odoratissima, & colore subrufo, recens, & ad tactum non grauis, nec uulsa, sed magis dæsa. Hæc ergo uires habet suauiter stypticas, & leniter calefactorias.

De syrico.

Syricum fit de cerusa plurimum ficcata, & cribrata. coquitur autem in patella fictili super carbones usquequo sandycis habeat colorem, quod ipsum cerusæ uires repræsentat: est optimum, quod ignis habet colorem

De saluicula.

Saluicula herbulae genus est, quæ radículas & folia sub floribus similibus uiolæ, quàm plurima habet, quæ tota prodest: hæc refossa in modum fabularum stringitur. nascitur autem in alpibus stummis, & in Norica regione, quam ipsam optimam iudicamus, quæ est odoratissima. cui tamen & hæc adesse oportet, ut recens, & sine sabulo sit, & quam plurimas cum ramulis suis radices habeat. Gilla autem sunt uiscidissima. Poteftas igitur saluiculæ est, quæ & spicæ, & si infirmior.

De sale.

Salem omnes nouerunt: colligitur autem in quibusdam littoribus, & partibus maris, aut foditur, aut paratur, prout aliquibus in locis in Gallia, maxime tamen in Italia uel in diuersis prouincijs. Verum est optimus sal, qui ex mare fit mundus, & candidus, cuius uirtus sapore ipso probatur, potens comedere, & purgare. multis quidem rebus misceri præcipitur. Cuius salis uirtus est, quod omnibus cibis admittus conuenit, & orexim facit, fastidium auertit, nauseam prohibet. Qui autem foditur, est uelut uena alba & perlucida: uenas habet prout schistos, quem & nos salem armenia cum diximus.

De succo.

Succi uirtus duplex est uel triplex: hic eadem, & si incertius, præstare poteft, quæ & ouum diximus facere. Vicem enim cibi & potus præstat. De hordeo ptisanas faciunt, quæ frigidam & humidam habent uirtutem, & relaxare possunt: si oleum rosaceum admisceas, febricitantes refrigerat, & reparat. De hordeo immaturo succus uentrem stringit, & in frigidat, & uires acquirit, & Hæc uel orizæ succus similiter operatur. siligo enim tritici uentrem stringit, & ardorem, & corruptionem.

De stibio.

Stibium lapis est fulgens, & splendens, nulli lapidi similis, qui in metallis inuenitur, colore affimilis plumbo, cuius est optimum, quod late refulget, fragilissimum, & quod est in se mundum, lapidosum uel terrenum non continens. Vires autem habet stypticas. unde & refrigerare, & stringere, & lachrymas uelut oppilare poteft.

De sandaracha.

Sandaracha affertur maxime a Ponto, & Cappadocia, & Cilicia: & est a primo lapis igneo colore, qui in minuta comminuitur. Est ergo optima sandaracha, quam florem appellamus, quæ est roseo colore, munda, uel nihil exterum admittum habens, effectu & ipsa fortiter stringens.

De sagapeno.

Sagapenum est lachrymæ genus, quod in aliquibus locis colligitur. cuius optimum dicimus, quod est glebulis minutis durum, colore submillimum myrrhæ, gustu acri, & quasi glutinosum, odore cepastrum,

de simplicibus medicaminibus

99

Apastrum, recens, mundum, & intus albidum, & extrinsecus rubidum. Vires habet, quæ cum acrimonia uiscide laxare possunt, hoc ipsum galbano aliqui adulterant, formati ex eo guttulis eiusdem magnitudinis.

De sepo.

Sepum omne mollire poteft duricies: de quadrupedibus optimum est leoninum: melius est leopardinum. nunc melius ursinum, quàm taurinum, uel ceruinum: caprinum uero spissius est & siccius: & magis hircinum, uel asinum. De uolatilibus uero optimum est anserinum, melius pullinum. Item melius phasianinum, & omnibus melius uulturinum.

De sanguine.

Sanguis omnibus humidus est. Foris in corpore illinitus, stypticus inuenitur: & oculis prodesse comprobatur.

De syrício.

Siricium herbulae radix est nota quàm pluribus, exalbida & spissula, quæ acrimonia sua, & asperitate, urinam & calculum prouocat: sternutare copiose facit tunfa, & cribrata, & in naribus imposita.

De staphideagria.

Staphideagria semen est herbulae, quæ florescit similiter, ut uites erraticæ, & fructum affert in folliculis uiridibus quasi ciceris, triangularem, album, subrufum, gustu acerrimum, & amarum. Verum optima est, quæ est recens, nigra, plena: hæc ipsa cum maximis uexationibus uiscidissime relaxat: pediculos quoque ex oleo læuigata, & corpori illinita occidit.

De sepia.

Sepia est marinum animalculum, cuius testa & item os ficcatur, & repositum, leue, & candidum, & oblongum uidetur, & ad usum medicinae facit. admiscetur autem collyrijs, & solum in mortario læuigatum, dentifricium est optimum.

De sulfure.

Sulfur optimum est, quod uiuum appellatur, & est splendidissimum, & perlucidum, & ueluti perunctum. Vires habet uiscide relaxantes, & plurima uitia remedicantes.

De silphio.

Silphium radix est, cuius lachryma laser esse diximus, & est radix pluribus nota. Virose & acriter exalfacit, & uiscam lædit. Verum admiscetur antidotis, & purgatorijs: & sale condita suauiter facit.

De seseli.

Seseli semen est herbulae, quæ similatur foeniculo, & anetho, crescit, & grauat, & grana affert uastiora, & oblongiora, quàm utrumque: uerum & hoc est diureticum, & in plurima antidota mittitur. proprie tamen ad colicum dolorem facit.

De scammonio.

Scammonium, quod & colophonium, uel diagridium dicitur, succus est herbulae, quæ a sua radice plures ramos intra se mittit, quæ nascitur & in Mytia, & in Colophone, & similiter, ut creditur, mandragoræ, aut quasi panacis radix illius inciditur, & folijs suis suppositis lachryma, quæ emanat, excipitur. Verum optimum diximus scammonium, quod est medium, leue, perlucidum, intus non spissum, sed magis prout spongia fistulosum, & splendidum, & quod simul ac salina tangitur humorem lacteum & amarum ostendit. hoc igitur ipsum stomachum quidem euertit, sed uentrem uiscide purgat, adulteratur autem tithymalli succo, sed ita deprehenditur, quod tithymalli succus ad gustum minime excalfacit quodam modo, sed urit, quod abest ab sincero colophonio.

De Singibere, seu zingibere.

Singiber herbulae radix est pusilla, exalbida, leuis, & ueluti trunca. Inuenitur maxime in Troglodydis & Arabia partibus: & aliqui illam piperis radicem putant. hoc ergo optimum est, quod est decentissimum, & sine fistula ulla, quod ἀρτητον græce dicimus, odore suauis, gustu, & sapore similis piperi. Cuius uires plurimæ sunt, sed proprie digestionem facit: & stomachum confirmat & corroborat, & uentrem laxat.

De styrace.

Styrax est quasi lachryma arboris, quæ & ipsa styrax appellatur, similis tota cydonia. huius igitur arboris ramuli, & uirgulae, ut uermiculi circa ipsas medullas nascuntur: a quibus inciduntur, & foramina ipsorum scobem quasi fursur emittunt, quæ cum lachryma confiscatur: quod in modum resinae ptyinae manat, maxime æstibus medijs, & Sole candidissimo. Verum optimum dicimus styracem, qui est subrufus, & qui multum resinae specie permanet, odore suauis, & quasi melleo, & subausterus, sine humore, & leuis dum fricatur. Viribus autem poteft leniter relaxare. calefacit enim & lenit durities, & mollit. Sed adulteratur copiosa scobe ipsius arboris, uel etiam alterius, exinde tunfa, & cribrata, & cum melle decocta subacta, & rursus cera, & adipe reuoluta.

De symphyto.

Symphytum, quod aliqui anagallicum dicunt, herba est pluribus nota. Cuius radix uidetur oblonga, cortice nigra, ad gustum subamara, & glutinosa: propter quod ad restringendum sanguinem excreantibus datur. Viscide autem stringit, & glutinat.

SPURII.

N 3 De spuma

De spuma argenti, uel lythargyro.

Spuma argenti fit in metallis, & purgamentis argenti quando conflatur. Item ex scoria, quam Graeci molybdanam dicunt: aliqua ex plumbo, & ipsa coctura in speciem puflorum tribulorum redigit. Verum optimam dicimus, quae est colore assimilis auro, & usque grauis. Potest autem aliquatenus stringere, & refrigerare: & eadem praestat, quae & cerulam facere dicimus, ab aliquibus uero lithargyrus appellatur.

De fori.

Sori glebula est uiridis, quae foramina habet quamplurima, dicitur & aliud eius genus inueniri colore argenteo. Verum optimum iudicatur Aegyptium, id est quod ab Aegypto affertur: quod plurima habet foramina, & est fragile. & dum comminuitur, infuscatur: gustu stypticum, & odore nauseosum sic, ut & uomitum quibusdam moueat. coquitur autem usquequo sit colore rufum, & habet uires ualde stypticas & acres. unde & alienationes continet: & uulnera, quae luxuriantur exiccat.

De stoechade.

Stoechas herbula est, quae ramulos emittit tenues, & oblongos, circa quos habet folia oblongiora, quam thymbra, sed non dissimilia, & semen minutum: tota herba est odore suauis, gustu acris, & subamarum, uires habet relaxantes. unde menstrua prouocat, & uitia thoracis sedat, & in antidotis miscetur: nascitur plurimum in insulis, quae stoechades dicuntur.

De sapone.

Sapo conficitur ex feuo bubulo, uel caprino, aut ueruecino, & lixiuio cum calce: quod optimum iudicamus germanicum. est enim mundissimum, & ueluti pinguisimum: deinde gallicum. Verum omnis sapo acriter relaxare potest: & omnem fordem de corpore abstergere uel de pannis, & exsiccare similiter & nitrum, uel aphronitrum, mittitur & in caustica.

De sampsuco.

Sampsuchus herba est, folia & ramos habet plures & puflillos, circa terram diffusos, non dissimiles nepitae, tota herba olens est suauiter, uiribus acris, & excafactoria, & ad omnem duritiem uel rigorem ualde idonea.

De sinapi.

Sinapi omnes nouerunt, cuius efficacissimum est alexandrinum. Habet enim uires acriter, & uiscide distinguentes: propter quod uitia longinqua eliminat, eo quod loca sanguine manantia exsiccat, & exstringit, & corroborat simul stomachum, quod ipsum sinapi mosano uidimus contingere.

De sertula.

Sertula herba est humilis, odore suauis, exalbida: flosculum habens subrufum, cuius melior habetur, quae est recens, & uastior, & non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: propter quod & oculorum tumorem sedat: & partibus neuosis & delicatis ex aqua multa cocta in modum fomenti trita, & imposita facit.

De syro.

Syrum nascitur in Africa, & in India: optimum tamen habetur Arabicum, & huius ipsius, quod est recentissimum, & plures, & breues calamos habet, & si frangitur rubicundum intus apparet, redolens suauiter si fricetur inter manus, & gustu linguam submordens, quod uires habet acriter relaxantes, propter quod quidem uescam petit, & urinam prouocat: mittitur & in antidota. quae aduersus uenena faciunt.

De scilla.

Scilla radix est herbae pluribus nota. est enim colore & corticibus uasta, & cepae uel bulbo assimilis. Vires habet acerrimas, & excafacientes. unde & tussientibus, & hydropicis utiliter datur, & si fricetur in corpore, magnam, & intolerabilem pruriginem facit.

De scordio, uel allio agresti.

Scordium herbula est uirgulas mittens quadratas, rectas, & oblongas: & folia stringentia, ad gustum subamara, odore oleaginosa, flore rubicundo. Vires habet acres, & diureticas, & ad uiperas facientes.

De scinco.

Scincus animal paruulum est, quod in India inuenitur, quadrupes, & simile lacerto, sed multo maius & longius, et uentrosum. hoc igitur salitur. Et uenerea facit drachma .j. carunculae illius ex uini cyatho potata. si enim plus sumatur, affert periculum.

De sedo.

Sedum herba est, quam aliqui fenetionem uocant, quae & in petra nascitur, & super tecta. folia enim habet uiridia, densa, & quercui similia, sed crassiuscula, & pinguis. Thyrsulum emittit oblongum & subrufum, capitella habet oblonga, in summo habens in modum uerticilli. Vires habet stringentes, & refrigerantes: propter quod similis est plantagini, & ad eadem proficit.

De saturcia.

Saturcia fere eadem uires habet, quas & thymus, & eadem facit, & si est aliquatenus infirmior.

De

De spondylis.

Spondylium locis humidis crescit, & habet radicem albam, & assimilem radici, quam in cibos mitimus: & thyrsos oblongos quasi foeniculi, folia quasi platani, semen quasi feseleos, duplex: sed candidius, & latius, & ueluti piliastrum florem album. Huius igitur semen potatum bilem detrahit, & uentrem soluit acrimonia sua: regio morbo, & ad tussim, & suspiriosos uidetur prodesse.

De sisymbrio.

Sisymbrium est assimile menthae: latiora quidem folia habet, & odore suauis, & excafactorium est, & diureticum, & ad apicularum & similiarum animalculorum puncturam confert praesidium. Semen illius potatum ad eadem facit.

De smyrnio.

Smyrnum est assimile apio, sed folia habet latiora, & subaureo colore, & quasi pinguis, & fortiora, redolentia cum aliqua acrimonia: ramulum & capitellum prout anethi: semen rotundum, nigrum, fere, gustu mirastrum: radicem succosam, mollem, leuem, odore suauis, cortice nigro, intus uiridem aut exalbida, & ad gustum fauces mordentem. Vires autem habet acres, & sudorem suscitantes. unde & tussientibus, & suspiriosis, & hydropicis, & coxiosis prodest, & ad serpentum morsum facit.

De satyrio.

Satyrium herba est ramulum habens oblongum & purum: florem purpureum, exalbida: folia quasi lilij, subbreuiora & subrufa, tria uel quatuor, ad terram iacentia: radicem duplicem, quasi testiculos, quae radix potata uenerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optime curat. Est & aliud satyrium erythraicum, quod assimilatur semini lini: uastius quidem est, & leue, & splendidum. cuius radices cortex tenuis est, & rubens: ipsa penitus alba, & dulcis. Tertium quidem satyrium aliqui herbam basilicam appellant: cuius folia sunt priori satyrio similia, sed grauiora, & leuiora, punctis asperis, nigrioribus: radix eius, pedis urfi habens similitudinem: flore aureo uel croceo, & si cum aqua uel uino fuerit trita, croceatum efficit colorem: uires habet excafactorias: & aduersus uenena facientes, quam herba si quis secum habuerit, ab omni genere serpentum erit securus.

De sifario.

Sifarium notum est omnibus: & huius radix uires habet diureticas.

De scolopendria.

Scolopendria similis est scolopendriae animali: in petris humidis nascitur, nec florem habet. folia ipsius in superficie uiridia sunt, sed rufa & limosa, cum aceto potata splenem curat: & extrinsecus cum uino posita iuuat: & calculos expellit. uires habet diureticas.

De scopa regia.

Scopa regia facile est nota omnibus, & habet radicem tenuem, & oblongam, & uirgulas oblongas, & folia ex interuallo assimilia lactuca, sed fixiora & fortiora. Vires autem habet & ipsa acres, & diureticas.

De sinopide.

Sinopsis optima est, quae in Lemno insula inuenitur. & huius ipsius, quae sphragis appellatur. In terris autem sinopsis in quibusdam spelaeis colligitur: & caprino sanguine in modum fermenti subigitur, & in pastillos redigitur: adhuc optima sinopsis dicitur cuiuscunque loci erit, si bene fuerit cocta, quae est rubicundissima, & spissa, grauis, per omnia eodem colore, & sine lapillis, quae ex una mica plurimum humoris in similitudine sanguinis inficit. Vires habet efficaciter stringentes.

De sium.

Sium semen est, quod maxime de assyria defertur, fuscum, oblongum, acre, & uiscide excafactorium: propter quod ad inflationes, & rosiones stomachi, & cholerae proprie facit.

DE TRAGACANTHA.

Tragacantha est lachryma herbae lignosae & spinosae, cuius radix incisa hanc ipsam lachrymam emittit: quae aliquatenus siccata, prius tamen quam indurescat, cultello in tenues laminas secatur. est ergo optima tragacantha, quae mundissima, candidissima, tenuis, lucens, recens, & subdulcis. uires autem habet quales sarcocolla, & aliquatenus efficaciores. magis enim stringit, plus & lachrymam reprimit.

De thure.

Thus lachryma est arboris, quae in Arabia, & in India nascitur, quae graece libanus dicitur. Quod ergo de Arabia arbore manat, candidius est: quod de India, subrufum. Verum utrunque masculum appellatur. Est & tertium minutum ualde & rufum, de quo maxime manna conficitur. Erit ergo optimum thus, quod masculum diximus, subrufum, rotundum, & naturaliter lene, fragile, & si pinfatur, in miculas minutas, & ut sabulum dissipatur: & quod ad ignem cito accenditur, odorem suauem, & copiosum emittit. Vires autem habet leniter excafacientes. Sed adulteratur resina pityina, & gummi, & thure commistis: & fit in speciem synceri thuris fortis. Itidem & manna adulterant aliqui, laeuigata resina pityina, uel farina, & cortice thuris, & cortice nuclei pinci. Sed deprehenduntur ita. Thus enim quod resinam, uel gummi habet, si masticetur, fit quasi mastiche, & ad ignem non cito accenditur, nec talem odorem habet. Similiter & manna, & cortex, si syncera non sint, tardius & fumosius incenduntur.

SPVR II.

N 4 De

Gal. attributus liber

De tithymallo.

Tithymallum fere tot habet uocabula, quot & species, sed nō refert. eadem autem omnium uis est. Colligitur ergo & quasi lachryma, & quasi succus: quasi lachryma sic. Singula uirgula prope ipsa capitella franguntur: & sic lachryma ueluti colum quod manat, in conchulas quasi opium colligitur & siccatur. similiter & hoc est uiridissimum. Succus deinde ab ipsis folijs contulis & expressis excipitur. & eadem ratione siccatur: & est infirmior. Verum eadem facere tithymallum potest, quæ & elaterium facere diximus: & extra quasi pilothrum pilos tollit, & si incidat cutē, quasi causticū urit, maxime quando est recens, & dum colligitur.

De thapsia.

Thapsia succus est herbae eiusdem uocabuli: quæ folia habet similia foeniculo, sed rectiora & uastiora: thyrfulum quasi ferula, florem uiolaceum, semen latum: radicem albam, & uastam, quam qui uolet effodere, succum illius exprimere, prius corporis sui quicquid erit nudum, ceroto liquido perungere debet: sin minus, inflationes & pustulas circa faciem, & manus patietur. Exprimitur ergo succus thapsiae lota ipsa radice, & in pila contusa, & sic organo pressa. qui succus in mortario laeuigatur, & in sole siccatur. aliqui & folia cum radice iungunt, & nimium tundunt, & exprimunt, quod est inertius. Alij autem, quod est optimum, & uiscidissimum ipsam radicem resossa terra nudant: ita tamen quod una in terra maneat, & sic eam cum ferula sua acuto scalpello incidunt, & ueluti scarificant, & lachrymā quæ manat, colligunt. Vires autem habet thapsia acerrimas, & in modum ignis causticas. prodest tamen longinquis uitij, illa ratione, qua & sinapismus.

De thymo.

Thymus herbula est humilis, & ramosa, & ramulis duris, & lignosis: quæ folia habet pusilla, & angustia, & oblonga, & subalbida: in summo capitula in speciem formicarum in se implicatarum, & concurrentium. Vires habet acres, & excaustorias, & fringentes: propter quod omnibus uitij stomachi, & thoracis aptissimum est.

De thlaspi.

Thlaspi herbula est, quæ folia habet magnitudine digiti: thyrfulum subalbidum, tenuem, & oblongum: semen affimile cartamo, & quasi patulum & dilatatum. Vires quoque habet acres, & relaxantes, & ueluti mordentes. unde asperitudines oculorum, & cicatrices extenuat: & potatum, uentrem fursum & deorsum purgat cum oleo laeuigatum: punctiones, frigora, & horrores in accessione discutit.

De trifolio.

Trifolium herba est omnibus nota. Huius igitur folia & pota, & pro fomento imposita, uiperæ morsus remediunt. Item semen illius in emplastrum mittitur: & radix in antidota. utraque ad uenenosorum serpentum morsus facientia.

DE VERATRO VEL ELLEBORO.

Veratrum radicle herbae sunt eiusdem uocabuli, exalbidæ, & oblongæ: & ab uno capitulo copiosæ, & directæ, & quæ per ætatem maiores quidem quam porri capitula, sed non dissimiles, quarum optima sunt, quæ aspectu unctulæ uidentur, & non rugosæ: & quæ medullam tenuem habent, & gustu magis excaustiant: & uomitum prouocant, tale nāq; est creticum. nam gallicum multum est inertius. uerum omne ueratrum est uiscidissimum medicamentum: & fortissimum purgatorium in tantum, ut uenenosum esse dicatur. est & aliud ueratrum nigrum, quod magis purgat, aliqui secundum ambo purgant ueratra, & elleborum dicunt.

De uisco.

Viscum succus herbae est, quæ de ramis arborum excrescit, quæ herba habet fructum rotundum in specie uua, pallidiusculum, qui fructus tunditur, & commodatur ad aquam frigidam copiosius, & diligenter, usquequo nihil asperum de cortice eius fructiculus habeat. sic enim euadit glutinosissimū, alij quoque in aqua coquant, et eadem diligentia expurgant. uerum optimum est, quod in quercu arbore crescit, & quod est mundum, subuiride, purum, & quod si extendatur non rumpitur, sed in specie membranae extenuatur. Vires habet acres, & quæ duricies remollire possunt.

De uiola.

Viola species habet tres. est enim alba, & purpurea, & aureo colore, floresque de radice eius excrescant, quibus melior habetur, quæ est purpurea. Verum omnes uiscide relaxant, sicut & urinam prouocant aliquando: & semen illarum partum expellit, & lumbricos occidit: odorem uero habens est flos ipse suauem.

De urtica.

Urtica est omnibus nota. & est calefactoria ualde. quapropter attrita, cum oleo uel axungia inuncta, contra frigus facit. Item potata cum uino, morbum regium emendat. & antidotis, quæ colicis quidem sunt propria, admisceatur. Item trita cum melle singula cochlearia diurno potui data, tu morem uentris, uel frigus ex pulmonibus conceptum sedat. & calore suo omnes humores dissoluit.

De uella.

Vella herba est folijs quidē minor quam eruca, sed non dissimilis. flore uiolaceo. semen habet ueluti

E

* al. ualidissimum.

de simplicibus medicaminibus.

101

A in folliculis oblongis, ordinis stipati, prout nasturtij. & gustu calefactoria est, submordens, & uiribus relaxans. unde ad tussē ueterem, & ad regium morbum cum melle optime facit.

De uetonica.

Vetonica herba est quæ radices habet aliquatenus crassitudine digiti. & ramulos longos, quadratos. folia quasi quercus, suauiter olentia. florem purpureum. semen circa ramulos in circuitu, in modū spicæ, nigrum. nascitur in pratis & montibus. uires habet leniter acres & diureticas.

De uite.

Vitis est quam omnes nouerunt, ex cuius fructu uinum exprimitur. huius igitur folia uiridia in fontem frequenter exposita & immutata, oculis ex rheumate dolentibus profunt, eo quod stipitum & austrium habent. Botrus uero eius maturus calidus est. infundit & procurat uentrem, & maxime si albus sit. passa autem uua ardorem facit, & uentrem procurat. immaturus uero botrus uua, frigidus est, & uentrem stringit. unde & dysentericis facit.

De uino.

Vinum omne calidum est. uires atque motum corpori praestat, eo quod calefacit, & refumit, & reficit omnia membra quæ ex frigore & dolore contracta tenentur. Vinum & oleum si calidum ex unguento ponatur, oportet diu perfricare quousque totum corpus illud perbibat. similiter & ijs quæ in humeris dolore tenentur. Vinum recens, calidum minus est uetusto. & uentrem procurat. Vinum album, diureticum est, & toti corpori aptum. Vinum nigrum & dulce, sanguinem nutrit. & oculis contrarium est. & capitis uertiginem id est scotosim, & corpori grauitudinem, & stomacho turbationem, & somnos graues infert. Vinum, maxime si cum modica aqua bibatur, saluti corporis prodest, eo quod nutrit, & custodire potest sanitatem. Primo quod album est, magnum remedium corpori facit. unde & de ipsa aqua ratio est reddenda. Omnis uirtus aquæ frigida est, & dulcis, & humida. & febribus acutis aliquoties facit. uulneribus cancris si sola adhibeatur perniciem infert. quia omne uulnus in corpore dulce esse uidetur. & tunc gaudet cancer & crescit dum sibi consentiens & amplius nutriens incrementū acceperit. nam cum melle & aqua iuncta, aut ex lixiua cancer semper lauari praecipitur, aut cum uino & melle simul. Vinum autem acetum factum, incipit frigidum esse & stypticum. & non nutrit. sed magis compefcit. Fium tanque de uino diuersis modis proportionibus aptæ. unde mel & uinū solum uentrem procurat & calefacit. piper uero adiunctum. i. conditum plus calefacit & siccatur. similiter & urinam deducit, & corroborat stomachum. maxime si crocum modice admisceatur. & infundit. & uentrem procurat. Sambucatum similiter, & masticatum, uentrem procurat. et cholera rubram temperat. Rosatum infrigidat. & urinam & uentrem procurat. Absinthinum, uentrem et cholera emūdat. Violaceum, urinam prouocat. plus stomachum corroborat. et lumbricos excludit.

De xylobalsamo.

Xylobalsamum ramuli sunt arboris quæ balsamus dicitur, tenues, exalbidi, suauiter olentes, gustu & uiribus acres, et calefactorij, et relaxantes.

De xylocinnamo.

Xylocinnamum est affimile aspectu cinnami, sed crassius, et longius, et quodammodo lignosum. sed uiribus et odore infirmius. et ad eadem sumitur, et eadem praestat.

De iride.

Iris ad similitudinem iridis quam in caelo uidemus dicitur, & hinc cognominatur. quomodo enim illa plures & dissimiles habet colores, sic hæc & uarios & differentes mittit flores. Aliqui enim sunt albi. aliqui coerulei. & aliqui purpurei. Verum folia habet similia gladiolo, sed maiora, & latiora, & pin guiora. Ramulos quoque, & ipsas similiter radices nodosas, duras, suauiter olentes in modum uiolæ. quarum optima est iris illyrica & macedonica, est enim spissa, & breuis, & non calida, fragilis, & subru fa, odore suauissima, & gustu linguam uiscide excaustiat. & dum tunditur sternutare facit. ab istis africa na laudatur, quæ colore est candidior, & gustu amara. Si uero tempore relinquuntur & quasi senescant, fiunt quasi uermiculosa, sed odore suauiores. possunt quidem excaustare suauiter. & uulnera concaua late replere.

De hyoscyamo.

Hyoscyamus est quem aliqui latriculi dicunt. herba omnibus nota. quæ species habet tres. est. n. quæ semen & florem album habet. quæ utrunque nigrū. quæque uehementius uelut purpureum maxime. quod eligimus: quod quidem folijs & cauliculis non multum uires habet refrigerantes, & stringentes, & marcoré facientes. quapropter succus ex folijs & cauliculis dum adhuc sunt uirides exprimitur & siccatur. & similiter ut opium in antidotis & collyrijs mittitur. et eodem modo omnem dolorem compefcit. Aliqui uero eum interficere dicunt si bibatur, et esse uenenosum.

De œsypo.

Œsypus est quasi fordes et succus lanarum succidarum. qui hæc ratione colligitur. Lanæ succidas fordidissimas et iam mox deronsas mittimus in uase quod habeat calidam aquam. et aquam succidimus ut aliquantulum ferueat. deinde refrigeramus. et quod supernat in modum pinguaminis, abradimus manu, et in uase stanneo absternimus. et sic ipsum uas aqua pluuiali implemus. et opertū tenui linteo in sole ponimus. et rursum delimpidamus. et tunc œsypum reponimus. Vires enim habet cum aliqua

Galeno attributus liber

aliqua acrimonia mollientes & relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli. Sed statim E deprehenditur, eo quod syncerus œsypus referuat succidum lanæ, & si manibus fricetur, in similitudinem cerusæ efficitur.

De hyssopo herba.

Hyssopum herba est, est uero erraticum & hortulanum. Verum omne hyssopum facile notū est, & habet uires acres & calefactorias, unde tussientibus & suspiriosis prodest, & lumbricos expellit.

De hypocisthide.

Hypocisthis herba est, quæ nascitur subrufo, huius succus exprimitur, & reponitur, nō dissimilis acaciæ, sed mollior tactu, & effectū uiscidior. stringit enim uehementissime, unde uentris profluuium, & sanguinis abundantiam reprimat, & sine mora præbet effectum.

De hyperico.

Hypericum herba est, quæ ramulos habet plures, tenues & oblongos, colore subrufo, folia similia rutæ, florem tenuem, & aureo colore, uel est similis uiolæ, semen nigrum, in forma hordei. Vires habet acriter stringentes, potatumque ichthiadicis emendat, & urinam prouocat, uentrem stringit, & pro fomento posita, combusta sanant.

De hyacintho.

Hyacinthus thyrsum habet leuicm, florem purpureum, folia & radices quasi bulbi, tota herba uiribus & effectū styptica est ualde.

Epilogus.

Hæc sunt frater charissime Paterniane quæ memoriæ nostræ subuenire potuerūt, & quæ partim ipsi probauimus, & quæ experti sumus, & apud antiquos & receptissimos auctores medicinæ inuenimus. Nunc pro tua examinantissima diligentia curabis omnia examinare, & etiam singulas res cum sua scriptura comparare, ideo, ut si quis post auctorum lectiones ad hanc fuerit conuersus scripturam, in nullo possit reprobis inueniri.

GALENO ASCITVS LIBER DE CATHARTICIS. CENSURA.

Liber corruptus, & adhibitis ueris libris cum iudicio legendus.



QUONIAM cognouimus qualiter Hippocrates de augmento humorum locutus est, nunc demum introduco medicum, qui de uirtute cathartorum locutus est, ut prædictos humores possit examinare, & expellere, quæ nocua sunt corpori: primum considerando quo modo Erasistratus Homeri uersus cantabat, & Hippocratis libros amore medicinæ per diuersas ciuitates, prouincias, & singulas regiones proficiscens, experimento cognoscitur collegisse: & artificiose uitam, & theoremata consummasse, & quo modo ordinando nobis medicinam derelictā, uoluisset perquirere ut posteris traderet. His omnia oportet nos commoderari ordinem disciplinæ: ut hi qui post nos huiusmodi artis fuerint rectores, correctius teneant ea, quæ ab eodem uidentur esse composita. Fuit igitur sollicitudo non tantum mihi, sed etiam multis desiderantibus gloriā, ut de cathartice scriptis aliqua traderent, & propter senectutis obliuionem thesaurizaret sequentibus, purgationumque genera & uirtutes, & usus eorum diligenti sollicitudine traderent. Dicendum est ergo in primis de cathartice uirtute, & officio eius. Ait Hippocrates, Graciles, & facile uomentes sursum purgare conuenit, uitantes hyemem, difficile autem & medie crassos deorsum, æstatem uitantes. Melancholicum ergo humorem deorsum purgare eadem ratione contraria apponentes: transitoriam uitam opponentes mihi: quia multum laborauit ad explicandum artem medicinæ: sed de cathartice tacuit, & nihil inde exposuit, nam si salutare esse conspiceret, utique de his nequaquam reticeret, quod ille se fecisse commemorat: sed eius bibliothecam Romanæ arsisse cognouimus, & librum ipsum ibi crematum non dubitamus: pro qua re liber de cathartice ab eo scriptus non inuenitur, quem uobis scriptum tradere conamur.

De generibus cathartorum.

Cathartorum uero genera tria esse scripserunt physici. Primum trahendi, Secundum euacuandi, Tertium purgandi habet facultatem. Et ex his tribus definitionibus, Vna quidem est a loco, Altera a quantitate, Tertia a qualitate. A loco quidem, declaratur locus ab eo, quod trahitur: quantitate, ex eo quod euacuatur: qualitate, ab eo quod purgat. Hoc igitur modo disposito, quærendum est de significatione trahentis, habet nanque genus tractionis, sicut a physici dicitur contemplatiuam esse suam similitudinem cui comparari potest, sicut & euacuans, & purgans. Trahens uero simile est magneti lapidi ferrum

de cathartice.

102

Adi ferrū trahenti ad se, & sicut ceruus serpentē de cauernis naribus educit. Similiter purgatio a simili fit, & e contrario. A simili, quādo lacticia mucos aquosos, & tenue phlegma purgant. A contrario, quā colocyntis & elleborus phlegma purgat. Virtus nanque quæ ad se trahit, dicitur græce helctice: quæ autē educit, epispastice uocatur. Attrahens adiutoriū fit, quā sanguis de naribus fluit, & quando uentosæ hypochondrijs imponuntur. Nunc quidem iam diximus omnem detractionem, medicinæ esse calidæ & humidæ, dicentes quæ dulcia sola, omnia secundum qualitatem suæ dulcedinis tanto plus calore participant, quanto dulciora fuerint, & quanto minus dulcia, tanto frigidiora. & ideo phlegma aquosum & magis tenue educit detrahit.

De aloë.

Aloë igitur in se habet aliquid cathartice, sed humorū nō est purgatorium, sed sterco & cholera purgat, quare falluntur qui dicunt aloë non esse amaram & stypticam uirtutis, apta est ergo stomacho, & cholera de uentre & intestinis educit, & non de alio. Hęc ergo irritationem uentris, & depositionem per naturalem meatum facit. Bene ergo antiqui ad similitudinem cholericæ de uentre uel intestinis humores esse purgandos dixerunt, & eos sterco esse diffinierunt.

De colocyntide, scammonia, epithymo, & elleboro.

B Colocyntis uero in tertio gradu est calida & sicca: scammonia autem in primo gradu ponitur. Nihil ergo erit admirandum, si aloë frigidæ & calidæ temperantiæ sit, & condensatoriæ, & extenuatoriæ. Veniamus igitur ad epithymum & elleborum. Ergo cathartice sunt, & melancholicum purgant humore, nam calidæ & sicca sunt temperantiæ. Intelligere iam debes quæ duplex est siccitas in eis, & una pars ignea, & extenuatoria sunt natura, frangendi nanque & incidendi pinguem habent facultatem, etenim elleborus & epithymum tenui & calida natura consistunt, & frigidam & terrestrem habent substantiam, id est humorem purgant melancholicum, & a contrario medicinæ.

De cathartice purgantibus superiorem uentrem.

Querendū est quæ qualitates medicaminū superiorē purgēt uentrē, & quæ inferiorē. Nā quæcūque medicaminū calidæ & sicca & ignita substantia uel spiritus composita sunt, hæc per uomitū purgant uentrē, ex quibus primū est elleborus albus, & quæcūque terrestri substantia participat, inferiorē purgāt uentrē, ut sunt lepis, colocyntis, & elleborus niger. Et quæcūque admista, scilicet aere spiritali & terrestri grauitate, hæc superiorē purgant uentrē & inferiorē. Et quæ colocyntis caput purget, experimēto testatur, quia lenis est, & lanuginosa, & tumentia, & ideo purgat superiora, & si datur, 3. i. cum mullā, ex capite purgat phlegma, & eadē ratione cetera cathartice perpenduntur: quæ a multis per longū tēpus inuenta sunt sapientibus. Nūc autē, quia de cathartice & purgatorijs disputare statuimus, in primis quæ purgāt cholera rubrā querendū est. Ergo purgat cholera scammonia, agaricum, aloë, succus herbæ heliotropij, Phlegma educit coccus, cnidius, lathyrus, euphorbiū, colocyntis, elleborus albus. Nigrā uero cholera purgat epithymū, polypodiū, niger elleborus, & prasi succus. Sanguinē educit porri succus, malua agrestis, herba mercurialis, liliphagus. Et hoc ad exemplū proposuimus, ut quis amator bonorū operū, qui ad hæc arcana desiderauerit accedere, ex his quæ proposita sunt, cetera doceat cognoscere. Mihi autē tempus est ad alias passiones trāsire, i. locales: & per singula loca cathartice operationes exponere. Oculis nanque adhibenda sunt purgatoria medicamina, & auribus, & naribus. Cathartice autē lateri, thoraci, uentri superiori, & intestinis superioribus, hepatis & sinæ eius parti, & spleni. Ceterum oculi purgantur per lachrymas, per nares, per mucos: Os, per phlegma & saliuā: Mamilla, per lac: Thorax, per tussim & spuētū: De stomacho uero educuntur cibus, & phlegma, & oēs humores, & cibi indigesti, & lumbrici rotundi: Ex hepate & sinæ eius, humores per uentrē educēdi sunt: ex gibbo autē, per urinam De splene uero, humor melancholicus, & sanguis faculētus. De renibus, sanguinis superfluitas, & lapidū imminēs periculum: Ex matrice, sanguinis ichores: De uesica, urina: Ex maioribus intestinis, scybala, & lumbrici lati: De extremo intestino, ascarides: De cute, corporis pediculi, & lendes, & sudores. Sed & sanguinis fluxū ex matrice factum uentosa in mamillis posita restringit: & phlebotomia in contraria parte facta. Et sapius irrationabiles impetus sanguinis, ligatis coxis retinemus, & qui fiunt ex naribus, purgantur autem uolētibus, per phlebotomiā adhibendū est adiutoriū. Et considerandum est quantum sit materia in purgandis, sed hæc purgatio cathartice purgationi compaginatur, & compatitur quid modice, sicut herculus lapis ferrum ad se trahit, & electrum fricatū paleas, & ceruus spiritu suo serpentem de cauernis, & serpens spiritu suo mures ad se trahit. Sed reuertamur ad propositum, & ostendamus non solū copatentes rationes extrahere, sed ipsa utiq; medicamēta de capite, & thorace, & pulmone, & hepate, & stomacho, & renibus, & uesica, & arteria, & neruis quæ optima sunt, extrahunt, et si quis se approximauerit naturæ cogitando, uidebit nō solū propriā in humoribus habere uirtutē proposita medicamēta: sed in partibus membrorum corporis prædictum ministeriū medicamentorū faciunt uirtutes. Quidam autem nos culpantes directo extenso supercilio, directi sunt ad fallaciam, ut dicant cathartice experimenta longa esse ab experimēto. Etenim naturalē cognitionē admittētes facti sunt hæretici male intelligendo, et non discernentes uirtutē & naturā splenis, et renium operationes, confitentur utiq; dicentes quæ esset talis materia medicaminū quæ has possit habere uirtutes. Si autem uerum est, sicut uerum constat esse, ut aliqua expedientia credantur esse localia medicamēta, in hepatis passionibus festinanter adhibenda sunt adiutoria, et naribus similiter, et in collo, et in intestino, et uesica, et splene quod

ul. tractioni.

Gal. ascitus liber de cathartics.

quod ad hoc fuerit utile, neque medicamen ad patientes locos adhiberi potest. sed æqualiter singula E
sua præbere beneficiū. Ex quibus manifestū est quæ sunt medicamēta ad humores uel ad corporis mē
bra expedientia. Nā si non est admirandū, q̄ alia sunt coprotica. i. tantū sterora mouētia. alia hydrogo
ga. i. humores liquidos & tenues & aquosos educunt, spissos humores nō deponētia: alia uero chole
rā rubram: alia aut nigrā: alia phlegma: alia sanguinē sunt deponētia. & cū alia caput purgent, alia tho
racem, alia pulmonem, alia hepar, alia splenem. quædam etiam in uentrem purgent humores, quædam
renes, quædam uescicam, quædam matrices, quædam intestina tenuia, & arterias, & neruos, & muscu
los. & quæ horum omnia sunt purgatoria, diuersas habent uirtutes: discere si potes species eorum quæ
experta sunt ad purgandum superiorem uentrem, & eorum quæ ad inferiorem.

De simplicibus medicinis.

Volo igitur dicere de simplicibus medicamentis, quæ Græci hapla uocant. Ergo colocynthis caput
purgat, & phlegma. Scammonia autē, corpus superius & inferius, & caput, & phlegma cum cholera.
quia natura eius calida & sicca tenuem habet substantiā, generās tractoriā uirtutē. Siquis igitur simpli
cia medicamenta scire desiderat, requirat, & inueniet uirtutem suā in primo gradu esse calidā, & acu
tissimam ad purgandum. Lathyris e contra purgatoria est phlegmatici humoris: semē eius, moderate
in gustu est dulce, & dictū est dulcia mediocriter esse frigida. *Oculorum cenotica, que ex oculis lacrymas F*
educunt. Oleum amygdalinum, nucinum, & laurinum, & anethinum, opobalsamum, centaurea, suc
cus rutæ, succus chelidoniz, cepæ, castorium, calcanthū, stypteria, sinapis, ammoniacum, mel, crocus,
& alia plurima. sicut in dynamidijs diximus, oportet prius per catharticū corpus purgare. *Aurium ce*
notica. Aures purgat mel, uinum, oleum nucinum, & amygdalinum, cepæ uiscum cum adipe plurimo,
aphronitrum cum melle & aceto, hydromeli & acetum, nitrum mistū cum uiuo, oleum roseum, succus
betæ. *Narium cenotica.* Purgat enim nares succus betæ, cepæ, elaterium, piper nigrum, sinapi, pyre
thrum, hyssopus, thymus, elleborus albus, struthium, euphorbium, cardamomum. Purgat caput per os
staphisagria, piper, sinapi, pyrethrum, hyssopus, thymus, & alia plurima, quæ in dynamidijs scripta sunt,
& gargarismata. Lac in mamillis reuocat ptisana, semen fœniculi.

De purgantibus pulmonem & thoracem.

Pulmonis & thoracis cenotica. Purgant pulmonem & præcordia daucus, papauer nigrum, semen lini,
thymus, anisum, piper, costus, sulfur, scilla, amygdalæ, iris, mel, orobus, prasum, capita porri, & alia plu
rima, quæ in dynamidijs possunt reperiri. Est autem confectio ad purgandum experta. *Styracis, tere*
bynthinæ, sandarachæ, mastiches, medullæ ceruinæ ana. 3. i. Iuuat stomachicos, pleureticos, phthificos
& omnem tussē. *Superiorum uentris cenotica.* Vomitus facit cedri cortex cum oxymelite. Sinapi *G*
cum mulsā, elleborus albus, ireos puluis cum mulsā. *Intestinarum tenuium cenotica.* Purgat nanque in
intestinis crudos humores, & indigestibiles cibos, & lumbricos rotundos excludit semen tithymalli,
& opos eius cum caricis, aut cū dactylis comestus, iris, herba mercurialis, thymi decoctio, aloë, absin
thium, abrotanum, & alia quæ in alijs commemorauimus. *Hepatis simorum cenotica.* Purgat ea poly
podium, lathyris, canubea cum absinthio & lupinorum apozemate. *Hepatis gibborum cenotica.* Pur
gat nardus celtica, squinanthum, agaricum, gentiana, absinthium, peucedanum, opobalsamū, myrtus.
Splenis cenotica. Purgat splenem elleborus niger, epithymum, polypodium, agaricū, capparitis cortex,
scolopendria. *Renum cenotica.* Purgat renes apij semen, fœniculi semen, daucus, alarus, squinan
thum, sanguis hircinus, graminis decoctio. *Matricis cenotica.* Sanguinem educit pessariū cinnamo
mi, sabina, calamus aromaticus, absinthij decoctio, artemisia, dictamnū, elleborus niger, sicut in dyna
midijis continetur.

De prouocantibus mensura.

Per impositiones prouocant mensura calamus aromaticus, castorium, lupinorum decoctio, ruta, pi
per, melanthium, balsamum, pæonia, artemisia, dictamnū, lapathij radicem decoctio. *Vescicæ cenotica.*
Euacuant & purgant uescicam asarum, apozema acori, amygdalæ amaræ, absinthium ponticum, semen *H*
balsami, bryonia, pæonia, semen liquiritiæ, pulegium, dictamnū, dracontij radices. *Renum & uescicæ*
lapidis cenotica. Lapidēs frangit cardamomum, oleum amygdalinum, bdelliū, semen fœniculi, amygda
læ amaræ, lapathij radicem decoctio, lini semen, saxifraga, electrum. i. succinum, sanguis hircorum, se
men olerisatri. *Scybalorum cenotica.* Scybala euacuant mel, sal, fœnigræci decoctio, maluæ decoctio.
Ventris cenotica. Aloem & salem cum melle coquas, & subijce. *Aliud mirabile medicamen.* Miræ ꝑ ce
parum succi ana. 3. i. mellis. 3. ij. In truliones coquas, & subijcies ut pastillos. *Sudoris cenotica.* Sudo
rem educunt uinum cum oleo irino, & oleum chamæmelinum, & anethinum, & siconium, & alia. Per
os data hæc prouocant sudorem, staphisagria, pulegium, silymbrium, artemisia, costus, libanotides, ca
fia, cinnamomum, agaricum. Quæ per suffumigationem sudorem mouent, sunt castorium cū pulegio:
semen balsami, bdellium. *Quæ pruritus mouent.* Sunt porrum, allium, caulis, asparagus, pastinaca,
ruta, cardamomum, raphanus, omnia falfamenta. Et hæc de simplicibus, quæ per longa tempora colli
gere potui, habes experta.

GAL.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VIRTUTE CENTAVREAE.

CENSURA.

Liber qui licet Galeni non sit, pleraque tamen, quæ in eo continentur,
ratione non carent.

De intentione eius in hoc libro.

Cap. 1.



N G O V I D I frater mi Papias, sicut Themistius famosus magister narrabat de
arnoglossa: quod re uera incredibilia existimantur esse quæcunque de cetau
rea uolo narrare: ita multas & difficiles passiones curat. Sed si non credideris
mihī, & probare uolueris, quā uirtutē habet, non decredes: sed miraberis de
eius succo, sicut de nullo alio pharmacorum. Nihil. n. est prope dixerim inue
nire euentius, & ad multa utilius cetaurea. Fortassis autē non erit iniustū, il
lis qui liberaliter eius experientiā ostenderunt, præbere grates. Sic. n. a certa
notitia ueris hoc pharmaco, cogitans q̄ non sunt solūmodo pronunciatio
nes ea, quæ dicuntur, cum sint iam ad actum producta. Apollonius igitur senex unus uiuorum, qui ual
de erant approbati in Roma, cuius magister fuit expertus Medicus, utebatur hoc pharmaco in mul
tis aduersitatibus: & per Deum miratus sum de ipso in circumambulatione. plurimum. n. propter hoc
circumambulabam cum ipso: cumq; quendam morsum a cane rabido curaret præsentē me, & deriden
te, & dicente nunc non habes uti centaurea, conuersus ad famulum, ait da mihi pyxidem: cumq; dedis
set ei, uidens eum de pyxide accipientem de pharmaco: primo quidem putabam & ipsum deridere.
erat. n. maxime simplex homo. postquam autē uidi curam facere de ipsa, ut dicta antiquorum percurrerem: & eorum, qui se
cundum nos plurimos medicorum interrogarem de ipsa si aliquid nouum haberent dicere. nihil mi
nus omnia aggregans, iudicauī scribere tibi de ipsa: ut nihil tibi deficeret eorum, quæ a nobis cognita
sunt. Hæc quidem in tantum dicta sint.

De speciebus centaureæ, & notificatione earum.

Cap. 2.

C E N T A U R E A autem sunt species duæ: & secundum ueritatem ita est, ut Cateas dicit in tertio libro
eorum, quæ eradicantur. Vna quarum folia habet sicut lapathium hortulanum, minora tamen. in
circuito autem sunt scissa sicut ferra. caulem autem habet sicut trium palmorum: opum uero habet ru
brum: in summitate uero eius caput laminiginosum cæcro marino simile. radicem autem habet solidā,
& crassam. Et est in gustu dulcis & subacris. nascitur uero in locis altis, & aliquando in planitie, & in lo
cis, quæ aspiciuntur a Sole. hæc quidem centaurea solida dicitur. Altera uero, subtilis centaurea dicitur.
nominatur autem ab aliquibus limnesia. Magna igitur centaurea fructuosa est, & in pratis nas
cens. Parua uero est unius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicem uero omnino sub
tilissimam & debilem, & in gustu est amara sicut absinthium. nascitur autem maxime in locis stagnō
sis & paludosis.

De modo succationis, seu extrahionis, & conseruationis succu centaureæ.

Cap. 3.

Est autem sermo hic de ultima. Succatur autem sicut & alia quæ prædicta est, modo tali. Lebes pro
dponitur magnus, sicut quando fit hepsema. i. uinum coctum. & ponitur centaurea minor, ut plurimum
tempore quo uigent oporæ. & aqua superinfunditur tanta, quanta sufficit continere herbam. & tunc
supponitur ignis, & coquitur herba sufficienter. demum postquam bene cocta fuerit, ut uirtus tota sit
emissa in aqua, aufertur cetaurea, & exprimitur. & mensuratur decoctio. & tertia pars hepsematis. i. ui
ni cocti superinfunditur ei. & coquitur quousque habeat spissitudinem mellis. Ego autem, sicut prædi
ctus senex, coxi eam in lebe, & auferens & exprimens incisi eam. & iterum coxi in aqua. deinde ex
primens & colans mensuraui. & iunxi uini dulcis decocti optimi tertiam partem. & coxi quousque ha
buit consistentiam, & feci ualde fortiorem huiusmodi confectionem. & ille senex laudauit. fit autem &
absque aqua huiusmodi herba incisa & expressa. Et fit etiam de flore eius succus, inciso eo & expresso.
& confert in ophthalmijs. Oportet uero attendere in decoctione ne induretur: post hoc autem dimitte
infrigidari. & repone in uase. & obtura diligenter.

De natura succu centaureæ, & eius conseruatione, & utilitate.

Cap. 4.

Est autem huius succus, ut sensibiliber est dicere, stypticus, & siccatus, & calefactius, cum uir
tute immanifesta operans, quam non est possibile exponere uerbo, neque ad excogitationem, uenire,
ita est utilis ad multa.

De

Ad passiones capitis.

Confert enim dolori capitis qui fit propter multam aduersionem Solis, uel uini meri potationem, quando permiscetur cum aceto & ungitur. Confert etiam ad sudores capitis, permistus cum uino, & unctus abrafo capite. Iuuat etiam ulcuscula quæ sunt in capite spissa & parua & rubicunda paruis papillis similia: & phygethla spissa & parua & rubicunda: permistus cum aqua & unctus abrafo capite. Confert etiam ad furfures cum aceto, abrafo & prælauato capite cum aqua fassa.

Ad passiones oculorum.

Confert etiam ad caneros oculorum asperatos, & ad pruritionem oculorum, & cicatrices albas. & caliginas, & scycofes, & communiter ad omnes antiquas dispositiones oculorum. Mitigat etiam phlegmonas oculorum & dolores, quando ungitur desuper. & rubicundos & sanguinosos oculos sine phlegmone, si ungitur cum aqua. & similiter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad passiones aurium.

Mitigat etiam aures phlegmone laborantes & dolentes, si apponatur in quantitate lentis cum aqua rosata uel uino. Sanat etiam ulcera quæ sunt in auribus, cum uino. Et etiam confert auribus sanie manantibus, & humidis, & foetidis, si cum uino austero colluantur, & postea cum uino solo. Confert etiam ad sonitus aurium, permista cum aceto & infusa: & ad difficultatem auditus cum succo raphanidis. Iuuat etiam ad pulices, & cimices. & consequenter ad omnia alia, quæ ingrediuntur ad porum auditus, cum aceto permista, proprie uero ad cimices cum oleo. Mitigat etiam phlegmonas, quæ sunt in poro auditus in superficie, & rubores, & quassationes aurium, cum uino.

Ad passiones narium.

Confert etiam ad narium ulcerationes, & putredines, & foetores, cum aceto. & sifit fluxum sanguinis narium cum aceto permista, & cum lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, unguendo narem quæ patitur, ab intra & ad extra.

Ad passiones oris & partium eius.

Confert etiam ulcerationi oris, si ungitur cum aqua, & alcolis tam albis quam nigris, in pueris quidem cum aqua, in perfectis uero cum uino austero colluta. Confert autem putredinibus oris, & depascentijs malignis, si colluatur cum uino, & ungitur. Iuuat etiam os humidum & foetidum, si colluatur cum aceto. Prodest etiam scissuræ labiorum: & gingiuis diu sanguinolentis, & tumidis & phlegmone laborantibus, & ulceratis, & corrosis: & etiam eis quæ pungunt in productione dentium, si colluatur cum uino, & ungitur. Confert etiam ad parulidas & epulidas, quæ sunt tumores gingiuarum, et paristhmia phlegmone consistantia: et communiter ad palatum, et radicem linguæ cum aqua generose. Iuuat etiam synanchicos, si ungitur cum aqua. et similiter confert ad escharas paristhmiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionida seu uulua dislocatam, uel relaxatam, uel phlegmone affectam, cum aqua. Confert etiam post chirurgiam cionidi, si ungitur cum aqua hoc pharmacum.

Ad liuiditates oculorum.

Tollit etiam hypopya idest liuiditates, quæ sunt in oculis, et alias liuiditates recentes oculorum, seu sanguinem mortuum, permista cum aqua et uncta, fascia super apposita.

Ad pudenda.

Competit etiam pudendorum & oschei ulceribus, uncta cum uino. confert etiam rhagadijs, & thymis, & phlegmonem patientibus pudendorum, uncta cum aqua. & annadibus pudendorum cum uino. Generose etiam operatur & in depascentijs & nigroribus qui circa pudendum, & in extremitate uirgæ, quæ dicitur glans. usus autem in his est diuersus. Accipitur enim de succo tantum, quantum est nux: & de uino cyathus unus uel duo, & feruent simul. & de hoc colluitur locus quolibet die. deinde superapponitur ab extra hydromeli. Non oportet autem pudendum trahere deorsum ut fluant liquores, sed apprehendatur cum ligaturis, sicut multi medicorum apprehendunt & ligant. ita enim ualde multos uidi curatos ab illo sene, & ego ipse curauit non paucos.

Ad anum.

Mitigat etiam sufficienter & phlegmonas ani cum uino, & ulcerationes eius cum aqua. & quassationes eius, uel depascentias, uel putredines, cum uino. Confert etiam exitui ani colluta cum aceto, demum uncta.

Ad unguis.

Confert etiam quassatis unguibus & apostematis, superligata fascia.

Ad sudores, erysipelata, & exsforationes.

Totum autem corpus iuuat ad sudores, cum uino: & ad erysipelata cum uino: & ad exsforationes similiter.

Ad herpetem.

Sifit etiam herpetas depascentes seu ambulationes, cum aceto. eos autem qui non sunt depascentes, cum aqua. delet etiam impetigines, cum aceto.

Ad combustionem ignis.

Confert etiam combustis ab igne, cum uino. absque superligatione, absterfo prius loco cum spongia infusa in uino.

*Ad ulcera**Ad ulcera chronica.*

Confert etiam chronicis & antiquis ulceribus, uncta cum uino. in corrosis uero, cum aceto: & in puris similiter. Vfus autem fuit Apollonius in gægræna cum aqua. & circūcharaxiuit locum, ut ipse dixit. ego enim non uidi, sed credidi huic uiro. multum enim erat ueridicus.

Ad plagas.

Maximum autem est hæc succositas pharmacum ad omnes plagas. Plagarum autem alia sunt superficialia, & alia profunda. at superficialium alia quidem sunt in diuisione sola, alia in quassatione, alia in apofymate, alia uero usque quo emittitur os. ad hæc autem omnia excellens pharmacum est centaurea. quia uero diuersus est usus eius, redeo ad eum. In omnibus igitur superficialibus, ungitur cum aqua, uel ponitur in corio, & superapponitur loco, & ligatur cum fascia. In profundis uero, cum ellychnio cum melle, & superappositione fasciæ, qui modus etiam confert quæ fuerit scissio usque ad ossa. Vidi. n. ego tertiã partem cutis capitis apofyma pati: & curari illo modo per dies septem, & aliquando nouem, & aliquando undecim. Habet autem proprietatem hoc pharmacum non colligendi humiditates. Iuuat etiam per modum collyrij in plagis in quibus denudatum est os, & non est magna diuisione. Colligens enim tu labia uulneris, immitte pharmacum, & ad consolidationem ducet. & si futuram feceris, fasciam de panno uel corio pone in septem uel noue uel quatuordecim diebus, & fomentes cum spongia. In sagittis autem, & aculeis, & calamis, oportet immittere hoc pharmacum superapposita fasciæ. In percussionibus uero gladij, sicut in duellantibus, ponatur in fasciæ de corio, fomentato loco prius cum spongia infusa in oxalme, idest aqua fassa, & aceto. & tunc utendo centaurea cum melle, dimittendo usque ad quatuor dies. Iuuat autem & in chirurgia, quando consolidare uoluerimus, posita in fasciæ. sicut in colobomatibus, & atheromatibus, & fauis, & adipiminibus, & scrophulis, uel aliquo tali, confert etiam & acrochordonibus, & similibus, unctis per fasciam. Consolidat etiam plenas plagas cum melle mista. Ego autem usus fui in cura duellionum hoc pharmacum, proijciens fascias & ligaturas: & utens hoc pharmacum solo usque ad consolidationem.

Ad apostemata incisa.

Summe etiam confert in apostematibus incisis paruis & multis diuisionibus, propter decorem, aut magnitudinem, uel loci ineptitudinem. quando igitur utemur in apostematibus ut dictum est multis aut paruis incisionibus, tribus aut quatuor diebus exungentes cum aqua fassa & aceto, diligenter in unguimus centauream cum melle.

Ad feras uenenosas.

Confert etiam & in feris uenenosis interficientibus, & non interficientibus: in apum quidem & incisiuorum moribus, uncta cum uino: in reliquorum uero sicut & hydri, & cerastæ, & aspidis, & araneæ, & scorpionis, & turturis marinæ, & mygales, & hãmodityæ, & amphisbænæ, & basilisci, & dryini aquatilis, & prasij, & scolopendræ, & ascalabotæ, & canis omnis, & proprie rabiosi, & leopardi, & crocodili, & similia. Vfus autem est diuersus. statim enim quæ plaga facta est uel mordificatio, scarificare oportet eum qui in circuitu est locum. & in ipso loco qui patitur facere unam diuisionem profundam. & sic mulgere & educere humorem. deinde in plaga superponere collyrium, & desuper fasciam de corio. & soluere per dies octo aut quatuordecim ad plurimum, & uino abstergere infuso in spongia. Aquam uero non oportet adducere. & maxime in morsu a cane. quinimmo abstinere oportet a balneo usque ad annum ex omni aqua. Vfus autem in morsu a cane rabido custodimus in consolidatum tempore multo, sicut multi medicorum faciunt. secundum ueritatem tamen permittendum est consolidari sicut & alia ulcera in proprijs temporibus. Ita enim & Apollonius curauit quendam genere gallicum, morsum a cane rabido, & ego curauit quendam iuuenem, dans bibendum pharmacum istud. & aliquando ex superabundanti cum oxymelite. In omnibus autem quæ œdemate intumescunt, per excellentiam confert, si ungitur cum ouo. Mitigare. n. & replere natum est in omnibus extrinsecis. Tussis etiam mitigare uidi datum in fabæ magnitudine cum aqua. & stomachicis similiter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato. & soluit crassos & uiscosos humores, in quantitate auellanæ cum aqua. Iuuat etiam asthmaticos, & orthopnoicos, in quantitate auellanæ datum cum oxymelite. Confert etiam ad ruptiones & uulsiones. & similiter curat spleniticos, in quantitate fabæ ægyptiæ datum cum aqua. Iuuat etiam empyicos, in eadem magnitudine datum cum aqua. & hydropticos in eadem similiter. Confert etiam dysentericis in quibus requiritur stypticatio & retentio. Confert etiam in dysuria, in magnitudine fabæ ægyptiæ bibita cum aqua. & in ischiadicis in quantitate auellanæ datum cum melicrato. operatur etiam in hydropticis, si ungantur cum uino, & bibatur cum aqua, uel hydromelite in quantitate modica. Iuuat etiam matricem, & officium eius, quando phlegmone laborat, si ungitur cum uino. & similiter ulcera eius. Si autem nigrae fiant, & putrescant, uel sint depascentia, oportet ut uino & alumine colluantur. Mundificat autem & matricem immundam: in quantitate unius auellanæ cum aqua. bonum etiam est in collutionibus mulierum quidem communiter, proprie uero matricis. Et hæc de centaurea quidem in tantum dicta sufficiant.

G A L E N O A T T R I B V T V S L I B E R D E
D I N A M I D I I S.

* Desideratur libri principium. *

Verum hæc est uirtutis demonstratio omnium medicamentorum quæ ad artis medicinæ scientiam pertinet: quam si plenissime intelligent hi qui artem medicinæ profitentur: semper his adiutorijs & curis homines adiuuabunt. Quod si non negligens assiduitatem, & plenus huius disciplinæ & doctrinæ aliquo modo fuerit, facile recipitur in crassiam. hi magis decipi possunt qui doctrinam ignorant: qui quanto negligentes fuerint, tanto magis periculum hominibus uicturis faciunt: permista & præposita & non congruentia ualetudinibus & iam magis uulneribus medicamenta componunt. Ne igitur errore curantes frustrentur, experimento hanc doctrinam prius memoriæ commendare oportet. In principio ergo, omnium elementorum uel humorum atque urinarum siue pulsum atque phlegmonarum ferre composui confectionem ad Glauconem conscriptam. In secundo tibi clarissime Paterniane omnium pigmentorum intellectum & qualitatem & defectum posui. Nunc uero dynamidiam eorum nominum exponere institui quæ multis generibus & ex dissimilibus rationibus constat: sicut infra ostenditur. Sūt autem genera nominum & eorum effectuum hæc. Hypnotica sunt quæ somnium uel soporem faciunt. Peptica sunt quæ digestionem faciunt. Eustomacha apta stomacho. Styptica quæ stringunt partes relaxatas. Lea sunt lenia, quæ leniunt asperitatem. Oretica sunt quæ auferunt fastidium. Collecta sunt, quæ glutinaria: quæ omnia soluta uel fluxa glutinant, & alligant. Diuretica sunt quæ urinam prouocant. Cathartica sunt quæ uentrem & uulnera soluant & purgant. Picra sunt amara: quæ amaritudine sua morbos & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ nequitiam humorum uel morborum extinguunt. Glycea sunt dulcia: quæ aliquando purgant, & interdum acres humores indulcant. Thermantica sunt excalfactoria, quæ calore suo omnem perfrictionem & strictionem calfaciunt. Psyctica sunt refrigeratoria, quæ omnem calorem & lassitudinem mitigant. Paregorica sunt quæ mitigant ne malū crescat: nam non persanant. Trachea sunt aspera, quæ suffocata loca ulcerant & exasperant. Staltica sunt quæ carnes supercrescentes uulneribus æquant. Catulotica sunt quæ cicatrices grossas comedendo æquant & limpidant. Anaplerotica sunt quæ cicatrices crassas: quæ altera uulnera complēt & limpidant. Metasyncretica confirmatoria quæ persanant. Malactica sunt quæ omnem duritiem emolliunt & soluant. Toxicæ sunt uenena quæ nocumentum inferunt mortis. Et hæc sunt ex quibus medicamina sunt prodeuntia. Sanationes constant ex animalibus marinis: uel terrenis, herbis, uel seminibus, lignis, uel lapidibus, aut floribus, succo, uel lachryma. Cetera omnia metallicis rebus constant. Omnium ergo qualitas & potentia quatuor modis probatur, uisu, tactu, odore, & sapore. Visus omnium similitudinem foliorum uel florum: & cuiuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cuiuscunque rei mollitiem uel duriciem, ponderis seu leuitatis æstimationem docet. Odore intelliguntur ea quæ odorata sunt, thermantica, styptica, austera, & putrida. Sapore intelliguntur, ea quæ sunt amara, dulcia, salia, acria, acida, styptica, & lenia. Iam nunc ipsam medicinam leuiter demonstro corporibus ex his omnibus contrarijs prodesse. Et ex contrarijs sibimet uinci, ut ignis ab aqua uincitur, & ipsa aqua calore siccat. Interdum & calore nimio maiori adhibetur: ut contrarijs esse possit. Sic ergo & omnis causa contrarijs sibimet causis uincitur uel mitigatur. Consequens ergo est ratio, ut prius causam curandi intelligas, deinde causæ rationem reddas, postremo de curis dicam. Febres ualidæ stypticis, chalafticis, & paregoricis rebus mitigantur: interdumq; & perfrictione, quando causa concepta fuerit. Similiter & omnis causa ualida curatur: stricta & dura causa malacticis, & metasyncreticis rebus curatur. Aspera causa chalafticis & dulcibus, & lenibus rebus curatur. Fastidia morborum horeticis rebus curantur. Humores acres & salii, amaris catharticis rebus & dulcibus indulcantur. Cancrosa causa stalticis, Hæc & catharticis, & acerrimis rebus, & igne curantur. Verrucæ & extantia corporis, stypticis rebus curantur. Difficilia uulnera & cicatrices crassæ catuloticis, & collecticis rebus curantur. Alta & caua uulnera, & lymphida anapleroticis, & lenibus rebus curantur. Dolores omnes uetusti, & insanabiles metasyncreticis, & malacticis rebus curantur, aut paregoricis mitigantur, aut igne peruruntur. Hæc quidem doctrina complectens omnia experimenta non debet medicum latere. Quoniam si huic doctrinæ operam dederit, omnes ualetudines & uniuersas imbecillitates humanorum corporum per hanc doctrinam salubri auxilio superare poterit. Igitur totius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medicamentum, ferrum, & ignem. Quod. n. medicamento curari non potest, ferro curare tentes: quodque ferro sanari non permittitur, igne curari conceditur: quod autem nec medicamēto, nec ferro, nec igne curari poterit: incurabile cogitabis, quia nulla cura iam superari poterit.

GAL.

105
G A L E N O A T T R I B V T V S L I B E R A L T E R
D E D Y N A M I D I I S.

C E N S V R A.

Liber magna ex parte ex Actio desumptus, erroribus
tamen plurimis scatens.

De quatuor humoribus.



IBELVUM, quem roganti tibi, promisi, omni cura adhibita descriptum mihi ordinatissimum tuæ salutis custodiæ, quem debebis ea diligentia intueri, qua scriptus est. ad curationem tui corporis omnia explorata sunt, quæ cum rerum effectu comperit celeriter connexui. Nanque diligenti cura, licet summa breuitate cõprehendi singula curationum genera, sicut proxime te interposito Casari nostro fecimus. quæ per te etiam æstimare poteris. Sapientis. n. ratio consilium inuenire consuevit. Omne itaque corpus hominum uel pecudum aliorumq; ex quatuor humoribus constat. Sed præcipue hominum, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur uiscera unde spiramus. Calido continentur anima, qua uiuimus, inde est q̄ sentimus. Sicca sunt ossa, quæ uires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis, quo alitur uita. Per ossa uero & uiscera uenæ currunt, quæ sanguinem regunt. Sanguis animam, anima uitam sustinet, spiritus autem aer est, ossa uerius munita uirtutem corpori præstant. Sanguis quando abundat, ualetudinem uiciat. Ex eo enim nascitur sanies, quæ in uulneribus uidemus: nascitur ex eo pituita, quæ nauseam facit: nascitur ex eo bilis etiam acida & amara, quæ dicitur mater morborum. bilis enim ubi est, concitat calorem, pruritus: pruritus, perfrictionem. inde fiunt dolores intestinorum. oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur ut rumpi uideatur. Sanguis autem ex nimio cibo, nimiaq; potatione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quando uagatur extra cursum naturæ, infert uitia corpori: & in quacunque parte corporis incubuerit, uiciat, fatigat, & lædit: idem etiam animum uiciat, & inde os hominis incendit, incipitq; exinde foetere. At quando est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus caloremque fortiter sustinere. Quando abundat calor uel frigus, facit corporis languorem, uel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor constat humoribus, sanguine scilicet & phlegmate, & utraq; cholera, quæ dominantur in suis locis. Sanguis uirtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, quod iecur uocamus. Cholera uero nigra in sinistro latere est in liene, qui græce splen dicitur. Phlegmatis autem alia pars in capite, alia in stomacho, alia in uesica est. Sanguis calidus est, & humidus: cholera rubra, amara, uiridis est, & sicca: cholera nigra acida, frigida est, & sicca: phlegma frigidum & humidum. Hæc omnia in suis temporibus crescunt: sanguis ueris tempore, cholera rubra in æstate, cholera nigra in autumnno, phlegma in hyeme. Isti humores dominantur siue per diem, siue per noctem. sanguis dominatur ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam: cholera rubra ab hora diei tertia usque in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona usque in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia usque in horam noctis nonam. Hi etiam habent respirationes per singulas partes corporis, sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os, & per nares. Hi quatuor humores, per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur usque in annum xiiij. & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur usque in annum xxxv. uel quadragesimum: deinde a trigesimo quinto, uel quadragesimo anno magna pars sanguinis dominatur usque in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in unoquoque homine. Sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos. cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilentos, comedentes multum, & uentres solubiles: phlegma facit compositos corpore, inuigilantes, & intra se cogitantes, & canos cito producentes: cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos, & timentes. Qui habent uirtutem calidam, dominantur in superiori parte: qui uero frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulsum suum habent: sanguis facit pulsum plenum, & humidum: cholera nigra tardum & segnem: cholera rubra tenuiorem, asperum, percutientem: phlegma honestum, plenum, & æqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habentur ætatibus: si unus ex his minuitur aut decrescit, longam facit ægritudinem: simili modo, si augmentari cõperit, & si imperitum Medicum habuerit, qui non intelligat, ex quo humore fiat ægritudo. Scias autem charissime frater Meccenas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida, & sicca, & amara: quia sanguis calidus, & humidus, & dulcis est: Si uero cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia: quia cholera rubra amara est, & ignea, & sicca: Si cholera nigra, da ei calida, &

SPVRII.

O humida

humida, & dulcia: quia cholera nigra acida est, & frigida: & sicca: Si ex phlegmate facta est agri-
da ei assidue dulces, calidum, & siccum: quia phlegma frigidum, & humidum, & salsum est. Et quando
hoc factum fuerit, perducas ad propriam sanitatem aegrotum. Igitur ut facilius commodis fruamur,
& incommoda uitemus, percurrentia uitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaque mortife-
ra emendemus.

Ex quibus membris sanitas uel infirmitas pendatur.

Quatuor corporis partibus origo infirmitatis uel sanitatis ostenditur, capite, thorace, uentre, & ue-
fica, quae ita oportet cognosci. Homines sani erunt, si urinam mane albam, ante prandium cadidam, ite
ante coenam roseam emiserint. Candida, n. urina debet esse, ubi cruditas non est. Quod si mane mutaue-
rit colorem, ostenditur subesse uitium: quod autem genus uitij, ita intelligemus. Quando a capite mor-
bus oritur, solet capiti dolor accidere, uel temporibus, tunc supercilia grauantur, & tempora saluunt, &
aures sonant, oculi lachrymantur, nares repletæ odorem non sentiunt. Ergo quando ex his aliquid ac-
ciderit, caput purgari oportet hac ratione, hyssopi, aut coronæ, * burbulæ fasciculum unum feruescere
facias, inde aquam continebis ore, usque dum caput calidum habueris, ut fluat pituita. q. si quis negli-
gat eam, caueat epiphoras, aut dentium, aut aurium dolorem. Interdum etiam parotides nascuntur,
& uitia circa aures & ceruicem oriri solent. Interdum destillatio uuluae, aut grauitas. Interdum ulcera
nascuntur in capite, aut capilli desuunt. Quando autem a thorace morbus oritur, incipit sudare caput,
lingua fit grauior, aut os amarum, aut * mamillæ dolent, oscitatio sequitur sine somno & quiete: graui-
tas & prurigo corporis, aut dolor. brachia manusq; intumescunt, subitq; tussis arida. Ex his igitur qñ
aliquid acciderit, uitabis uitium si uomuerit, siue ieiunus, siue post coenam, uel in balneo. plus. n. pro-
dest si ieiunus bilem proiecerit. eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui uomere uolunt, &
stomacho laborant, si decimo quoque die abstineant, omne uitium euitabunt. Nanque frequenter uo-
mendo solet stomachus corrumpi. Quod si ex uentre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter * uritur &
turbatur, & sentit dolorem, ut cibus & potus amara uideantur, genua subsidunt, lumbi grauantur, in-
ter scapulas contrahitur, totumq; corpus particulariter grauescit, tardantur pedes, grauia sunt crura,
renes indolescunt, & incurrunte febriculam. His itaque cognitis, prima est abstinentiæ utilitas: tunc
medicamentis satis est aluum purgare, ut graue corpus leuamentis adiuuetur. Quod si morbus maior
premere uideretur, adijcies alterum diem in abstinentia, si uires tamen patiuntur: sin minus, quam maxi-
me leuissimum sumant cibum, sicut ouum forbile, aut aliquid ouo simile. Hæc qui neglexerint, sicut coe-
liaci, torminosi, dysenterici, & nascuntur tertianæ & quartanæ: sunt podagrici, chiragrici: morbus etiã
in articulis accidere solet: quidam etiam sicut amentes, quibus etiam solet sanguis a naso erumpere:
oportet autem custodire & emendare uitium. In uesica qui nascitur morbus, hæc habet signa. pleni ui-
dentur, & cito saturi sentiuntur, frequenter sentiuntur inflationes uentris, & strepitus, uidentur oscita-
re nec oscitant, sed tantum os diducunt. sequitur totius corporis stupor, somnus grauis, quasi macri cor-
poris sit. Vrina liuida & uix erit, tumescunt etiam uerenda, & inde calculosi fiunt. Hæc uitia sic emen-
dantur. Foeniculum, apium uino austero madefactum, uel etiam radices eorum coteres cum uini cya-
this duobus, & tantundem aquæ calidæ, uel dauci semen, & myrtæ pusillum tritum cum uini cyathis
duobus, & tantundem aquæ calidæ, uel cicer album madefactum cum uino, ut supra scripsi, bibe: uel
radices asparagi, uel orobum erraticum, uel serpyllum decoque in aqua uino mista, & bibe. quod si ne-
gligunt, fiunt hydropici, sequitur & iccoris, renum, & uesicæ dolor: sicut quoque calculosi, sequitur &
stranguria, & uenter tumescit. Intueri autem oportet ægri uires, ut possit sustinere medicinam, ita &
febris cruditate careat. Sed etiam cataplasinata adhibenda sunt, quæ apta sint capiti uesicæ, crudi-
tati, frigori, calori prout tempus erit. uti etiam oportet roseo aceto, oleo uiolato, & irino: & linguam
asperam melle fricabis, uel menthæ folio, & reliqua diligenti Medico permittenda sunt: quia mor-
bus acutus est.

Prologus libri.

Quoniam petenti tibi, corporis sani & imbecillis per urinam notas dedi, adieci etiam ad curatione
rationis consilia: nunc autem medicamentorum compositiones adijciam, & unde nascantur corpori ui-
tia: & si nata fuerint, quæ emendatio ad sanitatem perducatur. Aduersus autem omnes impetus morbo-
rum duo sunt remedia certissima: primum est, ut decimo quoque die a cibo & potu abstineas, deinde
postero die laueris, ciboq; firmo utaris. si sic feceris, oportet ut nihil uitij omnino accidat, perpetuaq;
sanitate utaris, altera res salubris est potus, qui lenitudinem confirmat: eius portionis compositiones
habes per annos iam completos amicissime Mœcenas, quando me cum Cæsare nostro morari * memi-
nistis. & hæc faciendo nunquam te in aliquo languore corporis decidisse: nec nostrum Augustum. Itaq;
me tecum habebis, libellum meum legendum. Adieci etiam quod plenius tibi consilium præstare poterit
petenti, quod in ultimis leges dynamidijs. Sed expedit, ut crescentibus numeris Lunam obserues, qñ
tollere, & qñ ponere uelis curationem. Si itaq; nõ feceris, & ad diminutione Lunæ sustuleris, minus ua-
lere scire te oportet. etenim mare p Lunam auget & minuitur. cerebrum et corpora hominum augentur
crescente Luna. Quando autem Luna minuitur, ita quoque unaquæque carum rerum diminutione sen-
tit, quæ licet recognoscas ex his hostijs, q̄ quotidie immolatur, i quibus uides oibus augeri & minui cæ-
rebrum

Arebrum per Lunam, ita quoque in herbis, & componendis medicamentis. Sane etiam totius anni dies
tibi scripsi, per quos scias quibus rebus uti debeas aut abstinere. Incipiamus ergo ab hyemis conuer-
sione, quæ fit solstitiali die. i. octauo cal. Ianuarij. Tunc incipit se diffundere humor increfcens usq; ad
conuersionem ueris. Utendum est ergo calidis, & aperitiuis rebus illo tempore, & uino aliquatenus in-
dulgendum. Sunt autem dies in supradicta conuersione nonaginta tres. nam incipit ueris conuersio a
duodecimo calend. aprilis. ex eo phlegma crescit & sanguis. Utamur ergo bene olentibus, & acris
omnibus: corpus exercere & laborare debemus usque ad ortum pleiadum. diebus. f. xxvij. nam pleia-
des oriuntur sexto idus maij. Ex supradicta igitur conuersione usque in hanc diem fel crescit, & ama-
ritudo eius augetur, ex quo febribus subministratur alimonia usque ad æstiuam conuersionem. Utamur
ergo dulcibus, ueneris & uino parcius: labore nihilominus exercitabimur. Sunt autem dies isti a supradic-
ta conuersione xxxij. conuersio uero æstiuæ octauo cal. Iulij incipit, tunc nigrum fel. i. m. melancholia
augmenta suscipit usq; ad conuersionem autumnalem. Utamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene
olentibus: a labore tunc corpus abstinemus, sed a ueneris usu continere debemus, maxime diebus.
xij. Conuersio autem autumnalis incipit sexto cal. Octobris. tunc etiam fel crescit, & pinguis humor. i.
pituita usque ad occasum pleiadum. Utamur ergo acidis, & acerbis, & parcius laboremus, & abstinea-
mus a ueneris. Sunt autem pleiadum occasus dies. xl. quod est quarto idus Nouembris. tunc crescit
in corporibus hominum sanguis. Oportet ergo cibis leuioribus uti, & uinum sanum sumere, & a uene-
re non abstinere. inde ad conuersionem hyemalem dies sunt. xij. His ergo utere, & sanus transibis om-
ne ætatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

De catharticis. Vide Aetium in lib. 3. cap. 23. De purgatione ex Antyllo.

Quoniam quidem de naturalibus qualitatibus specierum, & ciborum in superioribus satis diximus,
nunc de catharticis dicendum est, quæ diminuunt humores, quos auxerunt cibi incongrue sumpti. Sa-
na habentes corpora laboriosum est purgare. etenim tortionibus & strophis grauissime affliguntur, &
grauiter eos consequitur purgatio, & deinde citius deficiunt purgati. Oportet igitur aliquem purga-
re uolentem, præextenuare & incidere pingues humores, & poros adaperire, per quos accipiuntur &
extrahuntur humores a catharticis. & crudos quidem & tenues humores a principio morborum eua-
cuare oportet. Expectare autem oportet concoctionem in crassis & glutinosis humoribus, sicut est
phlegma & cholera nigra, & in omnibus prolixis passionibus semper maturationem expectare conue-
nit. In acutis autem quando mouentur humores, & circa initia purgandum est cum cautela multa. In
Cmotione etenim, & ductione, & cursu existentibus humoribus, timendum est ne quod uiscerum debi-
le existens natura, materiam motam recipiat, & maxime thorax. In quolibet autem membro infixos
humores, sicut in phlegmonis uiscerum sit, purgare non oportet antequam maturentur. Quicumque. n.
phlegmonas habentes dicit Hippocrates in principijs soluere tentauerit, nihil extrahentis, & phleg-
monem facientis auferet. Non enim concedit cruda passio, sed salubria, & morbo repugnantia deli-
quat, sicut corpore debilitato praualebit morbus. Quando uero morbus praualeat, honestum est
humores educere. Utimur autem catharticis in cephalæa & scotomia, & hemicrania, & epilepsia, asthma-
te, & synanche, & orthopnoea, & in ischiadica, & arthritica, & podagrica, & nephritica, & in uesica &
matricis passionibus, si prolixæ fuerint. Similiter autem & quando rheuma frequenter nocet auribus,
uel naribus, uel oculis, uel stomacho, uel ori, uel omni superficiei, & neque desiccantur ab alijs adiuto-
rijs, neque per se stare potest. solet. n. uentris purgatio rheumatismos stringere. Hic quoque ordinabo
quo modo expurgetur melancholicus humor, post phlebotomiam, post retentionem hæmorrhoidum.
Ad expurgandam uero & remouendam prolixam humorum dispositionem utimur cathartico in para-
lysi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo, qui caros dicitur, & in grauitate permanente in ali-
qua parte corporis. Ad restaurandum uero corporis habitudinem, utimur catharticis, & in prolixis fe-
bribus, uel quotidianis, uel quartanis, mania, melancholia, ecstasi, cachexia, atrophia de malis humo-
ribus facta, in elephantiasis, uel epilepsia quoque, scabie, & lepra, exanthematibus, satyriasi, in ulceri-
bus multis spontaneis, & uix cicatrizantibus, & rheumatizantibus. & ut abundantem, & molestam
educamus humorem, utimur catharticis in hydropico, & icterico. Hic quoque ordinandum est de rheu-
matismis uentris, in quibus utimur catharticis. aliquando etenim acer et inutilis humor insidet pel-
liculis uentris aut intestinorum, similiter ut acria suppositoria, & acria clysteria commouent intestina, &
ad desidendum conatum excitant. Vbi enim est acredo, ibi attrahitur humor de membris in circuitu,
uel de toto corpore. In his uero dignum est uti catharticis, ut talis humor expellatur a toto corpore,
& uenter, & intestina mundificentur. Vniuersaliter autem catharticis utendum in robustis uirtute, &
promptis ad exercitia, stomachumque robustum habentibus, & multam inutilem materiam in corpo-
re congregantibus. Nimis uero pingues, nimisq; graciles ad purgandum incongrui multo abundan-
tes sanguine, & frequenter deficientes, & uix curabiles, & cito uomentes pro qualibet occasione, &
pueri, & senes, & mulieres fortiter menstruosa, & purum ualde corpus habentes, & qui bene cauerint
in diæta, & quibus ualde restringitur uenter secundum naturam. Sed & etiam in dysenteria, & qui leui-
ter apprehenduntur coeliaca. Omnes enim coeliaca passione grauari ad purgationem sunt incongrui.
Nunc igitur incipiendum est a pharmacijs choleram purgantibus.

SPRIL.

O 2 De pur-

De purgantibus cholera rubram.

Cholagoga dicitur, quae cholera rubra expurgant, quibus utendum est, si opus est, omni tempore: praeterquam hyeme: in aetate quidem adolescentiae & iuuentutis, habitudine autem sicca, & gracili, & nigra uel rufa, & in uiris magis, quam in mulieribus, & in ijs, qui frequenter cibum corrumpunt, & in habentibus uentrem constrictum, & amara cholera abundantibus, facileque irascantibus, & urinas modice egerentibus, cibisque utentibus calidis & ficcis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, splenicis, pleuriticis phreniticis, synanchicis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notandum quod cathartica non simplici aliqua qualitate euacuant, ut per calorem (nam si hoc esset, omnia calida purgarent, ut piper, sinapi) sed potius purgant proprietate quadam, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed cathartico quaedam, quae uentrem molliunt, tantum malactica dicitur, de quibus superius diximus. Nunc uero de fortiter educantibus sermo imminet, quibus utimur aut ubi materiam per metathesim medicamur, aut induratum morbum como uemus, siue ut reficiamus corpus, & ad suam temperantiam conuertamus, aut humorem molestantem educamus. Sunt autem alij quidam modi misti & compositi adinucem. Purgantibus uero tempus est aptum uer magis, & maxime autumnus.

De aloë. Vide Aetium libro eodem. cap. 24.

Aloe totum corpus non euacuat, sed cholera in stomacho, uentrem, & intestinis existentem educit per fectione & suauiter, cum suppositis scybalis, quae nimis educit. Datur autem capite grauatis propter fumigationes a stomacho frequenter ascendentes, datur autem ophthalmicis propter eandem causam, & ijs qui propter cholerae abundantiam sitiunt, & quibus lingua & os facile desiccatur: & quibus stomachi fit subuersio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem, detur quoque citrinis extra rationem factis: & ubi necessesse est educere superfluitates, & clystere pro aliqua occasione introrittatur. Dantur aloes drachmae duae, cum melicrato. Optimum autem erit si quis acceperit eum quotidie uespere, siue quod melius est, mane, quia uespere post cibum, cibum corrumpit. Quibus uero insuauis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, uel brassicae, uel cum terebinthina & melle cocto orobicas coctice pilulas, & da ex eis secundum quod opus fuerit, est autem eustomachicum plus omnibus catharticis.

De scammonia. Vide Aetium libro eodem. cap. 25.

Scammonia cholera rubram educit, stomacho maxime dolorem inferens, & insuauis, & grauer olens, & ualde sitim faciens, & cum omnia cathartica cacostomacha praeter aloem sint, scammonia est praeromnibus. Abstineri igitur ab ea oportet debilem habentem stomachum. leuissima, n. existens, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat, quod purgandum non est, sed impeditur eius euacuatio frequenter a calore febrium, ut de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur infebribus & eustomachis, & difficulter uomentibus, & non facile deficientibus. Dosis uero eius est. ʒ. iij. siue plus, siue minus, secundum uirtutem: cui admisceatur sal, aut thymi cyma, aut pulegij, aut aloë magis. [quibus forte absentibus detur cum melle, uel succo ptiffanae.]

De peplo. Vide eodem libro. cap. 26.

Peplij semen, aut cyma in umbra siccatæ dantur. ʒ. iij. in melicrato modico aceto asperso. educit. n. cholera rubram, & nigram, & phlegma, & uentositates, & secundum quod Isaac dicit, maxime conuenit passionibus ex uentositate factis, [& melancholia.] In uitio splenis quoque prodest, inflationibus prolixis & matricis, & coli, [& profundis tumoribus, qui fiunt in uentre.]

De elleboro nigro. Vide eodem libro. cap. 27.

Elleborus niger purgat inferius cholera rubram, maxime, & nigra de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantibus non grauer, sed in circuitu, & per longum tempus, datur, & [manentibus chronicis,] & in cephalæa diuturna, utilissimus uisceribus, & matricis passionibus. Maxime uero eius uirtus est ad educendum ex toto siquid corruptiuum sanguinis est admistum. Vnde utilis est ictericis diuurnis, & exasperationibus circa superficiem, ut est lepra, & impetigines, & similia, ad elephantiacos quoque facit. Dosis autem eius est. ʒ. iij. siue plus, siue minus. Tenuibus autem radiculis prius aqua infusis, deinde earum ablato cortice, & in umbra desiccato, diligenterque trito datur cum sapa, aut cum oxy melite, cui adiungitur causa boni odoris modicum petroselinum, uel dauci, uel pulegij, uel satureia. quod si fortius uolueris facere, scammoniae modicum adiunge.

De purgantibus cholera nigram. Eodem libro. cap. 28.

Cholera nigram educantibus utimur in melancholicis, & scotoraticis, & furiosis, & ijs qui atrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. detur autumnus tempore maxime.

De epithymo. Eodem libro. cap. 29.

Epithymum igitur nigram cholera educit inferius. Dandum ergo perfectis. ʒ. iij. cum sapa uel oxymelite & sale modico. Conuenit autem passionibus ex uentositate natis, hypochondriacis, & quibus hepar grauatur, & dyspnoicis. Similiter purgat illud superfluum, quod nascitur super satureiam, sed debilius est.

De polypodio. Eodem libro. cap. 30.

Polypodium cholera nigram maxime educit, & phlegma. Dantur autem radicis mundatae. ʒ. vij.

insufunde.

A vij. * elixa eas in melicrato aquoso, uel Sole siccatas da comedendas ante cibum, purgat quoque mediocriter in uiscello gallinae, uel ptifana cocta.

De pulegio. Eodem libro. cap. 31.

Panhemion, quod & leucahemion uocatur.

Pulegium quoque educit cholera nigram & tragoriganum & [panthemium, quod leuitate modo dicitur & alixon, & alipon.] Dentur autem de unoquoque. ʒ. vi. Melius autem dantur cum aceto, & sale modico & aqua, siccata & trita.

De lapide armenio. Eodem libro. cap. 32.

al. nephreticis.

Armenius lapis nigram purgat cholera, & oem pingue & uiscosum, ideoque datur melancholicis & elephaticis, & similibus, & phreniticis & asthmaticis. Dosis autem eius est. ʒ. iij. siue plus, siue minus.

De centauro minore. Eodem libro. cap. 33.

Centarium minus cholera pinguissimam purgat, & mucilagines, & ideo prodest splenicis, & ischiadicis. Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem centaurij. ʒ. vi. aqua coryla una, & bulliat ad medietatem.

De purgantibus phlegma. Eodem libro. cap. 34.

elazo.

Phlegmagoga dicitur, quae phlegma purgat quibus utendum est in frigidis habitudinibus, & aetatibus, & aegritudinibus, tpe quidem hyemis, ut in paralyticis, apoplecticis, tumentibus tumore * frigido & qui multum & frequenter pingua phlegmata mingunt, & quibus phlegmata abundat in uentre, & pectore, & stomacho, & mulieribus rheumatizantibus, & qui pingua excreant, & fastidiosis, & ischiadicis de mucilagine articularum factis, elephantiosis: maxime autem ijs, qui hydropem anasarca patiuntur.

De colocynthide. Eodem libro. cap. 35.

Colocynthis phlegma purgat maxime, & cholera, & mucilagines. unde neruorum eorumque passionum est purgatiua. Datur igitur utiliter omnibus capitis passionibus, & orthopnoicis, & ischiadicis, & arthriticis, & ijs qui in renibus, & uelica diuturna affectione habuere. est quoque utilis alijs passionibus, quae sunt ex materia uix extirpabili & dura. Dantur autem. ʒ. ij. de interioribus in melicrato cyathis duobus, debilibus autem. ʒ. i. datur. Eligenda est autem alba & mollis interioris colocynthidis pulpa, nam sicca & denigrata inutilis est. Terenda est autem & soluenda diligenter, & multoties cribellanda, & quando uti ea uolumus cum melicrato diligenter soluatur. nam trita antequam infundatur, tenuissima uidetur, sed quando in melicrato infusa fuerit, tumescit ualde, ut non facile credatur, quod cribellata fuerit. quae si sic bibitur, tumescunt eius partes recentes in uentre & stomacho, & maxime in intestinorum circulis & reuolutionibus propter molliem, quae acres existentes natura, & demordentes, intestina ulcerant quibus infederint, & passiones neruorum inferunt, & strophos, & fortes tortiones. Vnde cum multa cautela cum melicrato oportet eam soluere. Quod si mitius purgare uolueris, colocynthidem desuper aperi, & omne semine proijce, & solum pulposum absque semine in ea relinque, & reple eam * elixatura, uel uino dulci, & ueteri, & sic infundatur per diem & noctem, deinde colabis uinum cum panno, & calefacies, & dabis bibendum. Optime quidem purgat ictericos, & habentes liuidas pustulas in superficie.

De tithymallo. Eodem libro. cap. 36.

tal. drach. tal. quibus oculum exhiberi uolumus.

Tithymallus educit phlegma & cholera nigra. Dantur autem cyme uirides in uasculo quodam ad ignem desiccatae, & sic diligenter trita. Misceant autem cori. ʒ. iij. cum polenta & aqua, & sic bibantur, nam sicca comae eius debiliores sunt. Cum caricis autem tithymalli radix siccata in umbra reponatur, & quando ea uti uolueris, corticis ablati diligenter triti. ʒ. iij. immitte in uino dulci ueteri, & sic infundi permittite die & nocte, & per pannum colans calefacies modicum, dabis ad bibendum cum uino. optime purgat. Succus autem tithymalli datur a quibusdam cum caricis, uel cum polenta stagones. i. guttae. iij. aut. v. sed multum ulcerat linguam & quae circa ea sunt, & uentri calorem inferunt maximum. Sed si uis bene facere, in sicca uera & recenti, supradicti lactis. iij. guttas immitte, & de lacte eiusdem ficulneae secundum uires sumentis, & sic da ad comedendum. & si uolueris seruare toto anno, poteris, quacunque hora dederis, facile purgat. Sed tanquam de fortissimo cathartico obseruare, quoniam mirabiliter soluit.

De isto. Eodem libro. cap. 37.

Istion phlegma purgat, maxime, cuius cortices siccae & infusae, ut praedictum est, in aliquo dulci uino da. ʒ. vi. bene purgat quantumcunque uolueris, donec anum aqua non laueris, sed cum panno lineo illum absterge, & quando tibi uidetur sufficienter purgasse, laua anum frigida aqua, & extrema manu uel pedum in aqua mitte, & restabit fluxus.

De elaterio. Eodem libro. cap. 38.

Elaterium purgat nimis phlegma & cholera. Dabis autem obolos. iij. cum lactis confectum multum. coryla una. sed eligendum est quod uiride sit in colore, & leue, & non uetus.

De cocco cnidio. Eodem libro. cap. 39.

serolos.

Coccus cnidius phlegma purgat & cholera mediocriter, sed magis * crudos & aquosos humores. Est. n. igneus & acutus. Dantur autem grana. xxx. Si uero leuius purgare uolueris, dentur grana. xx. uel. xv. Dentur autem sic, quod interius est ex granis cum polenta teres & uino, & da ad bibendum & postea modicum olei rosei uel melini forbere facias, ne fauces exuras, ideoque melius est ex eis cum melle cocto catapotia formare, quia aquosos humores magis purgat. inter aquosos purgata est magis habendum.

Gal. attributus alter

De agarico.

Eodem libro, cap. 40.

Agaricum purgat phlegma & coleram, sed mediocriter. Dabis .3. ij. cum melicrato uel oxymelite. Est autem cacostomachum, & quia leue est, superiora petit. fit autem albissimum, & facile, & non ualde lignosum, neque robustum.

De cnico.

Eodem libro, cap. 41.

Cnicus idest semen croci hortulani siue hortulani, purgat phlegma, sed non fortiter, tritum. 3. ij. & in uiscello gallinæ, uel prislana mistum & colatum, & sic bibitur. Quidam autem quod interius est cnici accipiunt, & terunt cum amygdalis, & aniso, & melle, & catapotia, formantes seruant. i&e ricis utiles quidem, sed leuiore.

De lathyride.

Eodem libro, cap. 42.

Lathyrides. i. cataputia, purgant phlegma magis. Dentur de maioribus grana. xv. de minoribus. xxx. & amplius purgari indigentibus, diligenter ut mandant præcipe. his uero qui multa euacuatione nõ indigent, integra da bibenda, maxime si patientes fuerint cacostomachi.

De aristolochia.

Eodem libro, cap. 43.

Aristolochiæ rotundæ semen siccum, tritum. 3. i. bibatur cum melicrato, phlegma purgat & cholera. est autem eustomacha.

De linozostide.

Eodem libro, cap. 44.

Linozostis. i. mercurialis, si elixetur, & sola folia comederis, sufficienter stercur expellit.

De cucumere agresti.

Eodem libro, cap. 45.

Cucumeris agrestis radix, obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter sine molestia, & stomachum non euertit.

De styrace.

Eodem libro, cap. 46.

Styrax pinguis & flauus datur. 3. i. † cum terebenthina, mensura æquali in catapotijs, & phlegma fatis educit.

De thymo.

Eodem libro, cap. 47.

Thymi cymas cum floribus teres cum oxycrato, & sale modico † [3. x. aut minus] & expurgat sine molestia fatis phlegma & choleram.

De cyclamino.

Eodem libro, cap. 48.

Cyclamini radices solutæ. 3. ij. aut. iij. secundum uirtutem, cum hydromelite bibitæ, purgant phlegma & choleram, maxime autem per sudorem. ideoque bibentem oportet iacere, & cooperire, & calefacere corpus, ut sudoris exitum adiuuet.

De allio.

Eodem libro, cap. 49.

Allij drach. iij. solutæ, & cum hydromelite bibitæ, phlegma educunt.

De chamæpity.

Eodem libro, cap. 50.

Chamæpityos tritæ. 3. ij. & cum sicibus uel cū melle cocto sumptæ in catapotijs, educunt phlegma.

De bdellio.

Eodem libro, cap. 51.

Bdellij arabici clari atque flaui. 3. iij. solutæ cum hydromelite bibantur, & phlegma purgant. proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De radicibus oliuæ, & pyrethri.

Oliuæ radi. corticum. 3. i. cum uino uel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli. viij. cum aqua & ligidos semine. 3. iij.

De galla.

Gallæ quoque grana. xl. excoriata comeduntur, & similiter operantur.

De hydragógis.

Eodem libro, cap. 52.

Hydragoga dicuntur quæ aquosos expurgant humores, quibus utendum est in hydropicis, & mulieribus molestatis per longum tempus ab aliquo fluxu, & rheumatizantibus.

De squama aris.

Eodem libro, cap. 53.

Aeris squamæ. 3. i. s. in melicrato data, non solum aquosos humores, sed etiam phlegmaticos educit, quædam uero prædictorum phlegma educunt aquosum, ut coccus cnidius, & cnicus, & linozostis, & agrestis cucumeris radix, quæ hydropicis est utilissima.

De euphorbio.

Eodem libro, cap. 54.

Euphorbium phlegma educit, sed maxime aquosum. Acutissimum autem est nimis igneum, [& cholericum] ideoque colicis datur, & uentres frigidus habentibus: alios uero fortiter turbat, sitimque ualidam infert, sed admisce ei aliquod odoriferum semen. Dabis ex eo. iij. obolos cum melicrato, melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De chamælea.

Eodem libro, cap. 55.

Chamælea cocta in mulsæ & bibita, aquosa magis expurgat, purgat quoque phlegma & choleram. Mitte autem ex ea. 3. v. in duabus corylis aquæ, & coque ad quartam, in fine autem coctionis supermitte mel mediocriter, & parum coque, & colans da in potum. Quidam uero erunt ualde chamæleæ. 3. i. † cymarum absinthij duplum, & cum melle conficientes formant catapotia.

De ammoniac-

de dynamidiis

De ammoniaco.

Ammoniacy thymi añ. mistas. 3. iij. in melicrato bibe, aquam educunt. quidam splenicis illud dant cum acetoso melicrato.

De sabuco.

Sabuci radicy corticum succus bibitus. 3. ij. aquosum humorem educit.

De purgantibus sanguinem.

Eodem libro cap. 56.

Sanguinem uero purgant, porri capitati succus. i. eius quod dicitur aratillum, mercurialis quoque, albæ uiolæ, agrestis malua, & salua.

De opio.

Opium sic fac. Mense iulio papaueris uiridis folia teras per linteolum extorquens, semen ipsius papaueris uiridis teras, & ipso iure miscens coque ut spissum sit, & ad Solem siccabis, & serua, illud est opium.

De omphacomelite.

Omphacomeli sic fac. Botros mundos non maturos, nec acerbos, & repone in umbra, ut possint suæ humiditatis aliquantulum deponere, deinde exucca, & mitte de ipso succo partes. iij. & mellis despumati partem unam, & mitte in uase fictili & gypseo cum calamo perforato, & suspende ad Solem per dies quadraginta. ualet ad crassas uentositates rheumatizantes, ad fastidium & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maxime quæ syncopim patiuntur.

Alia confectio eiusdem.

Omphacomeli sic fac. uuæ non maturæ succi partes. ij. mellis partem. i. in uase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & utere.

De oesypi ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. ceram, axungiam sine sale, colophoniam, ius lanæ, uetus oleum. añ. li. i. ius fenugræ. 3. vi. adipis asferini & pullini añ. 3. i. coque oleum cum iure lanæ & fenugræci diligentissime, donec ad mensuram olei ueniat. Iterum pone ad focum, additis suprascriptis speciebus.

De iure de lana.

Ius uero de lana sic fac. lanam succidam in aquam multam pone ut molliatur, diebus sex, septima uero die coque, & ipsam pinguedinem desuper collige suprascripto penso, & exinde confice cerotum.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. mellis optime despumati libras. xx. succi cydoniorum libras. v. aquæ fontis libras. xl. misce diligenter in uase fictili tenui & picato, reconde, & claude, & mitte ad Solem sub tecto diebus. xlv. hoc est ex die calendarum Iulij usque in. iij. idus Augusti, ita ut intra quinos dies uas conuertat, ut partes quæ quinque diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. hoc genus poculi uino uetusto melius redditur, ut nescientes quid bibant putent se optimum uinum bibisse.

De gariophyllato.

Gariophyllatum ad catarrum sic fac. gariophyllos zingiber & piper tere, adde uinum, & paucum mellis, & pone ad focum ut bene ferueat. deinde pone in cuppa lignea radicem apij, petroselinij, libystici, costi, feniculi, & super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariophyllatum feruentem, & tandiu ibi sit, donec temperetur ut bibi possit, per dies tres, mane & sero hoc facias.

De chalcocœcaumeno.

Chalcocœcaumenon sic fac. limaturam de cupro in ollam rudem mitte, adde acetum in ipsa olla gypsea de argilla, & mitte in foco, ut intus & foris ipsa olla rubra sit quasi focus, tolle à foco, & mitte intus fusticulos paruos, & ipsam ollam ad Solem mitte usque dum refrigeretur, & illud est chalcocœcaumenon.

De amylo.

Amylum sic fac. mitte frumentum mundum in aqua per noctes & dies tres, & per singulos dies aquam renoua, postea in pila macera, adde aquam, & per linteum extorque in concha, & dimittas refidere, & tunc ipsam aquam diligenter expurga, ut imum non moueas, quod remanet ad Solem sicca, & hoc est amyllum.

De cerusa.

Cerusam sic fac. de plumbo fac tenues laminas, & mitte in uase operculato aceti modium medium, & super acetum mitte ipsas laminas plumbeas, ita ut acetum non contingant. tunc ipsum uas gypsa ut nullum spiraculum habeat. ibi maneat diebus. xv. postea tolle laminas, & rade puluerem quem ibi inueneris, & erit cerusa.

De ærugine campanæ.

Æruginem campanæ sic fac. laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad faciendam cerusam facias, & habebis æruginem campanæ.

De medulla ceruina.

Medullam ceruinam albam sic fac. frange os cerui, & tolle medullam, & dimitte manere in uino horis quatuor, de ipso uino tolle, & in aqua mitte, & manibus macera donec alba sit. fac tottellos inde, & repone, & utere.

SPVRII.

O 4 De sapa.

E

F

† al. ij.

† al. drach. iij. aut. iij.

G

* al. scordio.

H * al. albo. * al. rheumatica ulcera habentibus.

* al. dimidiu. † al. ij.

De sapa.

Sapam sic fac. musti de peculo. ʒ. xv. tolle, cydonia integra. viij. caricas. xv. dactylos. iij. anethi ramorum. M. i. foeniculi similiter, apij similiter, coque ad tertiam, & quando refrigeratum fuerit cola, & reponere in uase fictili & picato.

De careno.

Carenum sic fac. musti dulcis modios. xx. mellis. ʒ. x. cydonia partita. xx. poma similiter, pulegij. M. v. canabis rad. M. i. ciperi. M. iij. apij radi. & feminis. M. i. scariolæ ramorum & seminum, petroselinum ramorum & se. costi hortulani, radicum foeniculi, radicum libyftici añ. M. i. hæc omnia coque ad mediū, & refrigeratum reponere in uase picato.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. musti dul. modios. x. balsamitæ sicca. M. iij. ciperi radi. M. iij. petroselini radi. foeniculi radi. apij radi. libyftici radi. añ. M. iij. nuce pineas integras. v. cydonia partita. xij. coque ad mediū, postea cola, & adde mellis costi modium. i. commisce bene, & quando refrigauerit, reponere in uase fictili picato.

De gero cathartico.

Garum catharticū sic fac. polypodij pul. lib. i. piperis al. gra. ʒo. diagridij. ʒ. i. gariophyllorū cochlearium. i. terens commisce cum melle, & reponere in uase vi. deinde accipe ad quodcunque uolueris clear. i. uel. ij. secundum uires, maxime humorem educit melancholicum.

De lycio.

Lycium sic fac. prunellas de caprifolio collige mense septembri, & tere, per linteumq; extorque, & succum eius ad Solem in concha sicca, & erit lycium.

De acacia.

Acaciam sic fac. mense septembri prunellas ex nigra spina tere, per linteum extorque, succumque eius in uase argenteo siccabis, & erit acacia.

De flora.

Floram sic fac. cerusam tritam cum oleo & cera modica coque in uase cupreo aut æreo, cataplasma ubi necesse est apponere, celeriter corium adducit.

De ptissana.

Ptissanam sic fac. mitte hordeum pinsum in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteū extorque, condias de sale, buryro, aut oleo cum pipere & cinnamomo modico, reponere & utere.

De chalcidio.

Chalcidium sic fac. æris florem in aceto uehementissime subigito, sicca ad Solem, fac puluerem & utere.

De opopanace.

Opopanacem sic fac. herbam uirgultam, & radicem panacis siue meui, tere, extorque succum eius, in Sole siccabis, & erit opopanax.

De omphaco.

Omphacum sic fac. [acinos expressos] accipias, carnes ipsas & nucleos in Sole siccatos tunde, fac in puluerem, & erit omphacum.

De diagridio.

Diagridium sic fac. mense Augusti collige herbam tithymalli, & eius radices pinse, ius ipsius, id est lac in uase argenteo mittas ut coaguletur sic ad Solem diebus. xj. & pro necessitate quando opus fuerit utere.

De aphronitro.

Aphronitrum sic fac. Nitri partes. ij. & saponis. i. distempera cum prima gutta saponarij, factisq; trochiscis ad Solem pone.

De polenta.

Polentam sic fac. Hordeum quando coeperit habere quasi lac, mitte in furno, & quando desiccatum fuerit, paleis munda, & fac farinam.

De elaterio.

Elaterium sic fac. Succum cucumerum agrestium non maturorum exprime, expressumq; super plenum uas aquæ infunde, & quod supernatauerit collige, & ad Solem sicca.

De resina.

Resinam frixam sic fac. R. resinam pineam in ollam missam durissime coque, & sic proba si est frixa, Gutta posita in marmore si infrigidata puluerizetur, tolle ab igne.

De aqua ignita.

Aquam ignitam sic fac. R. salis lib. ij. sulfuris uiui, tartari añ. ʒ. i. † uinum forte, & fac ad disciplinam aquæ rosatæ.

De hydrelæo.

Hydrelæon sic fac. R. partes. ij. aquæ & iij. olei.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. R. partes. ij. aquæ & iij. mellis.

De posca.

De posca.

A Poscam sic fac. R. aquæ partes. ij. uini tres. & coquatur.

De cephalæa.

Siquis cephalæam patitur, & unum de brachijs tumuerit, uel caput, & ex utraque parte seu sinistro oculo signum apparuerit in modum lenticulæ, moriturus erit. Si uero ex nullo alio signo moriturus est demus ei hæc antidota, esdram, scilicet uel philonium, hieram picram, blancam, & puluis fiat ex spica nardi, & squinantho, & ammoniaco, & succo tithymalli uirginalis & interioris, & opium, & semen papaueris, & flores centauri addantur, ex nullo magis, sed æqualiter ex omnibus fiant & diagridij. ʒ. i. his omnibus in puluerem redactis, dabis. ʒ. i. cum uino calido: & anethino ac rosaceo oleo perfunde caput. Item Esdræ potio cum uino calido temperata & bibita, sine unctione facta, dolorem capitis sedat. Item theodoricon emperiston magnum, ad omne uitium capitis facit, hoc idem facit dialibanum.

Ad dolorem capitis, & calorem. Accipe cymas salicum, & in fortissimo aceto ad. ij. partes decoque, & exinde caput & pedes foueas, & ex cymis caput fomenta. Item galbanum chartæ impone: & pone in parte illa qua caput dolet, & prodest. Item sauinam tere cum albumine oui, & cū aceto fortiter distempera, & emplastrum fac super caput eius, & ibi dimitte. iij. diebus, & ambo crura eius usque ad genua mitte in aquam frigidam, & da ibi ei potum ad soluendum. Ad febrem capitis, quæ non permittit hominem dormire uel quiescere. Tolle capita papaueris sicca uel uiridia, & semen lactucæ, uiolas, & folia myrtæ, & pone in cacabo aqua pleno, & coquatur usque dum omnes herbæ dissoluantur, & ex decoctione ipsarum pedes & crura lauentur, & extergantur linteo fortiter, deinde ungantur oleo uiolæ. & sic somnū præstabis, & dolorem & angustiam auferes. Potio ad capitis dolorem. Foeniculum, rutam, libyfticum, mel, piper, uinum totum commistum ieiunus bibat. Item ad somnum. Succus papaueris agrestis cū farina hordei inunctus dat somnum. Item ad dolorem capitis. Folia hederæ terrestris cum albumine oui in fronte ligata profunt. Electuarium ad capitis & stomachi dolorem. R. Mastiches, anisi, foeniculi, polypodij, thuris, myrobalanorum indorum, croci, spodij, sandali albi & rubri, portulacæ feminis, diagridij, añ. ʒ. iij. zacaræ, amygdalæ, añ. ʒ. s. tragaganthi. ʒ. ij. camphoræ. ʒ. i. mulci. ʒ. s. uiolæ quantum de alijs omnibus speciebus, tempera cum syrupo uiolaceo. Vnguentum laxatiuum, quod caput alleniat, stomachum purgat, appetitum confortat, oculos clarificat. R. succi apij. ʒ. ij. foliorum rubi succi. ʒ. iij. polypodij succi. ʒ. iij. laureolæ succi. ʒ. i. foeniculi succi. ʒ. xij. mercurialis succi. ʒ. xij. olei lib. ij. adipis gallinæ & uerris añ. lib. v. refinæ. ʒ. i. thuris, mastiches añ. ʒ. s. calicæ fistulæ medulla. ʒ. ij.

Ad tineam.

C Elleborum nigrum tritum cum uncto pone super totum caput. Ad idem. Ficatium porcinum crudum & calidum cataplasma diebus. ix. postea laua de aqua frigida, & sanabitur.

Ad furfures.

Accipe semen urticarum, & trita parumper, & pone in aceto per diem & noctem, & postea laua caput de qua re uolueris, deinde uero de ipso aceto, ad ultimum autem de pura aqua, hoc fac bis uel ter. Ad idem. Coque cyclaminum in uino, & caput abluere, deinde coque saluiam in uino, & caput abluere, & super hoc puluerem nepitæ asperge super totum caput nocte, & mane iterum laua cum salua.

Ad capillos cadentes.

Apes quamplures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & exinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad diurnam alopeciam, & ad renascentes capillos.

Pyrethrum tritum mistum cum felle uituli sæpius perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illinitum: euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur. Ad idem.

Caprarum stercus, & unguis ipsarum combustas, & cum aceto solutas adhibe. Ad idem. Testudinem uiuam super farmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis. ʒ. iij. & medullæ ceruinæ totidem, cum uino coque, & alopeciam inde frica. Item ad uriones in capillis. Accipe fel terræ, & fel bouinum, seu taurinum, & acetum, & pone in cucurbita de creta, facque fortiter feruere, & refrigerato, & colato, laua semel uel bis, deinde laua cum aqua calida si uis. Ad idem, & ut capilli citius crescant. Olibanum cum stercore murium pari pondere tere cum aceto & perunge, sed ante loca nitro frica. Idem facit gir ustum cum aqua tritum & illinitum. Item lathyris trita, & cum oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item simum caprinum combure in testa, & tempera cum oleo, & raso capite inunctum spissos capillos præstat. flos agrimonie tritus cum oleo & frictus, nigros capillos facit. Item ad capillos cadentes, agrimoniam tritam cum lactæ caprino impone. Ad idem. Verbenam cum absinthio in lixiuio coque, & laua caput assidue. Ut capilli nascantur ubi uolueris. Panem hordeacum, & chartam cum sale æqualiter combure, & tere cum adipe urfino, & unge locum. Ut capilli nascantur ubi uis. Vnge caput oleo myrtino, quod sic fit. R. flores myrtæ, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos, & stet sub dio. xl. diebus: sic fit omne oleum, ut rosatum, &c. Item corticem mediam de ulmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, deinde puluerem rutæ superasperge. Item ad capillos & pilos ut nascantur. Pellem de capite uulpis calybitidis. i. tugurialis excoctam combure, & læcæ uiridis corpus eiecto capite uno die

aut

Galeno attributus liber

aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cum puluere, & unge ubi uolueris. *Ad idem.* Ex E cortice capparidis incenso cum melle inunge. Similiter ex puluere ranarum, & muris fini cum picce liquida, & ex cinere quercus nouella unge sepius.

Ad auferendum pilos

Ad pilos de facie uel alia parte corporis auferendos, pilothri, calcis uiuæ lib. i. in uase fictili ad igne sine aqua per diem & noctem dimitte, in crastinum autem aquæ quantum sufficit infunde, & diu agita, postea adde lepniæ pulueris. i. auripigmenti. ʒ. ij. Quando uero probare uolueris an perfecte coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur coctum est, tunc in balneo antequam laueris unge, post horam quando iam pili cadunt, de sulfure absterge, & laua. *Vt pili ita ablati nunquam renascantur.* Cicute semen, uespertilionis sanguinem, uerbenæ succum commisce ut multum spissentur, unge nocte prius ablatis pilis.

De hemierania.

Siquis hanc passionem habuerit, & nullum cibum sumere querit, & dormire nequiuert, nauicare iterum non ualuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua non habuerit ut debet, sed hæ sitauerit ut ictericus, ista signa mortem significant. Si uero nulla sint mortalia, dabis ei picram Gal. & sal catharticum. Vnguento thermanico seu calido unge caput eius. Item succo foliorum ederae cum oleo F & aceto unge nares, & statim dolor sedatur. Pilula ad hemieraniam. R. myrobalanorum citrinorum, kebulorum, indorum añ. ʒ. s. croci orientalis, mastiches añ. ʒ. ij. & ʒ. ij. scammonia. ʒ. j. s. aloes hepatici quantum pensat totum, tempera cum succo foeniculi, & da eunti dormitum. *Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.* Baccarum lauri cum folijs. ʒ. i. bryonia. ʒ. i. mastiches. ʒ. i. aloes. ʒ. ij. tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post comestionem. xj. uel xij. secundum uirtutem, eunti dormitum. *Ad idem.* Herba quinque folia in uino, aut in aceto trita perunge.

De scotomia.

Qui uillam iugiter circuit per gyrum, uel contra Solem respicit, seu in Puteum, seu in quemlibet locum manum mittit ut inde aliquid attingat, & statim cadit, & spumat: mortale est. Si autem nullum mortale sit signum, abrotanum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hieram, & anacardium theodoricon. *Item ad capitis uertiginem.* Balsamitam cum oleo tritam & expressam, cerebro & fronti tepidam unguendo appone.

Ad caput fractum

Aranca tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit & sanat.

De epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in unum, non tamen spumat, & postea libenter manet solus, & cum nemine propria uoluntate loquitur, signa mortalia sunt. Siquis lunaticus spumat, & oculos conuertit, & fremit, & mugit, & cadit, & membra contraxerit, & colorem similem croco habuerit, moriturus est: si autem hæc signa defuerint, cum blanca, aut sancti Pauli antidoto, aut Esdrae cum scammonia ei subueniatur. Item epilepsia nascitur. ex. ij. humoribus. i. phlegmate, cholera ru. & melancholia. Siquis cadens fecerit spumam multam & albam, & stridet dentibus: erit de phlegmate. si uero quando ceciderit, claudit oculos quasi dormiat, & non projicit spumam, & cito resurgat: erit cholera. Si autem uultum nigrum habebit, & distorquebit os, & caput, & linguam, & manus strinxerit, & fecerit spumam paruam, & continebit se quasi ad mortem: de melancholia erit. Item per urinam potest cognosci, ex quo horum trium æger patiat. quia si fuerit alba & crassa: erit de phlegmate. si citrina & parum nigredinis habuerit: de cholera rubra. si alba & nigra & crassa: erit de melancholia. hoc potest probari in sequenti nocte sui casus, uel præcedenti in urinis. Patientes autem melancholiam causa uel phlegmatis, sic curari possunt, in primis talem dietam accipiant. xv. diebus uel. xx. comedant carnem* ouillam non pinguem, coquinatam, & agnos paruos. De uolatilibus, comedant gallinas, gallos, anseres, anates, pullos columbarum domesticos, phasianos. De oleribus, porros coctos cum oleo, bu- H glossum coquinatum, paltinacas coquinatas, foeniculum, asparagos, ius cicerum cum oleo: De fructibus uero nullum, nec pisces. Bibant uinum subtile cum aqua. *Potio ad idem.* R. pœoniae grana, saluiam, absinthium, urticam, marrubium secundum æstimationem in aqua frigida temperabis. *Item ad idem.* Laſar, i. affæ foetida, maluæ, betonica, abrotani, phu, cinnami, piperis albi, rhu pontici, euphorbij, salis ficuum, opopanax, saluia, origani, diagridij, scilla, casia fistula, ammoniaci, mastiches, hyoscyami, costi, ruta, castorij añ. ʒ. i. s. sagapeni, mandragora, mercurialis, sampſuci, thuris. añ. ʒ. iij. da ei cum aqua calida in modum auellanae. *Item puluis ad caducos, & qui spumant & paralyticos.* R. olibani, mastiches, myrrhae, sanguinis draconis, asphalti, antimonij æquali pondere, opopanax. ʒ. i. oliuæ smaragdinae, bdellij uarij, petrae de capite corui marini nigrae ʒ. iij. cryſtalli, ſadib. i. folia nucellæ, nascam. i. fungam quercinum, carbones sambuci, petrae sancti sepulchri, nascam uitis, ʒ. pannum blattæ byzantiae, nascam myrtinam, cruceſt. marinam, herbam occasionis, ʒ. cicerellum, sulfura, matrisyluam, herbam hircinam, betonicam, maiorem maluam, marcoram. i. marrubium ʒ. baccarum, malum styracis, ʒ. fungulam urſinam, corium uituli marini, fel & ficatum urſinum. fel & ficatum corui, fel & ficatum erinacei, cingulam de corio capreoli, os de corde cerui, sulfur, pallam maris, radicem de carduo albo añ. ʒ. ij. puluerem fac & da cum aqua frigida. *Ad idem.* Oua coruorum comesta profunt. expertum est. Qui perdit

* al. suillam.

tal. drach. vii.

tal. carnem.

tal. curcumam.

tal. canoſolâ.

idest polium.

tal. malû ter-

ra idest cycla-

minium.

de dynamidiis

Adit loquelam culpa epilepsia, succum rutæ agrestis naribus iniicies hoc sæpe facto eam recuperabit.

Vnguentum ad idem. Centumneruiam, uiolam, brancam urſinam, allium, farſaram, apium, risus, batrachion, linguam caninam, silymbrium, foeniculum, libyſticum, aquilegiam æqualiter, herbam foetidam plusquam de alijs: his omnibus pinſitis cum axungia scrofae recenti, & in axungia ualde coctis, exprime fortiter per pannum in aqua frigida, & quod supercoagulauerit collige & reponere, & utere. in firmus autem secludatur diebus. xxx. prius tamen accepta potione, quæ optime purgat, capite raso, & bene calefacto, mane totum caput hoc unguento, & totum collum in circuitu unge, & fero similiter eunti dormitum: & hoc. xxx. diebus facto. R. castorium, & olibanum, & antimonium, æquali pondere, & pulueriza, & distepera cum foeniculi succo, & da ad bibendum mane ieiuno, & fero eunti dormitum, & hoc per. xxx. dies, & custodi a cibus contrarijs. *Item probatum unguentum epilepsia.* R. linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulfurea, silymbrium, foeniculum, libyſticum, centrum galli, uiolam, saluiam. hæc omnia æquali pondere cum recenti axungia scrofae in aqua decoque, & cola fortiter, & quod supernatauerit in frigidum collige. Et quando operari uolueris, cathartico patientem purga, prout res postulare uidentur: deinde abraſo capite abundanter inunge, habens idem supra caput, & circum amplam testam calefactam, ut affatim calorem ministrare possit. hoc per triduum, uel quantum opus fuerit fac. Et aquam aliquantulum mellitam & calidam bibat, antimonium, castorium, olibanum, linguæ caninae radicem, foeniculi radicem æquali pondere, & puluerizatis utatur in supradicta aqua, uel eius succo expresso. *Item ad idem.* Fac bullire centumneruiam idest barbaram sylvanã in. ix. phialis uini, ut redeat ad tertiam: da phialam. i. per dies nouem.

De apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiam, & de multis rebus desiderat sibi cibum afferri & potum, & statim quando uidet hæc abominatur, siue masculus fuerit, siue foemina, mortem sibi imminere significat. qui autem non habuerit hæc signa, curari poterit cum supradictis antidotis & unguentis.

De phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur, phlebotometur de media uena frontis, quantum oui testa capere potest: si perdidit loquelam, sternutamento utatur, quod conficitur ex conditi herba. Si autem præ nimia angustia dormire nequiuert, crura & pedes lauentur ex decoctione uiolarum, & rosarum, & semine lactuca, & myrtæ, & sic colatis linteo, ungetur oleo uiolato, & si non alienatur, & desiderat balneum, sine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput, & ex calido pulmone pecoris obuoluitur totum caput, & maneat ibi per totam noctem, & super folijs cucurbitæ, & totus stomachus similiter obuoluitur de folijs, & matutina hora præ nimio foetore auferatur. De cibus, utatur cucurbitis & portulacis conditis cum pauco oleo & aceto, & comedat far, prifanam: de pomis autem, mala granata, & mala syria, & pira. Item ad phrenitin, Succus hederæ in naribus infusus, & ruta mista cum aceto, cerebroque superposita nimis adiuuat. Item ad somnum. Semen hyoscyami fortiter tere, & cum lacte mulieris, & oleo uiolato, uel rosato tempera, & tempora & frontem inunge.

De melancholia.

Qui melancholiam patitur, semper uomit, & fastidium patitur, & nihil de cibo & potu accipere potest: tamen hoc tantillum quod sumit non proficit ei, & Solis uel ignis ardorem nequit sustinere, & dormire non potest: tamen quando dormit supinus iacet: & nunquam firmiter dormit, & post dormitionem pigritia ei sentitur, & ambo labia uiridia sunt, moriturus est. Item si multum sitit, & lateris patitur dolorem ex utraque parte, talis est ei curatio. Calami, nardi, casia fistula, euphorbij, costi añ. ʒ. ij. esula. ʒ. iij. hæc omnia in puluerem redige, & cum uino bibat ieiunus ualde diluculo, & tunc ieiunet ad horam nonam. *Item ad idem potio.* Ireos tunsum & cribratum missum in uino ieiunus bibat mane. *Aliud catharticum.* Tartarum, & farinã tritici mitte in uino in fero, alia die fac inde pilulas, & dabis ad manducandum ieiuno. *Item ad idem medicamentum purgatorium melancholiae, quod hunc humorem proprie purgat, & liberat corpus.* R. anisi vnc. i. petroselini, unc. iij. epithymi drac. iij. mel quod sufficit dabis cum aqua, uel cum uino.

De lethargo.

Qui in lethargum ceciderit, & libenter est solitarius, & multum comederit, & eo quod amplius desiderauerit, & loquitur quod non decet, & iugiter saliuam suam foras mittit, moriturus est: maxime si sudor frigidus in facie & cervice fuerit. Si uero talia signa defuerint, ita curabis. Ante diem tertium nihil est adhibendum. Iacere debet in loco luminoso, frequenter pulsando, nomen eius uocetur: quod si preualeat plurimum ei somnus, ungenta sunt ex oleo dulci & calido eius præcordia, & lana munda & calida fascianda. Cibo autem dato, ficentur illius manus & pedes. quod si iterum dormiuerit, mulsam accipiat, & clyſteria iniiciantur, & caput pressius tundatur, ferula incensa fumus, eius naribus apponendus est. Sicut etiam lucernæ extinctæ odor olfaciendus est. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda est, silymbrium in aceto tritum infundimus in capite, aut testudinis sanguinem in fronte illinimus. Parmico cerebrym mundare conuenit, alij sanguisugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu ceruino & galbano fieri fumum eius naribus ualde approbamus.

Ad

Ad oclorum uitia.

Super panem hordei calidum & per medium scissum puluerem carni asperges, & ante oculos patientis tenebis. *Ad sanguinem & uulnus oclorum.* Primum tere pinguedinem, & postea adde farinam milij, & distempera cum uino in modum unguenti, & linteolo superposito, cui opus fuerit impone. Itē tolle crocum orientalem, & lycium, & succum ocymij, & lac fœminæ marem nutrientis, & dactylorum carnes, omnia tere fortiter, & cum aqua rosata uel cum succo ipso & lacte distempera in modum unguenti, & super oculos pone. *Item ad oculos sanguinolentos.* Tolle pullum columbinum, & sub ala incide, & sanguinem qui inde exierit in oculos infunde, probatum est. *Ad lachrymas oclorum.* Tolle rapas syluestres, & tere fortiter, & cum aqua rosacea distempera, & super oculos pone, probatum est.

Ad lippitudinem oclorum. Attramentum, mel, albumen oui æqualiter teres, & oculis superpone, mane & sero lacte mulieris inunges. *Item ad lachrymas oclorum.* Rutæ succum & mel commisce, & oculos unge. certum est. *Item ad sanguinem, & dolorem oclorum.* Aloen & opium tempera cum lacte mulieris quæ nutrit masculum. *Item ad tumorem, & caliginem, & sanguinem.* Verbenam cum oui albumine tere, & tritam impone, optimum est. Item cynoglossi succus in oculis immittitur, & herba trita & superposita oculis, mire prodest. *Item ad caliginem oclorum.* Rorem qui cadit in matutino, & succum rutæ collige in unum, & in oculis mitte. *Ad pannum oclorum.* Puluis olibani cum melle, & aceto, ac stercore maiorum murium mistus, atque inunctus, caput denudatum capillis uestit, & pannum oclorum diluit. dysentericæ obsistit cum aqua sumptus occasione frigoris, lumen amissum puluerizatus & iniectus restaurat. *Item ad pannum & sanguinem oclorum.* Membranum oliuæ fortiter tere, & misce cum albumine oui, & pone super oculos, multum ualet. *Ad unguam oclorum.* Tolle anguillam uiuam, & extrahe inde sanguinem, & mitte in oculum, multum ualet. *Item ad idem.* R. nitrum, & mitte per ix. dies in ignem, & postea fac tenuissimum puluerem, & mitte in oculi expertum. *Item ad sanguinem oclorum.* R. Succum apij, & albumen oui, misce in simul, & mitte in oculum sero eunti dormitum, probatum est. *Ad idem.* R. falicem siccum, combure fortiter in ignem, postea fac tenuissimum puluerem, mitte in oculum eunti dormitum, probatum est. *Aliud ad prurium, & pinguem pituitam.* Succum uel folia apij misce cum bono uino & dimitte per unum diem, postea unge oculos, uel laua, mire prodest.

Ad albuginem oclorum. Succus agiolæ, sceniculi, instillatus eunti dormitum, multum ualet. Stercus album tantum lacertæ cum uino temperatum idem facit. Item succus ederæ terraneæ in nare eiusdem partis oculi, in quo fuerit albugo, immittitur capite uehementer reflexo manente, albuginem eicit. *Item ad clarificandum uisum.* Fel uulturis cum stercore humano mistum, & uino bene colatum, & oculis immittitur mire facit. Fel arietinum immittitur hoc idem facit. *Pilula ad uisum experte.* R. squinanthi, spicæ, xylocastæ, xylobalami, carpoballami, agarici, afari, rosæ, uiolæ, epithymi, absinthij, colocynthis, terebinthinæ, cinnamomi, croci orientalis, stœchados, mastiches. añ. ʒ. i. diagridij, ʒ. iiii. aloes he patici. ʒ. v. tempera cum succo absinthij, & fac pilulas.

Ad aurium uitia.

Ad aurem percussam, uel uulneratam, calidi panis interiora cum melle tere: & frequenter pone. *Item ad aurium dolorem.* Tolle cepas, & tere fortiter, & adde cyminum, & mitte in fruxorio, & fac in modum cataplasmatidis, & tepidum pone super aurem. *Item ad auditum.* Micam panis hordeacei impone calidam. *Ad aurium dolorem.* Succum menthæ tepidum infunde. *Item ad aurium dolorem.* Rutæ cymam & cyminum tempera cum lacte mulieris, misce & cola, & succus inde extractus tepidus auribus instillatus ualet. *Item ad aurium dolorem, uentositatem, & surditatem.* Cepullam albam, & allium simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla. Item tolle malum terraneum, & caua, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat. *Item ad diuturnos sonitus.* Euphorbium cum oleo cyprino tritum & calefactum in aure missum, singulare præsidium est. *Item ad dolorem calidum & tumorem.* Succus cucurbitæ cum oleo rosaceo calefactus & immittitur sanat. Item lycium, & opium lacte mulieris admittitur, & auribus immittitur, nimios dolores mitigat: si tamen opium uerus fuerit. Item oua, fornicarum tere, & per linteam cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde, uetustissimum emendat surdum. Si uulnus in auribus fuerit, aut auditus grauetur, urinam puerilem tepidam infunde: humorem desiccet, & celeriter sanat. Item hederæ succum cum uino mistum infunde.

De fluxu sanguinis narium.

Ad narium sanguinis fluxum, testas ouorum, & maxillas cancri, & sanguinem draconis, et stercus bouinum siccat, & parum de psilothro unguento sicco, quod remanet in uasē, in quo conficitur, hæc oia tere, et in puluerem redige, et quantum tres digiti leuare possunt, uel quantumcunque potest cum nare, unde sanguis fluit, leuare, attrahat, et liberabitur. Hic puluis cum aqua frigida temperatus, in mane et sero potatus cum prædicta mensura, scilicet trium digitorum curat fluxus mulierum, dysentericos, et hæmopticos. *Item ad idem.* Gypsum cum aceto forti, aut argillam fronti, uel temporibus illine, et testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lumbricos terrestres cum thure et tenui albumine oui conterere, et fronti et naribus impone. Item bombacem aliquantulum ustum, et uino et oleo infusum in nare, de qua sanguis exit mitte: eamque exinde oppila. Item herba sanguinaria pinfita, et naribus imposita sanguinem sistit. Puluis urticæ combustæ naribus insufflatus idem facit. Item uitellus oui assatus et durus naribus immittitur sanguinem stringit.

De

De fetore narium.

Ad nares male olentes, rutæ semen, absinthij, semen, uel pyrethri accipe: fac puluerem, & in naribus pone.

Ad polypos naris.

Recipe aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ añ. ʒ. iiii. æris usti, gallæ añ. ʒ. i. diligenter tere: & calamo in suffla, prælotis tamen naribus bono uino, & bene ualebit. Emplastrum leneadi diapedereon, solutum cum succo mali granati acidi idem præstat.

Ad uitia oris.

Siquis ulcerationem oris patitur intrinfecam, tolle oculum lucidum. i. lycium, & cum aqua rosæ a distempera, & in ore tenere facias, & sanabitur. Si ex rheumate tamen fuerit, abrotanum tritum. & cum melle mistum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium hoc est, & ad dolorem dentium ualet. *Ad fetorem oris.* Folia *fragi manduca pulegium & serpyllum simul, & quando perrexeris dormitum, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum aceti boni cyathum. i. per partes bibe. *Unguentum ad uitium oris, uel uulnus.* Ius de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo, piperis grana. ʒ. i. coque ad medietatem, & utaris. *Ad linguæ uulnus.* Arundinem in mel

De dentium uitijs.

Nasturtij succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sorira & Eucharistum potata dolorē dentium sedant & placant. Item tithymalli radicem coque in uino ad medietatem, & bis per mensem os lauetur, & dentes nunquam dolebunt. *Item ad idem.* R. radicem urticarum, & coque in aceto, acetum tene in ore, de radicibus uero emplastrum facias super maxillas dolentes. *Ad idem.* Tolle membranum, radicem thapsiæ, & quoque in aceto, & abluere dentes, prius tamen scarificatos, ut sanguis inde exeat, hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasurā corticis *oui tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene. *Ad idem.* Chamædryos cum aceto forti tene, & longe in ore tene, statim dolor deficiet. Item hederæ radicem in uino coque, & in ore tene radicem & uinum, multum prodest. Item quinque folium cum radicibus in aceto aut uino coctum ieiunus in ore tene. Item uinum cum pipere miscebis, & parum bullies ad focum, & tepidum in ore tenebis. Item succus allij cum pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentem positum perfecte idem operatur. Item puluis olibani cum staphide agria tritus prodest dentibus, & linguam expeditam reddit. *Item.* R. ʒ. ʒ. grana piperis, & tere fortiter, cum forti uino bullias, & teneas in ore, & reicias, & iterum bis uel ter, aut amplius sumas, donec dolor cesset, cortex pyrethri bene tritus, & super dentes positus prodest. puluis eius idem operatur. Hoc idem facit uena incisa, quæ retro est in media aure, uel alia ligata inter pollicem & indicem contrariæ partis. *Ad maxillas tumidas, & ad dolorem dentium.* Bulli tithymallum in aqua & cola, herbam fascia leuando, & ponendo in gingiua. *Ad dentes continendos.* Corticem *pyrethri tritum, & bolum armenicum, & mastichen, misce, & facto puluere unge gingiuas. Idem faciunt piper. ʒ. ʒ. calx cum melle prius mista, & postea affata, & galla, & mastiche, & balauftia: omnia æqualiter pulueriza, & unge gingiuas. *Ad uulnam desillantem, & fauces tumentes.* Succo absinthij sufficienti laua. Item sinapi in aceto gargarizatum, cum melle multum iuuat.

Contra uitia faciei.

Ad impetiginosam faciem & rubram. R. succum carduncelli albi, & morgellinæ, tantundem de olibano, & melle, & absinthio, & his commistis unge: & laua faciem cum mica panis in aqua infusa, deinde teneras cymas rubi cum melle Luna decrefcente, confice: postea inunge cerusam nouies ablutam: deinde commisce oleum, & psimythium. i. cerusam & olibanum. *Ad lentigines.* R. ouum, & pone in aceto, donec testa maceretur: & accipe sinapi, & pulueriza, & cum ouo confice, & unge faciem eunti dormitum: postea laua cum farina hordei. *Ad idem.* Succus bryoniæ & cucumeris agrestis. añ. ʒ. i. gummi hederæ. ʒ. s. accipe, & faciem laua superiori modo, & si intumuerit facies, cum succo strychni. i. solani & albumine oui laua. *Item ad impetiginem.* R. radicem plantaginis, & sal & acetū fortissimum, tere fortiter, & de illo aceto distempera, & laua. Item radix minoris lapathij in aceto cocta, & super impetiginem fricata liberat. Item hieralogodion, & hiera Rufi, facit in initio impetiginem habentibus, & uarijs alphis. *Unguentum ad impetiginem.* Lacertam uiuam, & uitem albam pone in oleo: & coque ad tertiam, & colato oleo, adhibeatur cera purissima. probatum est. *Ad idem.* R. olei libram. i. olibani, cozumbræ, pegulæ, sulfuris, saponis, lycij, auripigmenti, ceræ. añ. libram mediam.

De morpheæ curatione.

Trochisci ad morpheam albam uel nigram. R. ellebori albi, piperis longi, careos. i. carui, halcyonij. i. spumæ maris, sulfuris uiui, calami aromatici, andrachnes. i. portulacæ, sandaracæ: omnia æquali pondere, tere, & fac trochiscos cum aceto, & utere. *Ad maculas albas uel nigras.* Oua trita, & cretam, lithargyrum, & cerusam, ex æquo cum aceto, & oleo rosato confice, & loca prius cum linteo perfricata usque ad ruborem perunge. probatum est. *Ad maculas rubras.* Cum melle, & absinthio inunge faciem. Item aloë trita cum melle inuncta faciem iuuat.

Ad rugas

Galeno attributus alter

Ad rugas de facie tollendas, & omnem aegritudinem depellendam.

Cucumeris agreftis radices siccas tere, & fecerne & misce cum aqua: & faciem laua: hinc alia aqua frigida laua faciem, quod si per triduum feceris, mirū effectū uidebis. *Vnguentum ad morpheam.* R. staphidos agria, sulphuris, lithargyri, fac puluerem, & uade ad balneum & laua te: & postquam lotus fueris, laua te cum aceto, & unge supradicto unguento, & post triduum iterum laua te. *Aliud ad morpheam albam, & nigram, & serpiginem.* Recipe succi mali terranei, i. cyclaminis, uel panis porcini, succi hyari, succi dracontæ, uiticellæ succi, saponis, sanguinis draconis, & aliquantulum capitelli: frica fortiter sicut unguento, & unge ubi opus fuerit. *Ad scrofulas.* Recipe radices raphani agreftis rotulas, ix. & tantum de eadem radice, ut tantum succi possit exprimi, quod sit ad mensuram trium digitorum, in ampulla uitrea, & da ut bibat in die martis Luna crescente: & in die iouis Luna deficiente, & scrofas super scrofulas pone. *Vt tota facies sit candida.* De sanguine tauri faciē linias, maculas de facie tollit, & lymphidam reddit. *Item ad idem.* Aphronitrum, lithargyrum, picem rufam, olibanum, cimoliam, raphanum cum aqua pluuiali confice, & faciem linias. *Vt totum corpus hilaris fiat coloris.* Vini ueteris facem cum oleo tere, & totum corpus perunge. *Ad faciem clarificandam.* Recipe crystalli, amenti dulcis & falsi, dentalis & antalis, coralli albi, & rubri, umbilici marini, nitri, falis gemmæ, sarcocollæ añ. ʒ. i. cerusam circa omnia supradicta cōtere: ubi ergo cutem laueris, distempera paululum de prædicto puluere in manu tua, & inde tange cutem. *Item ad idem.* Olibani ceræ, fuirginis, cornu ceruini, lithargyri, cerusæ ana. ʒ. iij. terebinthinæ. ʒ. iij. confice & utere. *Vt facies albefcat, & mollescat.* Cerusam & ceram albam teras ualde cum rosco, & unge. Theodoricon emperiston male coloratis, Anacardinū pallidis ualde facit.

De passionibus gula.

Potio ad scrofulas. R. ellebori nigri, mali terranei, herbæ mauræ, i. trifolij, matrissyluæ, caudæ lupinæ: has bene ablutas fortiter pinfito, & ad tertiam decoque, & patienti de tertio in tertium diem dabis. *Item ad idem.* R. radicem spathulæ, & radicem herbæ mauræ, & testiculos agni, & nouies ablue & tere: & in uase pleno aquæ ad cælum liberum suspende nocte una: & singulis diebus bibe. Et frondes tritas herbæ mauræ in patientibus locis fascia: & dimittatur tota nocte. *Item ad idem.* R. stercus porcinum, & fac puluerem ex eo, & laua prius ulcus de fortissimo aceto uel uiuo: & postea imple de puluere illo, donec sanetur. expertum est. *Ad idem.* Fabæ lupinæ radices uiuo nouies lauentur, & aqua in diuersa projiciatur loca: quarum radicum una pars teratur mediocriter: alia pars dimittatur integra: & ix. grana piperis integra, & cinnamomi integri. ʒ. ij. & mellis. ʒ. ij. imponatur in olla cum uini cyathis. ix. quæ omnia bulliant ad tertiam: & sic tribus diebus detur infirmo ad bibendum Luna deficiente. *Ad idem.* R. Brusci radices, asparagi radices, radices fœniculi, radices uiolæ, cymæ oliuæ, cortices fagi, paululum radicū acori, cortices ulmi, flores stochados, rosæ agreftis, uel rosæ caninæ, quæ omnia lauētur nouies in aqua: & concoquantur in uiuo usque ad tertiam: & postea misceatur paululum mellis, & piperis, & ita bibat. Item uitis albæ radicem tritam cum axungia superpone frequenter. *Ad idem.* Succus capparidis, & succus sumiterræ misti & bibiti ualde profunt.

Ad glandulas.

Obuli cataplasma impone, & glandulas deficere certum est. Item folia perfici cum sale tere, & superpone, mirifice profunt. Sed si fuerint duræ ipsæ glandulæ, fimum caprinum tere cum aceto, & in panno inuolue, & superpone. *Item ad scrofulas.* Tolle lacertam uiuam, & mitte in olla rudi, olei libram unam, & ibi se decoquant. penitus aquam non tangat: postea unge mane & sero, uel decies in die. *Item potio ad idem.* Enulæ radices, gladioli, aphodeli, folia lauri: omnia coque in uini fortis phyalis nouem, quousque ad tertiam redeat. dabis Luna deficiente.

Contra uitia palati, & gutturis.

Diamoron de rubis, quod facit ad omnes causas palati, & gutturis: uulnam subleuat cadentem, & humorosam desiccant. Recipe succi mororum rubi, libras duas, mellis, libram unam, sapæ, libram unam: quod cōficitur sic, H succum cum melle & sapæ in uase æneo stagnato ad leues prunas decoque, & ad perfectam decoctionem feruefacere desine. Quando uero coctum fuerit scies, quia posita de eo gutta super marmore, si se retinuerit ut mel, bene coctum est, tunc in uase stagnato recode, & usui referua. quando opus fuerit, ex eo palatum & uulnam unge, aut ad gargarizandum dabis. *Aliud ad idem, & ad uulnera faucium alba, uel nigra.* Recipe balaufti, succi corticis granati ficci amborum añ. ʒ. iij. aluminis scissi, mastiches ana. ʒ. i. tere, & in puluerē redige, & cum decoctione croci collige: & quando opus fuerit, locis dolentibus unge.

Ad uocem clarificandam electuarium.

Recipe cymini assi. ʒ. ii. seminis sinapis, piperis añ. ʒ. xv. calaminthes, pyrethri, cinamomi ana. ʒ. i. melis quod sufficit.

Ad tussim ueterem & nouam.

Sotira magna cum uinō detur eunti dormitum. Simili modo Eucharistum datur cum sotira mistum ruffientibus. Vile etiam est, diabutyrum pectori & ruffientibus. Idem facit diacalaminthes. *Item ad raucedinem.* Apij semen, cymini syriaci, seminis fœniculi, seminis anethi, seminis pulegij ana. cochlear. i. in puluerē redige: & cum fœnigræci succo da ad bibendum per triduum: res est nimis salubris.

Pilulæ

de dynamidiis

Pilule ad tussim probata. Recipe styracis. ʒ. i. opij, galbani, sulphuris uiui, terebinthinæ, ana. ʒ. ij. piperis nigri. ʒ. xv. tempera cum succo apij, & da eunti dormitum aut. iij. aut. v.

de prae cordiorum passionibus

Quibus color rubeus apparet in facie, aliquando post hoc in pallorem conuertitur: & tunc uadit dolor inter scapulas, uel tibias, & tussit: & quod projicit ab ore, saporem salis habet, & memoriam non habet, & uidentur esse aspera, quæ uidet. Hunc deuita, quia moriturus est: sin minus, ita curabis, diaprasi utile est, diaireos uitij pectoris, sic diacalaminthes, aut climax. i. aristo. uel uitis alba, & diabolbanu catarrho, & tussi. *Electuarium expertum ad uitium pulmonis, & ad omne rheuma descendens a capite ad thoracem, & qui sanguinem expuunt, & ad raucedinem uocis, & qui male ruffant ab ardore stomachi, & synanchen, quæ in faucem rumpit, & stranguriam, quæ ex phlegmate fit curat.* Recipe spicæ nardi, anisi, cinnamomi, tragaganthæ, gomphitæ. i. styracis, hyssopi, petroselinii, piperis al. gariophyllorum, seminis fœniculi, dactyli, carui, rhu pontici ana. ʒ. i. mellis quod sufficit. da mane & sero. *Item aliud probatum ad uitium pulmonis, & omnem tussim.* Recipe raphani, pyrethri, enulæ, elenij, iridis illyricæ, piperis ana. ʒ. i. dabis mane & sero.

Electuarium dianthi, quod optime facit contra cardiacos, phthysicos, hepaticos, confortat illos, qui sunt debiles natura, & ex longa infirmitate curat. Absinthij florum libras duas, & frondis eius libram unam, sandali rubri & B albi ana. libram unam, gariophyllorum, spicæ, galangæ ana. ʒ. s. piperis longi. ʒ. ʒ. mastiches ana. ʒ. ij. liquiritiæ libram unam, succi eius. ʒ. i. sachari libram unam, rosæ. ʒ. iij. mel quod sufficit. *Diapendion magnum, quod facit asthmaticis, arthriticis, sicce tussientibus, uocem perditam ex calore perfecte reparat, phthysicis, peripneumonicis, & pleuriticis subuenit.* Recipe penidiarum. ʒ. c. pinearum, amygdalarum purgatarum, seminis papaueris albi, omnium trium. ʒ. xxx. cinnamomi, gariophyllorum, zingiberis, succi liquiritiæ, tragagan. gummi ara. amyli, seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitarum purgatarum ana. ʒ. xi. camphoræ. ʒ. iij. syrapi uiolati quod sufficit. Conficatur sic, penidiæ cum syrupo, lento igne aliquantulum bulliant, & inde puluis terendorum temperetur. Detur mane & sero cum tepida. *Diapendion minus, faciens ad uulnera, quæ intrinsecus sunt maturanda, omnes putredines expurgat, & constipata pectora mollit.* Recipe zingiberis tragaganthæ, pinearum purgatarum, amygdalarum, anisi, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, papaueris, omnium nouem ana. ʒ. xij. spicæ, croci ana. ʒ. vi. mellis ro. quod sufficit. Detur mane & sero cum tepida. *Epithema ad tumorem, uel dolorem, uel inflammationem hepatis.* Recipe rosarum, trium sandalorum, farinæ hordei æquale pondus, tempera cum succo solani & cum aqua frigida. *Tryphera magna, quæ facit ad dolorem stomachi ex frigidityte, siccat quando accepta fuerit, statim patientem ad sudorem prouocet, phreneticis, & mulieribus, quæ ex melancholia de matrice insomnia patiuntur, suauiter somnum præstat, rheumaticis, &*

qui faciunt: & uentrem cum sanguine, uisidissima est, ascariidos & lumbricos educit, & menstrua prouocat cū multa data. Recipe opij. ʒ. ij. cinnamomi, gariophyllorum, galangæ, spicæ, zedoariæ, zingiberis, costi, styracis, calami. aroma. cyperi, iridis, peucedani, acori, mandragoræ, celticæ, rosæ, piperis, anisi, apij, petroselinii, fœniculi, macedonici, dauci, hyoscyami, ocymi seminis. omnium. xxv. ana. ʒ. i. mellis quod sufficit. *Ad infusio nem.* R. squamam ferri, & tere & misce cum melle, & cum succo menthæ, sanicenæ, idest herbæ sanctæ mariæ, & succo abrotani, & pastillato, mitre in testaposta super caueam terræ, & sic coque, donec sicceretur multum, & referua: quando opus est accipe cochlearium unum puluerizatum usque ad dies nouem, & bibe post acceptionem, uel misce in uase uini puluerem, & quassatum bibat. similiter probatum est. *Triasandali expertum ad dolorem hepatis, ictericorum colorem emendat potenter, & omnem colorem intraneorum usitatum extirpat, & sitim intolerabilem temperat.* R. diacridij in cytonijs cocti. ʒ. xxvij. zaccaræ, spodij, rosarum babyloniarum ana. ʒ. ix. sandali albi, rubri, & citrini, succi liquiritiæ, seminum portulacæ omnium ana. ʒ. iij. rhu barbari, croci orientalis, amborum. ana. ʒ. iii. camphoræ. ʒ. i. & ʒ. i. Si rupi Galeni quod sufficit, dos. eius. ʒ. iij. cum tepida. *Ad ictericos.* Accipe uigam, quæ fit de ære, & tintam in forti aceto pone in oculis. Itidem facies de succo pomorum granatorum amarorum. *Ad idem.* Rosmarinus coquatur in uiuo optimo, & decoctione eius in frigidata, nocte & die uratur. *Electuarium diaprasi, siue sancti Petri, quod ualet ad causas pectoris, & ad febres ex his natas, & ad tussim maxime prodest.* R. hyssopi, serpylli, fœnigræci, anisi, ana. ʒ. ij. iridis illyricæ. ʒ. iij. origani, pulegij, calaminthes, scyllæ, prafij syluestris, & domestici ana. ʒ. iii. herbæ uirides cōcoquatur in quindecim sextarijs aquæ, ut ad tertiam redeant, pinfantur, & exprimantur fortiter. Ius aquæ decoctionis misceatur cum melle. ʒ. v. lente super carbones bulliant, donec aqua consumatur: deinde mitte pinearum, dactylorum, caricarū pinguium mundatarum & pinstarum ana. ʒ. iii. tragaganthæ: postremo his optime expressis, addantur pulueris liquiritiæ. ʒ. iii. galliæ muscatæ. ʒ. i. gariophyllorum, galange, zedoariæ, spicæ, cinnamomi, rhu pontici ana. ʒ. iii. confice, & usui referua. Sotira asthmaticis auxiliatur, Theodoricon anacardinum ictericis medetur. hiera fortissima idem facit. *Pilule probata ad tussim.* R. mirrhæ, croci, castorij, styracis, galbani, piperis, opij ana. ʒ. i. olei laurini. ʒ. xv. costi, castæ fistulæ ana. ʒ. s. *Aliud ad idem.* R. myrrhæ, castorij, galbani, tragaganthæ, opij, styracis, ana. ʒ. s. croci. ʒ. iii. *Ad uocem meliorandam.* Accipe lardum recentem de porco multum crasso, cum aqua tepida depilato, & tantundem enulæ: facque in olla bullire per totum diem, & carne consumpta fac iterum bene excoqui ius eius, quo excocto utatur quilibet sicut uoluerit. probatum est. *Antidotum ad splenem.* Recipe costi, spicæ celticæ, pulegij, rhu pontici, aristolochiæ longæ, castæ fistulæ, squinanthi ana. ʒ. iii. dabis. ʒ. ii. Item accipe uerbenam, & chelidonium, fac tortellos, & comede. *Item ad splenem, res probata.* Cortice fraxinis

tal. olei.

tal. capitis.

fraxini excoque in uino, & bibat quotidie donec sanetur. Si uis probare, da porcello per triduum ut bibat, & in quarto occide ipsum, & non inuenies splenem. Item radix ebuli cum syluestri rapa decocta & superposita splenis duritiem ualde remollit. *Item ad idem.* Tamarisci in uino decocti, & xl. diebus continuis bibendo eius decoctum, mirifice prodest. Scypho etiam de eo facto, si cum eo assidue potetur, splenis duritia dissoluitur. Item potio Efdrae cum diagridio mirifice prodest. Item acetum scylliticum splenem cito extenuat: conficitur autem sic. Scyllam fume, & eius durissima & tenerrima remoue, & medium per aliquot dies dimitte ut confescat, & postea libram unam & uncias sex fume, & in aceti lib. xij. pone ad solem per nigrum dies: quibus expletis per sacculum diu exfrica, & proiecta scylla in uase uitreo conde & utere. facit etiam hydropicis & stomachicis.

Contra uitia stomachi.

Ad stomachi dolorem & rugitum, siler, & cuminum coque in uino falerno: & pone super stomachum. *Item ad uentositatem & dolorem non solum stomachi, sed etiam uentris & ilium ex frigiditate nata: expertum est.* Recipe baccarum lauri partes duas, & tantundem rutae, & cymini partem unam, & his tritis commisceantur: & mistis apponatur de melle quantum sufficit, & supponatur in frixorio super ignem, donec fiat ca lidum satis, & dolenti loco superponatur. *Diatrion piperon stomachis cibos non digerentibus, & postremo ad omnem imbecillitatem stomachi ualct. idem facit diapedeum.* *Ad idem.* Zingiber conditum, quod recipit radices eringij bene mundatas & purgatas atque lauatas libris quinque, deinde immutata aqua bene coquantur. Postea de aqua colando siccentur: sic puluerem illius librae unius zingiberis in aqua rosata per noctem uel amplius mollificati cum melle sufficenti bene despumato commisceas: ita tamen quod radices ipse in praedicto melle prius bene bulliant: & tunc demum oibus bene iunctis aliquantulum, uel usque ad mellis spissitudinem coque: & sic repone. *Item ad idem, confectio marmoridarum, idest penidiarum habentium duritiem marmoris.* Recipe sacchari libras duas, solue cum frigida: quibus commisce pulueris cinnami, zingiberis ana. 3. iij. gariophyllorum, galangae, spicae ana. 3. ij. pone super ignem, & tandiu coqui dimitte semper agitando, usque dum aqua consumpta fuerit: sed spathula nunquam recedat: deinde tres guttas olei super mundum marmor mitte, quod sit in modum tabellae, & incide, & utere. Sed si uis laxatiuum facere, mitte ibi .5. ij. diagridij. *Ad uomitum superius, & inferius.* R. thapsiae lib. s. cataputiae lib. s. agarici. 3. ij. atriplicis, rapae radices ana. 5. ij. croci, 3. ij. mellis quod sufficit. *Aliud.* R. thapsiae. 3. ix. cinnamomi. 5. ij. s. mellis quod sufficit. *Vomitum suaussimum, & sine angustia purgans choleram usiam.* Recipe thapsiae libram mediam, castaneolae, condisi, cinnami crassi, lathyridum mundatarum, croci hortulani, ana. 5. iij. mel quod sufficit: dabis in modum nucis cum calida. *Alius uomitus.* Recipe thapsiae libras duas, croci libram unam, condisi. 5. iij. cinnami. 5. iij. mel quod sufficit: datur ut supra. *Vomitum sine periculo.* R. succi cyclaminis, atriplicis seminis, spermatis genestellae, ana. 3. ij. cinnami. 3. s. mellis quod sufficit. *Item alius, qui sic fit.* R. mellis cyathu. i. aquae cyathos duos, aceti cyathos tres, coque ad medietatem, deinde rasanum ibi intingas, & manduca: & bibe de ipso oxymelite. *Ad uomitum.* Mitte in uase fictili libram unam aceti, & tantundem aquae, & tãdiu bulliat donec aqua consumetur. *Ad uomitum, & dolorem, & concussionem stomachi cum uentris dolore.* Recipe sumac, mastiches, carpobalsami ana. 3. ij. feminis bauciae, carui, cardamomi. ana. 3. ij. spicae 3. i. trita in uino mitte cum. 3. s. de croco: post adde corticum citri uiridis, aut menthae unciam unam, & succum menthae, & succum turionis uitis, confice, durat per annum. *Ad uomitum stringendum.* Nymphæam bibe cum uino distemperatum per tres dies. *Ad idem.* Nepitam coquas in lacte caprino: prodest si bibas per triduum. Item tolle olibanum, & succum menthae, & parum aceti, & simul confice: & facto emplastro pone in furcula gulæ, & super stomachum. *Ad uomitum nimium, & uentris solutionem* Recipe cuminum, & fac bullire in aceto, & da patienti ad bibendum & manducandum. *Electuarium ad uomitum prouocandum.* Recipe allebori albi lib. s. tritum sicca, cribella, fac tegulam calidam, & desuper pone puluerem modica hora: deinde mitte tres phialas mellis despumati in olla, & ipse puluis insimul bulliat in ipso melle, & repone: quandoque opus fuerit, da cochleare unum, & facit uehementer uomere sine angustia. *Ad uenam ruptam interius restringendam.* Bibat parum nasturtij feminis, aut adrianum balsamatũ cum mulla calida, aut athanasiam cũ succo plantaginis, aut trypheram magnam cum mulla, quae etiam uomitum, & dysenteriam cum calida mire curat. Similiter oleum muscellinum uomitum stringit, & angustiam tollit. *Ad idem.* Boli armeni partem unam, gummi saraceni partem alteram, & tragaganthae tertiam, haec omnia temperabis cum uino ueteri, fac pilulas, & exinde dabis. iij. *Ad idem.* Lac caprinum coque simul cum tragagantho, & utere uno die in modum lactis.

De stringendo sanguine.

Ad stringendum omnem sanguinem folia enulae tere & impone. hoc etiam cũ sale & urtica imposita fistula stringit. *Aliud.* Corticem medium caprifici rasum impone, probatum est. Itẽ cepam finde, & impone. satis probatum est. *Ad haemopticos.* Sanguine draconis, aloẽ, symphytum, alumẽ ex aequo trita, dabis cum aqua frigida, uel cum succo arnoglossi. *Electuarium ad stomachum, quod asthmaticis peculiariter prodest.* R. galangae, gariophyllorum, piperis. 3. 3. zingiberis, costi. añ. 3. ij. spicae, mastiches. ana. 3. iij. xylobalsami. 3. iij. gophitae, myrrhae. ana. 3. s. cinnamomi. 5. i. liquiritiae. 5. ij. s. rosarum. 5. ij. s. croci. 3. ij. s. mellis quod sufficit. *Item ad eos, qui sanguinem fundunt ex ruptura uena.* R. symphytum, & bolum. ana. 3. ij. fac puluerem, & bibe cum aqua pluuiali per triduum in mane.

De

De singultu.

Ad singultum tollendum. Mitte manus & pedes in aqua calida: & postea apprehende spongiã, & in tinge in aceto, & superpone stomacho. Itẽ tere rutã uiridem, & cyminum in oleo frigido, & in stomacho fascia. Item aquam pluuialem, & zingiber bibant, & cuminum manducant. Item in aqua calida sedeat, & aquam decoctionis zingiberis, & galangae bibant. *Ad idem.* Sorira cum mulla bibita mirifice prodest. Item accipe castorium, & tere, & fac puluerem: & da patienti ad comedendum. *Oleum ad debilitatem stomachi, ad uentositatem, facit etiam debilitati hepatis.* Recipe olei rosati. vnc. i. mastiches. vnc. iij. uel vnc. i. ceræ albæ. vnc. ij. hoc in aestate fiat. Si autem fuerit hyems: adde laurini. vnc. ij. costi. 3. i. haec omnia concoquantur lento igne in testa: & bene liquefacto tepide, totus stomachus ungetur, & tegatur stappa.

De signis hepaticorum, & splenicorum, uitae, & mortis.

Qui tussit nimium, & in latere dextro nequieuit quiescere, & quod projicit ex ore dulce est: hoc accidit ex icore, & si nullam memoriam habet, & frequenter nares eius sanguinantur, & pes eius dexter tumuerit, & nihil sumere desiderauerit praeter aquam, post uesperam & circa uesperam pigritia uel lassitudinem passus fuerit: qui ista signa habuerit, morietur. Quicumque uero apostema patitur, & ista signa non habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apij: quod ita conficitur. Succum apij cyathos duos coque in similitudinem mellis, tunc cum pauco uino, & butyro, & terebinthina ana. 5. i. pyrethri. vnc. s. commisce, & lento igne decoque: & da mane & sero in modum auellanae. Super latus autem illud pone emplastrum oxyracrocentum: & da sibi hieram Gal. & picram eiusdem, herbam artemisiã tritam cum uino, & cum ferro candente calefactam quotidie bibat, & sanabitur: sed & alia superius experimenta & potiones scriptas, si haec non plene profuerint, ut cures dabis.

De splenitica passione.

Qui in illa iugiter die noctuque tristis apparet, & dolorem in sinistro latere patitur semper, & in eodem loco ubi dolet tumescit, & pedes, & tibiae eius tumescunt, & dormire nequit, & nihil delectat edere, & urina sua croco similis fit, & fastidium habet, moriturus est. si autem haec signa non habuerit, supra scriptis medicinis curetur. *Ad splenem, probatum.* R. splenem erinacei terreni recentem uel siccum, tere, cum uino albo infirmo acum in manu sinistra tenenti in die Iouis Luna deficiente dato.

De passionibus uentris.

Qui in illa die multum nauseat, & si quid manducat aut bibit, illi non proficit, & pedes eius semper calorem generat, & dolorem patitur, sicut de passione nefcia: ista signa mortalia sunt. Sin minus, ita curetur, Eucharistum ei dabis. *Item cataplasma tale fac.* Incende fustem caprifici, & fac cinerem, & tempera cum pice liquida, & pone calidum ubi dolor sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

Medicina ad laxandum.

Pilulae ad laxandum multum. R. aloes, scammoniae, cocci cnidij, lathyridum aequale pondus, mastiches quantum medietas scammoniae, confice cum lacte tithymalli, dabis tres in modum ciceris, & postea dabis mullam calidam, & icinet usque ad horam nonam.

Pannus ad uentris solutionem.

Succum ellebori uiridis exprime: & ex eo totum umbilicum perunge: & pannum de oleo linitum superpone, & si de uiridi elleboro habere non poteris, siccum in puluerem redigas, ipsumque cum succo polyodij & mercurialis & cucumeris agreitis temperes, & ut supra dictum est umbilicum perungas: & si uis ut uomat, stomacho superponas doctrina praedicta. *Item ad uentris solutionem.* Lac anabulae in carica fac fluere, & ignorante patiente ad comedendum dato: uel cum praedicto lacte farinam tempera, & inde facias fritulas in frixorio cum adipe porcino frixas, ad comedendum dato. *Item ad idem.* R. cocci cnidij, euphorbij, croci orientalis aequale pondus, mellis quod sufficit, purgat per superius, & inferius. *Electuarium bonum ad laxandum.* R. esulae. 5. iij. garyophyllorum, epithymi. ana. 3. i. baccare, delaterij, polyodij, mastiches, piperis, ana. vnc. ij. mellis quod sufficit. *Item ad soluendum uentrem.* Fel taurinum inuolutum lana ad umbilicum positum uentrem soluit, & infantibus lumbricos necat. *Ad idem catapotia Galeni.* R. diagridij. 3. iij. colocynthidis, aloes. ana. 3. iij. myrrhae. 3. ij. mastiches. 3. i. fac pilulas in modum ciceris. *Ad uentrem laxandum.* Accipe fauinam, & mitte in cacabo, & bulliat fortiter: & postea extraha, & pinse fortiter cum pinguedine porci, & iterum pone in caldario, & bulliat, & cola, & fac unguentum, & unge umbilicum. *Ad idem.* Fel lupi pone ad umbilicum. *Aliud unguentum mirabile adeo secessum prouocans, ut stercora constipatissima in momento prouocet.* Fel taurinum, aloen, sal gemmam, & oleum commisce, & orificium ad ignem fortiter unge. probatum est. *Clyster.* R. aloes lib. i. scammoniae. 5. iij. succi ebuli, succi betae atq; maluae palustris, & mercurialis semẽ, & oleũ, et fursur coctũ in aqua salsa, et sic super puluerẽ succi mittant, et tepidum inijce. *Clyster ad renum dolorem.* R. el lebori nigri. 5. i. radices cucu. agreitis. 5. iij. caricas numero. ix. aquae alexandrinae. 5. i. cucurb. munda. 5. ij. coque ad tertiam, et inijce. *Ad dolorem uentris.* Stercoris porcini, baccarũ lauri, feminis foeniculi, apij, ana. 5. i. rutae fasciculũ unũ, mastiches. 5. ii. fac puluerem, bulliat cum olei libris duabus, et cũ lana infunde, et in uentre ligabis. *Ad puncturam sub uere.* Mitte mel in sartagine, et fac tepidum, et extende super stuppam, et desuper asperge puluerẽ cymini, et impone loco dolenti, probatum est. *Clyster quod facit ad nimiam solutionem uentris.* R. cymas lentisci, cymas myrtæ, nepitæ, radices rubi, et cymas eius, co-

SPVRII.

P que

*al. asthmaticis.

*luefica.

tal. drachm.

tal. morgelli-
za.

tal. electuar.

Gal. attributus alter

que omnia in uino, & iniice. *Antidotum ad uentrem stringendum de quacunque distemperantia, ualet iliaci, dysen-
tericis, & ad omnem solutionem.* R. mirrhæ, opij, acaciæ, prunellæ, styracis, ana. 3. i. olibani, mastiches, ana.
3. ii. *stœchados. 3. s. confice cum succo cymarum rubi, aut arnoglossi, fac catapotia, dabis quinque; aut
septem, & est mirabilis effectus. *Pilulæ ad omnem solutionem uentris.* R. balaufti, corticum inaligrana-
ti, gallæ, acaciæ, tartari, sumach, croci orientalis, galliæ, mirtyllæ æquale pondus, opij quantum pensat
medietas unius, & trita tempera cum succo myrtæ, & lentisci, & fac pilulas in modum ciceris, & da. v.
uel. vii. eunti dormitum. *Ad nauſeam uel fluxum stringendum.* Puluerem mastiches tempera cum albu-
mine oui, & fac uelut emplastrum in purpureo panno, & stomacho imponas, & prodest. *Item ad uomi-
tum stringendum, & tensionem stomachi, & deflectionem.* Baccarum lauri. 3. iiii. cymini, roris marini, absinthij.
ana. 3. iij. pulegij. 3. ij. mastiches. 3. i. panis usti. 3. ix. perunge stomachum de melle calido, & superasper-
ge puluerem, & cooperi cum lana, & fascia. *Ad lumbricos necandos.* R. folia herbæ mauræ, coque in
uino, & misce parum mellis, expellet omnes mortuos. *Item R. absinthij uiridis, git, lupini, pulueris fel-
lis taurini, medullæ cerui ana. 3. i. ceræ. 1. 3. s. Contra dysenteriam.* Sorira temperata cum succo sponse
Solis, uel myrtæ utilissima est, uel athanalia cum succo plantaginis, seu solus succus semper uiuæ. *Ad
idem.* Accipe cotonea, & munda interius & exterius, & gallas, & cyminum, & coque. Coctis autem,
accipe decoctionem, & misce cum saccharo, & aqua, & bibe de tertia in tertiam diem, & liberaberis a
fluxu. *Item ad idem.* Tryphera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omnino sanat, & uom-
itum stringit. *Ad eos qui sine uoluntate egerunt.* Accipe succum symphyti & hypocyttidos, & fœcē
olei, & ceram, fac inde magdaleones, & postea mitte in anum. *Ad sanguinem reprimendum, si alicui cum san-
guine anus exierit foras.* Puluerem aspalathi & gallæ superasperge, si solus *anus exierit, aquam in qua
cocti fuerint caules immitte. *Item unge ex aloë cum uino ueteri distemperato.* *Ad dysenteriam, &
lienteriam probatum.* Poma syluestria in aqua coque, & calida super umbelicum & super renes po-
ne, more emplatri inducta, & illis refrigeratis, alia tepida assidue superponantur: in die una uel
noctē etiam desperatis cito subueniunt. quod si hoc suppositorium adiungas, citius restringit:
quod sic facies. Accipe porrum cum capillis suis de terra abstractum, non lauatum, sed a terra
excussum: tere, & exprime succum, remotis prius folijs, & misce succum cum resina super tegulam
calidam: & exinde cum lana succida fac suppositorium, & quando frigidum fuerit, calefacito:
& quando siccatum fuerit, renoua ter uel quater. certum est. *Ad eos quibus anus exit foras.* Aquam
ubi cocti fuerint caules tolle, & ano immitte. *Item unge ex aloë, & cum uino ueteri distempera.*
Ad idem. Puluerem aspalathi, & gallæ superasperge. *Item ad dysenteriam.* Calefac petram
molendini, & frondes porri pinfitas superpone cum aceto forti: & homo in sella perforata se-
deat circumquaque inuolutus, & totum fumum per anum recipiat bis uel ter. *Item ad pondus.*
Vinum coctum, cyminum coctum cum nitro, & pice de romania fac bullire, & superſedeat. Sic
etiam saluia iuuat, tegula quando calida fuerit, si superſedeat patiens multum iuuat. *suffumi-
gium ad lienteriam.* Spolium serpentis, aut carnis eius siccæ suffumiga. *Pilulæ ad dysenteriam pro-
bate.* Recipe opij, styracis, croci orientalis, galliæ, maceris, mastiches, myrtilli, rosæ siccæ, gum-
mi de Babylonia, myrrhæ, roris syraci, aluminis, gallæ, acaciæ, balauftiæ, æquale pondus, tempera
cum aceto, & fac catapotia, & da mane & fero. iij.

Contra uitia renum, & ilium.
Ad dolorem renum. Folia lauri pinſe fortiter, & coque in uino optimo quousque coaguletur, & su-
perpone renibus modo emplatri. Adrianum balsamatum utile est nephriticis, & turbulentam uri-
nam facientibus, & in uesica lapidem habentibus. Philanthron ad idem ualet. Sic diapereon
& Euchariston. *Potio probata ad ilium dolorem, & ad frangendum lapidem.* R. daçtyli mundati intus & fo-
ris, saxifragiæ, radicis capparidis, petræ *lyncurij, ossis de corde cerui [petræ de corde cernino] gario-
phyllorum, seminis citri, cucumerorum, seminis apij, alumen de Africa. Seminis alexandrini, & pe-
trofelinii seminis, radicis asparagi, ana. 3. i. mel quod sufficit, bibant in balneo cum uino uel aqua calida
in modum auellanæ. Vrinam enim mouet, & lapidem frangit. *Ad idem.* Cardui radicem cum
oratione dominica collige: & laua nouem uicibus, & pinſe fortiter, & mitte nouis nouena grana pi-
peris, colabis, & succum ad bibendum dabis. probatum est. *Emplastrum ad idem.* Recipe *ladani,
adipis urſini, olibani, saxifragiæ, petræ *lyncurij, myrrhæ siccæ, opopanacis, ana. 3. i. ceræ. 3. iij. olei
quod sufficit. *Sorbitium ad idem.* Recipe galangæ. 3. i. zedoariæ, saxifragiæ, grana solis, seminis
apij, anisi, afari, squinanthi, omnium æquale pondus, pone in. vj. li. aquæ, bulliant ad medietatem, cola,
& projice species, & da ut bibat mediam phialam.

Ad ilium dolorem, & frangendos lapides, & stranguriam, & dysenteriam.
Diaçysu. R. seminis hederæ, gummi eius, saxifragiæ, petrofelinii macedonici, apij, piperis, pyrethri
ana. 3. i. dauci, grana solis, cardamomi, myrrhæ, asparagi, agarici, cinnami, seminis citri, sperma *cerui
ana. 3. i. sanguinis hirci de mēse Augusti, galange, diagridij, añ. 3. ij. aloes. 3. iij. spicæ nardi. 3. ii. mel quod
sufficit. *Sclirofmon, faciens nephriticis, dysentericis, sanguinem uomentibus, ad dolorem stomachi, arthriticis, & ischia-
diciis. R. cynamomi, styracis, spicæ, zingiberis, xylobalsami, castorij, costi, pyrethri, smyrnidis
.i. genus uernicis, terebinthinæ, sagapeni, opopanacis, chalbanii, dauci, hyoscyami, piperis, petrofelinii
añ. 3. viij. gariophyllorum, opij añ. 3. iij. balsami. 3. s. mellis qđ sufficit: dat in modū auellanæ cū tepida.

*al. ciclidor.
gallia, affe-
gna.

† al. unc. v.

* al. sanguis.

* al. drach. vi.

* lyncis.

* al. sandali.

* al. Gallæ.

* al. carui.

* al. scitroph-
lon.

Item

de dynamidiis

II 4.

A *Item ad ilium dolorem.* Tolle hederam terrancam, fac bullire ut fomētetur, & tolle grana caudæ uul-
pinæ, & laua. ix. aquis, & tere. & da succum patienti: & tolle tres cymas rubi, & tres urticæ, pinſe: & ac-
cipe lilij radices siccas, & tere ut puluis inde fiat: & accipe petram quam homo mingit, & fac puluerē,
& misce cum puluere lilij: & accipe radicem pastinacæ, & laua. ix. aquis, & cum aqua ipsius pastinacæ
tempera omnia supradicta, & da patienti. probatum est. *Fomentum ad ilium dolorem, & ad lapides proicien-
dos, & urinam prouocandam.* Furfur calidum infusum in aceto, uel arenam marinam cum sale calido, uel
asphodeli frixi in oleo calido: hæc omnia singillatim missa in facculo, dolenti superponantur loco. Da
uatica potio iliaci efficaciter prodest. *Antidotum ad lumborum dolorem, & frangendos lapides, ut & lumbi
pinguescant.* R. nucleorum mundatorum, amygdalarum, auellanarum, nucum, fistulicorum ana. 3. iij. zin-
giberis. 3. iij. cinnamomi aliptæ ana. 3. ij. croci orientalis, galangæ, gariophyllorum ana. 3. i. anisi, masti-
ches ana. 3. ij. mellis quod sufficit. *Potio probatissima ad ilium dolorem, ad petram rumpendam, & ad eos qui uri-
nant cum tormento.* R. gariophyllorum. 3. i. cinnamomi. 3. iij. zingiberis. 3. iij. costi. 3. i. thuris. 3. ij. semi-
nis asparagi. 3. vj. & radicis eius. 3. iij. galangæ. 3. iij. pyrethri. 3. ij. spicæ. 3. viij. croci orientalis. 3. iij. myr-
rhæ. 3. i. macedonici seminis. 3. iij. peucedani. 3. ij. saxifragiæ. 3. iij. grana solis tantūdem, opij. 3. ij. seminis
lapathij. 3. iij. hyoscyami. 3. iij. coriandri. 3. i. celticæ. 3. i. afari. 3. ij. petrofelinii. 3. ix. meui. 3. x. phu. 3. i. litho-
spermatis, lybistici ana. 3. iij. piperis nigri. 3. i. mel quod sufficit. *Potio ad petram frangendam probata mira-
biliter.* R. petrofelinii macedonici, asparagi semen, grana solis, seminis urticæ, saxifragiæ, petræ, *lyn-
curij, serpylli, seſeleos, chamædryos, xylobalsami, silymbrij, ligni aloes, mānæ, rhu pontici ana. 3. ij. amo-
mi, seminis anethi, seminis apij, seminis basiliconis, cinnamomi, aliptæ, galangæ, gariophyllorum, zin-
giberis, zedoariæ, gomphitiæ, carui, piperis, ana. 3. iij. liquiritiæ, castæ fistulæ, mastiches. spicæ ana. 1. 3. ix.
anisi. 3. ix. amygdalarum. 3. xix. seminis citruli, melonis, cucurbitæ ana. vnc. ix. misce cum melle. *Item
scarabæum nigrum siccum potui dato: mire prodest.* *Ad lapidem frangendum.* Recipe radices sceni-
culi, apij, petrofelinii, macedonici, pinſe, & succum cum uino in potu da.

De colica.

Ad colicam. Recipe radicem lapathij, chamædryos, eupatorij. i. saluiæ agreſtis, plantaginis, trifo-
lium, uerbenam, gariophyllatam, uiolam, sceniculum, apium, hypericon, cyminum, piper, fac potionē
cum uino & melicrato. *Ad idem.* Succu foliorum ramni. 3. ij. piperis grana. vij. aut. ix. mellis co-
chlearia. ij. da ut bibat in Sole, & miraberis. hoc etiam nephriticis ualet. *Ad idem.* Hydrelæon cum
mulſa temperata bibita, & iniecta, mire ualet, maxime si est obstructio stercoris. *Item farinam feminis
lini, & hordei æquali pondere, cum oleo chamæmelino coque, & calidum impone.* *Ad idem.* Ceræ
C vnc. v. ouorum uitelli. vnc. vj. farinæ fabæ. vnc. iij. olei chamæmelini, & rosati ana. vnc. ij. succi feminis li-
ni quantum sunt uitelli ouorum, & farinam cum succo feminis lini bene cōmisce, & sic ceram & oleū
adde, & bene infrigidari permittit, & quando opus fuerit circa loca dolentia impone.

Contra uitia hæmorrhoidum.

Ad hæmorrhoidas. Tolle cymas pulicariæ minoris, & pinſe, & mitte in anum tribus uicibus, & po-
stea puluerem de fungo, qui uesica lupina dicitur superpone. *Ad hæmorrhoidas, quæ in interius sunt in inte-
stinis, unde eger facit sanguinem ad fellam die noctuq;.* Omne calidum comedat & bibat, quia de frigiditate
sunt, & utatur balneo calidæ aquæ: in qua sit absinthium, sampſucum, & pulegium, & ceteræ calidæ her-
bæ, & calefac latam tegulam, & fac cum sedere super sellam perforatam, & pone tegulam subtus, & a-
sperge interdum merum desuper, ut fumus, & calor sursum saliat: hoc fac quotidie. & postea accipe zin-
giber & galangam, anisum, masti, & cortices maligra, & gallas, & hypocytti. hæc omnia coque in libra
una uini usque ad unc. iij. & bibat. hoc quoque faciat ter, uel quater, uel pluries, & de hac decoctione
pone in prædicto fumigio super tegulā. comedat gallinas, anseres, perdices, agnos nō multū pingues,
arietē infra annū, nō pisces, non fructū: oīa prædicta assata comedat, & quādo assaueris, asperge metū
super carnē porcinā guttatim: accipiat oīa electuaria styptica, & bibat uinum albū cū aqua. *Ad idem.*
D Piper, aloen, saponē spatarenticum, puluerē gallæ, unum uitellū oui assatū, nepitæ frondes, cymas ru-
tæ, stercus hominis recens incende, & fac puluerē. hæc omnia simul tunde, & fac sicut cerotū, & cōfice
cum uitello oui, & succo saluiæ: & appone quousque sanetur. *Emplastrum ad idem.* Sume symphytū,
auripigmentum, coria mali granati, ammoniacū: fac puluerē, & distempera cum castorio, calaminthe,
& terebinthina: induc in panno & impone. *Item ad idem.* R. Gummi hederæ, saponem spatarenticū,
panem siccum incisum æquali pondere, fac magdaleonem longum. v. digitorum, & immitte. *Item ad
hæmorrhoidas.* Semen taxi subtiliter puluerizatum, & super pinguisſimam caricam seminatam, si cum
eadem carica est immisſum, utilissimum est. Oleum etiā fraxini iniectū mire prodest. *Ad idem.* Atra-
mentum, alumen, carbonem, corticem arboris nucis, separatim pulueriza, quæ cribellata in melle ad
medietatem decoque, & calidum distempera nō nimis spissum: postea induc in panno lineo, & loco pa-
tientis ter uel quater superpone. Itē gummi hederæ coctū in oleo lini superponatur hæmorrhoidibus, &
intus mittatur, proculdubio liberabitur. & puluis radicis tassi cōbusti idem facit. & sanguisugæ profunt
positæ. *Vnguentum ad idem probatum.* Saluiam, rutam, olibanum, ceram, oleum, & lac caprifici, lique-
fac, & cōmisce, et utere. *Ad idem.* Aristo. ro. fellis terræ fac puluerē, & liga in. iij. frustis panni, & ol-
la plena aceto forti bulliat, & ista. iij. frusta desuper stent cū supraſcripto puluere, & calidum quantum
durare poterit super ipſas pone, & leuando unam, aliam ponas. *Ad idem.* Lappam manducabis,
SPURIL. P 2 & castanea

& castaneæ cortex, & galla coquantur in aqua, & dolentia loca frequenter inde abluantur, & fatis pro E
 ficit. *Ad hæmorrhoidas intrinsecas, & extrinsecas.* Recipe cyperi, millefolij, marrubi, mentastri, planta-
 ginis, centumneruæ, æquale pondus, sed minus ponatur de marrubio: hæc omnia tere, & cum forti ui-
 no distempera, & bibat æger octo diebus, uel amplius mane & sero. *Ad hæmorrhoidas.* Tolle corti-
 cem uirginis nucis, & quercus, & aristolochiæ rotundæ, & marinam spongiam, & pone in testa noua ca-
 lida calefacta ad ignem, induc in puluerem, & unge ipsas hæmorrhoidas de calido melle, & postea su-
 perpone puluerem istum. *Ad ficus.* Recipe aristolochiæ rotundæ, piperis nigri æquale pondus, fac
 puluerem, & sic utere. Herba calendula trita & superposita multum iuuat. *Emplastrum ad ficum, qui ap-
 paret.* Mel, sterces pullinum, saponem gallicum, cymas lauri, & baccas commisce, & superpone, ter-
 tia uero die solue, & inuenies sanum. *Ad idem res probata.* Plantaginis. M. iij. millefolij, mētastrī ana.
 M. iij. hæc omnia tere, & succum exprime, cui piperis gra. viij. mastiches grana. vij. commisce, & iei-
 unis bibe per triduum, & renoua potionem diebus. ix. *Ad ficum qui sanguinat.* Quinquefolium in la-
 cte caprino decoque, & bibe per triduum. Item corallos, chelidonium cum pipere & cerufa tere, & di-
 stempera, ieiunus calicem unum bibat plenum, optimum est. *Ad idem.* Radicis rafani rotellas man-
 duca. ix. ieiunus infusas in melle diebus. ix.

De arenalis mictus signis, & cura.

Signa eorum: qui lapidem patiuntur in uesica, natura eorum subtumida est, pruriginem patiuntur in
 ano, & mingere non possunt, nascitur hæc causa magis infantibus, quam iuuenibus. qui minores lapi-
 des mingunt. *Cura.* Petroselinum semen, apij, semen betonicae, saxifragiæ, gingiberis* elemi, radicem
 fefeli, arteriacæ. f. confectionis, baccarum lauri, urticae maioris semen, asari radicem spicæ, roris marini,
 costi hortulani, radicem cardui, radicem agarici, marrubij albi, anisi ana. ʒ. i. mellis modicum: teres om-
 nia, dabis quando non febricitat, mane & sero, cum uino. Item gallum anniculatum occide, & in grossi-
 serio eius inuenies albos lapides, quos cum uino tere, & da febrienti cum tepida.

De mingentibus furfures.

Signa eorum qui furfures mingunt, quia per urinam in calice natant, signa hæc si uideris, scias lapi-
 des maiores ualde in uesica haberi. natura enim illorum si fuerit manibus fricata, intus redeunt lapilli,
 & ex confractione in labijs uesicæ fit scabies, & emittunt per urinam uelut furfures. *Cura.* Dulcia
 comedant, & lac caprinum mox multum bibant: si non februnt, caneros fluuiales dabis comedendos.

Antidotum ad hoc. R. cymini, seminis apij, melanthij, seseleos, æquo pondere cum lacte & melle, &
 cochlearia singula, omnia commisce, dabis in mane ieiuno cochlearium. Item olera manducet, mal-
 uas, pastinacas, asparagos, oua forbilia, succum hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie, &
 utantur balneis. *Antidotum ad uesicæ præclusionem probatissimum.* R. saxifragiæ, spicæ, betonicae, squinan-
 thi, cinnamomi, carpobalsami, costi, absinthij, croci, suc. liquiri, acori, hyperici, rhu pontici, chamæleon
 tis, petroselinum, dauci, ireos, opopanax, ana. unciam unam, confice, & utere. Item, petroselinum, saxifra-
 giæ, apij succum simul bibat, & sanabitur. Item saxifragiæ, asari, gummi, betonicae, piperis, ana. ʒ. i. mel-
 lis libram unam, uinum quod sufficit, hoc in balneo bibat. *Ad uesicæ dolorem cura talis est.* In initio
 oleum rutaceum per clysterem ægro frequenter iniicias. Foemine uero matrix infundenda erit, & ex-
 trinsecus pectinem & inguen ex oleo cyprino calido, & cum lana succida fasciabis, aliquando misce-
 bis castorium si forte plus calidum fieri oporteat. Item clyster ex decoctione foenigraci, aut radicem
 maluæ cum oleo mista & calefacta: & si uesica stricta fuerit, subtili fomento relaxare, & urinam addu-
 cere oportet. Ad frangendum lapidem succus radicis ualet. Vesicæ uero patienti calculum, adrianum
 si dederis cum decocto radicem alexandriæ, & semine ocymi, aut brusci, siue asparagi, aut pleni pugilli
 ciceris rubei. Similiter potio Iustini cum uino calido, si dederis, facit phialæ opros, calculos frangit, mul-
 sa lapidem in uesica frangit. *Ad petram uesicæ.* Recipe saxifragiam, grana folis, petroselinum, quin-
 quefolia, asparagum, bruscum, agrimoniam, & coquantur omnia in uino ut ad tertiam redeant, & po-
 stea cola, & adhibe paululum mellis, gariophyllorum drachmam unam, petrae de* lucubio drachmam
 unam, da ad bibendum mane tepidum quasi phialam unam, & si potest bibat suc. erysimi & ipsam her-
 bam comedat. *Diachryson ad petram.* Recipe saxifragiæ, radicis brusci, asparagi, petroselinum, apij, pi-
 peris ana. ʒ. i. grana folis, alexandri, libyftici semen ana. solidum unum, mellis quod sufficit. *Ad eos qui
 mingere non possunt.* Oleastri radicem, cyminum, & cepulas teras, & in oleo coquas, & super pectinem
 ponas. Item parietariam tere, & calefactam super pectinem fascia, & miraberis. Itē sanguis hirci trien-
 nalis, aut uetustioris cum decocto nardi, &* cinnamomi, & siccarum cicadarum puluere datus, mirabi-
 liter, & cum celeritate lapidem expellit.

De genitalium causis.

Vnguentum album pro mentula. Recipe olibani, mastiches, aloes, assæ foetida, myrrhæ, ana. ʒ. i. cerufa
 ʒ. ij. temperentur cum melle, & sambuco, & ponantur in mēbro. *Aliud fuscum.* Pix græca, & aloë cū
 melle temperentur. *Ad uuluum stringendam quasi uirgo fit.* Recipe myrrhæ: olibani, mastiches, colopho-
 niæ, picis nigrae, arsenici, boli, gallæ, gypsi, cornu ceruini incensi, aristo. longæ & rotundæ, omnia æqua-
 li pondere, fac puluerem, & in uuluum injice. *Pulsis ad idem.* Recipe symphyti, aluminis, balauftij,
 myrrhæ, olibani, mastiches, colophonæ, picis nigrae, boli, gallæ, gypsi, cornu ceruini incensi, aristo. ro.
 galliæ, ana. ʒ. v. fac puluerem, & in uuluum injice, quæ prius fomentetur aqua pluuiali, in qua cocta
 sint

A sint grana uua, cortex castaneæ, & pulegium. *Confectio ad idem.* Recipe symphyti, corticum mali gra. &
 mepillorum, & quercus, foliorum rosæ caninæ, hypocystidos, ana. ʒ. i. maceris, cinnamomi, gariophyl-
 lorum, nucis muscatae, anisi, antheræ pulueris, ana. ʒ. v. ista omnia trita & puluerizata collige cum aqua
 ro. uel pluuiali, in qua ro. decoctæ fuerint, & inde trochis. formatis ad Solem siccentur, & quando opus
 fuerit, unum eorum in aqua ro. uel pluuiali resolue, & inde stricta uulua post balneū diutissime fomen-
 tetur. Symphyti decoctio idem operatur. *Ad idem.* Tolle symphytum, & gallam, & gummi pinæ,
 & cinnamum, & amentum dulce, & fac puluerem, & misce cum pauca aqua, & laua locum, & mirabe-
 ris. *Ad menstrua prouocanda.* Recipe ammoniaci albi, galbani, opopanax, aloes hepatici, colocyn-
 thidis interiora, myrrhæ, cicuta seminis ana. ʒ. ij. tere, & cum suc. pororum confice, & fac pilulas ad mo-
 dum pisi, & da. ʒ. ij. uel. iij. in aqua tepida. *Item ad idem.* Ante dies. iij. uenam de tibijs incide, aut ti-
 bias scarifica, aut in ambobus talis uenam incide, ita ut in una die unam incidas, & in alia aliam, & post
 hoc dabis tenues cibos, & sic post. vij. dies castorium cum pulegio ad bibendum dabis, aut calamento,
 educit enim menstrua pulegium, & calamentum coctum cum mulla. Est autem tempus dandæ deco-
 ctionis uel potionis utile post balneum in sabanis, quia sic data multum operatur, & plus his dictamus,
 & sauina data similiter, utiliter etiam datur picra, quæ recipit aloes drachmam. i. Quando autem ex ple-
 B nitudine, & pingui superfluitate retinentur menstrua, centaurij maioris succo, & radicibus minoris ex-
 cludantur. *Ad idem in duabus aquæ partibus, & una uini.* Artemisiæ, & saluæ, brathyos, calamentæ, ma-
 rtrissyluæ ana. M. j. allij quantum de omnibus alijs, & lento igne ad tertiam decoque, de quo ter in die fo-
 mentatio fiat, mane, & meridie, & sero eunti dormitum. climax detur cum decoctione cymini. Quæ re-
 cipit elemi. ʒ. iij. foeniculi. ʒ. iij. piperis sesami, syriaci ana. ʒ. ij. eruca, seminis sleris montani ana. ʒ. i. mel
 quod sufficit. *Item ad idem.* Artemisiæ, rutæ, dauci, dictami, phu, meu, nasturcij ana. trita in aqua, fac
 balneum, & da ad bibendam tripheram magnam cū aqua tepida. *Item ad idem.* Vrticæ maio. radicē,
 affari, hiperci, epithymi, polypodij ana. hæc omnia coque in uino ad medietatem. da mane & sero. *Ad
 idem.* Baccas lauri. xxxvij. tritas cum uino bibat. Item accipe artemisiam & rutam æqualiter, & adde
 oleum laurinum, & calefac parumper ad ignem, & facto ex panno pessario intinge, & in os uulua inij-
 ce. *Ad sanguinem stringendum.* R. myrrhæ. ʒ. iij. cinnami, mastiches ana. ʒ. ij. facto puluere accipiatur
 cum succo strychni, uel morellæ. Siqua mulier post partum se purgare non poterit, Esdra portionē, aut
 Eucharistum accipiat, uel solum suffumigiū de fungis siccis, aut de assa, aut phiala plena succo caulii.
 Sotira, & tryphera accepta menstrua educit. *Ad menstrua superflua.* Aluminis scissi, myrrhæ,
 rubi, thuris ana. ʒ. i. tere, & cum aceto: & confice pessarium de lana munda: & intinctum in eo suppone
 Cuulua. *Ad idem.* Recipe sponfam solis, & tere, & succum da ad bibendum. Pastellum uero in uul-
 ua suppone, & athanasiam dabis. *Ad menstrua prouocanda.* Ex sagapeno, opopanax, myrrhæ, & fel-
 le fac pessarium. *Ad sanguinis profluuium.* Fæcem quæ ex quercu exit da ad bibendam mulieri cum
 aqua calida pluuiali. *Ad idem.* Accipe lignum sylvaticum libyftici, & mediam corticem quercus, &
 testas marinas rubras, quæ inueniuntur iuxta mare, et pone in uase aliquo, et fac bullire ad ignem cum
 aqua pluuiali, et fomenta. Item tolle polygonon, & coque cum aqua pluuiali, & da ut bibat. *Uti mi-
 lier concipiat.* In nouem phialis optimi uini mitte nouem rotulas mandragoræ, & foeniculi radices
 tres, & ad tertiam bullire fac, & bene cola, & phiala mellis addita, nouies nouem grana piperis sparge
 in puluerem, & iterum aliquantulum bullire permittit: quando autem in frigidatum fuerit, tepore men-
 struorum per. vij. dies bibat mane phialam unam: & in obscuro loco iaceat, remotis amicis præter pe-
 dissequam quæ eam custodiat, circa sextam uero horam pullus gallinaceus elixus cum pipere, aniso,
 & modico anetho conditus simul cum iure suo offeratur ut manducet, & de iusculo ad satietatem bi-
 bat, uinum leue & modicum accipiat: & in nocte iaceat cum uiro, & uir eius uespere & mane diaca-
 meron, aut climacem, aut alexandrinam sumat. *Ad concipiendum eadem die sine periculo.* Myrrhæ. ʒ. i.
 piperis grana. xl. staphidis agriæ. ʒ. i. dabis in uino post balneum. Item nepitam cum uino coque ad
 D tertiam, & mitte ibi calamentum, aromaticum, galangam, irim illyricam, spicam nardi æquo pondere,
 coque ad tertiam, et da ut bibat per tres dies ieiuno. Item centauream cum folijs tere, & misce cum
 aqua, & fac pilulas ad similitudinem ossis dactyli, et inuolue cum terebinthina, et desuper mitte lanā,
 ne terebinthina cadat, et inijce. Item uiscum qui est in arboribus tritum cum uino da bibere men-
 struo incipiente aut desinente. Item in phialis nouem optimi uini de radice herbæ barbæ sylvanæ
 lib. i. coque ad medietatem, et decolatu succo, mellis adde phialas duas. et pulueris cymi. ʒ. i. et modi-
 cum fac bullire. tempore uero menstrualui per quinque dies singulas phialas ieiunæ propina mane. et se-
 ro in decoctione illius herbæ sedeat, diuque calefiat, et sic cum uiro suo coeat. Item coaguli leporis,
 corticum mandragoræ ana. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. trita cum melle despumato confice, et mane ad modum uel-
 lanæ maioris cum tepido uino sumat non ieiuna. Item testiculi cerui puluerizati, et in uino bibiti, et
 fel capreoli suppositum, idem præstant. *Item ut mulier concipiat.* Leporis uuluum assatam tere, et da
 cum uino in balneo in sabanis sedenti ut bibat: et in ipsa die aut nocte si tracta fuerit a uiro statim con-
 cipiet. *Potio ad eas quæ non concipiunt, & quibus menstrua non apparent.* Recipe matrissyluæ, rutæ, artemi-
 siæ, cicuta, radicem brancæ urfinæ, singulatum falciculos, quæ pinstitæ et mistæ cum uino albo usque ad
 tertiam coquantur, et eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde cerui adhibeantur prius,
 quàm ad tertiam redeat decoctio, deinde coletur cum panno, et colaturæ adhibeantur tria cochlearia

olei, & tragacanthæ drachmæ tres de Constantinopoli, & simul omnia bulliant, & unaquaq; die mane accipiat phialam unam illa cui necesse est. Si matrix descendit, cum bonis odoribus nares suffumigabis: in minus, *aspalathum sit inferius fumigatum ita, ut in uuluum fumus ingrediat, & pessarium de styrace calamita cum lana succida imponatur: si uero uolueris ut concipiat, prius purgetur cum theodorico anacardino, & post purgationem balneetur. Et coagulum leporis in balneo bibat, & etiam uiro suo tribuat: & post cum ipso iaceat: & si coagulum fuerit masculi, masculum: si foemina, foeminam concipiet. *Ut mulier non abortiat, & fetum contineat.* Cancrum fluuialem contere, & in uino ueteri da ad bibendum, aut leporem prægnantem uiuum accipe & tolle ei catulos de uentre, & coagulum eius cum uino potui dato, & ultra non ciciet. *Vnguentum ad omnes dolores matricis post partum.* Recipe adipis pullini, samplici, ana uncias septem, myrrhæ uncias duas, butyri, ceræ, ana uncias sex, & adipis anserini, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, casia, mellis ana uncias septem, aloes, uncias duas, confice, & utere.

Ad idem. Fac bullire oleum, & anethum, & mitte unum *birrum de lana succida: & calidum pone ad matricem. *Ad apostema.* Succus frondium porrorum, succus cichorij, uel heliotropij, succus petroselinij, æquali pondere, puluis ferruginis, puluis paleæ hordei, hæc omnia bulliant, & bibat. Si matrix foras exierit, aut tumorem habuerit, folia cicutæ, abrotani, herbæ *camphorata, pinsē fortiter, & pone desuper. *Ad retinendum partum.* Spolium serpentis cum mica panis dabis comedendum nescienti, F mire prodest. *Ad matricem reuocandam.* Testas ouorum gallinæ, ex quibus pulli excluduntur, incende, deinde superasperge picem nigram, & superextende, & reuocabitur ex toto. *Ad excitandam mulieris libidinem.* Sanguis uespertilionis in floccello lanæ collectus nescienti sub capite ponatur.

De passioibus genuum, & tibiærum.

Centri galli succus, genibus, & cruribus ad ignem uel ad Solem illinitus omnem dolorem extirpat, & neruorum contractionem penitus tollit: probatum est. *Ad ulcera tibiærum.* Fel caprinum cum resina & ceruâ misce, & pone super ulcera. *Emplastrum ad inflationem, quæ fit in cruribus, & in coxis.* Stercus columbinum album cum forti aceto mistum, & tritum, & in aluta inductum superpone. *Aliud probatum ad inflationem, quæ fit cum rubore & calore.* Farinam hordei, & fabæ tolle, & in aqua coque, & superpone. *Ad omnem ulcerationem tibiærum, cicatricem, uel maculam nigram, uel albam.* Pulueris plumbi uisti facti cum ligno auellanæ, aut lentisci. ʒ. viii. olibani, myrrhæ, aloes, mastiches an. ʒ. i. oleum uiride, & modicum aceti exagita miscendo in corpus unum, & in foliis hederæ inductum superpone. *Ad tumorem genui.* Fac bullire radicem brusci bene, & postea pinsē cum axungia, & pauco *saluæ & infascia, omnem tumorem tollit. *Vnguentum ad tibiæ fractas de phlegmate salso.* Folia persici, hederæ terrestres, colophonæ, picis, oleum de spica, oleum comune, sepum, & ceram, & lithargyrum de auro. *Ad G dolorem genuum.* Bibe succum rutæ. *Pro dolore podagræ.* Tere, & fac puluerem de gith, & unge ubi dolor est, & superpone stagnum, & insuper stuppam unge de ipso puluere, & statim dolor recedat. *Vnguentum ad idem, & ad qualescunque dolorem.* Recipe mastiches, olibani ana. ʒ. i. adipem ursinum, & albumen ouorum in simul misce, & accipe cymulas uirides lentisci, & tolle ex eis succum, & adiunge uetus oleum, & distempera, & fac unguentum theodoricon emperiston, ischiadicis, & podagricis subuenit, idem facit philanthropos. *Ad idem.* Recipe gariophyllorum, zingiberis, cinnamomi, ana. ʒ. ii. hermodactylorum. ʒ. v. costi, diagridii ana. ʒ. ii. mel quod sufficit. Item ad calidam podagram, succus radice filicis cum oleo roseo mistus, & inunctus prodest.

Ad hominem subtiliandum.

Puluis ciricus uel ciricon f utilis ad pinguem hominem subtiliandum, & crassitiam superfluum deponendam, ita ut ad temperiem tenuitatis, & liccitatatis patientem deducat. curat etiam leprosos, & herniosos, pruriginosos, & scabiosos: & si quis hoc usus fuerit, podagrico, uel arthritico, seu alio aliquo dolore non molestabitur. Quicumque hoc puluere fricari uoluerit, in balneo postquam sudare coeperit, fricetur, & hoc tribus diebus uel amplius interpositis. diebus autem quibus utitur, nullo alio unguento patiens fricetur. a pipere, & salfamentis, & acrimoniis caueat. Recipe [nitri affati] myrrhæ affatæ, sulfuris uiui, opocissi, id est succi hederæ, iridis illyricæ ana. ʒ. iiiii. baccarum laurissicarum, samplici, ellebori albi, punicis marini affati, chamæleontis nigri, pyrethri, sinapis, gal læ alexandrinæ, peucedani, pollinis scenigræci, cimolii, tartari, aristolochiæ longæ, & rotundæ, gith, orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthii, cardamomi, marrubii, cantharidum, succi sicci elaterii. ana. ʒ. ii. confice sic, hæc omnia subtiliter tere, & in uase uitreo conde, & quando opus fuerit, utere.

Electuarium ad idem. Recipe gariophyllorum, spicæ, galangæ, zingiberis ana, ʒ. s. sacchari libras duas & semis. musci. ʒ. i. saccharum coque cum aqua rosata, & ipsa pigmenta pinsē diligenter, & misce cum ipsa saccharum, super ignem semper agitando, & quando decoctum fuerit, infunde super marmor.

Ad hominem nimis crassum. Imple patellam floribus auellanæ, & superfuso uino agita fortiter, & bulliat die ac nocte, & semper quando siccatur, funde uinum, & cola, & bibat ieiunus. ʒ. iii. per dies quinque, & comedat ad prædium, hoc faciat mensē Februarii. *Ad idem.* Tolle tartarum, & fac puluerem, & de omni cibo intincto in eo comede. desiccatur enim pinguedinem. Hiera rufina scabiosa, & leprosis utilissima est. *Vnguentum ad mala nascentia.* Aloes, olibani, mastiches, myrrhæ, arsenici, boli armeni, colophonæ, sandarachæ, terebinthinæ, eruginis campanæ, spumæ argenti, calbani, ammoniaci, sagapeni, resinæ, gummi persici, picis naualis ana lib. ii. traga-

al. rotundæ. A ganthæ, Aristolochiæ *lōgæ, gomphitæ, castorij, floris plumbi ana. ʒ. iiiij. ceræ libras duas, sepi taurini. ʒ. iiiij. *Oleum frumenti ad scabiem, & ad herpetas, quod ita conficitur.* Pone frumentum inter duo ferramenta calida, & exprime fortiter oleum. *Ad sacrum ignem.* Accipe picem, & uitellum oui crudi, & fac emplastrum, & pone desuper. Vnguentum etiam de oleo frumenti, probatum est. *Ad morseam nigram.* Erysimon cum uino bibat, & sanabitur. *Ad sanguinem stringendum undecunque exeat.* Testiculos in aceto pone, pedes in frigida, & statim cessabit. *Ad carbunculos.* In primis liga maluas coctas cum butyro uel sagimine, & appone, & mutetur in die, deinde appone emplastrum istud, quod carbunculum cito aperit. Recipe ficum pinguium passarum, cepæ coctæ, chalbanij, ammoniaci, lactis mulieris, maluarum coctarum, carbonum, uel cinerum uitis uineæ, testudinis uiuæ unius, pinguedinis porci recentis uel ueteris, æquale pondus, tere, & appone, usque dum aperiat. *Ad idem.* Accipe cinerem pruni, & distempera cum uitellis ouorum, & pone super, & postea accipe ficus siccas, & parum olei, & arsenici, & tempera totum simul, & appone, deinde appone terebinthinam, & chalbanum, quando putredo exire coeperit. si multi carbunculi exierint, tolle sanguinem de brachijs, & da laxatiuum. *Ad pustulas quas habet infans in manibus & pedibus ultra modum.* Accipe scillam, & hyoscyamum ipsam herbam, & sambuci frondes, æquo pondere, & pinsito, & coque in aceto inde multum, & appone. *Ad omnia apostemata exteriora, siue tumores.* Agrimoniam, uerbenam, quinquefolium, æquis si teres, & impones, ponderibus, cum aceto coquas adiecta semper uiua sanabis. *Ad rumpendum apostema.* Fermentum, olibanum, axungia, lac foemina. *Ad apostema subtiliandum.* Libysticum feruefacias in aqua, pinsito cum pinguedine, & pone desuper. *Ad sacrum ignem, uel calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur.* R. Silymbrij, rutæ, rubi, solani, omnium quatuor cymatum. M. i. radice lilij domestici. ʒ. i. aloes. ʒ. ij. cymini. ʒ. i. albumē oui unum, aceti phialam unam, olei phialam unam, prædictas herbas tere fortiter, & succum earum cum prædictis commisce, fortiterque cola, & cum penna unge loca languentia, & miraberis. *Ad scabiem.* Radices lapathioli coque, & axungiam porcina cum eis uehementer tere, & argentum uiuum cum cinere & sputo distempera, & cum eis misce, & uehemēter confice, inunge, & miraberis. *Vnguentum ad pustulas, uel lepram, siue priuittum.* Florem tithymalli cum aceto coque fortiter, & oleum modicum misce, & inunge usque dum sanus fuerit.

De modo cognoscendi cancerum a carbunculo.

Sic poteris cognoscere cancerum a carbunculo, in principio carbunculus quippe durus est, & rubens nimis & ardens, & dolet quamplurimum in ossibus & neruis, & cito facit caput. Sed cancer non tantum rubet, neque tantum dolet, sed durior est, & non tam cito facit caput, & plus occupat: qui quando mollescere incipit, perfora cum ferro quasi carbunculum, & nepitam, apium, betonicam, agrimoniam, chamædron, *trifolium, saturiam, pimpinellam, subrufillam, carduum, fragifolium, millefolium, ana. M. unū teras, & cum uino & pipere dabis in potum mane & sero. *Item alia optima, sed valde grauior.* Aloes drachmas duas, aristolochiæ longæ drachmas quinque, sanguinis draconis drachmas tres, castorij. ʒ. ij. pæonia. ʒ. v. thuris, myrrhæ ana. ʒ. iiiij. ammoniaci. ʒ. ij. succi saluæ uel foliorum ana. ʒ. iiij. decoque usque ad dimidium lecto igne, ipsumque in uase picato mitte, & pigmenta in linteolo mundissimo ligata in medium liquorem pendere facias, & de populo arbore puluerem facias, de prædicta potione calicē medium dabis quotidie, & de puluere populi quantum tribus digitis leuare poteris in uino cocto distemperato. *Ad idem.* Accipe album secessum canis, prasium, plantaginē, ana. ʒ. s. calcis uiuæ. ʒ. ij. pulueriza totū, & supra malū pone, & postea pone unguentū marciaton, mane, & sero muta illud, & abluē in omni mutatione de uino calido. Si uero aliqua pars mortuæ carnis remaserit, absconde cum ferro. Si autē longi tēporis fuerit malū, & per prædicta sanari nō poterit, oportet incidere circumcirca, & postea apponere prædicta. *Ad idem.* Lenticulæ, quæ in stagnis nascit, uel fontibus, uel alijs aquis succus supra cancerū positus eū occidit. Similiter facit doliachæ succus cum porcina pinguedine mistus, & ipsa herba pinsita & superposita cum succo & pinguedine dictis prodest ualde. *Ad idem.* Succū ebulli, succum aristolochiæ rotundæ, aut puluerē eius, & albumē oui fortiter comisce, sed nō ut durū sit, sed molle, & taliter totū cancerū ex eo penna linies, & de frondibus septeneriæ illum cooperies, sed per singulos dies mane & sero mutabis, & quando mutare uolueris, cum penna in uino infusa cancerum prius abluē, & unge doctrina prædicta. *Puluis ad cancerum.* Calcis uiuæ *nouies ablutæ, nouem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farina hordei, fac focaciolam, & sub testa coque usque dum incēdatur, & pinsito, & fac puluerem, & ubi opus fuerit, mitte. *Vnguentum ad serpiginem, & carnem mortuam manducandam.* Recipe aristolochiæ rotundæ, radices enulæ, cortices caprifici, corticis alburni, lotium hominis, hæc omnia simul coque fortiter, postea pinsē, & confice cum axungia, & utere. *Ad cancerum.* Vlcus primum forti & calido aceto bene laua: deinde cum panno lineo detergendo exicca, quo facto, puluerem gallæ subtilem superasperge, hoc fac bis uel ter in die, donec sanetur. *Ad idem.* Sumē mentastrum, & eo siccato fortiter frica inter manus, cui mentastro tertiam partem salis misce, & simul omnia fortiter tere, quibus tritis super stipes ardentis pone, ut utrunque bene comburatur. quod quando fuerit combustum, bene iterum teratur, quorum puluis ter in die aspergatur. *Pro carne sananda.* Linguae bouis radicem tere, succum cuius ut pastillum superpone.

Res probata ad cancerosa uulnra, quæ deapescuntur in circuitu. Accipe quotquot habere poteris felliculorum, & scinde, et extrahe succum, ut sit dimidia phiala, sed prius laua plagam de ui-

no tepido, & tunc accipe tres peciolas de panno lineo, & in succo illo infunde, & ad ignem calefactæ una post aliam super uulnus apponantur, & postea de farina tenuissima panis hordacei cū supradictō succo eidem plagæ superponatur. *Ad cancerum res probata.* Caput gruis & uentriculum cum petris omnibus quæ in eis sunt sicca in furno, & fac puluerem, & superasperge. hoc non solum cancerum, sed omnia uulnera sanat. *Item aliud probatum ad idem.* Mustellam uiuam mitte in ollam nouam, & bene cooperi de tegula & argilla, & mitte in furnum calidum, & ea combusta fac puluerem, & de ostrea testa similiter, & asperge, & post diem tertium laua de uino. *Probatum ad fistulam.* Accipe terram francigenam, & galeum, id est gallam rotundam, & pulueriza, & pone desuper, & sanabitur. Cortice quercino siccetur fistula primo. Postea sanatur, si mumia saepe bibatur. Maiorum pulueris hominum raptā sepulchris. *Ad scabiem probatum.* Accipe figiam græcam, & olei communis partē. i. & duas acetū & coque in modum unguenti, & unge in balneo. *Pulsis ad cancerum.* Recipe atramenti, sarcocollæ, amenti falsi & dulcis, salis gemmæ, olibani, mastiches, ana. ʒ. i. piperis. ʒ. vj. *Ad idem.* Brancam lupinam quæ inferius est rotunda tere cum sale & fuligine, & parum de sanguine, & pone eo mortuo. Ad sanandum, puluerem aloes pone. *Ad carnem malam, uel ad cancerum.* Pimse tartarum fortiter temperatum cum melle, & mitte in panno lineo, & liga cum licio, & mitte in foco ut ardeat, & fac puluerem, & superpone. *Item testam allij, fabas, & panem frumenti incende in olla, & cum isto puluere misce puluerem gallæ, & salis, laua prius de uino, & postea sparge de hoc in die bis uel ter.*

De fistula.

Ad fistulam. Radicem lapatioli, qui rufum semen habet in fistula mitte: & donec purgata fuerit, per singulos dies singulas radices mutabis: & quando purgata fuerit, cognosces, quia non ut aqua pus, sed quasi putredo fuit tantum: quando autem hoc uideris, hoc unguento sanabitur. R. picem, chalbanum, ammoniacum, aloem, sepum porcinum non multum, ceram, & parum olei. prædictas guttas, & gummi genera, & picem, & aloem aequaliter commista aliqua ad ignem, & postea ceram, & sepum semotim liquefacta desuper addas, & agita donec conficiatur. *Ad fistulam.* Raphanum puluerizatum, & quolibet modo fistulis immisum, antea tamen ex aceto ipsa fistula ualde abluta, ualet. & modo quocumque superpositum, & infra, uel intra eam liberat. *Ad idem.* Sume herbam escuminatam nomine, & tere, cuius succum infirmanti mane, quando ieiunus fuerit, da ad potandum: & de ipso succo per ipsum foramen pone, donec sanus fiat aeger. Itē accipe costam folij rapha. & mitte usque ad profundum plagæ ita, ut sanguis egrediat, aliquāto aut spatio intermisso accipiat fel taurinū, & calefacto ita, ut duritiē perdat, & ossa gallinarū cōbusta, & in subtilissimū puluerē redacta, ex his ellychniū cōponat, & ad fundū plagæ mittat, & interdū ellychniū de cōbusto puluere saccharo aspergat, & ipsum interdū minuas, donec sanetur fistula. *Ad idem.* Sepi arietis. ʒ. i. gūmi. ʒ. s. colophonæ. ʒ. ij. s. opopanacis, aristol. lōgæ, sarcocollæ, æris uiridis ana. ʒ. ij. ceræ citrina. ʒ. ij. terenda tere, & de oleo parum pone, ut possint ibi temperari, & super ignem pone donec sepum & gummi genera liquefiant, & utere quando opus fuerit. *Ad fistulas tollendas: & uermes occidendos.* Succum plantaginis mitte sæpius. *Item ad idem.* Potentillam bibat per dies. xxx. probatum est. *Ad fistulam claudendam.* Thus masculum diligenter tere cum uino ueteri, & inde perunge. *Ad idem.* Accipe in primis de carne falsa lardonem, & mitte ibi per. iij. dies, & postea emplastrum fac hoc modo, accipe frondes libyistici syluatici, & tere fortiter, & misce ibi de sale cocto puluerizato tantum, quantum sunt frondes, deinde adde axungiam ueterem sufficienter, & tere omnia hæc in simul, & fac emplastrum. *Ad idem.* Accipe tithymallum cum sua radice, & mitte in clibano ut exiccet, & fac puluerem, & insuffla intus. Item accipe piper, aloem, chalbanum, ceram, & oleum, & fac emplastrum, & utere. *Ad idem.* Pone emplastrum de farina, & albarno, & sinapi, & sale cocto, & de calce extincta, & de sapone spathulano, & de capitello per. ix. dies, deinde teres tres cymas rubi, & tres urticæ per tres dies. Item piper, allium, ficus sicca, radicem petroselinū misce, & tere simul, & fac emplastrum, & superpone, & statim interficiet. Item accipe marmor quod uidetur esse sicut sal, & fac puluerem, & insuffla intus. *Ad idem.* Accipe farinam lupini, raphani, sinapis, mel arsum, albarni carbonem, omnibus tritis distempera cum sapone spathulano, & admisto de capitello fac tentam de licio torto ad mensuram fistulæ, & ablue eam mane & sero de capitello.

De paralyti.

Hiera fortissima. G. theodoricon emperiston, potio sancti Pauli, & opopyri, paralyticis, arthriticis, & alijs diuersis causis succurrit. *Potio ad paralytism iohannis filij Ligurij medici.* R. mandragoræ. ʒ. iij. castorij. ʒ. iij. piperis grana. ccc. nepitæ, manu plena, uini optimi phialas. xxiiij. bulliat ad medietatem, & ieiunus bibat phialam. i. & usque ad nonam ieiunet. *Ad idem.* R. saluiæ, satureiæ, dictami, sauinæ, menthæ nigra, cerfolij, foliorum teneræ lauri, quinque foliæ, betonicæ, febrifugæ, peucedani, agrimonie, pimpinellæ, artemisif, chamædryos, hiperici, millefolij, balsamitæ, pulegij, trifolij, hypocyrtidos, hyssopi, prafij origani. an. M. i. dabis cū uino, probatū est. *Unguentum ad paralytism.* R. sauinæ pulueris, saluiæ, methæ, ocymi, pulueris urticæ, balsamitæ pulueris ana. ʒ. ij. olei lauri phiala. i. ceræ lib. i. olei. ʒ. ʒ. ana. ʒ. vj. omnia arbitrio tuo tere, & coque, & unge. *Ad idem.* Herbā centūneruiam. i. barbā syluanam laua cum. ix. aquis, & tere, & in succo adde duo cochlearia mellis, & sic unge digitos in phialis, da primo galli cātu, si laxat non euadet. *Item ad arthriticum dolorem.* Accipe micam panis madfactam aqua, & tere, deinde distempera cum succo morgellinæ, uel solatri, uel portulacæ, uel semperuiuæ, uel alicuius refrigeratiuæ

A ratiuæ, deinde superpone loco dolenti, primum inuncto oleo roseo, postea uero ne nimis loca neruosa deficcetur, adde emplastrum hoc. R. radicem althææ, atque semen lini, & coque in aqua, atque fomenta, ad ultimum, accipe farinam lentis, & coque in quatuor partibus mellis, & aqua quantum sufficit, & sic superpone. probatum est. *Unguentum ad guttam.* R. radicis bryoniæ, corticis medianæ, sambuci, absinthij, rutæ, saluiæ, hederæ, chelidoniæ, arnoglossi, saluincæ, aloes, thuris, mellis, olei, ceræ, quantum tibi uidetur, & confice. *Emplastrum ad idem.* Absinthij, radicis ebuli, furfuris tritici, stercoreis caprini, fac puluerem, acetum mitte in cacabo, & salis fatis, fac bulliat fortiter, & superpone. *Item unguentum ad guttam.* R. rutæ, hederæ terrestres, absinthij, abrotani, barbæ Iouis, omnium ana. M. i. fauinæ. M. ii. simul tere, & coque in oleo, & butyro, & adipe taurino, uel ueruecino æqualiter, cola, & ubicunque fuerit gutta unge, & postea in albo panno indue, & pone.

De ratione medendi ad os fractum.

Recipe betonicæ, uiolæ albæ, panem mūdum ad cernendum, melangia, hederæ terrestres, pilosellæ, agrimonie, siniphæ, saluiæ, ne intumescat. Item betonica sanat & tollit dolorem, saluia aufert dolorem, hederæ terranea curat & mundat, uiola sanat, plantago soluit dolorem & mundat, agrimonia & pilosella sanant, melangia iuuat ut non claudatur uulnus. quod si ex omnibus his habere non poteris, accipe saluiam, betonicam, hederæ, terraneæ, uiolam, agrimoniam, plantaginē, contere, & succū uino mistū, donec sanus fit aeger, solū accipiat potū, folijs suprascriptorū deficiētib. radices indifferēter, aut puluerem ad eundem accipies usum. Abstineat uero patiens ne comedat herbas, caseum, lac, fructus, carnes nisi de castratis, oua, & panem nisi azimum, pultes. *Ad idem.* R. farinam de germano, id est de filigine partes. ii. absinthij partem unam, tere, & misce cum melle, & panno impone, & de raso lardo superpone ei, & super plaga pone bis mutando per diem.

De plaga.

Ad plagam. Pilosellæ succum da bibere, si reijcit, morietur, si non, uiuet: prima die plantaginem, & fragram in uino dabis, secunda die gariophyllatam adiunge prædicto uino, tertia die pilosellam, quarto die pimpinellam, quinto die hederam terrestrem, septemneruiam sexto die, transactis uero diebus septem, subtrahere debes singillatim, e cōuerso incipiens ab hederā usque ad primam quæ est fraga.

Antidotum contra plagas. Angelicam, betonicam, agrimoniam, pilosellam, hederam terrestrem, septemneruiam, uiolam minorem de angelica, coque in uino, & poter tribus uicibus in die. Si sanguina uerit plaga, cum cultello minutatim incide urticam, & intinctam in forti aceto, pone in plaga. statimque cessabit sanguinis fluxus. *Unguentum ad plagas.* Anguillas coque in aqua, & collige adipem qui superpernatuerit, & de gallinis, & de anseribus, & de scrofino sine sale, saluiæ succum, rutæ, absinthij, hederæ terrestres, linguæ canis, artemisif, matriculæ, cicutæ, herbæ citri, hyoscyami, strychniboli, olibani, aloes, myrrhæ, ammoniaci. de speciebus ana. ʒ. i. farinæ de molendino collectæ, in gyro, dactyli ossiū, croci orientalis, sandali, acaciæ, ceræ quantum sufficit, ut album fiat. *Tractum ad aperendum, purgandum: sanandum dolorem, & carnem mortuam, & carbunculum auferendum.* R. succi ebuli, absinthij, cymarum rubi, urticæ, carui, apii, omnium æqualiter, mellis cochlear unum, & albumen unius oui gallinæ, farinæ filiginis, uel cuiuslibet eorum quæ sunt ad tenuitatem. confice sic: succos, & cetera pone in uase, & commiscendo exagita, donec spissum sit & tenax, si plaga profunda sit, pone ex hoc ellychnium perunctū: si uero patula. i. plana, pone super pannum donec sanetur: si uero tractum nimium deficcatur, renoua cum succo solius apii. *Unguentum ad plagam.* R. ceræ citrinæ. ʒ. s. picis, colophonæ ana. ʒ. ij. s. sepi arietis. ʒ. ii. infunde cum oleo, & pone super ignem donec unguentum fiat. *Potio ad plagatos.* Betoniam, agrimoniam, fragifoliam, avari, uiolæ, linguæ bouis, ambrosiæ, plantaginis minutæ, & quinque folij, hyperici, picis, linguæ ceruinæ, pimpinellæ ana. M. i. tere, & adde aquæ li. iiii. mellis cochlear unū, cola, & appone piperis grana. c. & quanto frequentius biberit, tanto celerius sanabitur: sed a uenere abstineat, & omnibus contrariis. *Ad idem.* Fac saginem de lardo, & accipe mel, & farinam de sigale, & uinum, & coque simul, & mitte super plagam, mire curat & sanat. Item succus apij, & albumen oui, quibus adde puluerem thuris, & tantum de farina frumenti ut fatis spissum sit. *Ad capitis plagam sic fit.* Diligenter inquire utrum longa sit, an non: an os fractum sit, an non. His præmissis, si profunda fuerit, & testa rupta, primitus capillos tunde, & deinde panni ellychnium absque ullo medicamine. uel lardi frustum excoriatum, iuxta plagæ quantitatem incisum, in ipso ossis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine estendat, uel aliquid morbi generet, pone: & post pone primo embrocham. quæ sic fit, uinum & oleum, & panem non ex toto arsum fac feruere in sartagine, uel aliquo uase: dein de unguentum fuscum unaquaque die in plagella pone. memento tamen ut prædictum ellychnium semper adit donec caro crescat: quod si os ruptum non fuerit, sue cum acu in duobus uel tribus locis. hoc dico si plaga magna fuerit: deinde tunis capillis, embrocham prædictam ad prædictum terminū, & unguentum fuscum in plagella pone. *Ad plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis excepto capite.* Primum pone lardum quantum tibi uidetur, & unguento fusco unge: & tunc pultes hoc modo compositas pone. Vinum, farinam, oleum commune, mel, rutam, saluiam, absinthium, trita cum axungia porcina omnia æquali pondere fac feruere in sartagine: quo facto, cum panno superpone quousque plaga deficcetur. memento ut unaquaque die bis mutetur, nisi prima die, & lardum impone seaper equa quantitate usque ad vij. dies. deinde unaquaque die, prout caro solidescet, paulatim

* mimicæ.
* al. uini.

* al. spatarietico.

H

minue,

minue, quousque plaga clausa uideatur: & tunc impone emplastrum aliquod in capite autē non oportet imponere pulcem hanc, sed embrocham prædictam: quia non conuenit nisi pili nascantur, propter constrictionem pororum. *Unguentum fiseum sic fit.* R. olei li. i. sepi, ceræ añ. ʒ. vi. picis. ʒ. iij. saluæ: si simbrij, lentisci, sauinæ, allij, cymarum rutæ. añ. M. i. confice sic. Herbas cum seuo diu cõfusas cum oleo coque, & cola, deinde ceram adde. ultimo picem, quandoque liquefactum fuerit remoue, & usui reserua. *Potio ad plagam sanandam.* R. agrimoniam, betonicam, saluiam, plantaginem, folia hederæ ter restris, herba uenti, pinilitis his, confice cum uino, da bibere quousque sanus sit. *Emplastrum ad plagam sanandam.* R. farinam filiginis, absinthium, oleum de oliua, axungiam porcinam ueterem, mel quod sufficit. *Unguentum album.* R. cerusæ. ʒ. iij. lithargyri. ʒ. ij. mastiches, conditi añ. ʒ. i. s. olibani. ʒ. i. olei rosci, & aceti quod sufficit.

Ad ossa fracta.

Ratio medendi ossa fracta hæc est: primum prouide ut leuissimis manibus aptes ad proprium locum male incisas fracturas: quo facto, sal, & mel in sartagine compone, & diutissime feruere dimitte, & pro ut pati poterit calidum superpone cum stappa, aut bombace, deinde lignula recta plana adiuicem restibus concatenata circumliga: hoc per triduum fieri necesse est: post triduum uero, reiectis his diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialthæa, aut marciato circumlinies, & F bombace, uel stupa circumuolue: & sic unguentum circumuoluere, & circumligare, & fomentare contemplata ætate bis in die mane & uespere oportet. usque ad. xx. enim dies solidantur: habita tamen diligenti cura: iuuenis uero usque ad. xvij. dies. senum autem usque ad. xxj. uel. xxij. uel. xxij. puerorum itaque expectatio usque ad. xv. dies. In his ergo diebus constrictorium iuxta prædicta rationem facies ita. R. olibani, mastiches, ceræ, boli armeni, æquali pondere, ceram solue, & horum puluerem triconizatū superasperge: & ad modū ceroti coque, & tepidū superpone. memeto tamē ut prius sapone, & aqua calida, uel aliquo tali optime lauet: & sic cerotum superpone. non. n. adhæret appositū, propter unguentum. Oportet et scire si ulcus affuerit. non. n. debet apponi in ulcere. Quod si aliquo casu accidente disincta fuerit, ex utraque parte trahatur manibus: ut ad pristinum locum redeat iunctura: quo facto, palma utrarumque manuum locus constringatur, & postea fomentetur aqua calida: deinde circumliniatur agrippa: & tabulæ superponantur. huius autem mutatio fiat de tertio in tertium diem semper cum fomentatione, & post, suprascriptum constrictorium appone. Si qua uero costarum hominis fracta fuerit & interius plicata, costam hoc modo reduces ad exteriora: fac constitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat uentrem & costam. tunc uero habēs mel coctum, unge manus utraq; ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blande tange locum, & trahe G suauiter: sic sæpe facies trahendo, donec æqualis sit alijs costis. deinde marciato, ceterisq; unguētis foueat, & emplastrū apostolicon, uel diachrysu, uel aliquod quodlibet, donec sanetur, exterius ponatur.

Emplastrum diachrysu, quod latine aureum dicitur, ossium fracturam sanat: parotidas, glandulas sanat: splenicum, callum pedis, & hemieranium mire curat: apostemata, et nascentias, et carbunculos dispergit: emprosthotonum, uel cui in capite, uel cernice, uel scapulis nerui contrahuntur, & omnem indignationem, uel phrenitum infantium sanat. R. colophonæ, resinæ añ. ʒ. ij. olei. ʒ. iij. picis lib. i. olibani, auripigmenti, aluminis añ. ʒ. ij. aceti quod sufficit. Parotidas, glandulas sic incidas, cutem superincide ferro: deinde cum hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahe, & tandiu abstrahere pelliculas circūcidendo cum spatula, donec omnes uenulas earum habeas: & sic embrochando panno incenso superpone, uel aliquod idoneum, ut sanguis stringatur & sanies, embrocha tunc cautura lauetur, deinde unguentum fuscum apponatur.

De ossa fracto.

Ad os fractum. Cerebrum canis cum aceto calido distēpera, & superpone in panno lineo. per tres dies dimitte. *Item ad os fractum uel fissum.* Infundul albumen oui cum stappa induc, & circumduc, & desuper liga. *Ad idem.* Ceræ nouæ, ammoniaci, rosæ, myrrhæ, croci añ. malagma facito: & in linteolo apponito. *Tractum ad omnem plagam.* Aloes, myrrhæ, olibani, mastiches, añ. ʒ. i. picis, ceræ, co H lophonæ, añ. ʒ. ij. sicca tere, liquida solue. cola per linteolum, fac magdalionem.

De febribus, & diebus timendis.

Rubra ad febrem tollendam. R. cymini, cozumbri, myrrhæ, anisi, croci, dauci cretici, hyofcyami, ana. ʒ. i. opij. ʒ. i. seminis apij, ʒ. i. mellis quod sufficit. *Hydropotum ad febrem quotidianam, tertianam, sed maxime quartanam, & ad omnes accessiones & angustias, somnum facit, fastidium tollit, sudorem pronocat.* R. ameos, mirrhæ, anisi, croci, hyofcyami, opij. ana. ʒ. ij. chamædryos, apij, petroselinij, spermatis mandragoræ, thuris ana. drac. i. mel quod sufficit, dabis cum aqua calida. *Ad quotidianam.* Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram mistam cum hydropoto ante horas accessionis. post bibat aquam frigidā. Si uero frigus fuerit, magnum uinum bibat, aut aquam calidam. Si uero non profuerit istud, accipiat panchreston, post bibat mulfam. Si uero stomachus fuerit plenus humore, ut uomat, bibat oxymeli, quod recipit aceti phialas .ij. mellis li. j. feminis radicis, & atriplicis ana. ʒ. i. quæ coquantur usque ad medietatem, & ante accessionem bibat, & ieiunet una hora, postea si non uomuerit, accipiat aquam calidam, & bibat. De cibus, ius album manducet de gallina confectum cum oleo *phar. porcellos, hœdos. de uolatilibus, fassianos, turdos, perdices, ficedulas. de piscibus, saxatiles, aut asios, aut elixos. de pomis, mala cydonia, & uuas, & mala granata, de uino, album & leue. *Potio probata*

Abata ad frigiditatem, & febrem. R. feminis trifolij acuti, opopanacis, serpilli. ana. drac. iij. anisi, sceniculi, amyli, apij ana. drac. ij. farinæ orobi. ʒ. i. hæc simul tere, & pone in uino bono paululum, & post col ligantur in modum uictorialis ponderis. ʒ. iij. dantur cum uino calido. *Electuarium, quartanariis, & quotidianariis.* R. filer, piper, amyli, marathi ana. ʒ. i. ʒ. ʒ. pyrethri ana. ʒ. iij. gariophyllorum, galangæ, ana. ʒ. i. mellis quod sufficit. *Ad quotidianam, tertianam, & quartanam.* R. rosarum. ʒ. xx. sacchari. ʒ. xl. costi dulcis, rheubarbari, arsenici, cinnamomi, nardi, mastiches, spodij albi, sandali citrini, & albi berberis, gariophyllorum, croci. ana. ʒ. ij. tere, & confice cum syrupo uiolato, dosis eius. ʒ. iij. ante accessionem, & post. *Epithema ut sudor febris exeat.* Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, & pone super stomachum. *Ad quotidianas acutas in æstate.* Si habuerint turbidam urinam, ex sanguine est. Prima, uel secunda die, uel usque ad septimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplastrum, uel epithema, quod ualet ad febrem acutam. Succum solani tempera cum farina hœdei, & induc in panno, & pone super stomachum. Item panem assatum diu, ita ut fiat uelut carbo extinctus, postea tere, & cribra puluerem, & tempera cum uino, & fac epithema. Dieta utantur tali: succo prifanæ expurgato hordeo. nam hordeum positum in aqua una nocte, tundatur, & ad mensuram unius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, & coquatur lento igne usque ad tertiam partem, & coletur per B linteolum, & utantur farre molli. & de pomis, malo serico, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua, & de electuario supradicto. Quod si in tempore autumnu uenerit, & sine typo fuerit, similiter curabitur. Si cum typo, uomitum prouocabis cum aqua calida, & oleo, aut cum oxymelite suprascripto, & si fuerit secundum uires agroti. De cibus, superius dictum est. Quod si fuerit solutus, cibos stypticos damus. potu utere uino græco. Si uero in suo tempore uenerit cum typo, aut sine typo, primum catharticum dabis ad phlegma deponendum. i. diacalaminthes cum adriano, uel omnes potiones calidas, ut picra, mulla, athanasia, hydrocopion cum aqua calida: cibos suprascriptos: pannis autem, aut ceronium, aut oxycroceum cum cerotis. Cataplasma recipit hæc, Micam panis, fabæ, absinthij, farinæ foenigræci, omnia æquali pondere, confice cum ouo molli assato, & cum oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, & supra uiscera impone: expertum est. Si autem in tempore ueris, curabitur cum potione rubræ & cstræ. Cibos autem dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium uolatilium: de leguminibus, cicer, far: de oleribus, sceniculos, betas, coctana: de piscibus, saxatiles: uinum album & leue.

De febribus tertianis cum typo.

Ad febres tertianas cum typo. Mulfam potione ante accessionis horā accipiat, & post bibat aquā calidam. *Ad duplices tertianas.* Utatur hydrocopio, & mulla, & rubra quasi una potione. *Ad tertianam mistam quotidianam.* Panchreston, & rubra, hydrocopio, quasi una potione utantur. *Ad tertianas acutas.* Si uomitu egent, ponat, mel, & acetū, quibus adhibeatur atriplicis. ʒ. iij. & utantur. Si cõstipati fuerint, accipias pulueris * uiole ʒ. s. & bibant interpolato die cum aqua frigida, & utantur epithemate, quod recipit farinæ hordei. ʒ. iij. rosæ siccæ. ʒ. i. sandali albi. ʒ. s. spodij. ʒ. ij. mastiches. ʒ. i. camphoræ. ʒ. i. tempera cū succo solani, & quasi ungueto ungantur: & utatur desuper tegumento stappæ: & bibant quotidie succum mali granati mane, & post. vij. dies, si urina fuerit turbida & rufa, & nil superiora profuerint, balneo utatur, & fomentetur ex aqua & oleo, & post fomentum phlebotometur de media uena dextri brachij. *Epithema ad omnes acutas febres.* R. ro. feminis portulacæ, sandali albi & rubri. ana. ʒ. ij. traganthæ parum, tempera cū aqua rosea, aut succo mali granati, uel uue lupinæ. Si uero uolueris ut dormiat, ungantur frons, & nares, & aures, ex oleo uiolato: & lacte mulieris, & pedes loti in aqua, in qua papauer, & semen lactucæ, uel ipsæ herbæ decoctæ sunt, ungantur. *Antidotum ad idem.* R. sandali albi, citrini, & rubci. ʒ. i. tragacanthæ. ʒ. s. ros. ʒ. iij. sacchari. ʒ. iij. syrui quod sufficit. Cibos dabis succum oryza, aut alicæ, ius galli, pisces saxatiles, poma frigidissima: de oleribus, lactucas cum aceto, portulacas, solanum, omnes cibos parum salitos: dabis aquam frigidam, & mulfam de hydromelite: & si fuerit solutus, dabis ei cydonium melle confectum ita. Succu mali cydonij partē. i. mellis partes. ij. coque ad lentum ignē, donec ueniat ad spissitudinem mellis, & dabis exinde mulfam. *Epithema ad idem.* R. mastiches, thuris, foenigræci, feminis lini, farinæ hordei, croci, omnia æquali pondere, trita distempera cum uitello ouorum, & cum oleo. ro. hoc modo confecto: tolle oleū, & rosas cū rore suo, & mitte simul in pureum, aut in aquā uiuā per uiginti dies. postea tolle exinde, & pone ad Solem undecim diebus: postea habeas ad umbram: hoc oleū frigidissimū est, & si unxeris igneā febrē de hoc oleo, mitigat eā, & solet eā amputare. Hæc eadē febris si fuerit in autumnu, curabitur: si diatesaron temperabitur cū uino, cum rubra, cū mulla. Cibadi sunt talibus ut est far, simila, & granum bene coctum, carnes pecudum, & pedes porcini, & gallinæ, uinum album & leue. In tempore hyemis, si fuerit cum typo, curabitur cum mulla, & hydrocopio, & rubra: & si sine typo fuerit, prolongabitur: * lixopericum dabis cum aqua calida, cibos, carnes porcellorum, cerebella eorū, phasianos, & agrestia uolatilia. Quod si fuerit in tempore ueris, curabitur potione rubra, & rosata simplici: quod recipit croci orientalis. ʒ. i. traga. ʒ. i. succi liquiritiæ. ʒ. i. feminis citru. melo. ana. ʒ. i. rosæ. ʒ. iij. tempera cum melle ro. & aqua rosea. *Rhodofacchara ad idem.* Accipe rosarū albarū lib. i. minutatim incide rosas, & frica bene cum manibus ipsas cum saccharo, & pone in uase, & ligabis, ponasq; ad Solem. ix. diebus donec bene coquatur, & nocte auferes. *Diacyonion ad idem.* Coctana mundabis interius & exterius, et coques cum aqua be-
ne, &

al. mola.

* al. laxatiui.
* al. lixopyre-
ton.

ne, & in una libra pomorū, pone .ij. lib. sacchari, & iterū coques ad spissitudinē, postea addes pulueris sandali rubri, & citrini ana. s. s. spodij. 3. vj. rosae. 3. x. feminis portulacae. 3. iij. succi liquiritiae, succi rhu. rraga. feminis cucu. ana. 3. ij. mannae, calicifitu. ana. 7. vj. croci. 3. ij. mastiches. 3. i. camphora. 3. i. adde syr. rupi uiolati simplicis quod sufficit. Cibos dabis, succum oryzae, aut alicae, ius gallinae, & c. sicut superius notum est.

De febre quartana cum typo.

Ad febrem quartanam cum typo, si fuerit in aestate, ante horam accessionis dabis portionem musam si fuerit in hyeme, utantur portione diasulfuris, & dialthae, unguento: de cibis, utantur rapis, porris coctis, & farre, & ciceribus: de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis, malis cydonijs: de uino, neque leui, neque forti.

Ad duplicem quartanam.

Ad duplicem quartanam, Adriano, & Panchresto temperatis utantur cum balsamo quartana si fuerit tēpore ueris, curabitur portione Esdrae, mista cum portione sancti Pauli, & musa * enea. Vnctionem talem facimus: sinapi unguimus dorsum ante unam horam accessionis, cibos autem calidos & stypticos damus: ut lepores, phasianos, perdices, anates, anferes: de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabam fractam: de oleribus, foeniculum, capita raparum, rutas agrestes coctas, uinum rubrum & forte. in aestate uero, ru. mista cum theriaca mundissima cum uino temperata damus: & unguento marciato unguimus totum corpus, ante unam horam accessionis prope ignem donec sudet, & praeterea hora accessionis, cibos autem superius diximus. Si tempore autumnus uenerit, curabitur portione adriani, & diacalaminthes, & trochiscis probatis ad quartanam: petrolaeum dabis ad bibendum, unguimus totum corpus ante, & retro dialthae, & quotidie damus organum ad bibendum, cibos uero ut supra. *Unguentum ad quartanam.* R. cinnamo. 3. ij. croci. 3. i. myrrhae, styracis, sagapeni, ana. 3. v. laferis. 3. iij. gētia. 3. ij. mellis quod sufficit, da in modum lupini, cum aqua calida. *Ad idem.* Oleo pulegino utere cum nepita, purgat stomachum, & thoracem, ceteraq; membra, ita ut prius utatur commixtione sancti Pauli, & calidarum portione, confricetur totum corpus cum uino austero.

De febribus ephemeris.

Ad ephemeris febres. Si nascantur ex calore, utantur tenui balneo, & fomententur ex aqua calida, & oleo: & bibant aquam frigidam, uel tenue uinum: & utantur frigida dieta. s. cucurbita, portulaca, malo matiano, uel syriaco, uel succo mali granati: de carnibus, pipionibus, syluaticis uolucris. Si autem ex frigore fuerint, unguatur stomachus oleo mastichino, quod recipit olei ro. 3. ij. mastiches. 3. iij. costi. 3. i. rutae uiridis. 3. ij. simul in oleo coquantur, & ex ea unguatur stomachus, & detur potio diatriopepeleon. Dieta, accipiant pecorinam carnem unius anni & agninam, & pipiones domesticos: & bibant uinum rubrum & subtile, & ferantur ad balneum calidum.

De synocha febre.

Ad synocham. Si ex sanguine fit, uel ex cho. ru. phlebotoma in prima die, uel secunda, aut ad summum in .iij. die si masculus fuerit, in dextro: si foemina, in sinistro: si uentrem habuerit constrictum, clysterizabis ita: accipe succum cantabri, & malas tunfas, coquantur cum oleo, deinde colato per linteum, & utere. Si autem desiderauerit balneum, concede sibi, & utatur fomento ex calida, & oleo. Dieta utatur tali. succo ptisanæ, & farre molli, & malis marianis, & syriacis, & pane in aqua.

De homotono.

Homotonus curabitur sic: portionem rosatam superius scriptam teneat sub lingua usque dum liqueat, & saliuam eius glutiat. unctionem talem facimus. Oleo roseo frequenter unguimus caput, & praecordia. Epithema tale facimus. R. croci orientalis. 3. s. mastiches, olibani. ana. 3. i. ouorum afforum uitelli quantum tibi uidetur: confice cum oleo roseo, & pauco aceri, super praecordia ponas. *Item alia unctio.* Oleum roseum, cum portulacae succo, aut cum succo uerbena, aut cum suc. cucurbitae super praecordia pone. Dietam talem damus: suc. alicae & suc. oryzae: a uino abstineat, sed musam atticam damus. *Ad idem.* Si uentrem constrictum habuerit, clysterizabis cum succo cantabri, aut bibat psyllium in tribus aquis horam, & utatur mali granati succo, & malis, & pyris, & sorbis maturis, & unguatur unctione, quae recipit succi semperuiuae, suc. portulacae, suc. rasurae cucur. olei ro. ana. 3. i. & unguatur ex his totum caput, praeter loca ubi cerebrum est: epithemate utantur ut supra.

De causa.

Causus nascitur ex cho. ru. nimium sicca circa subtiliores uenas hepatis. Quae his signis cognoscitur, sitis, & insonnietas est magna, & alienatio prosequitur, & surditas, aut muti fiunt: quando haec signa ante triduum habuerint, quam febris fiat, dolor capitis sentitur, & buccinae aurium, ipse dolor cum fortis ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida portione, & frigida adiutoria necessaria sunt his, quae supra diximus. Euacuetur autem humor cholericus, extinguatur, & dissoluatur per sudorem, aut per uomitum, aut per uentris solutionem. Certissime autem extinguatur si biberit aquam multam & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat, aut lanacrum intret ut sudet, sed non descendat in solium, nec diutius moretur. De escis uero nihil nisi ptisanam manducet.

De nephritica passione.

Ad nephriticam passionem, si fuerit ex cho. ru. in dextro latere, detur ei musa, uel iustum minus, post elixaturam

Aelixaturam apij, & feniculi, quae conficitur ex corticibus eorum in aqua coctis. si fuerit in sinistro latere, ex phlegmate uel cho. ni. detur ante adrianum, & iustum maius, cum de cocto apij & petroselinum macedonici. si fuerit sine febre, uinum bibat: si fuerit cum febre, aquam: & utantur emplastro ceronio, & fomententur cum aqua calida, & succum crescionis per se bibant. Dieta uero, omnia calida & leuia: & utantur crescionibus, & alexandris, & urticis, petroselinis, & apio, & asparagis: de carnibus, porcina, agnina, hoedina: de uolatilibus, phasianis, perdicibus, turdis, ficedulis. de leguminibus, cicere: de piscibus, nullatenus: de uino, claro & rubro utantur.

De pleuritide.

Ad pleuritidem. Si fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotoma de brachio eiusdem partis. & cozumbrum coctum in patella cum mel. plagellae imponatur ita, ut refrigerata altera calida imponatur. si fuerit ex cho. ru. utatur electuario, quod recipit amygdalarum. 3. ii. pineae mundatae. 3. ii. gummi faraceni. 3. i. tragaganthi salbi uel rubri. 3. i. feminis citruli. melo. cucu. cucur. mundatorum ana. 3. i. tempera cum decoctione epithymi, amygdalae purgatae terantur, & ex suc. aqua inficiatur, & ita bibat. Si ex phlegmate fuerit: accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat decoctionem hyssopi cum aqua, uel puluere facto de caprifico cocto in pice in modum emplastri utatur. Dieta uero sit, pulres, far molle & amygdalae, & bibat aquam eorum.

De phrenitide.

Phrenitis si fuerit tempore ueris, curabitur sic. Venam, quae in medio fronte est post septem dies tangimus, & eos sternutare facimus cum melle. albo, & euphorbii puluere. si sternutauerit, bonum. Vnctionem facimus talem. oleo roseo, uel oleo uio. frontem, & praecordia unguimus. & sapius faciem eius aqua frigida irrigamus, ut [non] dormiat. Si fuerit tempore aestatis, unguimus praecordia eius cum oleo ro. & succo semperuiuae. *Antidotum Basilij, hemitritae omnibus.* R. costi, carpobalsami, celticae, gariophyllorum ana. 3. i. croci. 3. nardostachyos, meliloti. ana. 3. ii. castae. foliorum semperui. foliorum ana. 3. ii. mel. lib. i. aquae lib. i. s. aut. ii. tere, & infunde. *Cataplasma ad omnes febres.* R. lini semen hordeum, foenum grae. absinthium, anethum, apium, petroselli. libyficum, & lupinos, ex supradictis farina facta mittas oleum desuper, aut axungiam ueterem, & facto ita cataplasmate, indux in linteolo, & calidum super stomachum impone: omnibus diebus mutando, & calefaciendo.

De diebus timendis.

Quisquis prima die cuiusque mensis in infirmitatem ceciderit, sequens .iii. dies est timenda: quam si transierit, usque ad triginta dies euadet. Qui uero secunda die deciderit, .xiii. timenda est: quam si transierit, diu euadet, licet aegrotans. Qui autem .iii. die deciderit, sine molestia liberabitur in proximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatem, grauius usque ad .xv. diem infirmus erit, sed euadet. Quinta die aegrotans, licet grauius patiat, euadet. Sexta die decidens licet sanari uideatur, quinta tamen die alterius mensis morietur. Qui septima die deciderit, absque molestia liberabitur. Octaua die aegrotans, si non fuerit factus sanus usque ad .xv. diem, morietur. Nonam die aegrotans, quamuis cum summa molestia, euadet. Decima die, qui deciderit, proculdubio morietur. Undecima die, qui deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die, qui deciderit, nisi liberatus fuerit in .xv. die, morietur. Tertiadecima die, qui deciderit, infirmus erit usque ad .xv. diem, quam si transierit, euadet. Quartadecima die si quis deciderit, manebit usque ad .xv. diem, & sic euadet. Quintadecima die si quis deciderit, nisi intra .xix. dies conualuerit, morietur. Sextadecima die si quis deciderit, licet per .xxv. dies molestetur, tamen liberabitur. Decima septima die decidens infirmus, usque ad .xv. dies euadet. Decima octaua die decidens subito sanabitur. Decimanona die decidens euadet similiter. Vigesima die decidens .v. diebus euadet, sed tamen sequenti mense morietur. Vigesima prima die aegrotans, nisi periculum uortis incurrerit, intra .x. dies alterius mensis liberabitur. Vigesima secunda die decidens, licet .x. diebus patiat grauius, liberabitur. Vigesima tertia die decidens, quamuis cum molestia, altero mense liberabitur. Vigesima quarta die decidens aegrotans .xxv. die, quasi liberabitur: attamen mense sequenti morietur. Vigesima quinta die decidens, licet aliquantulum patiat, euadet. Vigesima sexta die decidens non morietur. Vigesima septima die decidens, licet usque ad exitum patiat, tamen in altero mense liberabitur. Vigesima octaua die decidenti mors minatur. Vigesima nona die decidens aegrotans, paulatim altero mense liberabitur. Trigesima die, utrum infirmus euadat, dubium est. Similiter, qui Trigesima prima die aegrotauerit, utrum euadet, ignoratur.

De urina, & pulsu.

Quoniam & causarum omnium, & nonnullarum dimensionum, atque imminenti spiritus prauidere difficile est, urinae diuersitates, & uarios pulsus arguto stilo conscripsi: ne confusa ratione medicina uel ordinata quarenti pernoscere fecissent errorem.

De urina, & pulsu in febribus ephemeris.

Ephemeræ febris pulsus est simplex, non ualde inaequalis, aut fordus, aut difficilis: quarum ex urina, si guttatim fuerit egressa, & patiens dolorem capitis senserit, haemorrhoidas scias esse uenturas. Si uero ex animi aegritudine. i. tristitia, aut cupiditate, febris nata fuerit: pulsus eius est lassus, tenuis in principio: ita ut putes eum uultis temporibus ex longinqua infirmitate aegrotasse. urina in his rufior inuenitur, quam in ceteris ephemeris febribus. Si autem ex iracundia aegritudo nata fuerit, & febris

febris fuerit in magnitudine, & in nimietate: pulsus fit non minuens atque definens. Sicut in his, qui ex tristitijs, & uigilijs, atque cogitationibus laborant, urina crocea est, & ignea, & extra conuentione cholericæ euenit cum morfu ueretri exiens. Nam, qui ex multo labore sudantes deficiunt & frigescent, pulsus eorum mitior inuenitur, & lassior. urina uiridis & turbulenta apparet. Quæ si subito asperitate, & rubei uini colorem assumpserit, & calor defecerit: aut si fuerit uersa in album colorem, aut dolorem articulorum, aut aurium nunciat apostema, id est parotidas. q̄ si * cholericæ supradicta urina abundans fuerit, & non supradictum dolorem habuerit, eius ægritudinis solutionem ostendit futuram. Vrina alba & spissa bonam signat sanitatem: si tamen capitis dolor non fuerit. Si autem talis coloris urina in initio ægritudinis uenerit, contractionem corporis futuram denunciat. Illi uero, qui nimia fatigatione fuerint lassii, pulsus habent maiorem & lassorem, in hisq; urina rubra est & candida. Quibus uero indigestio ciborum febrem attulerit, pulsus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit. urina uero eorum multum ru. est. Quibus inguinum dolor febrem mouerit, pulsus est maximus, & grandis ictu, & uelox, atque spissus. urina his subalbido colore apparet, & communis ut in ceteris ephemeris.

De urina & pulsu causi, synochi, & synochæ.

Causus & synochus, hi ambo habent pulsus synochæ consimilem: non horarum declinationes similes. quibus si lingua fuerit arida, & uomitus cholericus & urina * lucida: mors significatur. Vrina crocea & turbulenta cum nebulis non bonis, & pluribus diebus in eis non egesta: aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatim stillando fuerit egesta, uentris constrictionem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatim stillando fuerit egesta, uentris constrictionem, aut mortem futuram dicit. Vrina alba & aquosa in augmento ægritudinis, aut in statu ueniens, laborem corporis cum frigore, & maciem nunciat futuram. Si uero pinguis fuerit, mortem significat. Vrina similis spermati hominis, imminetia nuntiat. Vrina uiridis critico die immutata, mortem ostendit. Vrina uiridis si se mutauerit in album, aut aquosum colorem, typicam ægritudinem uenturam significat. Vrina æruginosa stranguriam significat. Vrina ni. & tenuis, cum nebulis, phrenitum ostendit: maxime si odor uitiosus fuerit ei. quibus autem fluxus sanguinis ex naribus uenerit, solutionem eius ægritudinis statim fore significat. Vrina æruginosum habens colorem, spasmus significat. Vrina ni. & tenuis cum aurium obtusione, & insomnia, & in se nebulam habens, tempus longum eius ægritudinis nunciat, & sanguinis fluxum imminere ostendit. Vrina sanguinea cum dolore capitis, & hypochondrij dextræ partis, statim subitaneam mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus eueniens, apoplexiam facit. quæ cum soluta fuerit, caliginem oculorum cito transeuntem, & delectationem cibi ostendit. Vrina turbulenta & non uaria, crissim cum dolore aliquo uenturam ostendit.

De urina & pulsu in homotono, acmastico, & paracmastico.

Homotonus pulsus habet grauem, spissum & fordidum. Acmaisticus uero pulsus habet uigentem, & fordidum, sine intermissione. quibus grauis est, per singulos dies & horas febris augmentatur, nullo statu uel declinatione interueniente, urina rufa in his inuenitur. Paracmaisticus autem in secundo uel tertio die cum declinatione pulsus tenet mitiorem, quamuis in principio uehemens fuerit. In his ergo omnibus præscriptis passionibus si urina fuerit colore liuida, & tenuis constitutione phrenitum futuram denuntiat: quam longo tempore protrahi significat. Vrina colore alba, & constitutione tenuis, cum nebulis non bonis, renum & dolorem, & indignationem significat: si in bono colore, & in die critico conuersa fuerit, certum discussionis tempus denunciat. Si uero ex bono colore in malum die critico conuersa fuerit, futuram mortem ostendit. Vrina cholericæ colore, nebulam albam habens, et suffures supernatantes, aut longam ægritudinem, aut mortem significat. Vrina tenuis cum nebulis non bonis, phrenitum, siue mortem, aut spasmus significat. Vrina alba si se mutauerit, apostema celerius uenturum scias. Vrina turbulenta, & tardius residens, maxime si sanitas interaæorum fuerit, & per multos dies perseverauerit, & non se mutauerit, pro certo scias acutas febres in tertianam conuerti. Vrina subalbida, & spumosa, aut rufa, & si ex cholericæ humore ipsa ægritudo nata fuerit, mortem significat: q̄ si eo tempore sanguis de naribus fluxerit aquosus subito, & a solito abundans: & tenuem se urina fecerit, & diu perseverans non se mutauerit: frigus subitaneum demonstrat uenire: pro quo frigore fit ægritudinis solutio non bona. Vrina cum sudore si in febrium augmento fuerit, & abundantia urinae fuerit, mortem cito uenturam nunciat. Vrina rubra & spissa modo supradicta, mortem cito futuram significat. Vrina rubra & spissa si fuerit egesta frequentius, & si dolor capitis, & scapularum affuerit, & auditum patiens obtusum habuerit, & hypochondriorum dolorem senserit: futuram phrenitum denunciat. q̄ si infra .vij. dies soluta fuerit, ictericum facit: & si non fuerit soluta, & in * macronoxiam uenerit, & nebulæ non bonæ in eadem fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba, & aquosa, & nebulam bonam habens, & cum odore bono egesta, supradictam phrenitum purgat. Vrina lactea si in initio ægritudinis iuuenibus euenit, non bonum significat. Vrina alba, spumosa, & nebulosa, non bonum significat: & si in critico die, aut post criticum diem superuenerit, solutionem ægritudinis ostendit. Vrina nigra cum sudore, non bona signa imminere ostendit. Vrina puluerulenta, & maxime si frigus, & lippitudo oculorum fuerit, & caligo, & superiores partes in sudorem ueniant, uenturum spasmus denunciat, quod si se supradicta urina abstinerit: & dolor capitis cum sudore corporis fuerit, spasmus

* al. colore.

* al. liuida.

ul. pulsus.

ul. nō fuerit.

ul. crescere.

* al. macronoxia.

A spasmus statim uenturum ostendit. Vrina non bonum colorem habens, & si non fuerit digesta, uel conuentionem urinae animalis similem habuerit, & missa in calice cito resederit, & amens patiens fuerit, & insomniam senserit: spasmus significat, aut mortem. Vrina sine nebula turbulenta, non bonum significat. Vrina nigra, aut liuida, non sine periculo erit. Vrina crocea, & spissa, laborem, & dolorem, & grauedinem in hac ægritudine, siue mortem ostendit. Vrina tenuis, maxime si dolor capitis, & scapularum, & insomnia fuerit: phrenitum, & paracopen, & dementia, siue cardiacam significat. Mulieribus tamen hoc tale signum mortem significat. Vrina tenuis in critico die si aspera facta fuerit, statim sudorem uenturum demonstrat. Vrina suprascripta post crissim si se mutauerit, eius febris fiet repetitio, Vrina spissa, & cholericæ si fuerit in augmento febris, mortem significat. Vrina nigra, per uarios colores frequenter mutata, cum nebulis non bonis, & uelut concisis, & separatis, & frequenter in nigrum colorem conuersa, phrenitum cum morte significat. Vrina nigra, & lucida, cum sudore, & dolore hypochondriorum, mortem nunciat. Vrina tenuis, & boni coloris, frequens, & multa egesta, macronoxiam, & solutionem ægritudinis ostendit, sed apostema scias esse futurum, & per uentris solutionem ægritudinis crissim demonstrari. Vrina alba, & turbulenta, & non composita, aliquem dolorem cum periculo nunciat. Vrina nigra, & spissa non boni coloris, si multus uescicæ dolor fuerit: mortem significat. Vrina nigra, & tenuis, B & æstuosa, si æstuatio fuerit cum fastidio, & si turbatum sensum patiens habuerit, & non recte intelligat, & loquatur, aut malefactio non defuerit: mortem ostendit. Vrina, quæ ueluti florem uini supernatantem habuerit, phrenitum, aut paracopen uenturam ostendit. Vrina ualde lucida, phrenitum uenturam ostendit.

De quartanis febribus.

Quartana febris in initio pulsus rarus, & segnem facit, & in alto positum. declinante autem passio ne inuenitur pulsus lassus, sordidus, & segnis. Cui causæ tempore accidente frigidus, minuitur * plus accenso calore. Vrina in his misto calore apparet maxime pallida, uel fusca & indigesta uidetur.

De tertianis febribus.

Tertianarijs pulsus est ingens, citatus, uehemens, creber. Vrina in eis crocea, aut fatis rubra, quasi sanguinea uidetur.

De quotidianis febribus.

Quotidianis febribus pulsus est minor, quàm quartanæ. Vrina eorum calida apparet, aut spissa, aut turbulenta. Vrina alba si longo tempore perseverauerit, frigora soluit. Memineris autem quantum quartanarij pulsus a tertianarijs minor est, tanto quotidianorum a quartanarijs inferiorem esse. Vrina nigra quartanam nunciat. Vrina cum nebulis scissis, * macronoxiam significat. Vrina nebulas cholericas habens, in ægritudinem acutam transire significat. Vrina quæ uelut rasuram habuerit, & arenam, & in nebulis quasi sanguinem, syntexin renum. i. colliquationem ostendit. Vrina phlegmatica si apparuerit sicut Sol in lympidis coloribus indignationem renum denunciat. Vrina alba si se subito in malum colorem mutauerit, proximam nunciat mortem. Vrina tenuis si post crissim uenerit, & longo tempore perseverauerit, repetitio cuiuslibet ægritudinis fiet. Vrina tenuis si in malum colorem se post crissim mutauerit, & ij qui patiuntur prima ætate fuerint, contractionem corporis significat. Vrina aspera si post crissim fuerit, in eandem febrem reintegrari demonstrat ægrotum.

De dolore capitis.

Caput dolentibus si urina liuida fuerit, augmentum significat. Vrina rufa ut superior demonstrat, quibus si sanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet solutio.

De synanchicis.

Synanchicis pulsus est paruus, uelox, & densus, qui quando ad periculum ueniunt, sine pulsu sunt.

De cardiacis.

Cardiacis pulsus est paruus, & densus, quibus imminente periculo pulsus fit catorictus. i. defossus, D uel deciduus, & quando creuerit, quasi iaculum contrahitur, & fit uelox, & paruus, & minus clarus, & inanis, & uelut creber, ac ubi coeperit * crebescere passio, incipit uiuans esse, non clarus, cum tremore, & formicatione, incognitus, & se subducens. At ubi coeperit grauari pulsus fit densior, & post defectior, quibus uelut inclusus esse sentitur, quod est pessimum signum. quæ quando ad melius uenerit, pulsus inuenitur exaltatus, & bene dispositus, & leuis ictus. Vrina eorum alba & aquosa, cum nebulis albis, eorum ægritudinis solutionem ostendit. Vrina in eis spissa quando fuerit, quæ spissitudo si uelut scissa apparet, paralytin significat.

De pleuriticis.

Pleuriticorum pulsus est spissus: quæ passio quando facta fuerit grauior, pulsus plus conspissatur, & fit uelox, & ualidus, & uelut fluctuans, & inspicientium digitis uelut unguis sentitur. Quando autem ad peripneumoniam conuertitur, pulsus fit spissior, quàm supradictis. Vrina tenuis, & saniosa si in initio ægritudinis uenerit, & per multos dies manserit, phrenitum futuram nunciat, maxime si eis tussis sicca, & insomnia fuerit. quibus si sanguis narium, & plurimus dolor uenerit, solutionem ægritudinis huius futuram nunciat. Vrina pinguis, & rufa, mortem futuram ostendit. Vrina alba, & subliuida mortem demonstrat. Vrina tenuis habens uelut limum liuidum, indigestionem, aut mortem nunciat.

De peripneumoniacis.

Peripneumoniacis pulsus est ualidus: & spissus, qui quando ad periculū uenerint, pulsus fit tardus, & ueluti non comparens, & formicans. Urina eorum nigra, cum uarijs nebulis, mortem futuram ostendit. Urina sanguinea, cum nebulis supradictis, uitā periculum nunciat. Urina indigesta in initio, & ante crīsum, significat mortem futuram.

De cachecticis.

Cachecticis, & phthificis pulsus est lassior, & talis morituris imminenter efficitur.

De dysentericis.

Dysentericis, & iliaticis est pulsus lassus, minus tamen quā cachecticis, quibus si cum singultatione pulsus fuerit, mortem futuram ostendit.

De hepaticis.

Hepaticorum urina alba, & spissa, & plurimū egesta, sanitatem promittit. Urina sanguinea, mortifera est. Urina nigra, & turbulenta, & uelut capillosa, & aliquid rasuræ habens, mortem significat.

De splenicis.

Splenicorum urina rufa, uel nigra intemperata, & tenuis, periculum uenturum ostendit. Urina lucida nimis, bonum signum significat, quæ si cum nebulis fuerit, quasi conglobatione instanti, bona imminencia ostendit.

De ictericis.

Ictericorum urina intemperata etiam ut supra, protractionem in longum tempus significat. Urina rufa, & spissa plurimum egesta, sanitatem, & solutionem uentris promittit.

De hydropicis.

Hydropicorum urina intemperata, & pauca, & rufa quando fuerit, mortem annunciat.

De iliaticis.

Qui dolorē iliū patiuntur, illis pulsus est densus: & si ad periculū ueniunt, fit eis pulsus mitior.

De ijs qui in renibus patiuntur.

Iis qui in renibus patiuntur, pulsus pigrior in una manu, maior, ac uehemens, plenus, uel ficcus, aut celer inuenitur. In altera uero manu pulsus inuenitur paruus, aut imbecillis, aut inanis, dispari tempore respondens.

De nephriticis.

Nephriticorum pulsus lassus. Urina in his rufa si fuerit, non bonum significat. si causa in peius protrahit. Urina in his spissa, & color uelut sperma hominis, mortem significat. Urina uinosa, augmentum doloris significat.

De apostematibus.

Qui eruptionem patiuntur apostematum, his pulsus est spissus, qui neque in declinatione, neque in augmento mutatur.

De ulceratione renum.

Iis qui renum ulcerationem habent, urina spissa apparet, habens uelut carnes supernatantes, nimium dolorem uentris significat.

De scabi.

Scabiem in uescica habentibus urina si spissa apparet cum furfuribus supernatantibus, dolorem futurum ostendit. Urina saniosa, & plurimum egesta, & uelut coagulata, aut aliquam eruptionem in renibus, aut initium calculi in proximo uenturum ostendit.

De ischiadicis.

Ischiadicorum urina sanguinea, & tenuis, & intemperata, in dolorem si uenerit, acriorem dolorem uenturum ostendit.

De arthriticis.

Arthriticorum urina sanguinea, & tenuis, nimios dolores uenturos indicat. urina rubra, & nebulosa, dolorem cessare significat.

De opisthotonicis, & emprosthotonicis.

Opisthotonicis, & emprosthotonicis pulsus est in tenuitate deductus.

De cognitione urinae.

In omnibus his infirmitatibus. i. phthisi, hydrope, apoplexia, epilepsia, peripneumonia, paralyfi, cholica, dysenteria, si urina rubra fuerit, mortem significat. In phrenitica uero uel pleuritica, synocha, caustica, tertiana, si urina alba fuerit, aut subliuida, mortem significat. Urina alba sine febris, in masculis, siue foeminis, dolorem laterum, & aliquando renum significat, & prægnantem foeminam significat aliquantum. Urina alterica, idest habens quasi stellas, ubi foemina est, multum dolorem stomachi, grauitatem uel capitis: masculis, scapularum dolorem significat. Urina si superius claritatem habuerit, & inferius nebulosa, & subliuida fuerit: dolorem renum significat, & coxæ, & genu, & superius stomachi. Urina si superius fuerit subnigra, & plena, & inferius claritatem habuerit: inferius dolorem renum, & superius grauitatem capitis, obrurationem aurium & narium significat, quod fumus stomachi facit. Urina alba, & nuda in omnibus, debilitatem, & frigiditatem significat corporis. Urina alba, & pinguedinosa,

A dinosa, uel iumentina, dolorem renum significat, & uescicæ, & capitis aliquantum. Qui sapius ad urinam uadit, infrigidationem uescicæ significat. Qui patitur uitium hepatis, urinam rubram, & obscuram habet. Urina pulmonis pinguedinosa, & alba, peripneumoniā significat. Si urina spumosa superius fuerit, significat stomachi uentositatem, & aliquando desiderium ueneris, & tussim, & frigiditatem.

De febris maioribus.

Urina quasi ignea, significat tertianam. Urina sanguinea, synochum caufon significat. Urina sanguinea, & obscura, caufon significat. Urina de pleuritide, quasi fex est. Iuuenes raro moriuntur inde, & senes raro euadunt: sed qui quarta die solutionem habuerint, non euadunt. Urina in febris rosea, & obscura, phrenitin significat. de synocha. n. incidit homo in phrenitin. Si foemina habuerit urinam uelut iumento similem: dolorem uulua, seu matricis, & febre significat. Cura foeminarum hæc est, si doauerit uulua, post balneum accipiat trypheram magnam, & sero mittat: .iij. de eadem in uulua.

De uulneribus sanandis.

Mistura ad uulnera sananda. R. pilosellam pro ulcere, saluiam pro paralyfi, uiolam pro dolore, agrimoniam ad curandum, hedera terrestrem ad sanandum, melangiam ad aperiendum, opopanacem, ne contrarij sint sibi cibi, tenericulam pro pleuritide, dictamum, quæ etiam irrationalibus subuenit, morbus serpentum curat, betonicam pro febre, quinquefolia pro expellendo sanguine uel pure: ad constringendum plantaginem, ad consolidandum consolidam, eiecta pilosella, & melangia.

Mistura perfectissima ad plagam. R. buglum. i. herba uenti maior. i. consolidam. m. feniculum peplium, uel pimpinellam, pindemontis. Emplastrum ad uomitum restringendum. R. mastiches. cymini. ana. .i. bacca rû lauri. .i. i. tere, & cū succo rutæ collige, & super stomachū pone, & miraberis effectū. Ad idem. Zingiberis. .iij. pinse, cōfice cū melle in stomacho pone, statim stringit. Emplastrum ad febre. Tolle radices rafani, & frige cū melle, & fac inde tentā, & mitte intus, postea tolle agrimoniam, & pinse, & fac emplastrū, & superpone. Si uis scrofulas absq; plaga curare, pone super eas corticē nucis ualde pinlitā, & post .ij. uel .iij. dies aufer, & pone ibidē nepitā herbā, tunfam: & post tres dies tolle, & impone sanguiugas, & sanabitur. Emplastrum barbarum, quod facit ad omnia uulnera recentia, proprie autem ad neruorum, & musculorum contusiones, & laxata intumescere non patitur, articulos incisos iungit, & omnium hominum periculosissima sanat mirifice, in uentris prius iniectum, postea extra appositum plagas ueteres, & fistulas sanat, uel consolidat. R. ceræ, resinæ frixæ, picis frictæ, bituminis, omnium ana. .iij. opopanacis, aluminis, & uitreoli, croci, gallæ omphacina, olei ueteris ana. .iij. cerusæ, manna, thuris, aluminis scissi, æruginis campanæ, omnium ana. .iij. confice sic. puluerem terendorum cum sufficienti aceto in mortario sine intermissione tere, solubilia cum oleo & cera soluta medicamini adde, & sufficienter commisce: quando autem commistum fuerit, compositis magdaliunculis conde, & usui referua. Ad ficum. Puluerem radices philipendulæ. i. filalidos dabis patienti interius, & exterius superpone.

Medicamen ad dolorem dentium. Succo hedera terraneæ, aut herbæ in aure misso, in ea parte, qua dolor est, statim mitigatur dolor. Ad idem. Senecionis succus in aure eiusdem partis missus, mirabiliter tollit dolorem. Ad idem. Succus herbæ calendulæ per nares eius partis missus, quæ dolent, dentes putridos excutit, & dolorem sedat.

Fumigium ad destillationem uulua, & ad rheumatismum faucium. R. styracis, ficu pinguiū, florū amygdalarū, hyoscyami seminis, omnium quatuor. .iij. vij. fac sic. Hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ficibus, & styrace diu terendo commisce, & in trochiscos informa, quandoque opus fuerit, positos super carbones lentisci, ut traiectorium superimponere, & patiens ore aperto fumum accipiat donec sustinere præualeat, & hoc iter in die faciat, mane, & meridie, & uesperis, & interpositis tribus diebus aut quinque, iterum atque iterum faciat, donec sanus erit. Accipe auripigmentum, & diu tere, ut multum tenuis puluis inde fiat, & album oui, & misce cum prædicto puluere, quibus bene mistis, accipe pannum subtilissimum, & infice in illo misto, ita qd totum abforbeat ab illo panno, postea pone ad Solem ut bene siccat, postea incide pannum, & R. frusta ad minus demum usque ad .ix. dies. ponat unum frustum super prunas positas in tegula, & inueniat infundibulum, mittatq; super pannum, fumum qui inde exhalauerit per cannellam infundibuli in ore recipiat.

Ad guttam probatissimum experimentum. Accipe cornu cerui, & incide per partes, quas incisas pone in lebetes cum uino albo, & tandiu fac bullire, qd solūmodo sexta pars uini remaneat, & sic cornu proiece, & uinū in pyxide repone, qd coagulabitur: & de illo loca dolentia perunge. Ad idem. Accipe nouem folia laurus, & pone unum in ueru. postea lardi frustum, & sic facias pro unoquoq; folio unū frustum lardi, quibus positis accende, & guttas lardi in paropside collige, & loca dolentia perunge.

Ad ficum destruendum. Accipe puluerem herbæ capilli ueneris, & cepe, & aristoloch. rotund. appone super ipsum, & sine dubio destruitur. Ad hominem loqui impotentem propter phrenitin. Accipe lapillum de oche, & bene tere, & puluerem cum aqua tepida tribue, & sine dubio liberabitur.

Hoc est caput nonum libri sexti Aetij.

Ioan. Baptista Rasario interprete.

Cerebrum duplici ratione affici: melancholice origo: quales melancholici sint: & multarum
questionum ad melancholicos pertinentium explicatio. Cap. I.



QUAMADMODUM in membris corporis, quæ sub aspectum cadunt, eadem interdum temperatura in omnibus cernitur; ut in malo corporis habitu, & eo, quem elephantia uocant, & aqua inter cutem: interdum una particula uel bilioso, uel melancholico, uel pituitoso humore imbuta suam ipsa sola temperaturam immutat: sic etiã cerebro usu uenit, ut modo, cum totus, qui uenis continentur, sanguis melancholicus factus sit, cõi ratione lædatur: ut modo uero, cū sanguis totus illæsus maneat, isq; solus, qui in cerebro est, immutetur, id quod duobus modis efficiẽ, uel cū aliunde in ipsum fluit: uel cū humor melancholicus in eo gignitur, gignitur autem a suo calore nimio, a quo uel flaua bilis, uel crassior, nigriorque sanguis aduratur. fere autem partes hypochondriorum prius affectæ cerebrum in consensum trahunt, & desipientiam pariunt: uel quod ipsa bilis cerebrum occupet, uel quod melancholicus quidam uapor eo conscendat: ut in eo morbo contingit, quem flatuosum, hypochondriacumq; appellamus. neque enim huic rationi obest, ut affectus aliunde, atque ex alia parte initium, originemque ducat: siquidem facile sit, ut cum ostium uentriculi quiduis patitur, cerebrum quoque, propter conuenientiam, quæ ei cum illo intercedit, propter duos neruos maximos desuper in ipsum descendentes: in consensum trahat. immo uero sua uicinitate cor etiam in similem affectum adducit. itemque septum transversum, cui adnatum est. societas quoque inter stomachum & spinalem medullam intercedit, qua illi adhæret, & colli uertebis est colligatum. huiusmodi autem melancholice initium fere ex cruditate existit. flatus enim plurimi consequuntur, & quouis assumpto cibo, sublimes, & in hypochondrijs fere commorantes. ructus item acidi, foetidi, & pisces redolentes superueniunt. licet nihil tale comederint. alius eorum sicca fere est; somnus exiguus, interruptus; insomnia turbulenta, & a ratione uacua: uariæ corporis palpitationes: capitis uertigines: in auribus flatuum sonitus. alijs plenum & graue caput, alijs inane, & leue, alijs aridum esse uidebatur: quidam ne caput quidem se habere omnino existimabant. quod ut inuenirent, aiunt Philotimum præter cetera, in curatione galileam plumbeam capiti imposuisse, ut qui ita oppressus erat, caput se habere persentisceret. plerique autem melancholici in rebus ueneris intemperantes redduntur, item obliuiosi, timidi, misericordes, lacrymabundi, & solitudinis sectatores. quidam etiam sibi ab inimicis immisos esse prestigijis damonas existimant. alij se noxiu medicamentum sumpsisse in animum inducunt. confirmant eam suspicionem uomitus rerum foetarum, & absurdarum subsequentes: alijs alia uidentur. hicque morbus omnino uariis est, neque explicari facile potest. ac, ne uager latius, quod ad timorem pertinet, alius amicos summos metuit: alius omnes homines: alius timet in lucem prodire: tenebras alius confectatur: alius tenebricosa uitat loca. plerique tamen in tenebricosis locis, monumentisque, ac solitudinibus uersari gaudent. alij aqua, uinum, oleum, & quicquid liquidum sit, reformidant: ut quos rabiosus canis momordit, & ut paucis complectar, melancholice infania sunt uariæ, si singulas confectari imagines uelis: commune tamen earum est, timor & mœror. omnes enim præter rationem in mœrore uersantur. & si causam quæras, cur mœrore cõsistatur, quid afferant, non habebunt. eorum non pauci mortem, & alia quædam, quæ timenda non sunt, timent. sunt etiam ex eis, qui magna mortis cupiditate trahuntur, nihil igitur mirabile est, metus excitari, mœroresque exoriri, & mortis expectationem ante oculos eorũ uersari, cū atra bilis sedẽ animi, in quo ratio elucebat, occuparit: quippe cū nihil eorũ, quæ extra corpus nostrũ sunt, æque ac tenebræ nobis formidolosum uideatur. cū igitur caligo quædam est ei parti animi, quæ rationis particeps est, circumfusa, homo perpetuo timeat, necesse est: quod timoris causam suo cum corpore secum ferat. nam ut in profundis tenebris pueri pauitant, & adulti, qui ignari sunt, sic etiam atra bilis color æque, ac tenebræ, prudentiæ sedem obscurans, metus creat. Sed omnium symptomatum, quæ singulis comitantur, explicari causæ non possunt: cum pleraque in magna dubitatione uersentur: ut quid causæ est, cur ut terribilia fugiant, quæ terribilia non sunt? & quædam non bona, tanquam bona sint, sectantur? itemque cur hic familiares, ille omnes homines timet? & quæ sunt generis eiusdem plurimorum uero causas afferre, non est Medico difficile. ueluti qui se fidele uas existimabat: is propter siccitatem id patiebatur: quia, & ficcus, & frigidus humor melancholicus est. eadem causâ erat, cur alias suam cutim esse pellem aridam putaret

Aputaret qui uero se non habere caput arbitrabatur, fortasse propter capitis leuitatem in eam cogitationem uenerat: leuitatem autem ei cõpararat flatus, qui in sublime ferebatur. at cur melancholici magnam ciborum copiam appetunt? an quia os uentriculi frigidum habent? cur eorum quidam uinum bibunt? an quia frigidus humor calferi postulat? cur sibi ipsi manum consciscunt? an quia se maioribus liberare malis arbitrantur? an quia hæc in animis eorum infedit opinio, ut mori gloriosum putent? in qua etiam sententia quidam sunt barbari. cur assiduis cruditatibus laborant? an quia eorum corpus & turbulentũ, & excrementorũ plenũ est? pinde eorũ uentriculus, intemperatus & ab humore melancholico semper refrigeratus est. cur alius eorum fere semper sicca est? an quia flatus superiore in parte circa hypochondria uagatur, & non admodum infra descendit, ideoque eorum aluus astricta sit necessario. interdum tamen ex longa retentione repente multa, & colliquata deijciunt. iam uero conuiuentes, oculis prominentibus, labrisque crassis plerunq; ob crassum spiritum fiunt. atrum uero colorem ab humoris natura contrahunt. hirsuti sunt multis partibus plures propter crassorum excrementorum copiam. linguam habent fere semper celere, balbi sunt, & exili uoce, propter linguæ impotentiam. motionis enim contentiones a spiritu fiunt. quodque contento motu cietur, uelociter effluit. erit autem in promptu ei, quicunque uoluerit, ut hanc uiam insistens, reliquorum symptomatum causam afferat. ceterum hic humor fit niger modo nimium exalfectus, modo nimium refrigeratus. quod enim accensis carbonibus accidit, qui lucidissimi cum sint, si flamma extinguitur, nigri fiunt: idem fere in hilari sanguinis colore frigus facit. nam & in externis partibus, uidemus eas a frigore liuidas, tum nigras reddi. ac redundantia caloris siccas, humiditatesque consumens, e quibus calor alebatur, humores nigros facit non secus, quàm sol & fructus, & humana corpora.

Quid nosse Medicum oporteat, qui curare melancholiam uelit. tum eius explicata curatio. Cap. 2.

Hæc sunt, quæ scire Medicum oportet prius, quàm ad curationem aggrediatur: quo modo autem hoc morbo affectis possit succurrere, nunc subiungam. non minimũ autem ad curationem interest, nosse unde morbus originem duxerit. nam cum in toto corpore sanguis uniuersus melancholicus sit, a uenæ sectione exordiri curationem conuenit: cum in solo cerebro sit, æger sanguinis detractione non eget: nisi magna in eo sit sanguinis copia: & præseruandi causâ detrahamus. utrum autem totum corpus sanguinem melancholicum in se contineat, an cerebrum modo eum collegerit, his signis dignoscet: qui nigriores sunt, hirsutiq; & latas uenas habent, hi sunt ad sanguinem melancholicum gignendum aptissimi. interdum uero homines etiam rubicundi in melancholicam temperatam repente cõcidunt: post hos flauis: præsertim cum in uigilijs, laboribusq; compluribus, curis, tenui uictu, aut edulij melancholicis uitam duxerint. præterea si qua hæmorrhoids in ano suppressa sit: aut alia quædam consueta sanguinis euacuatio, aut in mulieribus menstruæ purgationes, nec parum ad hoc facit anni tempus, aerisq; constitutio, & locus, ægroti ætas, & uitæ institutum. hæc ubi diligenter perspexeris omnia, & in omnibus uenis corporis melancholicum contineri sanguinem speraris, firmissima dignotio tibi ex uenæ cubiti sectione suppetet. eritq; melius, ut mediam seces. ac nisi sanguis, qui effluit, esse melancholicus uideatur, eam statim suppresses. sin erit, tantum detrahes, quantum ægri corporis habitum requirere existimabis. Tertium porrò melancholice genus, quod a uentriculo habere initium diximus, & hypochondriacum affectum nominant, ex ijs quæ antedicta sunt plerunq; dignoscitur. in primis enim accidencia circa uentriculum incipiunt, ut inflationes, ut tumultus, ut ructus acidi, uirosique, ut adstricta aluus. & ut ab egestionibus, & uomitibus, & ructibus leuatio sentiat: & ut ægroti molestias omnes in hypochondrijs consistentes persentiscant: ut igitur quidam plerunq; fuliginosa quadam, aut fumea exhalatione, aut omnino crassis quibusdam uaporibus sursum ad oculos sublatis, cæcutire sibi uidentur, ut qui suffusionem patiuntur: ita etiam hoc loco fit, ut cum exhalatio melancholica ad cerebrũ ascendit, symptomata melancholica tanquam fuligo, aut fumus circa mentem exoriantur. cum igitur melancholice dementia propria signa, eaq; magna apparebunt, & in uentriculo uel nulla molestia, uel certe perexigua sit: cerebrum primo affectum esse, existimandum erit, ut diximus. quam ob rem melancholiam, quæ ex cerebro, quod primo sit affectum, consistit, tum assiduis balneis, tum uictu boni succi, & humido & flatus experte, sine ullo alio efficaci remedio, curabis: cum. si noxius humor nondum tractu temporis factus est ad euacuandum difficilis: siquidem eo tempore & magis uarias, & ualētiores adhibere curationes opus est. incipiente enim morbo est adhibenda curatio. propterea quod inueteratus, & auctus sit tractatu difficilior. **R V F I.** siue cerebrum primo, siue hypochondria affecta sint, communia remedia sunt, quæ aluum subducunt. in primis igitur danda opera est, ut bona fiat concoctio: deinde purgandum epithymo, & aloe. nam si ex ijs uel parum quid singulis diebus sumant, modice proderit, & aluum leniter subducent. **POSSIDONII.** In quibus redundare sanguis uidebitur, statim ab initio uenam in cubito secabis: præsertim uero in ijs, in quibus solitæ sanguinis excretiones cohibitæ sunt. in foeminis, quas menstruæ purgationes defecerunt, uenam malleoli incidet. euacuandũ autem unũquẽq; habita uirium ratione scito. in quibus autem mali succi potius redundant, ubi ægrotis uictus rōnem recte institueris, eos purgato hiera Rusi, aut Archigenis, aut Iusti. si utrunq; redundarit, facta prius uenæ sectione, purgato. post, aliquot diebus interiectis, clysteri aluũ subducito, primũ ex cre

A. ibidem. A. B.
Apud Aetij
...
A. I. 3. f. 114.
c. 19. F.
A. ibidem. A.
A. ibidem. E.

more furfurū, spuma nitri, & melle cōfecto: deinde uero radicē polypodij contusam, aut epithymū cū E
furfuribus meoques. post triduū ab hoc clysteri, dabis picrā ex aloē, quæ ad cetera oīa epithymum ēt
recipit. ea cōficienda est, ut scripsit Themiso. capit. n. aloes. 3. cētum, mastiches, croci, spicæ nardi, & cin-
namomi, aut casie duplū: assari uero & carpobalsami singulorū. 5. i. tū epithymi duas uncias addito. f. da
bis quantū magnū cochlear continet ex aqua mulsā bis, aut ter per modica interualla. cūq; agrū rursus
alueris, ac recrearis, iterum hieram Rufi, aut Archigenis, aut Iusti dabis. quātitas est drach. f. ij. ex aqua
mulsā, & paruō salis cochleari. præstat aut aluū subducere ijs, quæ uno die euacuāt. atrā uero bilim edu-
cunt amaracus, & ea, quā cunilā uocant, mulsæ insperse, & potui datæ ad duarū drachmarū pōdus. pro-
dest ēt sero lactis aluū subducere: nō tamē dandum est id, quod e cafeo fluit. melius. n. est dare id, quod
decocto lacte seiuungitur. esto aut potius lac equinum: sin minus, bubulū: ac noua in olla imponatur, ra-
moq; ficulno agitetur, ac dum feruet, ter, aut quater aqua mulsā irroretur: tum percolatum potui dato
ac primū admixto melle, mox ubi aluus inceperit secedere, sine melle. sumatur aut ad hemina men-
suram, nec minus quā hemina quinque. post omnē autem euacuatione maluæ semen accuratissime
leuigatum ex aquæ cyathis tribus dandum est duarū drachmarum pondere. f. acit. n. ad rem summope-
rē. proinde utendū eo est frequēter. est ēt optimū, pulegij decoctū cōtinēter bibere, tā ante, quā post
medicamenta purgantia: similiq; modo cētaurij minoris decoctum. absinthij quoq; decoctū & crebro, F
& subinde præbebis quādo & aluo, & uētriculo pariter proficit. uiter præterea multum flatum in uentre
gigni, & aluum omnino exicari, urinam insuper prouocat, & concoctionem diligentius apparat, adeo
ut huius solū usu quosdam liberatos esse conspexerim. dāda ēt sunt, quæ urinam ciant, ut anisum, dau-
cus, petroselinum, asarum, nardus; ac præ his omnibus hippomarathi semen, radixq; quanquam prom-
ptius sit & chamæpityn, & trixaginem sumere. hæc autem singula aut ex aqua elixanda, aut cōtrita po-
culis arida inspergenda sunt. profunt etiā purgationes, quæ per sudores fiunt, siue ij laboribus, & bal-
neis eliciantur, siue inunctionibus in sole factis, ut ex oleo chamæmelino, & nitro cum oleo. cumque
habitus ægroti melior esse uidebitur, rursus hiera purgabis. iā uero curā hypochondriorū habere cōue-
nit & eū, qui curare incipiat, & qui iā multū sit in curatione progressus. quocirca cōueniunt fomēta ex
oleo, in quo rutæ, anethi, serpilli, absinthij, artemisæ, pulegij, uiticisq; semē, & lauri baccæ, aut folia tene-
ra ferbuerint. hæc. n. & dolores leniunt, & inflationes minuūt. in ijs uero inflationibus, quibus uentri-
culi morfus coniunctus est, cumini & pulegiū sunt aceto incoquēda, & cū spōgia stomacho admonen-
da. quādoq; ēt alumē aceto inspergimus. ceterū cataplasmata cōstēt ex oleo, i quo uel anisum, uel apii,
uel cumini decoctū sit, & cypērū comminutam, irimq; & libanotida adiungas. solēt aut cōferre ut plu-
rimū tā ante cibū, quā post, admota. ablato aut cataplasmate, hypochondria aut lana quā latissima, G
aut agnina pelle leuissima, puraq; contegenda sunt. ubi uero locum nardino prius inunxeris, cucurbitu-
las admoue bis: atque ad flatum quidem, leues: ad inflammationes uero, & duritias, cum scarificatione.
his peractis cyprino cerato utendum erit, itemque Polyarchio, & eo, quod ex styrace confectum est,
& eo potissimum, quod ex feminibus sit, & ceteris generis eiufdem. curatione autem procedente, ualde
proderit uti eo, quod ruborem inducit, estq; ex ficibus, sinapique confectum. nam & concoctio-
nem reuocat, & uentriculo robur addit: & si quis in hypochondrio dolor remanserit, eum admittit. ea
quoque quæ acriter abstergunt in hypochondrijs utemur. & picatis medicamentis: hoc est pice sicca
per se eliquata: uel cui admodum parum olei sit adiectum. calida. n. cuti imponitur, & tam uentri, quā
dorso superdatur, usque dum sua sponte decidat. sed & cum eo lauari æger potest, & quod paulatim a
cūte abscedit, forfice auferri. summo pere etiam adiuuat, si arido bouis stercore, quod aceto multo tem-
peratum sit, illinantur. bulbi quoque cum nitro, aut alumine leuigati, & illiti, magnopere profunt. siq;
hæc bubulo stercore admisceantur, utilia redduntur. præsertim uero cum mordicationis sensum in ore
uētriculi adesse uideant. quibus aut corpus frequenter conuulsionibus corripitur, bibere castoriū con-
fert. itemq; corpus castorio cum oleo sicyonio inungere. ijsdem prodest ante cibum moueri, exerceriq;
pro uiribus. ceterū balnea bene cōcoquenti non admodum necessaria sunt: nisi lassitudinem quampiā H
sedare uelis. cui autem uenter non est bene ad concoquendū comparatus, ei prodest lauari frequē-
tius uel ieiuno, uel concoctione iam peracta. a balneo dandi sunt cibi, qui facile cōcoquantur, statulq;
expertes sint, & per aluum secedant. ac diligenter obseruandum erit, quomodo æger a quibusque affi-
ciatur. neque enim omnes ab omnibus cibis æque afficiuntur. eis autem sere accommodata sunt hæc,
panes in clibano cocti, rite facti: aues nec pingues, nec edaces, & montanæ, oua gallinarum leuiter co-
cta: pisces saxatiles, quique tenera carne sunt. marini uero erinacei plurimum excellunt tum iucun-
ditate, tum utilitate: quæ in paludibus, & stagnis degunt, uitanda sunt omnia. carnes probantur hoz-
dinæ, & lactentium animalium: & ex ijs, eæ præcipue partes, quæ carnis expertes sunt, elixæ. nec
inutiles sunt uulua, & uentriculi, & pedes sulli. ex oleribus, quatenus ad communem uictum per-
tinet, dulcia conueniunt: acria uero interdum medicamenti loco dantur, ut palustris asparagus, pe-
troselinum, & similia. sit uero omnium eorum, quæ assumuntur, moderatus modus. uinum esto album,
tenue, & non admodum antiquum. neque inter comedendum, est confertim bibendum, neque etiam
sit eius magna copia, ne cibus in uentriculo fluitet. iam uero post omnem cibum, cum ad quietem
ieurus æger est, aceti acerrimi cochlear unum abforbeat: & item pleraque obsonia, dum uesci-
tur, aceto intingat. præsterit autem aceto parum scilla, & rutæ, & tenuis aristolochiæ admiscere.

† Grecus hō
habet ēt, iuncti
odorati uncia
sed Actus hoc
non habet.
† In G. l. legi-
tur. f. i. drac.
iiij.
† Apud Aet.
est, oxyveli.

A. ibid. c. 21.
B. C.

A. ibid. D.

A. ibid. D.

EIVSDEM

AEIVSDEM. Ad flatum autem, qui excitantur, utile erit tale oxyporium conficere, quod capit, ligustici,
feminum apij, zinziberis, thymi, singulorum unciam. mellis, a quo detracta spuma sit, quantum satis sit.
dato cochlearis dimidium tam mane, quam uesperis. si uero mellis dulcedinem auersentur, † sale, a
quo concoctio adiuuatur, sic parabis: scilla tostæ 5. i. salis ammoniaci. 5. v. feminum apij, fœniculi, thy-
mi, petroselini, anisi, sisonis, zinziberis, singulorum. 3. iiij. panis sicci, & puri. 5. v. piperis. 3. i. s. dato ex
hoc ad comedendum, quantum cochlear capit, cum cibo, prout agro placeat. præterea per quædam
interualla dandum est theriacæ antidoti quantum cochlear capit: præcipue autem hyeme, & initio ue-
ris. R V P I. Vomiant præterea post cibum, per longiora interualla: & item ieiuni. sumptis radicu-
lis, aut origano, aut thymo. consulo tamen ne rebus efficaciter uomitum prouocantibus utantur: si-
quidem eæ noxiæ sunt, & uentriculum, & eius os debilitant, cum iam ex morbo debilitatem contra-
xerint. quidam enim uicorum, quæ efficacius uomitum cient, in melancholiam incidisse conspiciun-
tur. illud quoque rite intelligendum est, plerosque eorum, qui hoc morbo laborabant, dum curaren-
tur, nihil adiuuenti percepisse: mox a Medicis dimissos, conualuisse, propterea quod cum prius a Me-
dicis essent recte curati, natura aduersus morbum est facta robustior, quæ prius erat curatione debili-
tata. quocirca natura concedenda requies est: quam & affligi curationibus, & quiete refici, & mor-
bos iam prius extenuatos superare conspiciamus. MARCELLI. Qui lupina, aut canina melancholia
correpti sunt, mense Februario noctu de domo exeunt, & in omnibus rebus lupos, aut canes imita-
ti usque ad diluculum uagantur, & sepulcra potissimum aperiunt. qui ita affecti sint, eos hisce notis de-
prehendes: pallidi sunt: segniter intuentur; oculos aridos habent, & nihil lacrymant, & concauos:
linguam aridam proferunt, saliuam nunquam reijciunt: siticulosi sunt: crura habent ulcerata, ut, & pro-
pter assiduos casus, & canum morsus, sanari non possint. hæc signa sunt: huncque morbum esse melan-
choliæ speciem sciendum est: quam tempore accessionis curabis secta uena, & misso usque ad animi
defectionem sanguine: & instituta ægrotanti uictus ratione ex ijs cibis, qui boni succi sint. utitor etiam
balneis dulcibus. deinde ubi triduum sero lactis usus eris, hiera ex colocynthide aut Rufi, aut Archi-
genis, aut Iusti purgabis: quam iterum, & ter per interualla dabis. a purgationibus, theriacam ex ui-
peris offeres: & alia quoque adhibenda erunt, quæ iam supra cum de melancholia ageremus, memo-
rauimus. uespere autem iam aduentante morbo, medicamentis, quæ soporem inducere solent, caput
irrigabis: & odoramenta soporifera admoue bis: & nares opio inunges. interdum etiam aliquid eorū,
quæ somnum conciliant, potui dabis.

† aliquid legūt
202. i. aliud.

A. ibid. c. 21.
B. C.

C GALENI DE OCVLIS A DEMETRIO

TRANSLATVS, NVPER A VARIIS
MENDIS EXPVRGATVS.

Quod oculorum, & partium eorum, & operationum notitia est necessaria uolenti curare
oculos: & quod crystallinus est pars principalis oculi,
cui cetera subseruiunt.

Cap. I.



PORTET medicum oculorum curam habere uolentem, prius eorum natu-
ram optime cognoscere: Vnumquodque enim membrum infirmum ideo cu-
ratur, ut ad naturam suæ propriæ sanitatis conuertatur. Sed scientia naturæ
membri, & uniuscuiusque compositi, non potest comprehendere nisi partes to-
tius noscantur. Qui igitur oculorum naturam scire desiderat, primo omnes
partes quibus constructi sunt intelligat: noscatq; operationem cuiusque par-
tis, & quæ fuerit illius necessitas, & quo modo quæcunque pars illa compona-
tur. unde de difficilioribus dicamus. Sciamus itaque quod omne membrum
compositum habet propriam actionem propter quam factum fuit, quam actionem cum una suarum
partium operatur, ceteræ uero illi operanti ministrant. Sic & de oculis est, qui cum e multis partibus
diuersis compositi sint: uisus tamen proprie fit ab una suarum partium, id est humore qui dicitur cry-
stallinus. Ceteri uero humores, atque panniculi sunt propter iuuamentum ipsius, quod explanabi-
mus, cum de omnibus disputabimus.

De colore, figura, & situ humoris crystallini, uitrei & albuginei, Et de tribus
tunicis quæ sunt post uitreum: Et de tribus quæ sunt ante albu-
gineum: Et de tela aranea.

Cap. 2.

Crystallinus est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulum planus
qui locatus est in medio oculorum. Albus est & splendidus, ut cito uarios colores recipiat, quia album
SPVRIL. Q 3 & splen-

de enim duæ uenæ ad cerebrum ascendunt, quæ subtus cerebrum uenientes, multis diuiduntur modis, & protelatæ faciunt quasi rete, per quas spiritus uitalis a corde ad cerebrum ductus, in illo reti moratur, quousque mundificetur, & subtiliatur, purificatus deinde ad medium uentriculum cerebri tendit, ibique aliquantulum permanens subtiliatur, postea ad puppim uadit uentriculum. Sed uia quæ est a medio ad puppim non est aperta: habet enim portam, in qua quoddam obstaculum est, cuius forma est sicut pinea, quam anatomici Vermem uocant: sed ferme semper clauditur. Vnde cum spiritus qui est in puppi, fuerit motus: fit memoria: cum is qui est in medio, fit intellectus & ratio: cum ille qui est in prioribus, fit sensus communis & phantasia. Hæc est dispositio cerebri, suæque actionis. Cerebri autem natura frigida est & humida. Frigida duabus de causis: Vna propter multitudinem sui motus: quo fiunt memoria, intellectus, & imaginatio. Secunda, propter motionem quæ ab eo dirigitur: unde fiunt sensus & uoluntarius motus, ne causa suæ motionis calidissimum factum, incenderetur, & incensum consumeretur amplius. Si cerebrum calidum esset, memoria instabilis esset: caput enim calidum, mobile est naturaliter, frigidum contra. Memoriae uero requies & stabilitas est necessaria, quod sic attestantur, quia calidum cerebrum habentes, instabiles, & mobiles sunt. Humiditas autem cerebri duabus de causis est necessaria: Vna, ne ex motu nimio desiccaretur: motus enim calorem facit, calor uero desiccet humiditatem: Alia, ut in eo uelociter imaginatio formaretur, & cito sensum qui eam dirigit, percipere possit, & uelociter ad audita discernendum moueretur: rursus ut nerui ab eo procedentes molles essent. Impossibile est enim a duro, molle, uel a molli, durum generari: proinde prora mollior est puppi, quia de prora molles, de puppi, duri nerui procedunt, quibus motus uoluntarius fit.

De neruis opticis & eorum differentijs à ceteris neruis.

Cap. 3.

Qui instrumentum uisus optime scire desiderat, primum naturam utriusque nerui uisibilis inuestiget, ut bene cognoscat, quibus cum ceteris neruis communicet, & quibus discrepet. Deinde de uisibilis spiritu perquirat, quatenus sciat cum quibus spiritibus conueniat, & in quo discrepet: postremo de ipso uisu quo modo fit, quod in hoc capite plane describam. Primum itaque neruorum par, quod supra diximus cum utroque cerebri panniculo descendere, & secum uisibilem spiritum ducere, cum ceteris neruis sensum facientibus duobus modis conuenit: Vno, quia ut alij, a cerebri prora descendit: Alio, quia & ipse nobilis est, discrepat tamen ab eis, sex modis. Primo, quia maior ceteris est a cerebro & a spinali medulla procedentibus: Magnus uero quia concauus est: si enim esset paruus, necessario subtilis esset, unde cito frangibilis: Cuius concauitas necessario fuit larga, ut nullam pateretur obstructionem, & ideo magnus fuit. Secundo, quia solus sic concauus est, ut eius concauitas sensui ostendatur, quæ concauitas protenditur usque ad locum in quo panniculus oculorum qui rete dicitur, se procreare incipit: quod facile sensui patet, si anatomia cernatur. Inchoat quoque ipsa concauitas ab utroque cerebri uentriculo, qui est in cerebri prora: in quo tamen loco concauitas uideri non potest, quia subtilissima & angustissima est. Hoc foramen qui uult aspicere, quarat in cerebro magnorum animalium in hora, qua occiduntur. Caveat tamen ne in æstate, calidoue tempore fiat: & utrosque cerebri panniculos tangat caute, ne frangantur, & in fine illorum panniculorum inueniet illud neruorum par ab utroque uentriculo procedens: poteritque uidere qualiter ipsa concauitas ab ipsis uentriculis inchoet. Tertio, quia uterque uisibilis neruus, intrinsecus est mollissimus, ut facile sentire possit, extra aliquantulum durus, ut a passione fit illæsus. Quarto, quia per hoc par neruorum multo maior spiritus quantitas, quam per omnes neruos sensum & motum uoluntarium facientes ducitur. in illis tamen non substantialiter, sed sola uirtus eius per eos uehitur. per illad autem par, multa spiritus essentia quantitas defertur. Oculi enim cum sint nobilissima actionis, uadit ad eos multum de substantia spiritus, usque ad panniculum qui dicitur uuea: hoc enim fuit necessarium ad adiuuandum uisum. Quinto, quia ceteri nerui quanto sunt a cerebro remotiores, tanto sunt duriores, & a propria natura mutantur: iste intrinsecus mollissimus est, extrinsecus uero solidior, ut molities interior exteriori duritie tueatur, nequando desiccetur. Cuius molitiam & si aliquantulum inuenies indurari, tamen ad oculos ueniens, in naturam, quam in cerebro existens habuerat, conuertitur: in panniculo enim qui rete dicitur, mollis efficitur, ita ut in naturam cerebri procedat, fitque quasi rete. Sexto quæ & laudabilior eius proprietas est: quia hoc par neruorum cum è prora utriusque uentriculi separatim egrediatur, non recto itinere sicut exierat, uadit: sed per interiora capitis torquetur, & ad ossa narium ueniens commiscetur: sic ut ipsorum utraque foramina fiant unam ibidem. Iterum hi nerui separantur, & recto itinere, ut egressi fuerant, uadunt, unusque è dextro uentriculo exiens, ad dextrum oculum tendit: alter de sinistro prodiens ad sinistrum peruenit, de quorum coniunctione & separatione plures antiquorum diuerse senserunt.

De opinionibus circa causam coniunctionis neruorum opticorum, & de causa ob quam non unicus exiit crassus a medio primi uentriculi cerebri.

Cap. 4.

Quidam hæc ideo fieri dicebant, ut si unus læderetur, alias subueniret, alij eos ideo esse coniunctos, quia omnis sensus ab uno fundamento procedit, quorum sententia prorsus uana est. Natura enim tam optime, tam fortiter membra compleuit, ut nullam timeant passionis occasionem, nec solum nerui uisum ferentes ab uno loco exeunt, sed omnes ab eodem loco egrediuntur, neque tamen postea coniunguntur. Nonnulli ob hoc eos dicunt coniungi, ut unus ab alio confortetur: si enim separati

Aparati essent, propter itineris longitudinem rumperentur, quod quidem non impossibile est, sed tamen non est uia tam longa, ut in ea rumpi debeant. Alij sic aiunt, quorum intentio uera est: spiritu uisibili ueniente ad oculos, necesse est, ut uno oculo clauso totus spiritus ad alium ueniat. quod fieri non possit, nisi nerui prius separati coniungerentur, & iterum separarentur: quod huiusmodi experimentum testatur. Si aliquod corpus super nasum ponatur, utroque oculo ad uidentum directo, fit uisus debiliore & obscurior: sed uno clauso, fit uisus in altero fortior, quam in utroque fuerat, & quod utriusque cerne-re nequiverant, unus solus clarissime aspicit. hoc ideo, quia spiritus qui in utroque fuerat, ad unum conuertitur: altero enim clauso, alterius pupilla clarior efficitur. Alij alio modo sentiunt, quorum sententia est necessaria, nisi nerui ad oculos directi primi coniungerentur, & postea separarentur, necessario res una, dupla uisui appareret. cum enim res uisibilis uideri non possit, nisi uisu oculorum pupillas exeunte: ipse autem uisus per lineas rectas egrediatur, & rem recto tramite ante se percipiat, sicut uidemus radios solis per angustam cauitatem domum ingredi, & lineæ ipse angustæ sunt in exordio sui: deinde uero paulatim dilatantur, fiatque in utroque oculo quasi quædam pineæ forma necesse est, ut uterque uisus lineatim directus, & in loco ubi est res uidenda coniunctus, eam æqualiter percutiat: deinde quousque ad pupillam perueniat, conuertatur necesse est, ut exordium utriusque a pupilla æqualiter egrediatur, & per unam superficiem ambo ambulent. Duorum exordia sunt in loco, ubi utriusque nerui coniunguntur, ibi unus idemque factus, & sic ex utraque pupilla a suo loco egressus, uidendam rem uidet, eamque sicut est, comprehendit: quoniam si una pupilla a suo loco inferius uel superius mutaretur, res superiori pupilla uisa, superius uideretur, sicque dupla appareret, propter quod oculis tria fuerunt necessaria, scilicet pupilla funditiua uisus, locus ubi uterque coniungitur neruus, & rectæ lineæ, ut uisus recte per eas transeat. Hæc est causa quare nerui ad oculos uenientes prius coniunguntur. Sed tamen quidam sic obijciunt. Cum illos duos neruos necessarium sit coniungi: quare non statim unus facti sunt, sed duo. Quibus est respondendum, unus ideo neruus non fuit, quia a cerebri medio exire non potuit, maxime quia magnus est uterque. Item, magna quædam concauitas illic est: ubi palati foramina cerebro coniunguntur, per quam, cerebrum, suam superfluitatem expellit. uia etiam quæ ad nares ducit, ibi constat. illa autem concauitas, & hæc uia, ibi esse non possit, si neruus unus ibi locaretur. Nares enim sunt in media facie, unde nisi earum foramina cerebro opposita essent, olfactus non esset. Quia ergo cerebri loca rebus hisce comprehensa sunt, necesse fuit, ut nerui uisum ferentes non ab uno loco egredirentur, quos oculum in uno loco coniunxit, ut idem foramen eos habere faceret: deinde, ut separatim ad utrunque oculum irent, seiunxit.

De animato spiritu, & uisibili, & quod uisibilis spiritus substantialiter ad oculos peruenit, & ad aliorum sensuum organa solum perueniunt eorum spiritus irradiatiue.

Cap. 5.

Uisibilis, ut diximus, spiritus de spiritu nascitur animato, a uentriculis prora cerebri procedens: ibique mundificatur ut diximus, cum de cerebri natura disputauimus: qui spiritus, spiritualiter est sensibilis, quia uisus unus e sensibus, ceteris dignior & nobilior. Porro ipse habet proprietatem, quam nullus aliorum sensuum habet. Animalis siquidem spiritus in cerebri uentriculis existens, sensum & uoluntarium mandat motum: uirtus enim ipsius per neruos penetrat ad cetera membra, essentia uero in proprio permanet loco: sicut Sol totum aerem illuminat, ipse tamen in uno loco stat. Sed ad oculos non solum uirtus uisibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigitur, & tanta eius quantitas, quanta est necessaria, illuc adducitur, quod utriusque nerui concauitas attestatur. id etiam hoc testatur, quia uno oculo clauso, ad pupillam alterius tota uirtus conuertitur causa neruorum coniunctorum: inde foramen panniculi, qui dicitur uuea, præ multitudine spiritus necessario dilatatur: aperto uero oculo cum spiritus ad eum reuertatur foramen uueæ ad propriam redigitur mensuram. Hoc signo etiam, si obseruari possit, cognoscitur. Si uero oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur: spiritus enim uisibilis in eo esse demonstratur, unde aqua quæ transitum eius obstruit, ablata, uisus redditur. Si uero non dilatetur, hoc ideo est, quia neruus per quem spiritus ducitur, obstructus est. Vnde etiam cum ceteri nerui nullam habeant concauitatem, quia uirtus animalis spiritus non ipsemet essentialiter per eos ducitur, oculorum nerui necessario concaui fuerunt, ut spiritus substantialiter per ipsos transire possit. Ceteri autem non sunt concaui, ne per corpus diuisi, & a suo fundamento remoti, leuiter rumperentur, uel quia tanta spiritus quantitas sensui motui uoluntario non est necessaria, quanta uisui. Nullus enim sensus, præter uisum, sentit sentiendam rem, nisi ei coniungatur: uisus autem pupillam egrediens longe remota sentit: unde multa spiritus quantitas necessaria est: ideo nerui necessario concaui facti sunt.

De modo quo fit uisio.

Cap. 6.

Videndum est et quomodo fiat uisus. Diximus ergo cum aliqua res uidetur necessario, uel aliquid ex ea dirigitur uisui, per quod quid ipsa sit, cognoscitur: uel uirtus uisus ad eam mandat, uel aliquid medium est inter uisum & rem uisam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo inuestigari quod horum certum sit. Omnes philosophi concordati sunt, quod res non possit uideri nisi per foramen pupillæ. Si ergo ad uisum a re uidenda aliquid dirigitur, siue sit uirtus, siue sit forma, siue qualitas, siue quantitas mensurata, quomodo illud angustum foramen intrare poterit? quæ etiam uirtus esse potest quæ ad oculos diuersorum in momento rem uidendam deducat: quod quia impossibile est, spernatur. Quod autem uisibilis spiritus pupillam exiens solus ad rem uidendam uadat, eiusque quantitas magnitudinem comprehendat,

cavitatem, uel asperitatem, uel lenitatem. Secundum figuram, aut propter quantitatem spermatis, uel E qualitatem, uel propter aliquod accidens quod infans patitur quando nascitur, uel cum lac fugit, uel propter alia. Secundum foramen, uel propter obstructionem, uel propter coniunctionem. Obstructio fit a fortitudine retentiuæ, uel defectione expulsiuæ, uel propter frigiditatem et siccitatem, uel ligaturæ stricturam. Secundum concavitatem, aliquid innascens uel in membro incidens, ut est chymus, lapis, uerruca. Largitas foraminis coniunctioni contraria est. Asperitas de genere separationis est iuncturæ, cum non est a caliditate, quod post planius dicemus. Lenitas est asperitati contraria. Corruptio loci fit cum membra a naturalibus suis locis mutantur, uel separatione, uel mollitie concatenationis membrorum. Magnitudinis causa est multitudo materiæ, uel fortitudo naturæ. Paruitas membrorum cum contrario est: aut propter incisionem. Magnitudo, in numero, aut naturalis est, ex spermatis abundantia, aut accidentalis ut lapis in uesica. Paucitas autem est e contrario. Separationis iuncturæ triplex causa est: incisione exteriori facta, ut igne uel ense, uel interiori, ut ex acutis chymis: aut extensione, uel exteriori ut cum fune, uel interiori, ut ex crassa uentositate: aut de fractura, uel exteriori, ut a lapide: uel interiori, ut ex crassis chymis.

De accidentibus morborum.

Cap. 5.

Accidentia sunt tria, scilicet nocumentum actionis, diuersitas egredientiæ a corpore, diuersitas qualitatatum corporis sensibilium, quorum duorum causa est nocumentum actionis. Actiones tres sunt, animalis, naturalis, uitalis. Nocumentum actionis triplex est. Nam omnis actio tria patitur, uel enim ex toto aufertur, uel minuitur, uel mutatur: uerbi gratia, tactus aut amputatur, & dicitur stupidus: aut minuitur, & titillatio uocatur: aut a sua natura mutatur, & tunc corrupta uocatur. Causa horum duorum est frigiditas tertij gradus, & iuncturæ separatio. Palam ergo est quod causa nocumenti actionis morbi fit. Morbus tantum nocet actioni sine mediatore: ideo nocumentum actionis est significatio morbi. Nec est differentia inter accidens & significationem, nisi in nostra intentione: quia nostra intentio est in nocumento actionis, & id ad quod sequitur nocumentum, morbum uocamus, & illum insequentia accidentia dicimus. Morbum autem dicimus causam accidentium: unde morbo cognito, cum accidentia scire uolumus, dicimus accidentia significationes.

PARTICULA quarta de accidentibus, & morbis oculorum, & nervorum suorum, & musculorum, & palpebrarum. Cuius sunt quatuordecim capita.

De accidentibus morborum oculorum in generali.

Cap. 1.

Sed quia intentio huius libri est patefacere significationes morborum oculorum, prius oportet scire eorum accidentia: ut uia, qua ad morbi notitiam ueniamus, sit nota. Accidentia ergo oculorum sunt triplicia: nocumenta actionis, & quæ ex illis sequuntur: diuersitas in oculis, scilicet sensibilis qualitas, & diuersitas ab eis exeuntium. Nocumentum autem actionis oculorum, est secundum quantitatem actionis, id est eorum quæ sunt actionis, uel animalis, uel naturalis. Nocumentum naturalium actionum, est quod accidit quatuor uirtutibus naturalibus: animalium uero actionum, quod sensui & uoluntario motui accidit. Actiones animales tantum duas species sensus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco non oportet notari: quonia in hoc non differunt oculi a corpore toto: sequitur enim nocumenta tactus, ut sunt mollities, titillatio, & dolor: ita oculis ut toti corpori accidit. Accidentia uero uisus & uoluntarij motus, quæ oculi patiuntur, hic oportet dici.

De diuisione accidentium oculi, & declaratione membrorum diuidentium.

Cap. 2.

Sciendum itaque quod accidentia quæ oculis contingunt, aut in eius instrumento sunt, aut in sua uirtute, aut in ministris. Instrumentum uisus est humor crystallinus qui patitur, uel unum ex octo similibus morbis, uel ex compositis morbis, cum a suo loco mouetur, uel iuncturæ separationem. Si mutatur a loco sursum uel deorsum in utroque oculo, uidentur rem duplam: si mutatur dextrorsum uel sinisterorsum, non apparet res dupla. Virtus uisus a cerebro per concuum neruum descendit: uade eius passio uel de nerui, uel de cerebri fit infirmitate. Quorum infirmitas triplex est, simplex: quæ est una de octo: Hæc uel officialis, ut apostema, & obstructio, uel iuncturæ separatio. Ministri uisus sunt humores, & panniculi, qui in oculis septem habentur: quorum illi qui sunt ante crystallinum, sunt formæ uueæ, id est pupilla, albugo oui, spiritus qui est in pupilla, & quantitas pupillæ, quæ corona dicitur.

De accidentibus pupillæ.

Cap. 3.

Coræ. i. pupillæ contingunt quatuor, largitas, angustia, mutatio de loco, & tortuositas. Largitas uel naturalis est, uel accidentalis. Accidentalisis est, uel de extensione panniculi quo tegitur: cuius extensio de passione est uueæ, uel de multitudine humoris albugini. Passio uueæ aut simplex est, ut siccitas: aut composita, ut apostema. Angustia pupillæ, uel naturalis est, uel accidentalisis: de mollitie, quæ mollities de nimia fit humiditate dominante, & lubricum faciente, aut de albuginei paruitate. Largitas pupillæ siue naturalis, siue accidentalisis semper est mala, quia spiritum spargit. Sed angustia, si propter rem de qua facta est stricta, naturalis est, bona est, quia spiritum coadunat: accidentalisis tamen molesta est, non ideo, quia angustia, sed propter causam de qua facta est stricta: maxime si fuerit propter albuginei paruitatem. Duplex enim malum est: unum quia crystallinus est discooperus ad lumen: aliud, quia ex paruitate albuginei desiccatur. Mutatio pupillæ de loco, uel naturalis est, uel accidentalisis. Accidentalisis consideretur. Panniculi qui sunt iuxta pupillam contumescunt, uulnerantur, & consolidantur. Hæc tamen

men

Amen mutatio non multum est mala. Separatio iuncturæ, si fit in uuea, & non sit perforata, non multum nocet uisui: quod si perforetur, currit humor albugineus, & uueam tunicam coniungit araneæ. Unde quinque accidentia generat. Vnum, quod uuea crystallino propinquatur, nec habet unde cooperiatur: atque spiritus uisibilis de cerebro procedens, non coadunatur in pupilla, sed egreditur ab ea, & dispergitur.

De accidentibus albuginei humoris.

Cap. 4.

Albugineus humor in quantitate & qualitate patitur: In quantitate, si augmentatur, unde uisus obscurus, uel minuitur: unde nequit crystallinum cooperire, in qualitate, liquore, & colore: liquore si parum crassus fuerit, longinqua uidere non sinit, & propinqua bene discernit. Si sit crassissimus omnino, uisum occupat, & amputat, & cataracta dicitur: quæ uel in parte una, uel in multis locis dispersa est, in uuea, uel in pupillæ medio, uel circa eam. Si fit in medio, omnia perforata uidentur infirmo. Partem enim quam uidere nequit, putat concuam esse. Si circa pupillam, multa in una hora uuea non permittit uidere, propter paruitatem pineæ uisus. Si crassitudo dispersa sit, & particulariter sit diuisa, quæ uidet putat esse quasi stricta: unde patiens cernit quasi muscas & familia, quod pueri & febricitantes plurimum patiuntur. Color si mutetur, omnia coloris istius esse putantur: ut pote si fuerit plumbeus, omnia fumosa apparebunt & tenebrosa: sic & si fuerit alterius coloris, idem ipse color in uisus omnibus apparebit: eis tamen ad cataractam preparati sunt oculi, de quorum stomacho fumus ad caput ascendit, & patientibus fluit de naribus rheuma.

De accidentibus uisibilis spiritus.

Cap. 5.

Spiritus uisibilis in qualitate & quantitate patitur: In qualitate, utpote si fuerit subtilis, unde bene discernit, ac res optime comprehendit: uel crassus: unde ad remota loca penetrat: & longinqua uidet, uel paucus, ad remota se elongare non ualens, sed solum propinqua cernens.

De accidentibus corneæ.

Cap. 6.

Panniculus corneæ, quo pupilla tegitur: si quo modo patitur, uisui nocet: cuius nocumentum propter se, uel propter aliud fit. Propter se, tria morborum genera patitur: uidelicet simplicem compositionem, & separationem iuncturæ: Simplex, ut humiditas, & siccitas: humiditas uisui nocet propter quantitatem: ut si fuerit multa, omnia sicut fumus & nebula apparebunt: uel propter qualitatem: utpote si rubea fuerit, omnia uideri rubea facit, uel uti qui patiuntur febricitantibus aut citrina fuerit, citrina apparebunt omnia: sicut histericis fit. Siccitas spasmodum generat: unde uisui nocet: si multa, multum: uisus ergo quandoque ex toto amputatur. Separatio iuncturæ, si fuerit perforata corneæ, duobus modis uisui nocet: uno modo propter putredinem in illo uulnere congregatam: secundo, quia crystallinus secundo lumini fit uicinus. Passio corneæ, quæ propter aliud fit, uel propter coniunctiuam, uel propter palpebram est. Propter coniunctiuam, si ungula nascatur in ea, uel fiat apostema corneam operiens: Sed passio corneæ & coniunctiuæ & aliarum partium oculorum non nocet uisui, nisi accidentaliter.

De accidentibus motus uoluntarij oculorum.

Cap. 7.

Passio uero motus uoluntarij oculorum est triplex. Vel enim amputatur, & mollities uocatur: uel minuitur, & tremor & titillatio dicitur: uel propter lacertos, cum non ut oportet, mouentur, & spasmodum nuncupatur. Quorum trium unumquodque fit, aut propter cerebrum, aut propter nervos, aut propter lacertos. Sed diuersitas mollitie ac spasmi lacertorum uoluntatis est secundum diuersitatem motionis eorum. Quod quomodo uideatur, uel unde procedat, in fine sexti cap. planius dicitur.

De diuisione morborum oculorum in apparentes & occultos, Et primo de apparentibus.

Cap. 8.

Morbi oculorum uel sensui apparent, & facillime cognoscuntur: uel latent, & eorum notitia est obscura, quorum significationes intellectuali inuestigatione comprehenduntur. Incipiendum igitur a morbis sensui apparentibus, & ostendendum in quo loco oculorum appareant, & nascantur. Morbi ergo qui sensui apparent, uel sunt in coniunctiuâ, uel palpebra, uel in angulo oculorum, uel in corneâ, uel in uuea, uel inter uueam & crystallinum. In coniunctiuâ septem sunt, uidelicet petia, ungula, ophthalmia, tumor, duritia, & cetera. Petia est sanguis fluens de aliqua arteria, uel uena incisa, quam patitur ex ictu. Ungula est superfluitas nervosa aut carnosa, extendens se ab angulo ad pupillam, & prohibens uisum. Ophthalmia triplex est, quæ uisum turbat. cuius causa uel exterior est, sicut fumus, sol, puluis, & similia: uel interior, sicut humores ad coniunctiuam fluentes. Sed prima ophthalmia mala non est. causa enim quam primum ablata, morbus amputatur. Secunda uero, postquam causa amputatur, habet & signa quæ habent cetera membra, cum patiuntur apostema: quæ sunt, tumor, inflammatio, durities, lachrymæ, rubor, plenitudo uenarum oculi. Tertia ceteris est fortior, quia & alias habet significationes. Acumen enim palpebræ inuersatur extrinsecus: eiusque motio uix fit, & albugineus ascendit super nigredinem. Tumor est quadruplex: Vnus fit ex crassa uentositate: Secundus, ex phlegmatico humore non crasso: Tertius, ex phlegmate crasso. Quartus, ex melancholia, qui dicitur sclerosus. Qui omnes sic adinuicem discernuntur. Primus euenit subito, sicut uidemus seniores in ætate pati propter muscarum morsus. Secundus & tertius paulatim fiunt, sine magno dolore & mollitie, minori in secundo quam in tertio: quorum color est sicut color totius corporis. Quartus ut plurimum fit in angulis oculorum, & aliquando dilatatur & ascendit ad supercilia durus, multum habens dolorem. Eius color plumbeus est, qui multoties sequitur

sequitur uarias & diurnas ophthalmias, & maxime quæ mulieribus cõtingunt. Duritia nascitur in oculo toto, nascitur & in palpebris, quæ motum grauem facit cum dolore & rubore: nec patiens ualet oculos aperire cum a somno surrexerit, attamen sunt lachrymæ salis & nitrosæ. * Dolor & rubor in toto corpore palpebris fiunt ex humiditatibus salis aut acutis: si coniunctiua est plena crassi sanguinis, quæ cum inflatur, rubei fit coloris, est & proflua, quæ dolore & tumorem facit.

De passionibus palpebrarum & angulorum suorum.

Cap. 9.

Passiones palpebræ quædam sunt communes morbis totius corporis, sicut uerrucæ, scrofulæ, & similia. Nascunturque uel extrinsecus uel intrinsecus. Extrinsecus, sicut est crassities, quæ est quasi pinguedo uiscosa relata neruis & pãniculis. Nasciturque in palpebra superiori intrinsecus, scabies, grãdo, petrositas, & uiscositas. Scabies quatuor modis est, una dicitur psorophthalmia, alia trachoma, tertia scycolis, quarta telosis: prima, secunda leuior est: quæ magis aspera, dolorem & grauitatem facit: utraque tamen in oculis humiditatem generat: tertia dura est & asperior, quia palpebræ interioris quasi scissura est: quarta ceteris deterius est & durior ad sanandum. Grãdo est tumor crassus in interioribus coagulatus, ut quasi grãdo uideatur. Inuiscatio est quædam uiscositas palpebram cum pupilla iungens siue in eius albedine, siue in eius nigredine: uel utraque palpebras simul iungens, qualis fit propter uulnera in oculis. Item nocuentum palpebræ triplex est: Vnum, erectio palpebræ superioris, ne oculi albedo possit cooperiri: quod aut est naturaliter, aut cum palpebræ tortura mala fit: Aliud est, palpebræ breuitas: Tertium est, palpebræ inuersio ad partem inferiorem, quando nascitur, aut propter aliquod uulnus, uel propter carnem superfluum in carnibus natam. Rãtura & uulnus nascitur in eis sicut & in corpore toto in extremitate palpebræ. Pili superflui ad interiora conuersi nocent: Et pili aliquando a palpebris cadunt: Nascuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili superflui in interioribus palpebræ nascuntur, qui pungunt & ad oculos humorem adducunt: Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluentem, aut propter alopeciam: & aliquando cum duritia, crassitie palpebræ, & rubore. Hordeolus est apostema nascens in extremitate palpebræ. Aegilops est ulcus inter oculos & nares: quod si fuerit neglectum, fiet ex eo fistula putrefaciens os, & quandoque putredo fluit per foramen ad nares: aliquando ad palpebram eiusque chartilaginem putrefacit: & si palpebra digito tacta fuerit, putredo ab ea effluit. Grãdo & lachrymæ noxiæ sunt oculis. Lachrymæ fiunt uel apostemate in foramine inter oculos & nares existente: qui hoc habent semper lachrymas patiuntur: uel fiunt lachrymæ ex conamine medicorum acutas medicinas in scabie ponentium.

De passionibus corneæ.

Cap. 10.

Passio in cornea nascens, uel propter oculos, uel propter totum corpus causatur: in qua tamen infirmitas magnum dolorem sentit in neruo, & patitur extensionem in panniculis oculorum, qui panniculi ruborem & extensionem sentiunt ascendere: & maxime, si ambulat, aut mouetur, capitis dolorem patitur, & ab oculis subtiles & acuti humores fluunt: neque potest acuta collyria sustinere, neque ualent oculis imposita. Passio corneæ propria est uulnus, macula, obscuritas, sanies, & talia multa, septem nominibus dicta quarum quatuor intrinsecus, tres uero sunt superficiei tenus. Intrinsecus hæc sunt: Prima est uulnus, cuius color est quasi fumus, quandam partem nigredinis operiens: Secunda, uulnus plus primo concauum, sed tamen albidius: Tertia, uulnus partem albedinis & nigredinis operiens: pars tamen qua tegitur albedo, rubei coloris est: quæ uero super nigredinem stat, alba est: Quarta est uulnus quoddam in modum faculæ putrefactum. Passiones uero exteriores hæc sunt: Prima, est quoddam uulnus concauum & angustum: Secunda, est uulnus concauum, sed largius: Tertia, uulnus plus ceteris putrefactum: hoc obliuioni tradito, oculorum panniculi putrescent. Quare autem omnes corneæ passiones aliquando curabiles, aliquando incurabiles sint, causa duplex est: aut propter diuersitatem uulnerum, aut propter diuersitatem materierum in uulnere existentium, & cornea de multis corticibus composita est, uno super aliam locato. Aliquando uulnus in primo, aliquando in secundo, nonnunquam in tertio cortice nascitur, propter materiam quæ in quantitate multa est, aut pauca: aliquando alba, aliquando nigra, modo subtilis, modo crassa, calida, uel sola, uel acuta, uel nitrosa, uel dulcis. Quod post tertium corticem est, molestius est, quàm quod post secundum: & post secundum, quàm post primum, salubrius quod fit in superficie: deterius quod est post omnes cortices. Materia si fuerit multa calida, patiens magnum in oculo sentit dolorem: Multitudo enim materiei facit extensionem & calidum dolorem. Item salubrius est quod non est in loco pupillæ, deterius quod in loco pupillæ: quia si scindatur uulnus, non sumus securi, quin per uueam pupilla egrediatur, & fluat humiditas oculorum. Quod si uulnus super pupillam sit, uulnere sanato uisus offenditur.

De egressione uueæ, & passionibus eius.

Cap. 11.

Egressio uueæ quatuor modis fit. Aliquando, non egreditur parum, ut uidetes pustulam esse putent, sed si discrete inspicia uuea sani oculi, & uuea infirmi oculi: & si earum colores sint dissimiles, scias pupillam egressi: si uero similes, apostema ibi ortum esse. Aliquando plus exit: & tunc satis apparet eam esse egressam. Tertius modus est, cum tantum egreditur ut palpebræ minus præualeant, & pili palpebram pungentes iungendo dolorem inferant: & hunc modum melon dicunt. Quartus modus, gomphos græce, latine dicitur clauus: quia egrediens pelliculas uueæ superficiei tenus operit: unde eius forma fit quasi clauus.

Passiones

A Passiones uueæ sunt, dilatatio, aut cõstrictio. Dilatatio autem fit quatuor modis, aut ex nulla causa patenti, uel propter percussione, uel propter apostema, uel propter aliam passionem.

De siffusione, seu cataracta.

Cap. 12.

Inter uueam & cristallinum humorem aqua nascitur coagulata, prohibens spiritum uisibilem a pupilla exire: quæ passio si est incipiens, obscura est: perfecta uero, facillime cognoscitur. Sed qui ad hæc uenturi sunt passionem, eis ante oculos cimices uolant: quibusdam autem quasi flammæ apparent: incidentibus autem uisus amputatur, & color pupillæ amputatur. Huius aquæ color est diuersus: quædam enim aeri, quædam uitro assimilatur, alia est quasi album habens colorem, alia quasi cæli colorem, alia quasi uiridem, alia quasi uenetum. unde antiqui cataractas, ueneticos oculos appellauerunt: sed differentia est, quia ueneticici oculi duobus modis fiunt, uel propter aquam, si nimium fuerit coagulata: uel propter siccitatem, quam patitur cristallinus. Species aquæ, quæ aeri assimilatur, facile potest curari: licet eius accidètia sint quæ supra diximus. Secunda uero species quæque curabilis est, quæque non: quod sic dignoscitur: Si uno oculo clauso pupilla alterius dilatatur, possibile est sanari: si autem, minime. causa, quia neruus concauus quo uisibilis spiritus ad pupillam ducitur, oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stomachi procedit, uel cerebri: sed sic discernitur: Si apparitio in uno oculo fuerit, uel in utroque, sed diuersæ, cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in utroque æqualiter, stomachi esse cognoscitur. Itè si modo plus, modo minus apparuerint, ita quod stomacho minus digerente maior fit. Item si patiens, de stomachi ardore, uel ardore murmurauerit. Item si ex picra exhibitæ, ista imaginatio decreuit: cum enim non fuerit huius mali cataracta, picra uidetur nihil esse proficua. Si fuerit propter cerebrum, plurima ex phrenetica nascitur passione: quia phrenesis est apostema calidum nascens in cerebri prora: fitque quasi fuligo, calore secundum humorem de quo nascitur, desiccante. & per uenas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia enim apparere facit. Sufficit de passionibus oculorum uisui apparentibus. Oportet de his dicere quæ difficile intelliguntur, quia intrinsecus nascuntur.

De passionibus oculi natis intus, & occultis.

Cap. 13.

Passiones intrinsecus nascentes, sunt mollities quæ dicitur paralysis: & desiccatio, quæ spasmus uocatur. Paralysis autem triplex est: uel enim motum amputat, uel uisum, uel utrunque. Sed uisum amputato absque causa manifesta, uel etiam minorato notabiliter: propter nerui concaui passionem, uel propter uisibilis spiritus paruositatem fit. Neruus patitur cõstrictionem, uel iuncturæ separationem, & tunc necessario uisus corrumpitur: nec enim manifestatur, nisi rationabili inuestigatione comprehendatur. Verbi gratia, si uisus absque manifesta causa, uel minuitur, uel aufertur: interrogetur patiens an grauitatem sentiat in prora capitis, aut circa frontem: quo id patiens, scias humores humidissimos ad concauum neruum fluxisse, eumque obstruxisse, uel apostema ibi generasse. Potest etiam aliter inuestigari, si uno oculo clauso pupilla alterius non dilatatur, neruum obstruatum esse non dubitatur. Item patiens interrogetur si in capite fuerit percussus, uel propter casum aliquem uulneratus: quod si fuerit, nec pupilla exierit post, nec magis subito uirtus conuersa fuerit: scias neruum esse cõstrictum. Si autem propinqua uideat, & non longinqua, & non parua: scias spiritum uisibilem esse defectum. Quod si longinqua & minima propinqua uiderit: & si meridie, uespere uero non, sicut accidit senibus: scias causam esse crassitiem spiritus, uel suam cõmitionem cum turbidis humoribus. Hæc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mobilibus locis nascentes, aut sunt propter cerebrum, aut propter neruos, aut propter lacertos. Si propter cerebrum, necessario in utroque oculo corrumpitur motus: si propter neruum, illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo neruo regitur: quod si neruus non in toto patitur, sed in parte, motus lacerti, qui neruo illi pertinet, corrumpitur, nonnunquam passio non in neruo, sed in essentia lacerti nascitur.

De musculis qui mouent oculos & palpebras, & de uis per quas fluunt humores ad oculos.

Cap. 14.

Lacerti autem oculorum sunt, ut diximus, duodecim: quorum quinque oculi ipsi mouentur: tribus utriusque nerui fundamentum corroboratur, & per eos oculi seorsum mouentur: reliqui quatuor palpebras mouent. Passio uero lacertorum est duplex, mollities & spasmus. Quod si lacerti motus oculorum, molles fiant: oculi suæ grauitatis causa descendunt inferius, & cum palpebris se infigunt. Si autem spasmanantur, uersos oculos torquent: & sic cum nerui spasmanantur, in eadem parte qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres uero lacerti utriusque nerui fundamentum corroborantes, oculos superius eleuantes, si spasmanantur, oculi non patiuntur, immo inde confortantur: si autem mollificantur, oculis nocent, quia extra egrediuntur. Oculis ergo absque ulla percussione existentibus, uisusque permanente, scias neruos esse mollificatos: quod si fuerit ex percussione neruorum, fracturam esse cognoscas: si neruus qui palpebras sursum mouet, mollificetur, palpebra deorsum cadet: si spasmanatur, non ualet oculus claudere. lacertis quibus interius mouentur palpebræ mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmanantur, palpebræ superius non eleuantur. Quod si lacerti in parte patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco eius attinente patiuntur. Humores autem ad oculos fluunt, uel per uenas supra craneum existentes, uel per uenas sub craneo existentes. Si per uenam supra craneum manuerint, frontis & temporum uenæ crassæ sunt & extensæ: unde ua-

let

let si incidatur, uel desiccatiua emplastra uel cataplasmata apponantur. Si autem hæc non apparuerint: Efcias humores per uenas, quæ sub craneo sunt, manare.

PARTICULA quinta est de uirtutibus medicinarum: scientium morbos oculorum. Cuius sunt capita sex.

De distinctione medicinarum oculorum penes sapes.

Cap. 1.

Qui oculorum passionem uolunt curare, eorum medicinas, & uirtutes earum oportet cognoscere, quæ maxime saporibus ostenduntur. Sapor enim uirtutes innuit. Unde sciendum quod quæ ad linguam ueniunt, & nihil in eam faciunt, insipida uocatur. Insipida autem uel sunt simplicia, sicut aqua, uel composita: nulla tamen qualitate præualente. Quod si aliqua præualuerit, erit aliquantulum frigiditati atinens, sicut medicina quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia: uel uiscosa, ut oui albugo, oleum omphacinum. Quibus aer dominatur, linguam pati faciunt, uel cum delectatione, uel cum nocimento. Quæ delectationem inferunt, necessario patet quod quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia humanae complexionis sunt similia. Humana autem complexio, temperate calida est & humida. Hinc ergo & omnia linguam delectantia, & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant. Delectationem ergo facientibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aer, unctuosæ erunt. Ideoque omne nutrimentum uel dulce, uel unctuosum, uel compositum ex utroque. Quibus uero præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quæ uero nocent, faciunt linguæ punctiōnem: quæ punctio species est separationis iuncturæ. Separatio enim iuncturæ aut nimia constrictio fit, aut in cisione. Quæ incisionem faciunt, calida sunt: quæ nimiam constrictiōnem, frigida sunt. Item linguam separantia, aut multum, aut parum separant. Multum separantia, crassa sunt, terrestris, dura, & amara. Quæ non multum separant, salsa uocantur. Quæ uero subtilia & ignea, dicuntur acuta. Quæ autem constringunt, uel sunt crassa, terrestris, uel subtiliatiua, & aquosa. Terrestris, & crassa, multum constrictiua & pontica sunt. Quæ uero minus constrictiua sunt, & styptica, subtilia dicuntur acetosa.

De speciebus saporum, & impressionibus quas in lingua faciunt.

Cap. 2.

Sapores autem sunt isti, dulcis, unctuosus, amarus, salus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus. Ponticus coadunat linguam & premit, non solum superficietenus: uerum etiam intrinsecus, unde obstruit & asperat: stypticus similiter: sed salus lauat & mundificat. Amarum magis falso mundificat, exasperat, & excoriat. Acutus uero mordet, pungit, & calefacit. Acetosus uero sine calefactione. Dulcis humectat & lenit asperitatem linguæ, & delectationem tribuit: unctuosus similiter, sed debilius. Sapidus de genere dulcedinis aquositate non habet sibi dominantem, etiam in sapido dulcedo tantilla sentitur: unde fructus a terra sublimes sunt dulces, & propinqui sapido, quia humiditas eorum uicina est humiditati sapidi. Ponticus ergo terrestris est & frigidus: Acetosus, aquosus: Amarum, terrestris, calidus, & igneus: Dulcis, calidus & terrestris: unctuosus, aeris. Ponticum quoque pororum scimus coadunatiuum, constrictiuum, incrassatiuum, refrigeratiuum, & desiccatiuum. Acetosus incidit subtiliat, aperit, mundificat, repercutit, dissoluit, refrigerat. Amarum mundificat, lauat, attenuat, & calefacit. Salus coadunat, obstruit, desiccatur, non multum calefacit. Dulcis mollificat, maturat, & moderate calefacit. unctuosus humectat, & mollit sine manifesta delectatione. Et sciendum quod ponticus & acetosus sunt in infrigidatione æquales: sed ponticus, terrestris: acetosus, aquosus est: quod & sensu patet & intellectu. Videmus enim in initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, uuam, coctana, granata, & similia: quorum quidem quanto sunt pluris temporis, humescunt: & cum sua humiditate & ponticitate acetositatem recipiunt: deinde sapor paulatim mutatur, quousque dulcis fiat. Sed nonnulli ad dulcedinem ueniunt, nulla mediante acetositate. Sed maturatio fructuum fit calore, quæ duobus est modis: Vna naturaliter fit in fructuum essentia ex proprio ipsorum calore: alia ex calore Solis. Item sensu patet, quod uidemus ponticum linguam constringere & desiccare, quod est eminentis frigiditatis actio. Palam igitur est ponticum frigidæ complexionis esse. Item acetosum subtile est, etiam penetrabile: cuius causa est calor in eo ebulliens. Unde patet ponticum crassum esse & terrestre: acetosum uero, subtile, & aquosum: quod sic certificatur. Inuenimus fructus in initio ponticos esse & frigidos, quorum ponticitatis minoratio, aut est propter Solis calorem, aut propter humiditatem, aut propter utrumque. Si propter Solis calorem, maturati dulcorantur, sicut castanæ. Si autem propter humiditatem crassam, sunt fructus pontici. Si autem propter humiditatem aquosam & quasi aeream mutantur, sunt acetosi. Si causa caloris & aquosæ humiditatis mutantur, dulces sunt. Si uero humiditas aerea fuerit, sunt unctuosæ. Item dulcia & amara sunt calida: sed dulcia sunt in caliditate & humiditate temperata: sic unctuosæ: unde utraque naturæ humanæ conueniunt, quæ in humiditate & calore temperata sunt. Amara uero sunt calidiora dulcibus, & ficciora: quod arbitratione probatur. Omnis liquor, si naturali uel extraneo calore coquatur, in primis dulcoratur: sed augmentato calore fit amari saporis: sicut mel cum inueteratur, & etiam super prunas excoquitur. Idcirco dulcia & amara mundificant & lauant: sed dulcia, cum moderamine & delectatione. Amara uero, non moderate, quia & iuncturam separant: Acuta, & salsa, calida & sicca sunt: Acuta tamen calidiora & ficciora quasi ignea: unde incendunt & elidunt: ideoque exterius posita mundificant, & superfluum carnem in uulneribus natam corrodunt. Salsa uero potui data crassos humores de pectore & capite educunt, epilepsiam repugnant: neque enim uelociter ut acuta penetrant, neque in eis est tanta crassitudo, ut diu morentur ingredi,

ingredi, sicut pontica. Salsa uero terrestris & calida sunt, sed minus, quam amara. Et hac ratione sapes inuestigantur.

De uirtutibus medicinarum primis, secundis, & tertiis, & suis effectibus.

Cap. 3.

Virtus autem medicinarum diuersa intelligitur. Est enim prima, secunda, tertia. Prima quidem quadruplex est, calida, frigida, humida, & sicca: quarum unaquæque quatuor gradus habet, & unicuique graduum est initium, medium, atque finis. Quæ igitur primo gradu est, corpus immutat a suo temperamento, sed hæc mutatio sensu non apparet. Quæ autem in secundo, corpus a temperamento mutat, sed non multum apparet. In tertio gradu consistens, manifeste mutat, sed non corrumpit. Quæ uero in quarto gradu est, mutat & corrumpit: sed calida cum intentione destruit, frigida cum dormitatione. quæ uero in quarto gradu sicca sunt, necessario separant iuncturas. Hæc primam habent uirtutem. Secundam uirtutem habentia, uocantur maturatiua, mollitiua, obstruentia, aperitiua, mundificatiua, incrassatiua, incisuiua, incensuiua, putrefactiua, carnis depascitiua, carnis generatiua, solidatiua, doloris mitigatiua. Maturatiua & mollitiua calida sunt. Maturatiua etiam necesse est ut tantum habeant calorem quantum membro curando necessarium sit, ne minuunt uel augmentent suam naturalem humiditatem. Mollitiua calidiora & humidiora esse oportet: quia membra mollitiuis egentia duritiem habent, cuius causa est humor crassus frigidus & uiscosus: unde calida necessaria sunt, quæ crassitatem & coagulationem illius chyli dissoluant. Oportet ergo ne ille calor sit nimius, ne illius chyli subtilitate resoluta, quod crassum est, indurescat, atque putrescat. Item necesse est ut calor eius sit in fine primi gradus, sicut bellium, figia, idest styrax liquidus, galbanum, ammoniacum: tum * cum medulla uitulina, caprina, bouina, & similia. Maturatiua, si sint calida & humida, obstruentionem tamen quandam oportet ea habere, quia pori claudantur: quia illis obseratis calor interius adunatur & corroboratur: unde & digestiua & ceteræ actiones naturales uigent, sicut facit oleum cum aqua calida, farina frumenti cum aqua, mica panis, seuum porcinum, uel camelinum, pix, refina, gummi cypressi, cera cum oleo, thus, & similia. Hæc ergo obstruentionem faciunt, sed non tãtam, ut dissolutioni repugnet. Si igitur mollitiua huiusmodi esse oportet, induratiua necessario erunt frigida, sicut portulaca, psyllium, lens, aqua, solanum, & similia. Obstruentia adeo poros obliant, ut facile aperiri non possint: unde necesse est ea esse terrestris, uiscosa, nullam punctiōnem facientia: quæ si pungunt, membra ferre non possunt, & attenuant, porique aperiantur: & sic oportet ea esse absque calore nimio & frigore. Aperitiua dicuntur esse contraria, ut crassam materiam attenuent: quæ uirtus in amaris & nitrosis inuenitur, sicut sunt iris, amygdala amara, nitrum, orobus, lupinus, dictamus. Sed aperitiua, quæ stypticitatem & ponticitatem habent, extra composita non aperiunt: sed potata uiscerum aperiunt obstruentionem. Mundificatiua sunt necessario quasi aperitiua, tamen debiliora, ut lauent & mundificent, ut uiolæ, fabæ, dulces amygdalæ, & similia. Medicina corpus mundificans temperate calefacit, nec desiccatur, nec crassitatem habet, sicut chamæmelum, malua, sambucelæon, radix elenij, & similia. Incrassatiua est quasi obstruens, constrictiua oris uenarum crassa est & frigida, styptica, omni carens resolutione. Incensuiua multum calida est, sicut allium, cæpa, fel tauri, & similia. Putrefactiua subtilissima est, uastans primo superficiem. Carnis minutia est quasi putrefactiua, debilior tamen. Cicatratiua est sicca & styptica, sed incisuiua, aliquando carnem generat, si modice uulneribus apponitur. Attractiua dicitur naturaliter & accidentaliter: naturaliter, cuius attractio est cum calore, & subtilitate, sicut sagapenum: accidentaliter, cui propter putredinem uirtus innascitur, sicut fermento. Doloris mitigatiua debet habere calorem similem calori corporis. Huiusmodi secundam habent uirtutem, quæ lapidem frangunt, pectus & pulmonem ad screandum iuuant, lac & sperma generant, urinam & menstrua prouocant. Medicina attenuans & incidens nimietate caloris lapidem frangit, ut radix capparidis, radix calamenthi, uterque elleborus, acetum scilliticum. Si enim multum habent calorem, lapidem frangere uidentur: Si nimium calorem non habuerint, & cum aliquo humido accipiuntur, ad screandum utiliora sunt: Sed si aliquantulum sint calidiora, & tamen in statu temperamenti permaneant, ficitatemque non habeant, lac & sperma generant: Si autem multo plus calidiora fiant, sed non ficciora in ultimitate, menstrua prouocant, ut acorus, petroselinum, scfeli, & similia, quæ sunt calida, nec nimis sicca.

De diuisione medicinarum sumptarum a plantis & metallis, & animalibus, exemplisque earum.

Cap. 4.

Medicinam oculorum scire uolentem, uirtutes medicinarum suarum oportet prius cognoscere. Sciendum itaque, quod oculorum medicatiua quedam de nascentibus terræ, quedam de metallis, quedam de animalibus sunt. De nascentibus est, ut gummi, assa, sagapenum, euphorbium, myrrha, opium, thus, tragacanthum, galbanum, sarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocythis, acacia, marathrum, scœnugracum, rosæ, glaucium, aloes, amygdalæ, uel sicut galla, aut flos rosæ & frondes, aut folium, aut lignum, ut castia, & cinnamomum: uel ut cortex thuris, uel mandragoræ, uel spicæ nardi. De metallis sicut hæmatites, sal ammoniacum, flos æris, ærugo, arsenicum, cadmia, nitrum, chalcanthum, plumbum, antimonium, ferrum, ferrugo. De animalibus aliquando sunt humores, sicut fel, lac, albumen oui, & urina: aliquando membra eorum, ut cornua, castoreum: quarum omnium uirtutes singuliter ostendam.

Affa ceteris gummis calidior est, incendit & dissolvit. Sagapenum calidum est & subtile: mundificat & attenuat maculas oculorum: ualet quoque suffusioni & obscuritati, quæ sit ex turbiditate. Euphorbium subtile incensuum est. Myrrha calida & sicca: pustulas oculorum absque dolore mundificat. Thus calidum in secundo gradu, siccum in primo. Gummi arabicum frigidum est & siccum: obstruit: Tragacanthum similiter. Sarcocolla desiccatur & consolidatur sine nocumento oculi. Lycium temperatum est in calore, unde mundificat & attenuat crassitudinem super pupillam nascentem. Ammoniacum apostemata oculorum mundificat & dissolvit. Rosa refrigerat: Glaucium similiter. Succus hypocythidis confortat & refrigerat: Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorem placat, quia dormitionem prouocat. Marathrum ualet cataractæ, maculas mundificat. Malum coctanum oppilat & refrigerat. Galla repugnat humoribus ad oculos fluentibus, & membra confortat. Crocus maturat. Balaustia refrigerat, repugnat, desiccatur, & confortat. Spica dissolvit & attenuat. Cinnamomum calefacit, maturat, atque desiccatur, & confortat. Hamatites desiccatur, & ualet asperitati palpebrarum, carnem superfluam manducat. Sal mundificatur, & desiccatur: Similiter sal ammoniacum. Arsenicum rodit & incendit, carnem dissolvit & minuit. Cadmia desiccatur atque constringit & mundificatur: quæ incensa & lota, superiora agit sine punctione: adiuuat etiam oculorum uulnera, maxime si humida, quia desiccatur ea. Plumbum desiccatur. Antimonium desiccatur, & constringit, & calefacit. Aes uisum uulnera consolidat. Cerusa desiccatur & infrigidatur. Flos æris desiccatur, constringit, & calefacit. Tutia desiccatur & infrigidatur sine dolore, maxime si lota est: ualet etiam uulneribus, pustulis, & lachrymis oculorum. Ferrugo desiccatur & constringit: ualet quoque contra pustulas spinosas. Aerugo carnem minuit & attenuat. Sciendum est, quod omne fel est siccum & attenuatum, quod mistum oculi medicinis uisum acuit. Albumen oui confortat & oppilat. Lac lauat & mundificatur. Castoreum scindit atque maturat.

Hæc est diuersitas specierum medicinarum oculis pertinentium. Oppilatiua, Colatiua, Mundificatiua, Aperitiua, Putrefactiua, Cōstrictiua, Cōtractiua, Maturatiua, Dormitiua. Oppilatiua duobus modis est, terreftris & sicca, uel humida & uiscosa: Terreftris desiccatur humores calidos & subtiles ad oculos fluentes maxime si ibi sint uulnera, quibus oportet adhiberi mūdato capite, prout necesse est, & toto corpore fluxuque humorum cessante. hæc enim medicina leuiter & subtiliter mediocriter desiccatur humores, qui in oculorum uenis latitant, & ad oculorum panniculos prohibet penetrare: transactoque humorum cursu, causaque fluxionis eorum præterita, hæc medicina non amplius debet dari, quam ne dolor oculorum augmentetur, quia panniculi oculorum nimia humorum multitudine extenduntur, unde & quandoque finduntur. huius tamen medicinarum posteritas non in paucis declaratur tempore, quoniam aliquando operatur, & si ratio non exposulat, scilicet uulneribus in oculis apparentibus, uel corrosione in cornea existente, uel uicæ egrediente: acutis tamen humoribus ad eos fluentibus, non aude mus desiccatiua ponere. Stypticis enim illic positus humores fluere prohibentur, unde dolor augmentatur. quod si medicina apponatur, materiæ ad oculos fluentis acumen augmentatur. Mollitiua uero seu dissolutiua seu maturatiua, si dentur, humores quidem maturantur: sed tamen in uulneribus caro non generatur, neque uulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis, punctura, & morsura, & tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina conuenit huic passioni, nisi quæ inter calidum & frigidum temperata est, uel temperamento uicina, quod facit tutia lota, cadmia uisita & lota, similiter cerusa lota. Alia autem medicina oppilatiua, scilicet humida, uiscosa, quam diximus, ualet in hoc loco modis duobus: uno, quia non pungit, sed dolorem mitigat: alio, quia lædit asperitatem ex humorum fluxu factam: uulnera enim lauat, unde dolor mitigatur, quia crassi humores acuti mundificantur. Sed oculorum medicina sapissime metallina est: quia uero oculi sensum habent acutum, cum metallina, uiscosa & humida misceantur, ne asperitatem faciant, sicut albumen oui, & foenugracum, lac, gummi arabicum, tragacanthum, & similia. Medicina aperitiua dissolutiua, necesse est, ut sit acuta, quam non expedit ponere in pustulis corneæ, nisi res maturatiua propter sui duritiam non ualeat. Similiter cum apostema tunicarum panniculorum & pellicularum, maturatiuis non curatur, acuta imponatur: quibus tamen maturatiua misceantur, sicut assa, sagapenum, euphorbium, cinnamomum, ammonium, casta, assarum, achorus, folium, spica. Mundificatiuarum & Colatiuarum quædam mundificatur, & colant modicum: & ualet contra paruas pustulas & uulnera: sicut cadmia, thus, cornu ceruinum, & caprinum, & ut dicit Gal. antimonium. Quædam uero nimium mundificant, quæ ualet ad unguulas, scabies palpebrarum, pruritus, & crassas pustulas: ut ærugo, tragacanthum, sal ammoniacum: quæ omnia pungunt: sed cum lauantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiua ualet uetustæ scabiæ & asperitati: unguulam uetustam purgant: & pruriginem, si longi temporis est, curant: ut arsenicum, flos æris, & similia: Cōstrictiua medicina etiam temperatæ actionis est, & optime prohibet humorem fluentem, pustulas & uulnera, ut rosa, folium, crocus, glaucium. thus fortiter stringit & fluxum humorum amputat. Cōtractiua magnum generat dolorem, quæ etiam ualet commissa cum medicina uisum acuate, quia oculos, coadunat. & est optima contra asperitatem palpebrarum, sicut est balaustia, cortex thuris, ferrugo, flos

Ago, flos æris, succus hypocythidis, succus uicæ agrestis, acacia, glaucium. Hæc enim lauant & leniunt asperitatem. Maturatiua conuenit apostematibus oculorum & doloribus propter humores claros in interioribus corneæ: sicut myrrha, crocus, castorium, foenugracum, lycium, sarcocolla, melliceratum, & similia. Soporifera dolorem magnum patientibus ualet: tunc. scilicet cum doloris magnitudine perire uidentur. Caute tamen adhibeantur, quia uisum minuunt, & nonnunquam amputant. Idcirco non sæpe apponantur, uel appositis calefactiua misceantur. Talia sunt opium, mandragora, & similia.

PARTICULA sexta de apostematibus, & doloribus, & ipsorum curis in generali. postea de ipsis ut in sunt oculis, petia, pruritu, carbone: & pilis, uulneribus, fissuris, pustulis corneæ, panno, scabiæ, nyctalope, suffusionibus, oculorum exitu, & collyriis multis contra morbos oculi. Cuius sunt capita duodecim.

De apostematibus & causis ipsorum in generali.

Cap. 1.

Maximo studio curationes passionum, quas quarta particula scripsimus, necesse est ostendere. Ac primo de ophthalmia, quoniam quod proposuimus, tractabimus. Sed quia ophthalmia de genere est apostematum magnorum, quæ faciunt dolorem, decet nos de apostematibus generaliter tractare, deinde ad ea, quæ in oculis fiunt, peruenire. Diximus secundo, quod causa omnium apostematum sunt humores ad membra fluentes, cuius causa uel interior est uel exterior: Interior, ut superabundantia materia: Exterior, ut percussio, casus, fractura, uulnus, & similia. Præterea membri præparatio ad recipiendam superflua quatuor modis est, aut propter membri defectiōnem, aut raritatem, uicæque largitatem ad membra tendentem, aut propter suæ uirtutis attractionem, fortitudinem, uel sui locationem naturalem. Defectio membri aut naturalis est, aut accidentalis: naturalis, ut cutis quam constituit natura defectiuam, ut superflua ab interioribus ad exteriora, a nobilibus ad ignobilia expulsa, facilius suscipere possit: accidentalis, ut ex infirmitate præterita. Raritas membri, ut teneritas maxillarum & inguinum. Attractiuæ membri fortitudo fit in membris fortibus propter nimium calorem, qui calor aut naturalis est, aut accidentalis. Propter sitiualem positionem, sicut si inferius locatum fuerit, humores enim ad corporis inferiora maxime descendunt. Sed materia, quæ defluit, aut est humor, aut est uentositas: Si humor aut sanguineus, aut aquosus, aut phlegmaticus, aut melancholicus: Ventositas autem, cum non sit subtilis, non generat tumorem. Sanguis autem si temperati caloris est, phlegmonem generat: si calidior & subtilior, erisipelas generat: sed calidissimus sacrum ignem facit, & uariolas. Aquosus tumor est qui hydropis dicitur, phlegmaticus: si fuerit subtilis, tumor est: si crassus, apostema generat, quod interius est quasi pingue seuum. Melancholicus autem cancerum generat. Ventositas autem, si fuerit, tumet. Hæc est diuersitas apostematum, quæ diuersa exigunt medicamina.

De curis apostematum.

Cap. 2.

Apostemata ergo, quæ fiunt ex sanguine calidissimo, si eorum causa extrinseca fuerit, nec corporis extiterit plenitudo, medicamine dissolutiua & repercussiuo curetur: exalpeltatio quoque uel incisio adhibetur opportune. Quod si causa sit intrinseca, ab initio non dentur mollitiua uel dissolutiua, cum plus quam necesse est dissolutiua a locis remotis ad apostema attrahant. Sed neque repugnantia audeamus apponere, ne materia ad membra principalia conuertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantia & desiccatiua, temperiem facientia, ut sua siccitate resistent humoribus, ne ad tumorem perueniant locum, & temperiem complexionis confortent, & locum, ut superflua materiam deuincant. Sciendum quoque omnia apostemata quatuor tempora habere. Initium, augmentum, statum, & declinationem. In initio ergo conuenit repugnantia opponi calori: Repugnantia, tenui materia dissoluta in parte, & crassa remanente, mollitiua & dissolutiua ponuntur. nonnunquam in augmento, magno dolore existente, stypticam medicinam & refrigeratiuam ponimus: nimio dolore coacti soporiferam adhibemus. Medicina sanguinolenti apostematis, id est erysipelatis, quæ cum nimio est dolore & calore, si causa eius fuerit extrinseca ab initio mollitiua & dissolutiua sit: Si autem intrinseca fuerit, primo detur cholera rubeam pharmacum purgans, deinde si opportunum est, phlebotomemus. postea medicina infrigidans & humectans apponatur: calore transactō dissolutiua aptetur. Apostema, cuius materia fuerit sanguis crassus, si cum uulnere punctione, & putredine sit, in initio phlebotomia ei subuenias: deinde uulnera medicina corrosiua & mundificatiua curantur: Sed tamen considera apostematis magnitudinem ex calore: quia si magnū fuerit, repugnantia pones: si calidissimum, fortem caue medicinam. Aquosum apostema uel solutione, uel incisione curetur. Prima autem species phlegmatis, quæ est, ut mel, curatur constrictiuis uel confortatiuis & solidatiuis, sicut est unum mistum cum lycio & nitro. oportet autem a leuioribus incipere, & sic ad fortiora procedere. Quod si fuerit inueteratum apostema, cum inciliua & dissolutiua: & superius ligentur fortiter & inferius leuiter. Secundum genus phlegmatis taliter curatur, dissolutiuis, putrefactiuis & incisuiis. Tertium uero, putrefactiuis, & inciditibus: dissolutiua uero non ualet. Quartum genus stylo incensiuo curatur. Melancholicum apostema, id est cancer difficile curatur, non incidatur, incisio multis inconueniens est modis: Primo, quia syncopam generat, si locus multas uenas habuerit: Secundo, quia membra principalia non patiuntur membrum ligari neque sanguinem constringi nisi cum cauterio: & in loco aliquando nascitur, in quo non au-

demus cauterium apponere. in huius igitur initio corpus ad temperamentum oportet reuocari, & ad bonum, cum phlebotomia, & pharmacia, & diata, & similibus immutari. Apostema de uentofitas factum dissolutiuo curatur.

De causis & cura doloris in generali.

Cap. 3.

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & iuncturæ separatione. Mutatio uel est de frigore uel de calore, unde causam eius non oportet inuestigari. Separatio iuncturæ tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incisio uel extrinseca est cum gladio, uel intrinseca, ut cum acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis & crassis corporibus ponderantibus: aut de interioribus, ut de apostematibus: De exterioribus, si fit lapis, locum in quo scindit conculcat propter utranque loci extremitatem, qui depressus necessario extenditur. Iunctura, quæ separatur de interioribus taliter fit, augmentata materia concauitates replet membrorum, doloremque generat. Materia uero humorum est, uel uentofitas uel acuta qualitas. Ideoq; sex sunt causæ doloris, chymus nimius, uentofitas non habens exitum, magnum apostema uel durum, humorum acuitas, uel uulnerum siccitas, uel caliditas, uel frigiditas. Si dolor propter nimium chymum fuerit, ipso purgato cessabit: Si propter crassam uentofitatem, cibo subtili & potu calidisque fomentis & cataplasmatibus curatur: Si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio: Si ab humorum qualitate processerit incensiuua, necesse est chymum purgari, siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua, quod si non sufficiat, soporifera imponamus, ut dolor mitigetur. Quod si de frigidis crassis & uiscosis humoribus processerit, soporiferam caueamus, quia non est tantus dolor qui de his nascitur: Si crassa uentofitas exitum non habens causa fuit doloris, res attenuatiua & dissolutiua adhibenda erit, ut uentofitas dissoluatur, & humores desiccentur. Sic etiam de ceteris contraria contrarijs opponere.

De causis & cura dolorum oculorum.

Cap. 4.

Oculi uero patiuntur ex apostemate uel propter acutos humores ad ipsos fluentes, uel propter pellicularum suarum extensionem ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorum humorum & uiscosorum, uel crassæ uentofitatis in loco illo. Si fit propter acutos humores, pharmacia detur, materia deorsum ducatur, & oculi cum albumine oui lauentur. Purgato corpore & apostemate maturari incipiēte, balneum diligenter aptetur. Quod si dolor fuerit propter humores interius clausos, totum corpus maxime purgetur, deinde calefacientibus utatur, & oculi cum decoctione fœnugræci lauentur: & ante purgationem totius corporis dissolutiua & calefactiua caueant, quia ad apostema plus attrahunt quam dissoluunt. Sciendum quod humores ad oculos ueniunt, uel de omnibus partibus, uel de solo capite: si de solo capite solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne ultra malos humores generet, plurimumque digerat humores. decet etiam confortare cor, & corroborare, & temperare, quando arteriæ in causa sunt, quare humores ad ipsos desuunt: quæ si supra craneum fuerint, desiccatiuum cataplasma & emplastrum apponatur: his non proficientibus incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in uenis oculorum clausi, unde plenæ uidentur, & oculorum essentia sanguinolenta. Quæ passio curatur uini potatione, tamen balneo præcedente.

De ophthalmia & eius cura.

Cap. 5.

Diximus quod ophthalmia est apostema calidum nascens in coniunctiua, & ostendimus curam apostematum oculis pertinentium. Vnde quia oculi sensum habent acutissimum, & dolorem ferre nequeunt: non temere curentur forti medicamine, sed cum rebus dolore mitigantibus temperentur. Et fiat, quod apponendum est, humidum: & uiscosum in loco in quo congruit, immiscetur: & palpebra sua uiter eleuata: medicina guttatim injiciatur: & ab initio non nimio existente dolore, medicina aliquid stypticitatis habens, sicut collyrium in quo est acacia, ponatur: etiam dissolutiuum & maturatiuum medicamen sicut crocus & lycium: similiter & styptica, ut myrrha & castorium, thus masculinum. Collyrium quoque si multum stypticum fuerit, humefiat cum albumine oui, lacte, & decoctione fœnugræci. Hæc si fecerimus, in uno die dolor remittetur, & passio declinabit: qua declinante balneum succedat, deinde collyrium priore fortius imponatur sicut nechium ut constringat & confortet oculos: tamen parum acuti collyrij cum eo misceatur, & parum a medio ad multum ascendatur. Quod si ophthalmia cum nimio dolore fuerit, ponatur ab initio collyrium, quod dicitur diarhodon* asperon. Apostemate uero decrecente diarhodon* erimoni imponatur, & calefiat sæpissime, si nimio pungetur dolore: & si dolor non fit multus, sufficit semel aut bis: & hæc calefactio fiat de meliloto, fœnugræco, & similibus. Cataplasmetur quoque croco, meliloto, coriandro, oui uitello, pane loto in uino. Sed si dolor nimius fuerit, misceatur illi cataplasmati decoctio papaueris: vnguentum factum de croco, glaucio, lycio, gummi, & aloë, ponatur supra frontem. Si calidi sunt humores, ramus portulacæ, citonij, uel succus portulacæ, psilij, frigni, & similia. Si calidus non fuerit multum, puluis molendini, myrrha, thus, albumen oui. Humoribus uero frigidis existentibus, sulfur, pix liquida, colophonia, & similia apponantur.

De curis petiæ, tumoris, & pruritus oculorum.

Cap. 6.

Ad petiam sanguis columbæ, pauonis, & omnia talia profunt, si cum thure modico misceantur: & calefactio

A calefactio decoctionis hordei & hyssopi prodest. Oculorum tumores habentibus fiat cataplasma ex uuis passis sine acinis ex melicrato uel aceto. Si tamen apostema non dissoluatur, radix trita admisceatur: tumore nondum dissoluto, succus columbæ apponatur. Pruritus sicut apostema curetur purgatione corporis: & dissolutione materiæ intus clausæ, & collyrij, & cataplasmatibus, & fomentatione aquæ calidæ in nocte oculis apposita: quæ mista cum oleo rosato, aut in ouo anatis pruritus amputat, & oleum rosatum temperate calidum. Sæpe tamen oculis cholericam imponimus medicinam, ut lachrymas in eis prouocet, quibus lauentur, & mollescentur. Pruritus cum nimio fluxu humorum, medicina Erasistrati* curatur.

De carne addita in oculis, & carbone, & cura.

Cap. 7.

Si carnes additæ propter uulnera fuerint, non curantur, nisi chirurgia. Excrescentia superflua carnis acuta medicina curetur, sicut æruginæ aris, sulfure, & similibus. Si autem caro oculorum excreuerit superflua, non curabitur nisi chirurgia. Quod si locus ille tumidus fuerit, ualet allium gummi cum glaucio & uino. Nascitur etiam quoddam in oculis, quod dicitur carbo: & sicut apostema curatur: cumque saniam habuerit, sicut uulnus curatur saniam habens. Quidam medici ponunt in hac passione glaucium, tragacanthum, rutam, succum malignanati, lanam uistam, uel myrrham & aloem. Huic passioni ualent ammoniacum cum aceto: & aliquando admiscemus cum eis de hordeo & zedoario: & capita muscarum & cera cataplasmata.

De pilorum ablatione & remedio contra casum pilorum.

Cap. 8.

Pilis ablatis lauentur loca ipsorum aquis falsis, & aluminosis, & unguentur loca pilorum: palpebræ cum malbumine oui, & alumine, staphisagria, & farfima, idest stercore columbino. Collyrium Sabor. ualet ad pilos cadentes de palpebris. Recipe ossium dactylorum drach. iij. cadmiæ drach. ij. Aliud Sabor. Recipe antimonij, chalcanti, tragacanthi pondus æquale: quæ omnia cum melle temperata terantur, deinde collyrium fiat. Si autem pilis cadentibus palpebræ appareant crassæ, stercus muris cum melle temperatum ualet. Superflui piluli de palpebris sunt amputandi. Quidam dicunt pilos non ultra nasci, si radicibus pilorum extractis sanguine testudinis uel dentibus caninis locus unguatur.

De curis uulnerum, & fissurarum in generali.

Cap. 9.

Oportet primo uniuersaliter dicere de uulneribus, postea uero de ijs, quæ propria sint oculis. Omne uulnus uel concauum est tantum, uel fissum. Si multum fuerit fissum, trina intentione curatur. Iungamus utranque partem, & suamus studiose, & curemus ne incidat puluis uel pilus. Quod si magnum uulnus fuerit, nec pars parti possit coniungi, nec sanies permaneat in concauitate: necesse est uti desiccatione medicamine, ut finita sanie uulnus impleatur carne. Cuius compositio est, cum causa uel morbo uel accidenti. Si cum causa sunt humores ad illud fluentes, corpus purgetur pharmacia, & phlebotomia: diata quoque temperetur: deinde desiccatiuis siccetur. Quod si fuerit cum morbo, uel est simplex uel compositus. Si morbus simplex est, ad temperiem membrorum reducatur: Quod si compositus, uel ut naturam suam membrum egrediatur, uel uulnus multum concauum sit: duplex medicina necessaria est: Vna, qua membrum ad temperamentum redeat: Altera, qua concauitas carne repleatur. Impletur ergo medicamine desiccatiuo mundificatiuo, quod humores coadunatos destruat, uulnusque a putredine mundificet. Sed ut per poros possint egredi superflua (unum subtile & cõtinuum, quod latet sensum: aliud crassum, quod ut lutum in corpore coadunatur: & hæc duo superflua plus in uulneribus, quam alicubi sunt propter loci defectionem atque dolorem) necessaria est desiccatiua & mundificatiua medicina, qua mundificetur & deticetur superfluitatis sordities. Omne etiam uulnus uel concauum est, uel fissum. Et si fuerit cum accidente sicut cum dolore, mitigatiua conueniunt. Fissura si parua sit, non est necessaria nisi coniunctio partium: & parum medico eget, nisi locus uulneris partem amiserit, quæ pars uel caro est, uel cutis, uel utrunque. Si sit cutis, apponatur styptica uel desiccatiua, ut locus induratus cuti assimuletur. nonnunquam acuta medicina facit hoc accidentaliter. calida medicina paulatim apposita facit hoc accidentaliter, & locum sua siccitate indurat. Multa uero quantitas ex ea, loco apposita resoluit causam, & minuit fissuram. Quod si caro a uulnere sit amota, in initio carnis generatiua expediunt: deinde locus mundetur, & cuti assimuletur. Sed omnem medicinam, quæ uulneribus pertinet, necesse est siccam esse, quæ tamen propter causam quandoque cauenda est. Parum sicca erit, ne multum siccâs carnem prohibeat generari. Mundificatiuam quoque siccam esse oportet: ut putredinem mundet uulnera consolidans. Desiccatiua esse debet ea, quæ generat carnem, quæ nec mordicatiua sit, nec abrodens, sed styptica ut caro induretur, cutique assimuletur. Hæc est disputatio uniuersalis uulnerum, & medicina.

De uulneribus oculorum, pustulis in cornea, panno, ungula, nyctalope, scabie.

Cap. 10.

Sed uulneribus oculorum, si sint simplicia, mundans & colans congruit medicina, quia humores cito undiq; fluunt ad oculos propter acumen sensus cori. Quod si uulnus cum tumore sit, uel nimio dolore apponunt collyria, quæ thus & metalla usta recipiunt, & cataplasmata: nec pungitiua cataplasmentur.

SPVRII.

R 3 Aliquando

Aliquando tamen, si putredo uulnere insit, colatiua tunc apponatur. Sed intueri oportet an uulnus E
carnem rodant. Inuestigandum quoque unde humores ad oculos fluxerint: quo *perfecto, caput
& corpus expedit purgari. Deinde apponenda sunt collyria desiccatiua, nullamque facientia pun-
tionem sicut ea, quæ respiciunt calum, cum dantur cum lacte uel cum decoctione foenugræci.
Si dolor est nimius, aliquando soporifera medicamina apponuntur: fluxu humorum cessante, eis
styptica apponuntur. Preuidendum tamen ne *uuea egrediatur, cui egredienti stypticum con-
uenit adiutorium. Collectio & pustulæ in cornea nascentes curantur cum medicina maturatiua,
mediocriter colatiua, sicut collyrio recipiente crocum, thus, myrrham, castorium, decoctio-
nem foenugræci. Quod si non *inuenierint, & tumor non dissoluatur: calidum & aperitiuum ap-
pone, sicut sagapenum, euphorbium, & similia. Pannus in oculorum albedine natus colatiuo
& mundificatiuo curetur. Quod si fuerit subtilis, sufficit succus rubei papaueris, uel decoctum
minoris centaureæ cum melle: si grossus, fortiora dari necesse est: sicut picem liquidam, æs ustum,
nitrum, sterco muris, myrrham, sal ammoniacum, & similia. Si aliquid ex eo remanserit, gal-
lam, acaciam & chalcantum appone. Vngula & scabies, si duræ sint etiam & ueteres, incidere
eas uel excoriare optimum est: sin autem subtiles, appone æs ustum, florem æris, fel porcinum,
sal ammoniacum. His nondum proficientibus, appone medicinam putrefacientem atque roden- F
tem. Scabies non stypticis est curanda, quæ si sit cum uulnere magnoque pruritu, conuertatur
palpebra & cum hoc excorietur. Est quædam passio oculorum, quam qui habuerint, uespere non
uident, quos phlebotomari conuenit de cephalica brachij, & utantur pharmacacia, & clysteribus, &
caput purgantibus, & gargarisnate, & sternutatione mundificentur: uena auris incidatur. Ocu-
lis mel cum alumine, & sale ammoniaco apponatur, & cum hepate caprino fumigetur. hæc
omnia profunt.

De suffusione, egressu oculorum, & petia.

Cap. II.

Suffusio, id est uisus defectio, sic curatur. Caput, totum purgetur, ut diximus: diæta sit tenuis:
Deinde utatur collyrijs, foenugræcum, mel, sagapenum, asarum, thus recipientibus, &
opobalsamum, & ammoniacum. Valet quoque si uena hepatica incidatur, & sanguisuge tem-
poribus apponantur. Oculis extra exeuntibus, uentosa in collo apponatur. oculi ligentur & a-
qua falsa suffumigentur. Petia curatur sanguine oculis instillato. deinde cum albumine oui oleo-
que rosarum ligentur.

De collyrijs multis ad oculorum aegritudines.

Cap. I2.

Collyrium quod dicitur Diarhodon in modum piperis ualens in augmento doloris ophthalmiæ. G
Recipe cadmiæ, cerussæ, ana drach. xiiij. rosarum drach. duodecim, gummi, amyli ana. drach. i.
tragacanthi drach. iij. & s. aloes drach. vi. tempera cum aqua pluuiali, & informa. Aliud in initio o-
phthalmiæ, quod etiam uetustæ ualet. Recipe acaciæ drach. liiij. gummi. 3. xliij. cadmiæ drach. xxxvi.
tempera cum uino pōtico ana. drach. xij. tempera cum aqua pluuiali. hæc omnia a Paulo sunt ordina-
ta. Ista uero Galenus dicit. Collyrium ualens ad dissoluendum apostema die uno & ad ophthal-
miam. Recipe antimonij, acaciæ ana. 3. lxx. cadmiæ drach. ix. æris usti loti. 3. xxi. cerussæ drach. xij. & s.
myrrhæ. 3. vi. sulfuris drach. vi. castorii, opij, calcanthi usti ana. drach. vi. gummi. drach. ix. tempera cum
albumine oui, in uno die est ualidissimum. Aliud Pauli. Recipe cadmiæ, croci, gummi ana. 3. iij.
æris usti drach. xxij. cerussæ, rosarum ana. drach. xxij. polij, croci, calcanthi, opij ana. drach. vj. aloes,
spicæ, castorij ana. drach. i. & s. tempera cum aqua: curat uero ophthalmiam & humores uel pro-
pter dolorem, uel uetus uulnus fluentes. Aliud. Recipe cadmiæ, acaciæ gummi ana. drach. ix.
antimonij triti drach. xx. castorij, opij ana. drach. vj. lycij. drach. iij. & s. myrrhæ drach. xij. spicæ, aloes
ana. drach. iij. gummi, tragacanthi, chalcanti ana. drach. i. & s. tempera cum uino & aqua myrtina.
Aliud ad superiora. Recipe acaciæ gummi ana. 3. lx. plumbi loti. 3. xxx. spicæ, casia ana. 3. vij. rosarū,
cadmiæ ana. 3. xxx. cerussæ, aloes, opij, croci ana. 3. ix. castorij, lycij ana. 3. iij. & s. tempera cum albu H
mine oui: ualet uulnerebus & omnibus passionibus oculorum uetustis & putrefactis. Aliud in statu
conueniens cum albumine oui, in declinatione cum aqua. Recipe cadmiæ uetustæ & lotæ, cerussæ
ana. drach. vi. amyli, tragacanthi ana. drach. iij. hyoscyami drach. i. & s. croci. drach. vi. glaucij, sarcocol-
læ ana. drach. vi. opij drach. iij. tragacanthi drach. vi. croci drachmas tres, gummi, opij drach. i. & s. tem-
pera cum aqua. Aliud ualens in augmento ophthalmiæ. Recipe cadmiæ, cerussæ ana. drach. xxiiij.
rosarum. xij. gummi amyli ana. drachmas quatuor: tragacanthi, drachmas quatuor, & s. aloes, drach.
iij. tempera cum aqua. ualet in uulnerebus & humoribus uulnerosis & lachrymis ex oculis fluenti-
bus. Aliud ualens ad ophthalmiam, & uulnere, & adustiones, & ad mundificandum uulneris pu-
tredinem. Recipe antimonij usti, cadmiæ, rosarum ana. drach. xxiiij. cerussæ tritæ: xxij. opij, drach.
vi. tempera cum aqua. Aliud nimio dolori conueniens, & liquidissimos humores ad oculos fluen-
tes reprimens. Recipe rosarum, drach. vi. & s. opij, spicæ ana. drach. i. Aliud. Rosarum drach.
xxij. croci. vi. æris usti & loti, drach. i. & s. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe rosarum,
drach. xvij. cineris locorum ubi æs funditur, drach. vi. croci, opij, gummi, ana. drach. vij. tem-
pera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe gummi drach. iij. tragacanthi, drach. i. & s. tempera cum
aqua pluuiali. Aliud. Recipe myrrhæ drachmas. lxxv. rosarum. xl. croci. vi. & s. tempera cum
uino.

Auino. Aliud ualet nimio dolori, pustulis, concauis putridis uulnerebus corneæ, oculosque exeun-
tes comprimit, omnemque oculorum passionem ad sanandum difficillimam curat. Recipe rosa-
rum drachmas centumocto. gummi. xxxvi. cadmiæ ustæ & lotæ drach. xxi. croci undecim: opij, anti-
monij, drach. ij. & s. iari spicæ drachmas tres: myrrhæ. iij. tempera cum aqua pluuiali. Collyrium
Pauli. Recipe æris usti, tragacanthi usti, ana. drach. viij. croci. ij. nitri drach. i. coquatur ad mellis
spissitudinem. Aliud eiusdem, ualet scabiei palpebrarum, ueterique ophthalmiæ, saniem, & uul-
nera aurium, & os rodentia sanat. Recipe æris usti drach. quatuor, myrrhæ, drachmam unam, &
s. piperis, croci, uini ana. drach. ix. Collyrium Pauli. Recipe cadmiæ auri & argenti drachmas
tres. tempera cum aqua pluuiali. Collyrium Oribasij ualens in initio ophthalmiæ & uulnerebus.
Recipe cadmiæ, cerussæ, tragacanthi ana. drach. uiginti quatuor, antimonij, gummi usti ana. drach. xxi.
plumbi incensi, tutiæ, ana. drach. uiginti quatuor. Aliud. Amyli. xvi. gummi. ix. æris usti, tragacanthi
ana. drach. vi. myrrhæ, opij, ana. drach. v. Aliud ualens uisioni, uueam egredi prohibens, subueniēs
uulnerebus. Recipe antimonij usti, cerussæ ana. drach. uiginti quatuor, myrrhæ drachmas tres. amy-
li xix. tragacanthi. xij. gummi. vi. tempera cum aqua pluuiali. Aliud ualens pustulis, uulnerebus sanio-
sis, & nimio dolori duræque ophthalmiæ. Recipe cadmiæ ustæ & lotæ drachmas uiginti quatuor, an-
B timonij loti & usti. xvij. amyli. iij. plumbi incensi & loti. xij. tutiæ, myrrhæ ana. drachmas. xij. tempera
cum aqua. Aliud. Recipe tutiæ drachmas duodecim, cadmiæ lotæ. cerussæ ana. drachmas
cxxxij. antimonij incensi & loti xvij. myrrhæ, opij, ana. drachmas quinquaginta, & s. tragacanthi
drachmas duodecim. tempera cum aqua. Aliud utilissimum asperitati palpebrarum & scabiei.

Recipe chalcanti drachmas duas, cadmiæ drachmam unam. ad Solem cum uino sufficienter agita.

Aliud. Recipe cadmiæ drachmas. vj. chal canthi gra. triginta, pip. gra. xxxvij. spicæ, drachmam
unam & s. alias drachmas tres & s. cadmiæ & chalcantum tritura sufficienter & agita, deinde cum
pipere spicam commisce & tempera. Aliud ualens scabiei, & humoribus ad oculos fluentibus, ue-
terique passioni, & pustulis. Recipe cadmiæ, gallæ, rosarum, gummi, croci, ana. drachmas tres,
opij, drachmam unam. omnia puluerizata cum uino ad solem sufficienter agita. Ad oculos cali-
ginosos & sanguinolentos, aloë trita cum albumine oui mirifice prodest: si aloë non habueris, ca-
nabis trita idem facit. Ad oculos dolentes, & lachrymas stringendas, & prurimum tollendum.
Collige mel despumatum, & ex eo unge folia hederæ, & superasperge puluerem scæcis uini, & ocu-
lis superpone per noctem. expertum est. Idem chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomenten-
tur, dolentibus prodest. Item coriandrum uiride tritum admisto lacte mulieris oculis superpone,
C dolorem & tumorem tollit. Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita & imposita. Fel caprinum cum
melle antiquo mistum & inunctum oculorum caliginem destruit. Ad pannum ab oculis abstergen-
dum. Facem uini, album oui: rasuram ossis sepia facto puluere mitte donec corrodat. Vitellus
oui tritus succoque apij mistus & inunctus sanguinem spargit. Absinthium uiride cum albumine oui
tritum, & nocte suppositum sanat. Ad tumorem calidum & sanguinem oculorum, anagallis cum
albumine oui trita & imposita prodest. Ad tumoris calidi dolorem. Herbam uiolariam cum o-
leo rosaceo tere, & superpone: mire iuuat. Valet etiam mali granati succus, in uase æneo uel stan-
neo ipsum coque & cola, & cum opus fuerit utere. Item Recipe plantaginis, centaureæ, ungu-
læ caballinæ, pulegij, betonicæ, chamædryos, apij, foeniculi radicum, partes æquales, pone in olla
noua, & intra sparge foenugræcum. Item lycium in rhodolcomate guttatim impositum ualet. Item
auripigmentum, pannum subtile lanæ, & finum hominis combure in olla bene argillata.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE
RENVM AFFECTVVM DIGNOTIONE,
ET MEDICATIONE.

Christophoro Heyl. V. uisbadensi interprete.

Nunc primum ad græcorum eodicum fidem accuratissime recognitus.

De substantia, figura, situ, partibus, & usu renum.

Cap. 1.



RENIBVS peculiare quoddam corpus est ex fibris & carne constitutum, quod cum alia parte nulla commune habet: & caro hæc densa est, ne sanguis qui ad ipsos deferretur, facili momento diffluat, effundatur, & abeat cum urina. Carnea hæc substantia non paucas habet inuolutiones, in quibus quoniã singulatim per substantiam lapides plerunque generantur, sunt in renibus grauissimi dolores. Ac de substantia quidem hæc tenus. Figuram autem renes habent græcæ literæ G: & in medio cavitatem quãdam, qua ex uenis & arterijs serosum excrementum excipiunt: nam ad eos non maiores solum uenæ, quarum alię in cavitatem hanc inferuntur, aliæ in membranam, quæ renes circumtegit: sed meatus etiam capillis modo exiles deferuntur. Dexter autem sinistro sublimior est: ne inter operandum, alter trahat, alter retrahat. Iacent ad spinam renes, paulo altius quàm illia: & ex se, urinarios meatus duos emittunt, quibus ad uesicam urina deducitur. Sed habent isti quoque meatus propriam corporis sui substantiam, quam in alia particula nusquam reperias. Duos autem natura renes produxit, non unum, quoniam alias excrementorum species serosa hæc superfluitas non parum superat, quam attrahere, renum officium est: ignorare enim non debemus alteram cauæ uenæ partem ad corporis nostri inferiores partes deferri: quæ bifariam diuisa est, altera parte sursum, altera deorsum porrigitur. Pars quæ descendit, rursus tripliciter finditur, & pars una ad crura porrigitur, altera ad testiculos, & tertia ad renes. Procedunt uero & de corde arteriæ, quæ serosum excrementum & unã caliditatem immittant: ut ab eis renes calefiat: nam renes ita ex seroso isto excremento frigent, ut ex atræ bilis succo lien. Quamobrem a dictis iam arterijs calor renibus supeditatur, quò natiuam suã frigiditatem possint euincere. Postquam uero serosum id excrementum renes attraxerunt, utilem qui in eo est sanguinem ipsi retinent, & ex eo nutriuntur: excrementum uero ipsum serosum a facultate segregatrice cœu inutile expellitur. Sed quandiu in uenis & arterijs hoc cum sanguine currit, excrementum serosum: cum segregatum est, lotium nominatur. Proinde quod in sanguine utile est, id sibi renes in nutrimentum seruant: quod autem inutile, id abigunt. Atque ut bilis uesica, bile delectatur: & lien atræ bilis succo: ita renes seroso isto excremento gaudent. Renum autem operatio est fecerere & percolare serosum excrementum a sanguine. Atque hic renum usus est. Non solum autem renum, sed & singularum partium operatio medico est inuestiganda: quòd ex operatione labefactata cognoscatur, quæ particula morbo sit affecta: & ex modo ruinae operationis, quantum sit quæque affecta.

Quibus ex causis calculi oriuntur, & qua ratione pueris in uesica, adultis in renibus frequentius orti soleant.

Cap. 2.

OMnis affectus, quo ren laborat, quanquam Nephritis dicitur, siue is similis sit, siue instrumentalis, siue communis: proprie tamen Lithiasis id est calculi morbus, Nephritis appellatur. Sunt autem lapidis huius quatuor causæ. Efficiens, materialis, instrumentalis, & finalis. Nec operosum fuerit discere a rebus externis, lapidis concretionem, aut a frigore, aut a calore fieri: uelut in riuiulis & canalibus, cum caliditas, materiæ non expirante & uentilata, exoritur. cum aqua in aliquo canali substet, calor quidam præter naturam accenditur, quo dispergente id quod in aqua sic cœnosa partium erat tenuium, quod crassarum est partium in terram durefcit, manensq; in eo loco substantiæ lapideæ ex qua factus canalis est, adhærescit: & in lapidē sic colligitur. Subnectam aliud de eadem re notum exemplū. In lebetē generari lapides sæpe compertum est aquæ parte, quæ tenuis fuerat, dissoluta, manente alia, quæ crassa & terrena est: ea enim lebetis uel alius aris corpori affigitur, & lapidefcit. Verum in nobis lapidem frigus non parit: neque enim fieri potest, ut uiuo corpori tantum frigus accidat, quo concrefcere ualeat in homine lapis, quemadmodum fieri in externis uidemus: quo fit, ut a calore lapis in homine generetur, eoque uel uehementi, uel tepido. Nam si crassa materia est, sufficere potest tepida & moderata caliditas, & quæ naturalis est, ad firmandam & durandam terræ modo crassam hanc materiam: est enim crassities ad generandum lapidem singulariter accommodata: Sin tenuior est, uehementiori tū plane indigebit caliditate, siue naturali, siue præter naturã, qua durefcit in terram: si quidem

dignotione & medicatione.

133

Aquidem calor tenues materiæ partes euaporare facit atque ita, ubi ualuerit, lapidem cõformat. Ideoque simpliciter a calore fit in nobis calculus. Materialis causa est crassus aut glutinosus succus, uel utroque modo uitiatus. Instrumentalis causa est ren, aut uesica, uel pars alia quæ generando lapidi sit opportuna. Finale causam haud aliam dicas, quàm lapidem ipsum. Sanguis qui in renes fertur, aut crassior seipso est, aut pituinosior, aut magis ad bilem atram, aut rufam demutatus: ferturque ad eos per uenas & arterias, uel in cavitatem, uel substantiam: eo delatus, si quãtitate, uel qualitate, uel consistentia excedat, astringitur, detentusque concipit caliditatem præter naturam: hæc caliditas præter naturam amplius eum densat, agglutinatur, & assat, assatumque ipsum in terram & lapidem commutat. Qui itaque arbitrantur in renum concauitate lapides consistere solum, cum per ruinae meatus transeunt, dolere laborantes dicunt: Qui uero in ipso renum corpore gignunt lapides arbitrantur, quo modo & in arthriticis nodi gignuntur: non solum cum pertranseunt, sed & quando generantur, & quãdo renum concauitatem subeunt, dolere laborantes asserunt. Sed fieri utroque modo lapides posse nobis satis persuasum est, cū succus tenax & crassus tempore aliquo assatur in ijs atque exiccatur. De monstratum est enim in commentarijs de facultatibus naturalibus renem trahere ad se quicquid in uenis serosi & tenuis cum sanguine permixtum reperiatur. Si quando igitur meatus, qui in renis uentriculum illud transmittunt, latius aperiantur, crassius una aliquid colatur: quo calefacto & exiccato in renis cavitare, lapidosam consistentiam assequitur. Quamobrem si uirtus segregatrix ipsius renis id omne in urinis expulerit, arenosum in ipsis sedimentum proueniet. Si infarctum id & solutum difficile sit quod renis cavitare suscepit, ad eum aliud adhuc non absumibile ex caua uena immixtum deinceps colligitur, & augetur (circunlinitur enim semper quod affluit ei quod iam adest) itaque lapis non adeo, contemnendæ magnitudinis exurgit. Quod certe ut facilius fiat, renum temperatura iuuare potest haud mediocriter, si calore naturali hæc cœu feruens & acris fuerit. Atqui si foramen & meatus, qui ex uena caua in renem peruenit, fuerit rarefactus, & sanguis humens, neque crassus neque glutinosus: tum urina fiet cruenta. Cum itaque ex sola pituita tenaci & crassa porosorum & lapidosorum corporum, quæ in renibus coguntur, substantia couerit: color inesse solet, quem cineritium nominamus: nõ absumibilem lapidi, què fieri in aquis sponte natis, quæ *εὐροποιῖς* græce dicuntur, uidemus. Hæc nanque, si tepidiores sint quàm pro temperatione, tophos uidentur producere: neque alij causæ acceptum feremus, quod pueris in uesica lapides generentur, ætate uero florentibus in renibus. Quippe cum actiones naturales in pueris sint omnes fortes, fusa est in eis & dissoluta succorum crassities. Contrario modo se habent qui ætate processerunt: nam actionibus in hisce debilioribus coacta est crassities succorum. Apparet uero in externis id quoque, cum uidelicet quæ crassa naturam habet, per tenuia foramina trajicere institutum sit, quæ nanque fusa calore sunt & colliquata, transire ocyus, uidemus: quæ uero liquata non sunt, traiectioni resistere. harum materiarum exempla nobis sunt pix, resina, adeps, cera, & mel. Cum itaque in pueris calidum innatum abundet, & fortes sint actiones: crassitudo materiæ diluta in renes delabitur, indeque facilius in uesicam transit, non parum etiam adiuuante ad transitionis celeritatem ipso actionum robore. in uesica autem existente frigida (membrana est enim paucique sanguinis, & ampla intus capacitate) rursus consistit, densaturque ad eam crassitudinem, quam paulo ante monstrauimus: consistentiæque principium sumit, si diutius in uesica cõmoretur. Ipsa siquidem glutinosa credibilis est ab innato puerorum calore facilius subigi, atq; ideo magis uniri, consistere, & condensari. Adijciamus si libet, puerilium urinarum crassitudinis causam, quæ certe alia non est, quàm puerorum uoracitas, & mouendi excessus mox ab alimento assumpto, dum scilicet pueri ferocunt & ludunt. In lactentibus autem ipsa etiam materia plurimum facit: in adultis enim qui cafeo & similibus rerum esu delectabantur, lapides in uesica & renibus fieri cognouimus. Idcirco lithiasis uesicæ, puerorum est morbus. Haud enim potest, uesicæ collum tam angustum, in maioribus corporibus esse, ut humorem crassum remoretur. Attamen ne putemus solum hoc sufficiens esse ad lapidis generationem, nisi calida intemperies eodem accedat: quæ calorem ignitum habeat, non temperatum aut modicum. In puellis ceruix uesicæ dehiscit in membrum genitale, & breuis simul est & lata, ut nullo labore crassa per eam ipsa meient, quæ in urina feruntur: quæ dum pueri retinent, quod sæpe fit, & propter longitudinem & angustiam ceruicis uesicæ, materiam uesicæ æstuationi præbent ad calculi generationem.

Indicia quibus calculi & reliqui renum affectus deprehenduntur.

Cap. 3.

Signorum alia sunt, ut ita dicam, scientialia, alia artificialia, alia propria. Proprium signum est, quod certe, nulloque medio morbum ostendit, in renibus nempe lapidem: ut cum arenæ in matu, la subsident, tunc plane ostenditur lapidem in renibus esse: signumque hoc constans est & proprium. Quoniam uero affectus quidam complicantur, dicemus quoque de signis communibus. Cum lotium quod excernitur, sanguinolentum est, signum id esse commune poterit, uel quæ uasorum apertio sit, uel ruptio, uel erosio, uel imbecillitas, uel dilatatio, uel aliud quicquam eiusmodi. Quoniam ruptionem, exquisiti & confertim egesti sanguinis uacuatio sequitur. In apertione paulatim fertur, & sanguis tenuissimus emanans cruentam urinam efficit. Si quocumque tempore & momento sanguis egeritur, imbecillitas uasorum est: Sin unã cum sanguine, aliæ quoque crassitudines excernuntur, dilatatio. Sin sanguis sit aquosus, manifestum est certumque, lapidem consistere. Sin sanguis qui excernitur sit crassus,

sus, manifestum est ipsius crassitudinem uiolenta coactione in lapidem esse abituram: si (ut fit) in ea san-
 guinis uacuatione frigidam exhibeamus, ut uena atque arteria coarctetur & conuincat, nec amplius
 sanguinem ullum in renes ingerat, qui cogi istic possit. Fit enim proculdubio in hisce sanandis error: nã
 uenam coarctant frigida, ut alium sanguinem inferre non sinat: uerum ea ratione fit, ut sanguis in reni-
 bus commoretur. Proinde si frigidam exhibeas, uenam comprimes quidem, ne sanguis deferatur: sed
 qui renibus illatus iã est, mox indurabis. Ex stupore cruris quod a rene secundum lumbum porrigit-
 tur, cognoscere poteris quis ren laboret, nam si dextrum crus stupor occupabit, dexter ren ægrotat: sin-
 læ uero, sinister. Est uero stupor, sentiendi & mouendi in particula difficultas: qui fit in crure, quia uena
 quæ ad inferiora demissa est, triplici ramo diuiditur, quorum unus cum arterijs ad testiculos uadit, &
 uasa seminalia: alius renes ingreditur: tertius ad crura porrigitur. Cum igitur in renibus lapis genera-
 tur, una tum afficitur uena quæ ad crura descendit: sunt enim ambæ ab una sobole cauæ uenæ, quam
 inferis partibus natura distribuit. igitur uena quæ ad crura porrigitur, repletur: qua repleta, stringun-
 tur neruus quandoque aut musculus. cum stringitur neruus, animalem spiritum ad crura non trans-
 mittit, unde sensu crus priuatur, & prouenit stupor. Porro ex testiculo quoque [secundum lum-
 bos] retracto, scire possumus renem esse affectum. Si nanque dexter testiculus retrahatur, dex-
 trum pati renem argumento est: si sinister, sinistrum. Nam a iecore & corde uena & arteria ad re-
 nes procedit, quæ in eorum cauitatem inseritur. uasa autem seminalia ad testiculos feruntur. Quando
 igitur lapis in renibus generatur, uena illa & arteria distenduntur, & seminalia uasa quæ ad testes per-
 tingunt, atque ita per compassionem testes retrahuntur. Tradunt aliqui, uehementis doloris ratione
 uigilias uomitum excitare. debebant itaque podagrici, lippientes, & qui uehementi dolore, & uigilijs
 exercentur, uomere. Sed ea de causa hi non uomunt, immo propter posituram renum: ij nanque positi
 sunt secundum spinam post intestina & uentriculum: quapropter facta in renibus uiolenta quadam di-
 stensione, per copulas affectio ad intestina & uentriculum digreditur, indeque affectio ascendente,
 sequitur subuersio. Quoniam uero cum lapis subest, quædam ueluti titillatio oritur, naturaque ad eius
 quod molestat expulsionem stimulat, ideo spiritus occurrunt: quibus irrupentibus in fistulosam
 pudendorum partem, ipsam immaniter contendunt. nam in omni motione naturali sanguis & spiritus
 concurrunt, qui sunt naturæ uehiculari. Cum uero demonstratum sit cor, iecur, & renes in concauitate
 non sentire, in superficie autem sentire (quoniam in superficie nerui sentientes feruntur, in concauita-
 te uero nulli sunt) quomodo hæc dolorem perferunt? An quia grauatur cauitas, ideo dolor exur-
 git: extenditur nanque membrana quæ foris est, undique, quod cauitas interna sit repleta, & sic exten-
 sa membrana dolorem facit. In renem itaque substantia dolor itidem generatur, quando concauitas
 ex lapide grauata est, & circumtenditur, profertque consensione dolorem in superficiem: quippe quæ ner-
 uos sentientes habeat & membranam. In meatibus autem urinæ, ut qui neruosi sint & sensibiles, dolor
 fit sæuissimus. Dolor præterea uehementissimus fit in renibus, propterea quod eorum cauernulæ non sunt
 latæ, sed angustæ, & renes ob firmitatem substantiæ non diducantur ut uesica. Eadem causa, renum la-
 pides magna ex parte minores sunt, æquales, & molliores, utpote qui diurni non sint. Qui calculo la-
 borant, his primo urinæ sunt aquosæ: cum enim sit obstructio, ceu per cribrum effluunt, post arenosæ.
 demum calculi excernuntur, cum dolor cessauerit. Sicut in mulieribus parientibus ad fœtus egre-
 sum partes dilatantur: ita hic uiolentia, renum substantia fatiscit, & egreditur lapis. cum ad renem caui-
 tatem subit, in membrana, quæ istic substat, quoniam facili sensu est, dolorem mouet uehementem: &
 multo magis cum meatus urinæ ingreditur, propter angustiam & sensum eorum. quantisper enim in
 renem corpore sistitur, non multum sollicitat, quoniam, ut diximus, eorum substantia sensibilis non est.
 Sape nanque præ magnitudine in collo uesicæ detenti lapides in extremum periculum doloris acumi-
 ne patientes agunt, nec uias sinunt excerni. Vidi ego quendam, cui per alias uias elapsus in uirillum
 extremitate lapis hæserat, minimumque absuit quin urinæ difficultate, & dolore acutissimo homo inte-
 riret, nisi angusto tandem forcipe eximere potuissemus, sectionem per longum superne moliti. nã uri-
 næ meatum, nisi urgeat magna necessitas, incidere nõ oportet, ne fiat fistulosa pars ea, & urina profluat.
 Inuenias tamen qui dolorem non habent, nec sanguinem mingunt, quibus meatus in renibus conge-
 sti non sunt. At tenues arenulæ haud magno negotio quidem excernuntur: quod qui faciunt, nec ægro-
 tare se putant, quando dolorem nullum sentiant. Verum nihil est hac in re contemnendum, cum tem-
 pore omnia grauiora reddantur. Lapides & arenulæ colore differunt, tum ob caliditatem, tum ob ma-
 teriam: nam ut quidque illorum longiori tempore retinetur, ita rufum, flauum, rubeum, aut nigrum effi-
 citur. Haud aliter & a succis fiunt lapides & arenæ, colore uel sandarachæ simili, uel nigro, uel palli-
 do, uel alio aliquo colore pro succorum uarietate. Fiunt autem lapides in concauitate renum, in eorũ
 substantia, & ubicunque fieri commode possunt, aut parui, aut maiusculi: interdum pauciores, inter-
 dum plures. Differuntque magnitudine, figura, colore, asperitate, & multitudine. Nigros siquidem in-
 uenias, & subalbos, & pallidos. Ac rotundi, lenes, & parui, facile excernuntur: maiores, uel aliter figu-
 rati, & maxime oblongi & asperi, difficulter. Arenulæ uero prodeunt & egeruntur dum fiunt lapides:
 cum facti sunt, haud fieri potest ut efferantur, quia in lapidem sunt coacti, nisi natura ipsa ultro conte-
 rat & excernat, uel ars per medicamentum tritorium naturæ auxiliata, conterat & euacuet ipsas. Ne-
 mo uero ignorabit colicum & renum affectum unã plerunque incidere. Deprehenduntur tamen pro-
 prijs

† In præmissis
 est xax' i'v. d.
 secundum pro-
 cesionem uel
 rectitudinem.

Aprijs signis: nam alius exonerata colicis medetur: nephriticos quoque a principio mitigat. Etiam ali-
 qui dederunt medicamentum quo alius subducta est, & dolor cessauit primo, secundo, & tertio die,
 quarto prodijt lapis. Cum autem simul inciderint renum & coli dispositiones, mutuo particulas com-
 municat intensioe & remissione: tendunt enim ob cõtinuitatem partes haud aliter quàm funiculus:
 & neque superne ructus ullus, neque infra flatus quispiam exit.

Calculi & reliquorum renum affectuum curatio.

Cap. 4.

Sicut ægrotus eos ingessit, aut semicocti, uel succorum multitudine corpus grauatum habeat: oportet
 ante aliam curationem, uel potius mitigationem, nisi quicquam impedimento est, uomitum prouo-
 care. Mox si in intestinis excrementorum superfluitates fuerint, per idoneos clysteres extrahere, mo-
 do nihil obstat. Postea si totum corpus plenum fuerit, considerare quisnam humor sit, qui ipsum reple-
 uerit. Atque si sanguis is est, euacuationem instituere, oportet, cum nihil impedit: minorem tamẽ mul-
 to quàm plenitudo desiderabat. Quid ita? quoniam lapidem non plane statim eximere possumus, po-
 tissimum cum magnus est: ideoque oportet pleniorẽ sanguinis euacuationem cauere, propter con-
 sumptionem, quæ tempore adhuc aliquo in corpore futura est. Sin quatuor humores abundauerint,
 B potius uena incidenda est ante purgationem, quàm purgandum ante uenæ sectionem. Quoniam si per
 sanguinis missionem corpus prius uacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, uenas & arte-
 rias, & inanes corporis regiones inuenit non opletas: quo fit, ut absque ullo impedimẽto in totũ cor-
 pus dimanet ad attrahendum succos, facillimeque fiat eorum euacuatio per uasorum spatia & fusionem
 tenuitatemque succorum. Nam si uasa sanguine repleta sint, & purgatiuum dederis: non poterit propter
 plenitudinem in corpus differri: unde fit, ut substat, & nihil efficiat: aut si quicquam facit, male faciat.
 Ex Medico quidem purgans medicamentum: Ex natura uero totum negotium pendet: hæc etenim a
 purgante medicamento excitata, facultatem segregatricem aduocat, qua segreget inutilia ab utilibus.
 ac utilia quidem retentrix facultas detinet: inutilia uero expultrix facultas expellit. Non oportet autẽ
 simul uenam secare, & purgare: uerum prius sanguinem detrahere, deinde uirtutem pulchre refocilla-
 re. quoniam ipsa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur. medicamenta enim per seipsa nihil effi-
 ciunt. ideoque corroboranda uirtus est, ut possit natura uti purgatiuis exhibitis ceu instrumentis, atque
 quod decens est, perficere. Huc præterea accedit, quod unã cum sanguine multum e uitali spiritu excer-
 nitur: quo excreto refrigerat totum corpus, & opera naturalia deterius obeunt. Ea propter uirtutem
 prius refocillare oportet, deinde medicamentum purgans exhibere. Sed quia affectus renalis est, & ma-
 C teria ex qua lapis generatur, crassa, materiamque crassam sursum reuellere promptum nõ est, magis uero
 ad ipsius lationem spectantibus deorsum uacuare expeditum: ob id si ualida sit uirtus, uenam quæ in
 poplite est, aperiemus, uel quæ ad malleolos: sin imbecillis, uenam quæ est in cubito. nam si uirtute de-
 bili infra euacuabimus, retentrix facultas, quæ est imbecillis, non retinebit: sed uniuersa in præceps ra-
 pietur, & partem assiduo defluxu imperet, succis uidelicet in locum imbecillem perpetuo procumben-
 tibus. Quapropter cum firma uirtus est, conuenit ex uena, quæ in poplite est, sanguinem mittere: cum
 debilis ea est, reuellere ad superiora. Quam uero ob rem? Ne materiæ plus in renes deriuetur. Hinc est
 quod cum cibaria, pituita, & succum uomitu euacuauimus, tranquillitas quædam fiat & leuatio. Eij-
 citur nanque cibus & pituita, quæ uentriculum grauant: a uentriculo autem renes stringuntur & uring
 meatus. quo fit ut grauior sit oblatio. Sunt itaque primum ista diluenda, quæ stomachus excipies ceu
 debilior distendebatur & premebatur: quibus euacuatis leuatio sequitur, nondum tamen perfecta li-
 beratio. Vacuamus etiam per clysterem excrementa: ne colo & reliquis intestinis constrictis atque gra-
 uatis, unã quoque ren laborans stringatur prematurque, atque sic amplius doleat. Quod manifestum est,
 quia stercoreis obstructione renes plerumque exasperari cõpertum sit, enematis iniectione renalem do-
 lorem esse mitigatum: uel quod ab ea uacuatione re aliquis nõ sit amplius compressus: uel quod ex ster-
 D core nulli postea flatus prodierint: qui in renes impingentes, ipsos ut imbecilles comprimunt & exten-
 dunt. Sed neque sanguinem, neque alium succum plus æquo relinquere in corpore par est, ne multa hinc
 renis uasa distenta plus doloris concitent. Quæcunque enim uel dolent, uel calent, uel extenduntur,
 per uehementes & acutos dolores, ad se materias accersunt. Proinde doloribus siue repente, siue pe-
 detentim in renem incurstantibus ex commemoratis iam causis, illico, nisi quid prohibeat, aluum deco-
 cto aliquo eluamus, caricarum, foenograci, aristolochiæ, & similium, ac, si uacuatum satis est, bene uer-
 tit: sin minus, bis, ter, aut amplius uacuandum enemate est, sed ex eorum decocto quæ cõducibilia sunt,
 & familiaria naturæ ægrotantis, ne angantur grauenturque: renes & uias urinales. Postea quã autem alius
 fatis excreuit, iniicienda sunt, quæ urinæ uias dilatant, renes laxant, calculum deprimere, & morus mi-
 tigare queant. utilis ad hæc materia est oleum anethinum, in quo eliquatus sit gallinacæus adeps quàm
 recens: maxime uero phasiani adeps, uel butyrum recens, aut similium aliquid. Quæ si in promptu
 nõ sint, foenogracum, & altheæ uel radicem uel semen, aut similium aliquid decoquentes oleo iniicie-
 mus. Nam hæc omnia uias dilatant, & lapides deprimunt, nec non doloris uehementiam mitigant. Sed
 horum usum frequentius assequitur is, qui exploratum habet naturalium facultatum firmitatem: im-
 moderata nanque emollitio & laxatio uirium robur exoluit: quod solatur, & perfecte curat uniuersa-
 rum dolorem. Post uomitum autem & enemata, conferet locum qui affectus est, fomentum humectan-
 tibus

tibus & relaxantibus delinire, quantisper lapis in rene hæret: ut interim tamen curemus, ne, ut dictum est, iam est, ijs abutamur. Huc faciunt etiam cucurbitulæ, quæ sæpe lapidem celeriter adeo transferunt, ut subitam eius mali leuationem possint comparare, lapide nimirum in locum ampliorem translato, quapropter supra arenibus iniriū faciendum est, procedendumque ad inguina per obliquam ilium positionem, quo loco frequenter dolores incedunt: quod cum institueris, nihil est utilius quam partes eas in laborantibus prius calcære, postea cucurbitulas admouere: alioqui lapis sicubi maior fuerit inuentus, arctius figitur. cumque uolentius urgeatur, nonnunquam periculum haud mediocre doloribus accersit. quare fomentare iam nominatis infessionibus proderit, si mali communicatio ad pudenda usque processit, atque id cum fœnogræco, althea, semine lini, anetho, gummi, & similibus, aqua diligenter incoctis & dulci oleo infusis. Conducat etiam emplastrum ex triticea farina, aut hordeacea cum lini semine, & fœnogræco, & melle, & oleo anethino, & glaucino: quæ cū decoctione prædicta elixabimus, inspergites in ipsa cataplasmatibus ebullitione, radicem altheæ pulcherrime rufam, & cribro discretam, terebinthamque; resinam cum definit feruere decoctum, aliquibus adiectis seminibus, quæ flatu distentiunt, siquam subesse inflationem intelleximus, ut sunt anethi & apij semina, fœniculum, ligusticum, & alia id genus, pro laborantis temperamento. Fiet autem cataplasma optimum ex lupini farina decocta cum musto, si a decoctione peucedani radicem minutissime leuigatam admisceamus & chamæme **E** lum. Bonum etiam fuerit panem musto incoquere, & cataplasma inde lumbis imponere & ilibus. Nec minus proderit uescam & partem sub umbilico cataplasmate confirmare ita, ut crebra permutatione alia atque alia subinde admoueamus, priusquam refrigeratum sit primum quodque. Sin illud non liceat, tepidum possumus alio, ne refrigescat, quod impositum est, fouere: quod fiet si pro fomento cataplasmati aquam calidam in uasæ testaceo uel æneo imponamus. Post alui uero & supra & infra, sicut diximus, euacuationem, phlebotomiam, purgationes, fomenta, infessiones, si dolores adhuc perseuerent, uti lotionibus conuenit dulcium aquarum. Aliqui enim uel ante uenæ sectionem & reliquam curationem, balnea admiserunt, propter doloris immanitatem: Aliqui, si nihil esset, quod urgeret, post sanguinis missionem & curationem reliquam. Balnea sane humectant & calefaciunt euestigio: calida siquidem aqua lenitionem affert cum calefactione: In quam tamen qui frequenter se dimittit, inescatus lenimeto doloris, quod lotio præstat, corporis uires exsoluit: quarum est, quicquid corpus infestat, propulsare. Eam ob rem cum cessauerit dolor, auferenda balnea sunt, & fomenta adhibenda: sed ex medicamentis, quæ patientis naturæ sint accommodatissima. Ceterum si excessu doloris homo periclitetur, commodius erit stupefacientibus succurrere: nam aliter ea nunquam usurpes, quippe cum dolorem non sedent, sed sua temperatura sensum auferant, ipsumque fallant: quæ dispositio postea **G** multam curam requirit. Quod si spiritus aliquis crassus, qui unâ cum calculo morbum exasperet, suspectus nobis fuerit: prædictis fomentis & cataplasmatibus admiscebimus, quæ digerendæ inflationis naturam habent, sicut rutam, anethum, nigellam, & hoc genus alia, diligenter attrita, post perfectam ebullitionem. Sed eadem ad fomenta & enemata aquæ incoquimus absque contusione. Verum si omnibus his peractis adhuc lapides fixi permaneant, a multis cibis atque potionibus laboratam abstinemus, & ijs, quæ ipsius naturæ sunt minus conueniunt: ne uenter repletus, grauatus, inflatusque ciborum succorumue aut flatuum copia, repletionem hac renes premat, & uolentia prosequatur. Sint uero quibus utitur omnia modica, & laborantis naturæ tum qualitate, tum quantitate accommodata. Veruntamen si laborantis natura calidior esset, & fitis uehementior, uacuo prius toto corpore & ab excrementis repurgato, si qui frigidam bibere essent consueti, & phlegmone nullum uiscus laboraret, nec esset imbecillitas: frigidam sæpe copiose exhibuimus. renibus ita corroboratis, euestigio lapidem impactum expulerunt. In corporibus autem plethoricis, id est quæ succorum quatuor multitudine æqualiter redundant, & excrementosis, & in quibus uiscus aliquod debilitate affectum est, & ea forte alijs, frigidæ potionem cauere conuenit. Ceterum si & post hæc omnia, quæ diximus, lapis adhuc firmiter resistat, utendum est medicaminibus quibus conteratur, quæ tepidam facultatem habeant. Nam calida urinæ **H** prouocantia indurant lapidem: quæ uero tepidam uirtutem habent, paulatim comminuunt lapidem, nec eum duriorum reddunt: eiusmodi sunt damafonium, petroselinum, polytrichon, & his similia. Sed forsitan dubitaret aliquis, quomodo lapidem possint comminuere, quæ tepidam facultatem habent: Cui nos respondemus. Lapis ille cum ab intemperie & ualido calore sit factus, ob id merito exhibemus, quæ uirtutem tepidam obtinent, ut quæ contraria ijs sint, a quibus lapis est effectus. Sic enim multo tempore attenuamus, conterimus, & superamus ipsum. Quippe tepida, ceu minus calida, sunt ualde calidis contraria. Diureticis ergo & ualde calidis uti non poteris, ne crassam materiam eo pacto indures, & in lapidem celerrime commutes. Cum uero lapis nondum constitit, neque magnus est, sed tantum obstructio fit ab arenis, uel calidis & tenacibus succis: tunc calida secure porrigas, & quæ obstructiones aperiant, haud ueritus ut lapidescat materia. Cum nanque arenæ sint, quæ obstruunt, si porrigas, quæ aperiant, & calida, qualia sunt, medicamentum ex aniso, ex pipere, apium, phu, & similia ali-quid: euacuabis & dissolues eas.

De ratione præcauendi ab affectibus renium.

Cap. 5.

AD prædicta uero breuiter delibandum est, quomodo quis se a lapide præseruet, ne qui iam curati sunt, eos noua lapidis generatio rursus perturbet. Quoniam autem eorum qui calculo infestantur

Astantur, sanabiles sunt alij, alij minime: In præseruando maximi sunt momenti ciborum moderatio, & bonæ coctiones. Satietales enim & cruditates hunc morbum non exacerbant modo, sed etiam pariunt, ubi nullus erat. Quapropter nihil est feruens ingerendum, quod renes possit & uescam calefacere. Nec minus cauendum a cibis est, qui duram substantiam habent, & qui ægre diuiduntur: quique substantiam habent pleniorum, & qui multum nutriunt, tum qui celeriter in corpus distribuuntur ante perfectam concoctionem: item qui innatant, difficulterque descendunt, & inflant, ac uias obliant, aut aliter corporibus adhaerescunt pertinacius. Nam uentriculus talibus alimentis grauatus, cruda hæc ad iecur & renes detrudit: incoctum autem alimentum a uentriculo confertim illuc expulsum prauè excolatur, atque cum tumultu semel atque iterum per renes transiens, in lapides concrefcit ob renis diuturnam percussione. Sed ad uictus rationem transeamus. Vinum itaque sit tenue admodum & album, non ualde uetus: dulcia uero & nigra uina calculosis sunt inepta. Aqua uero in uniuersa uictus ratione sit purissima & purgata: nam fluuiales, palustres, & omnes aquæ stagnantes, quæque segniter fluunt, & non commouentur, omnes generare lapidem possunt. Atque, ut paucis de omni uictus ratione præcipiam, in frigidis & carnosissimis, diæta sit plane extenuans: in calidis & gracilibus media sit inter extenuantia & crassifacientia. Ab aliorum omnium saturitate cauere conuenit, & præcipue dulcium, & caseaceorum nutrimentorum, & crassorum, & tenacium, & pinguium. Cruditateque ideo aduersissimam esse putandum est: in quam si calculosorum aliquis incidat, somno diutius aut quieti profusus indulget: præcordiaque proprijs manibus calfaciat, donec concocta rite omnia sint, & infra subsidant. Locis temperatis & in aere puro fiant exercitia ab his quibus liberum tempus est. Irascantur interdum. Deambulationes & exercitia laborantis naturæ conueniant, est enim desidia in primis noxia. Sit alius soluta assidue, modo ne instet aliud quippiam, cum nanque hæc probe excernit, urinæ profluent libere. Vnctionibus si oportet uti, quando oportet uti, sint quæ contra locorum iniuriam queant corpus comminere: ut sunt rubrificaciones, propaces, & quæ ex sinapi sunt. Aquarum etiam sponte natarum, usus prodest, cum nihil prohibet. Considerare etiam accurate debes de sanguine mittendo cum tempus adest, si corpus sanguine plenum uideatur. Exundans enim nisi euacuetur, confluet in partem imbecilliorum. Sed purgatione uti præstiterit in his qui malis succis sunt repleti. nam eos qui inordinate degunt, & succum crudum in superiori uentriculo multum colligunt, a cœna frequenter uomere facito, nisi sit quamobrem prætermittant. Post prouidentiam, quæ toti corpori adhibetur, offerre conuenit medicamenta, quæ renes purgent: sicut quæ obstructio nes aperiant, quæ urinas crassissimas, uiscosas, foetidissimas, & multas, a uenis, renibus, urinæ meatibus, Catque uescica educunt: quo numero sunt radicis cardui decoctum, & alia prædicta. Sæpe etiam magno usui sunt, quæ urinam mouent. Hæc ut omnes homines communiter moneremus, non ut exquiritam disciplinam traderemus, sunt a nobis exposita. Quamobrem tibi gratia est habenda, quoniam per te sunt omnia tradita. Porro constat ab unica dispositionis indicatione, parari perfectam & exquisitam curationem non posse: sed indigere nos alijs adhuc, quæ ab eo genere non sint aliena. hinc est, quod comonefacere de illis etiã aliquid operæpretiū putemus. Variatur enim medicatio pro diuersis causis, aratibus, locis, anni temporibus habitibusque & dispositionibus, moribus & consuetudinibus, temperamentis, sensus facilitate & difficultate, partium differentijs, positionibus, alijsque id genus compluribus. quamobrem opus est optimum Medicum diligenter id nosse, quod secundum naturam est. Qui nanque id, quod secundum naturam est, exquisite perspexit celerius cognosceret id quod est præter naturam. Neque enim prædictæ causæ solummodo medicationem uariant, sed proprij quoque naturarum modi, propter quos medicamenta, uel plurimum probata sæpe nihil conducunt atque fallunt. quapropter obseruare conuenit. Et nisi curationi obtemperent, uel ob naturæ proprietatem, uel affectus apparatus, uel aliud quippiam: his relictis, ad alia quæ utilia plane sunt, transire necessarium est. Id quod faciendum non tantum in medicamentis est, sed & alijs omnibus tum **D** auxilijs, tum uiuendi institutis. Verum memoratas hic proprietates, aliaque complura, quæ dicta non sunt, non omnes qui ad medicinæ sacraria accesserunt (licet sint alioqui argutissimi) sed qui semper ægris assident, & explorabunt naturæ motus, assequentur. Proinde si ob latentem aliquam & propriam causam, artificiali cuiusquam coniecturæ, medicamenta non respondeant, oportebit propter, urgentem uehementiæ necessitatem, ad ea quæ ueteres obseruatione tradiderunt, & quæ a tota substantia operant, descendere: Ea dico, quæ experimento, & exercitatione irrationali sunt reperta: quod genus sunt passer troglodytes, leporina pellis combusta, sanguis hircinus, & alia infinita tam simplicia quam composita medicamenta. Quorum multa abominanda sunt, quæ exercitatio irrationalis inuenit: uel natura, uel fortuna quadam, uel obiter non data opera, uel imitatione, uel infomnio, uel oraculis, uel traditione, uel alijs quibusdam, ex quibus empirice constat. Quæ omnia cum ratione indiscussa nostro tempore sint, non ponemus magnam in eis fiduciam, quia modum utilitatis illorum ignoramus. Quod si aliqui cogente aliqua necessitate adhibeamus non debemus his abuti, ne quemadmodum abfque comperta & manifesta causa iuuauerunt, ita uicissim offendant. Qui nanque uolet esse præclarus Medicus, & ratione quæque, non temere agere: circa qualitates effectrices, & operationes debet uersari, & in eis fiduciam ponere: quippe qui sic methodo compertum habeat calidi & frigidi, humidi & sicci effectus, item acerborum, austerorum, acidorum, dulcium, salforum, amarorum, acrium, & **omni**

omni qualitate carentium. nec ignoret, quem effectum præsent, quæ crassarum sunt partium, quæ tenuium, quæ obstructions aperiant, quæ attrahunt, quæ emplastica sunt, & alia quoque sigillatim. Enimvero ut plurimum ratio constat lapides conterentis materia, has uti magis decens est, quam quorum ratio cognita non est, ueluti damafonio, petroselino, polytricho, & similibus his uirtute, quæ fibratiora etiam eo sunt, quæ tepida facultate consistunt. Verum si tandem calibus ita deploratis, & hæc frustra admoueris, non absurdum erit nos Christianos (sic deo rem committas) ad maxima nostra & uere arcana confugere, quibus, id quod & confiteor, non corporis solum affectus, & a quibus omnes Medici desperarint per sanari: sed omnes etiam animi passiones funditus extirpari. Reliquum sermone ad te peculiariter, tanquam hypothetum conuertam.

De alimentis quæ calculorum morbis conueniunt.

Cap. 6.

Cum multa sint, quæ restaurare sanitatem possunt, mihi ab alimento necessario incipiendum uideatur: nam alijs auxilijs non semper utimur, sed alimento carere nullum animal plane potest, siue ualeat, siue ægrotet. Quoniam uero tutior est & compendiosissima uia ad affectus leuationem unica uicibus ratio: quando quidem aliorum medicamentorum abusus & permutatio, sicut comperi, multis sæpe non leues morbos pepererunt: tu animæ meæ sol, qui calidius es & humidius temperamentum sortitus, & ætatem puerilem, uiresque non ita robustas, habitum gracilem & rarum, & facile insuper ad percipienda incommoda sensualem: Ob temperaturam, ætatem, habitum, & raritatem, assumere debes horum qualitati similia in nutrimentis ciborum & potuum, & quæ ualeas concoquere: Ob debilitatem autem uirtutis pauca, & eo sapius: pauca quidem, debilitatis uirium gratia, nã onus ferenti conueniat oportet: sapius uero, quia necessitas urget. Athletæ enim, uiatores, milites, & omnes qui ualida exercitia obeunt, modo ualeant inculpare, abstinere a nullis debent, uel cibus, uel potibus, quæ ad manum sunt, uel quæ occasio præstitit, quia uti ijs oportet, quæ est necessitas elargita. Quibus non solum uiuere ita licet, sed & his qui negocijs urbanis plurimum distrahuntur, & patroni aut uindictæ propugnandis clientibus negociosius degant. Tu uero, qui nunc tui iuris es, hyeme comedes plurima. plurima dico non ad tuas uires, sed aliorum anni temporum respectu. Quemadmodum & Hippocrates artis nostræ princeps inquit: Aestate & autumno cibos difficillime ferunt: hyeme facillime. uer secundo loco est. Idem rursus alibi ait: Ventres hyeme & uere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his itaque temporibus alimenta plura tribuenda sunt: siquidem calor innatus multus est, ideo pleniori alimento indigent. Indicio sunt ætates & atletæ. Bibes autem aliorum anni temporum comparatione minimum. Debetque potus esse album & tenue uinum, quod admodum uetus non sit. Sed & obsonia hoc tempore assa debent esse ut plurimum. Utendumque oleribus & leguminibus tum parcissime est. Et hæc omnia magna ex parte calida & sicca non propter temperiem ætatemque tuam assumes: sed propter intemperiem, quæ ex anni tempore frigida & humida est. Post ubi uer aduenerit, potus uberior, diluitorque parum conducet, & esculenta molliora paucioraque. Quin & obsonia ex assis ad elixa commutabis, oleraque nonnunquam assumes. Verum ad hæc ab illis non subito, sed paulatim tibi transeundum est, ne uniuersa illa & subita mutatio comparet offensam: sicut traditum ab Hippocrate est. Plurimum atque repente euacuare, uel replere, uel calfacere, uel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum: quoniam omne nimium est naturæ inimicum: quod uero paulatim fit tutum est, cum alias, tum uero cum ab alio ad aliud transitur. Vberiore uero & aquosiore potum præcipio: nõ plurimum, neque aquosissimum. Plurimum enim & aquosissimum astate bibitur, quod tempus hyemi plane contrarium est. Verum autem sicut medio loco est inter hæc duo extrema, ita mediam quoque rationem uiuendi requirit. Hæc autem uiuendi ratio tibi conducit non ob anni tempus solum, sed ob tuam etiam temperaturam atque ætatem. Et hunc in modum, uerno tempore te geres. Alijs autem anni temporibus paulo diuersius, non propter ætatem tuam & temperaturam solum, sed & anni temporum intemperiem. Sicut uero anni temporum differentiæ non eandem uictus rationem demonstrant, ita & corporis habitus. Carnosos siquidem & molles, frigidisque & humidos, ut plurimum siccius alimentum confirmat: qui contrario modo se habent, contrarium. Tibi itaque, quia medio es & temperato habitu, maiori tempore uictus ratio temperata conueniet. Quæ nanque secundum naturam sunt, ut plurimum similibus indigent: quæ præter naturam, contrarijs. Puerorum temperamentum calidum est & humidum, cum non possit auctio & conformatio in alia temperatura fieri, quam puerili. Ob hoc igitur familia te oportet & multa nutrimenta usurpare, ut multa & uaria concoquere assuescas. Quippe hac ratione natura uentrem & iecur ampla & capacia formabit, & alias unã omnes partes. Quod si quando tibi plus humiditatis quam pro sanitate conueniat, aderit, siccat tamen non ut alij debes: propterea, quæ auctioni nihil æque aduersetur ac siccitas. Hac de causa uitanda tibi sunt quæcunque exiccant, calefaciunt, & extenuant. Atque hic modus est quo uitam instituas, ut tua natura ualeat inculpatius. Senes autem propter membrorum quidem duritiem, frigidi sunt & sicci: propter excrementa uero frigidi & humidum. Itaque ipsi partium quidem solidarum frigiditate, contrariorum contraria postulabunt (nempe frigiditatis calefactionem) in cibarijs poculentis & reliqua uiuendi ratione: euacuationem uero illis ipsis accommodam, propter eadem excrementa. In his paucum nutrimentum desideratur, ob uirtutis imbecillitatem, id quod est ab Hippocrate traditum. Qui crescunt, plurimum habent innati calidi. plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumitur. Senibus uero parum innati caloris inest, paucis propterea

Τὴν τὴν καλὴν
καὶ τὴν περιστασίαν
καὶ βίον.
Secunda. 39. h.

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

A propterea fomentis indigent. Et rursus: Senes facillime ieiunium ferunt. Panes differunt materia, fermentatione, & ratione coquendi. Materiae differentiæ sunt quatuor: ac primus quidem σιλιγίνης græce, id est siligineus, nominatur. secundus σιμιδωλίνης, latine similigineus dicitur. tertius αὐτόσπυρος, quem συγκόμισον quoque Græci nominauerunt, quod ex farina uniuersa comportata, non discussis furfuribus, constat. quartus σπιρπίτης, ac si furfuraceum diceret latine. Horum nos incommoda atque effectus edocēbimus. Plurimi est alimenti siligineus, qui & diutissime in corpore moratur, & efficacissimus est. secundum locum obtinet similigineus, inferior his est syncomistos, ita ut haberi medius possit. omnibus infirmior est furfuraceus. Tibi uero, unicum mihi caput, cum uales, commodissimus siligineus est: cum renum morbus infestat, quod nolim, dum laboras ab hoc abstinere: & si te moueat edendi desiderium, furfuraceis uti mediisque tuto poteris. Nam conducibilis tibi esse genus hoc potest, nisi prohibeat aliquid, quia pauci nutrimenti est, & in uentre facit excrementa, quibus ad excretionem descendit expeditus: astringitque non nihil ex furfuris natura, quam obrem ocysus deicitur, intestinis ad expulsionem irritatis. Quando in hoc affectu nihil perinde conducit, atque uentrem semper lenem & solubilem habere: cum. n. probe is subducitur, urinae possunt puriores proferri. Panes reliqui, maximeque siligineus & similigineus, contrario modo aluum retinent, quia difficulter secernuntur. Et hinc est, quod iecoris & renum obstructions pariant: tamen si alibiliores sint & magis corroborant. E uolucibus laudatur, quæ mediam quandam materiam præstant extenuantium & crassifacientium: ut sunt perdices, attagines, galli, gallinæ, columbæ, phasiani, passeret, & ante alias, quæ turratæ nominantur. hæc nanque habet naturalem efficaciam. E terrestribus optimi succi est caro suilla, & hominibus maximopere familiaris, maximeque tum nutritibilis, tum corroborans: sed glutinosum quiddam habet & crassum: ob id qui diutius ea uictitant, iecoris & renum obstructione corripiuntur: eoque longiori ab ea interuallo abstinendum. Paruorum autem porcellorum carnibus si parum, & assidue utaris, nihil offendit. Ceruinam carnem uitabis, quippe, quæ dura sit, concoctu difficilis, & melancholica. Ouilla carne utilius est ex interuallo uti, quæ excrementosa sit & mali succi. Agnorum uero hædorumque carnibus quoties libitum fuerit, uteris. Ex aquatilibus animalibus, pisces qui saxatiles nominantur, erunt tibi comesti utiles: erunt etiam gobij, muli, chartilagineorum genus, alijque; qui generare bonum succum possunt. Ad hæc marinorum aliqui, & qui mollem testam habent: Astaci, paguri, cancri, carabi, & carabides, & quibus dura testa est. De fructibus autem quid dicam? neque enim nobis ceu alimentum idonei sunt plerique; ipsorum: sed ceu medicamenta, quæ stomachum & uentriculum corroborant, assumuntur. De cibarijs hæc tenus. De potu autem dicendum nunc est, & uino potissimum: nam alij liquores uel ad nutritionem nihil conferunt, uel aduersantur etiam nutritioni plerumque. Vinum uero solum nutrit, quoniam plus habet ad nostra corpora familiaritatis, quam alij humore omnes. nam oleum & mel habent quidem & ipsa aliquid conuenientiæ nobiscum, sed non tantum, quantum uinum. Sunt tamen uini differentiæ quibus discernatur: inter quas prima est, quam color exhibet: secundam præbet degustata qualitas: Tertia consistentiæ debetur: Quarta in odore est: Quintam uiribus metimur. De quibus omnibus singulatim differere superuacuum erat, dicendumque est, quodnam tibi uinum peculiariter conducatur. Aliud etenim alij uinum confert, idemque; rursus alij minus. Tibi uero conducit tenue & album uinum, quodque; parum aque sustineat. Nam eiusmodi uinum facile descendit, & succos qui sunt in nobis attenuat, & excernit per urinas, uirtutemque; corroborat. Alia uina tibi non conferunt, sicut in alijs utilia sunt.

De aqua exercitatione, & lotione.

Cap. 7.

Non uidetur ab re, de aqua paucis hic sermonem facere. Aqua tam fanis, quam ægrotantibus commune solatium est, & maximopere necessaria, quæ mundanorum & singularium elementorum hoc unum sit, ex quibus uniuersis tota nostri corporis constitutio est conflata. Quamobrem de ea fuero haud ociose dicturus. Aqua purissima tribus sensibus iudicatur, gustu, uisu, olfactu: Gustu, si nullam plane qualitatem præ se ferat, sed uideatur ab omni qualitate immunis: Visu, si pura, sincera, & exquisita clara: Olfactu si eorum nihil inest, quæ in aquis uitiosis esse olfactus testatur: ut sunt aciditas, putredo, acredo, salbedo, aliquid uel aliud uitium, quod nomine careat. Qua tu autem commode quouis & tempore & modo uti possis aqua, sit purissima defæcata, leuis, & fontana, cuius natura est frigida. quæ si etiã cito a præcordijs descendit, potiore non desiderabis. Haud uero sicut uino, cibus, exercitijs, uigilijs, & somno, secundum ætatem & temperaturarum diuersitatem alijs atque; alijs uti commodum est: sic etiam aqua non eadẽ semper uti est ex usu: Immo quam utilem esse modo diximus, ea uti audacter poteris, & puer, & adolescens, & senex, quacunque naturæ differetia sis præditus. Quoniam uero aqua una plus alia frigida reperitur, hac de causa non omnibus prodest aquæ frigida potu indifferenter uti: uerũ supra modum calidis, pinguibus, & carnosus siue naturali habitu siue acquisito, & his qui se uehementer exercent, quique; consueuerunt frigidam potare, innocua est si frigidam bibant. Quod si aliter aliqui se habeant, minus bibant ea. qui uero iuuenili sunt ætate, & in rebus ciuilibus uersantur negociosius, quam ut exerceri ordinate & uictitare queant, fontanam sument, relicta niuali aqua. Hæc nanque tametsi iuuenilia corpora mox offendere non uidetur, noxa uidelicet, quæ paulatim increfcit, non percepta: tempore tamen procedenti, cum ætas declinat, difficulter sanabiles aut incurabiles plane morbos inducere nata est, in neruis, articulis, & uisceribus. Quam offensionem pars aliqua corporis percipit, quæcunque

quæcunque debilissima est natura. Quam ob rem uti debes fontana, & ea defæcata, de qua plus affu-
 mas, quam de uino. Ac de aqua quidem breuibus hætenus. Tempus nunc est, ut de exercitationibus
 uerba faciam. In quibus corpus contentiosius mouendum non est, donec uidelicet uires succumbant.
 nec imperfecte exercitandum, ut membra perspiratione non satis distrahantur: sed ut uiribus cuiusque
 proportione respondeat. Quippe uehementia relatione ad aliquid est: quo fit, ut dimotio eadem alij
 sit exercitatio, alij minime. Vtile est igitur quæque id exercitationis genus eligere, cui est potissimum affue-
 factus: nec pugilum, cursorum, & luctatorum exercitationem subire. Ab exercitatione uero tria in pri-
 mis commoda proueniunt: nam instrumentorum duritiã, dum inuicem conflitantur, & innati caloris
 incrementum, concitatioemque spiritus motum efficit. Quæ tria uniuersæ commoditates aliæ singilla-
 rim sequuntur. Instrumentorum nanque duritiã sequitur firmitas, atque immunitas ab iniurijs, quæ
 undecunque in corpore expectantur: Augmentum caloris sequitur fortis alimenti distribuendi attra-
 ctio, & promptior alteratio, & commodior nutritio, & excrementorum fusio, per quam dura quidem
 membra molliuntur, humentia uero extenuantur & digeruntur, meatusque totius corporis dilatantur &
 patefunt: Ex ualido autem spiritus motu eisdem meatus purgari necesse est, & euacuari superflua excreme-
 ta. Cum uero nobis ab exercitatione commoditates tantæ accedant, commodum earum utendarum
 tempus inuenire difficile non est. Nam cum alimentorum distributione adiuuent, nullam oportet mul-
 titudinem crudorũ, neque ciborum, neque humorũ, uel circa uentrem, uel mæfaraicas, uel iecur, uel reli-
 qua uasa contineri, quia periculũ esset, ne effunderentur ad omnes corporis partes, uel inquam conco-
 ctã fierent nutritioni utilia. Et quia meatus expurgant, euacuantiq; superfluitates, melius est ante cibũ
 eas instituere. Corpora enim non pura (inquit Hippocrates) quanto magis nutries, tanto magis lædes.
 Quare ex prædictis clarum est, hoc tempus exercitationibus admodum conuenire. Illud præcipue curã
 dum in quocunque exercitationis genere, ut fiat in loco salubri & aere puro. Sed hæc de exercitatio-
 nibus dicta sufficiant. Crebris autem lotionibus utere, temperatis & breuibus, non propter ægritudinẽ, sed
 quod ad auctiõnem tuam, nutritionem, conformationemque faciant. Cui rei optimum erit tempus,
 cum nutrimentum hesternum perfecte concoctum est & subsedit, aliaque iam nutrimenti necessitas
 impendet: item cum & in iecore, & uenis celebrata concoctio fuerit. Id quod sciet Medicus qui tibi
 affidet, & tui perpetuo curam gerit. Nempe uentris exquisitam concoctionem ex deiectionibus: Ieco-
 ris & uenosi generis ex naturalibus urinis. Vnde constat tibi a cibo lauandum non esse, ne obstructio
 circa iecur & renes eueniat. Cauebis etiam uinã assumptionem protinus a balneis, nam uino caput tẽ-
 tatur: ut conducibilis sit primo temperatam aquam assumere. Igitur non frigidã aquã, non uini, non
 zythi, uel sicere potus mox cum laueris, damno carebit: quippe quæ & ipsa uentriculum, iecur, & ner-
 uos offendant: si non temperie, contactu saltem. Profuerit insuper tibi non statim ubi a somno surrex-
 eris lauare, sed aliqua dimotione interposita: nonnunquam et mediocri exercitio. Nam exercitia mode-
 rata atque idonea, tuæ naturæ sunt utilia, quod concoctionem, sanguificationem, & nutritionem me-
 liorem operentur: & ob id ad bonum habitum, id est eutrophian, & ad uirium robur, & ad perfectã ter-
 tiã concoctionis actionem conferunt. Sed de his hæc quoque sufficiant.

Ordo uniuersæ curationis ante traditæ.

Cap. 8.

Proinde si te calculorum passio repente inuaserit, si cibum nuper assumpseris, & nauisam præsen-
 tificas: totum euomito, siue id naturaliter facias, siue arte adiutus, utroque modo uisum tuo Me-
 dico fuerit: postea somno te committes. Cumque aliqua in aluo indurata iam excrementa herere suspi-
 catus fueris, clystere hæc nisi quid prohibeat, uacuentur. Quod si dolor intolerabiliter affligit, in aquã
 calidam te dimitte. Veruntamen ne ipsa, sicut paulo ante ostendimus, abutare: nam calida perfusio do-
 lorem mitigat quidem, sed uires etiam exsoluit, quæ morbi causam, & quicquid in corpore inuile est,
 discutunt. Post uomitus & enemata, fomentis & emplastris laborantem particulam delinias: atque id
 ex medicamentis, quæ naturæ ægrotantis conueniant. At si lapis defixus in rene subsistet, acetũ, sac-
 charum, acerum scilliticum, & quæ lapidem simpliciter conterunt, assumere oportet, sicut est decoctũ
 radicis graminis, damafonij, adianthi, polytrichi, & similia. Quæ si inefficaces uideantur, ijs quæ lapi-
 dem frangunt uti poteris, quales sunt regalium asparagorum radices, bdellium ex Arabia aduectũ, se-
 men altheę, milium folis, betonica, saxifragia, pulegium, capparidis ægyptiæ radix, domestiarum ficũ
 semina, & quæ istorum uiribus sunt propinqua. Quod si aliquo pacto ne hæc quidem proficiant, uten-
 dum putarim medicamentis, quæ lapidem potenter frangendi uirtutem habeant. Potenter uero diui-
 dunt lapidem, lapis Iudaicus, & si calculum in renibus fixum est masculo: si in uesica hæreat, & ob ma-
 gnitudinem excerni haud possit, foemineo lapide utaris. Nam masculus, lapidem qui in renibus est fran-
 git: foemineus, qui in uesica uisum combustum, lapis cappadox, & paliuri semen. Hæc sunt, quæ cal-
 culum uiolentius frangunt. Si uero crassus succus in corpore subest, & urinarum crassarum euacuatio-
 ne sit opus: crassam urinam agunt cardui radix, rubia, & similia. Quod si frequentes urinas ducere opus
 fuerit, frequentes urinas ducent acorus, pastinaca, assarum, ammi, & similia. Quod si natura in deponẽ
 da urina pigra fuerit, ipsam excitabunt scordium, chamædaphne, bryoniæ cauliculi, & quæ uiribus
 sunt ad hanc rem paribus. Quæ uero mouedã urinã naturam habent, ea periculosius lapidem pellũt:
 temperatiora nanque sunt acris, & ob id calida & sicca, insuperque naturæ colligentis & segregantis col-
 lectam serositatem. Sed quæ ignitas constitutiones in se non habent, rumpedo lapidi sunt magis ido-
 nea,

Anea, quia incidunt opportune, & minimam caliditatem obtinent. Caliditas autem exiccando porrim col-
 ligit, non incidit aut diuidit. Quapropter quæ minus calida cum hoc, quod incidendi facultatẽ habent,
 sunt meliora. Quæ uero urinã mouent, calida sunt & sicca, atque acris, quamobrem secernunt quidẽ se-
 rosum sanguinem: sed quicquid in se crassius ille habet, id cogunt & compingunt. Propterea ijs qui cal-
 colorum morbo sunt affecti, apponi non debent. Hæc tamen, si ueluti ductoribus & uectoribus ad lo-
 cum affectum usi quandoque fuerimus, proderunt. Ceterum post lapidis excretionem, [medicamen-
 tis] utendum est opportunis [ad reficiendum & colligendum,] quæ morfu, asperitate, & feruore.
 descendens calculus exulcerauit: præsertim, si magnus atque angulosus is fuit. Postea ubi corpus ex
 *colligentium [medicamentorum] beneficio, satis *collectum agnoueris, tum & foris & intus præfer-
 uantia admoueabis. Sed ne in hoc rei summam esse putemus. Immo quantisper ad prouidentiam hanc
 opera datur, tantisper conferentibus tam cibis quam potibus, & quæ concoquere ualeas, utaris. Ex
 nutrimentis. n. & potibus, quæ naturæ tuæ conueniunt, balneisque, & exercitijs atque similibus, uirtutes
 singulariter corroborantur: sicut inuicem ex illorum contrarijs debilitantur & deiciuntur. Hinc est,
 quod propter uirium erectionem & uigorem usus similia maxime desiderentur. Viribus etenim ro-
 boratis & confirmatis, tantum momentum ad morbi generationem habere nihil potest, quin ab ijs il-
 lico profigetur. Quod adeo uerum est, ut nihil subesse in uniuerso corpore inutile teãdem patiantur.
 Hæc sunt pauca, quæ non equidem iniustam hac de re institutionem, sed breuem submonitionem se-
 dulo tuus minister tibi offero. Quod ad perfectam de his omnibus traditionem attinet, id nobis ue-
 rustissimi sapientiæ professorum diligenter profecuti exhibuerunt. Quod restat, Medicus qui tibi a la-
 tere est, & curam tui perpetuo gerit, meus conseruus & hæc, & ueterum scripta, & tuæ naturæ conue-
 nientia me magis & alijs omnibus, quantum homini permissum est, prospexit ex ijs, quæ edoctus iam
 est, & ex naturæ tuæ exprompta cognitione perspiciet. Ei te ergo solum committas, nam ita te ille (quod
 Deo teste affirmare aui) sedulo curat, ut quisquam alius curare omnino possit. Quandoquidem is,
 cui natura hominis alicuius perspecta sic est, ut quid secundum naturam in ea sit exploratum habeat:
 expeditius alijs omnibus cognoscat, quid præter naturam eidem acciderit. At quanquam animus erat
 disceptationem logicam de paucis quibusdam in medium asferre, id tamen referendũ in aliud tempus
 uidetur, nam in præsentia locum habere non possunt. Cuiusmodi est, quinam ab hoc affectu liberari
 possint, qui liberari nõ possint: & an lapis hic causa sit, an morbus, an morbi symptoma. Et, si est causa,
 præncipiens ne sit, an antecedens, an coniuncta: Idque similia, an instrumentorũ, an utrorumque. Iã si mor-
 bus est, an similis sit, an instrumentalis, an cõis. Si symptoma, actio ne sit læsa, an excernatur quod reci-
 nendum erat, uel retineatur quod excernendum. An affectus sit quidam, an utrunque illi sic acciderit,
 ut & causa sit & symptoma.

GALENO ASCRIPVS LIBER

DE CVRA LAPIDIS.

CENSURA.

Vtilia etiam & hæc esse possunt, quæ hic Arabs scripsit, si cum iudicio legantur.



D

ANON quæ scripsit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filuzer imperatori
 Saracenorũ Anly filio Ioseph filij Resaphin de curatione lapidis. Accidẽtia a
 quibus cõueniẽtius est cauere, & a quorũ tractatione cautela est adhibenda,
 sunt dolores, propter timorẽ qui est in eis, debilior nanque eorũ prosternt uirtu-
 tẽ, & soluit inter hominẽ & inter suas salutes. Et ipsi quidẽ nõ sunt sicut accidẽ-
 tia, in quorũ curatione interuenit latitudo. Et ego iam multoties eo præsentẽ
 dixi quod hoc accidẽs est sicut inimicus. Et oportet licet det inducias, ut absin-
 dat in ipsis suis inducijs, pp suã debilitatẽ in resistẽdo, & nõ sit cõtentus in de-
 bilitando ipsum, sed abscondat ipsum cũ eo quod acquirat ei uires, aut præparationẽ. Et canon cõferẽs
 in segregatione causã huiusmodi accidẽtis, per cuius assiduationẽ confido quod securabitur ab eo, est iste.
 Dum tempus ætatis perseverat usque quo pertranserat plurimũ tempus autumnũ, & descendat pluuia mul-
 ta, tũc acceptio. 3. i. s. de syrupo acetoso, factõ cum aceto expressionis unã purã, & medietatis eius de
 syrupo uiolato cum. v. 3. aquã, in qua bullierint cortices radicũ foeniculi. 3. j. s. & cubebã cõtrita. 3. i. do-
 nec cõsumpta sit aquã pars quinta, & colata est conueniẽter, sumat hoc oĩbus modis in omnibus. xv.
 diebus. Et acceptio aquæ cicercis secundũ quod dixi, est bona & benedicta. Et si inueniatur aqua, & mi-
 sceat cũ ea in decoctione eius acetũ, quod destruat ipsius caliditatem, & roboret eius incisionem, &
 ipsius absterfionem, & ad ultimũ quãdo inuenitur in acuitate cõplexionis, exquirat studium in infrigi-
 dãdo, sumat hunc syrupum, siue medicinas decoctas in aqua quam narraui, & utatur syrupo endiuicũ,
 & syrupo acetoso, & syrupo nenufaris. & ponatur in omnibus temporibus in aquã cibariorũ factorũ ei

S P V R I I.

S aqua

aqua ciceris nigri, nisi apud uehementia caliditatis aeris. decoquatur ergo cum aceto quod decoquatur. Et cum aqua ciceris, & sit cum aceto cucurbita. uerum in cibarijs de cucurbita multiplicetur origanum. Quia ergo aduenit autumnus. & non intelligo per autumnum illud de quo absolute dicitur hoc nomen. quoniam tota autumnus natura est ex natura temporis aestatis, sed uolo per ipsum quando complectitur complexio aeris gradatim ad frigus, & associatur ad illud ut humectet aer per descensionem pluuiam. sumat de cofectione quam feci ei nunc quatuor. 3. cum decoctione ciceris nigri, condita cum sale & pauco piperis, die una, & interpolat die, quatuor uicibus, aut quasi illis. Quia ergo uehemens sit frigus aeris & figitur hyems, accipiat de theriaca magna omnibus. x. diebus aut quasi illis. 3. j. cum tanta aqua calefacta, quantum capit os semel, permisso ei de syrupo de corticibus citri. Et quoniam possibile est ut utatur cibario facta ex olera urticae, fiat ei cibarium olerum, decoctum factum cum carne hœdi, quod sumat in principio suae comestionis. Hoc regimen sufficit ad auferendas causas hœmi accedentis. Et de illis quae oportet ipsum in cibo fumere, est lepus, postquam confirmatur hyems, & defectus pluuiam. & in uere die aliquo in diebus. At uero adolefcens est multo melior quam aries * binus in istis duobus temporibus proprie. Et de illis quibus oportet conferuari fanitas ab omnibus accidentibus, quae de proprietate caloris est ut faciat accidere, aut ut accidat causa eius in tempore autumnus, est ut sumat in mense maii circa finem eius, & in principio iunij, istud. Hordei ex corticari & cotriti & florum nenufaris, & oculorum uaccæ mundatorum ex suis interioribus, omnium ana. 3. vij. seminis scariolæ, & uolubilis exiccatae, & medullæ feminis croci hortulani, & medullæ se. melonis, osum ana. drach. iij. florum uolarum, & capilli ueneris, corticum radicis apij recentis, omnium ana. 3. j. rhubarbari electi recentis, quartam. 3. unius. terantur quae sunt terenda, & infundatur omnia nocte una in mensura librae aquae feruentis, & in mane ponatur super ignem leuem. quandoque inceperint bullire, confricentur manibus calida, & colentur, & confricentur manibus in colatura de condito rosato ex sacharo drach. xij. & de medullæ fistulæ mundatae a suis interioribus & suis tunicis drach. iij. & coletur, & misceatur cum eo tertia. 5. de syrupo iuleb, ex sacharo. & sumatur mane alto. & quiescat die assumptionis eius, & secunda. Illud uero quod aufert esse lapidis. & eius prohibet generationem, est esse contentum in cibo pane fermentato spongioso, cuius farina molita fuit in proximo, cum auius laudabilibus, sicut pullis, & perdicibus. & interpolatione lepore, & asparago, quando possibile est. & cibarium olerum ex urticis, & sicla est benedictum. & non repletur comestione multum. immo dimittat de saturitate sua parum. & non laboret post comestionem penitus. & si est necessarium ut frangat illud quod generatum est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac cofectione. R. corticum radicum asparagi exiccatarum. & corticum radicum foeniculi. exiccatarum, & polij, & scolopedriae, & cubebæ, omnium ana. 3. v. ebeni, & gummi prunorum, & lapidis iudaici contriti super cotem, & casiae, & cyperi de harach, & bdellij uarij, & ammeos, omnium ana. 3. ij. terantur singulariter, & cribellentur, & conficiantur cum syrupo de sacharo. & sumatur ex ea ex tribus. 3. usque ad illud quod est quasi illud, cum aqua calida in qua bullitum fuerit parum foeniculi. Et similiter ad uentositatem, & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & strictionem anhelitus, & dolorem brachiorum confert ei. Ad uentositatem sufficit regimen quod ego praecipui ad prohibendam eorum generationem penitus. Ea uero ex quibus generantur sunt permissio in cibo, & intromissio cibi super residuum cibi. & labor post comestionem. Illud autem quo est utendum apud uehementiam doloris. nam dolor praedictus non accidit nisi a generatione lapidis stantis in aliquo meatuum urinae. & quod ego determinauit ei, prohibet eius generationem, si ei alligetur ita, ut de eo nunquam conuolueretur. & non accidit aliquid ex eo, si alligato ceciderit iteratio mundificationis renum. ueruntamen non est possibile, nisi imperium mandati auditur administratum in huiusmodi dispositione, & est istud. R. foenugraeci. 3. iij. se. apij, se. dauici, amborum ana. duas tertias. 3. i. bulliat totum in vij. 5. aquae, donec redeat ad medietatem. deinde confricentur manibus donec aliquantulum uiscosum fiat. & in colato fricentur manibus de condito uiolato ex sacharo. 3. j. s. fricatione ultima, & coletur. & forbeat in hyeme super medietatem. 3. j. de theriaca magna. & in aestate & suo simili de temporibus aeris calidi, sine theriaca penitus. & uaporetur locus totus cum hoc. Olei anethini. 5. iij. sumantur in quo liquefiat adipis gallinae. 5. j. demum submergatur in eo lana succida. & uaporetur cum eatepefacta locus multis uicibus post potum medicinae praecedentis. demum administratur sternutatorium bis uel quater. Dolor uero capitis quando inuenitur, tunc si fuerint in tempore caloris, sumat istud quod narro. Conditi rosati ex sacharo. 3. xij. medullæ casiae fistulæ mundatae a suis interioribus & a suis tunicis drach. vj. fricentur ambo in v. 5. aquae calidae, & colentur. & addatur colato syrapi uiolati de sacharo. 3. j. s. sumatur in mane. & ungantur frons, & anterior pars capitis cum oleo rosato. concusso cum tertia parte sui ex aceto forti, & infrigidetur. & sit effusio eius super caput cum uase stricti oris ab altitudine mensurae palmi. quoniam est melius & uelocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, sumant hanc medicinam. Agarici uehementis albedinis drach. i. & tertia, raud seni, drach. j. terantur ambo, & conficiantur cum syrupo acetoso de sacharo. & sumat super illa duo istud quod ego narro. Casiae contritae, & anisi, uniuscuiusque drach. i. ferueant cum. vj. 5. aquae, donec consumatur ex ea mensura tertia, & coletur, & misceatur in ea syrapi acetosi. 5. j. s. & forbeat & bulliant chamæmeli & meliloti uniuscuiusque ma. iij. in aqua quae cooperiat ea, donec uehemens fiat eius calefactio. demum inclinentur frons & tempora super illum uaporem ascendentem ex ea. Cum ergo reperit aqua in qua bullitum fuit illud quod dixi, submergatur in ea pannus lenis, & uaporetur cum eo ubi inuenitur dolor in capite. Strictionem uero anhelitus non est causa

A est causa nisi additio carnis. & dimissio exercitij in ieiuno. & conseruatione illius eleuat. Illud uero quod accidit de dolore brachij & membris, inungantur quando inuenitur illud cum oleo anethino, quoniam destruet illud.

Ad lapidem.

Et est ei iterum descriptio suffus ad lapidem. R. gummi prunorum, & cubebæ, & lapidis iudaici, ana. 3. iij. corticis radicis asparagi, & ebeni, ana. drach. ij. se. dauici, drach. s. terantur, & cribellentur, & adiungatur ei media. 5. sachari. & bibatur de eo omni die. ex drach. ij. usque ad circuitum eius. cum aqua in qua misceatur syrupsus acetosus. Et sit cibus tasea ex lepore, aut foeniculum, & cibarium olericum ex urticis. Et est ei descriptio infusionis illa ad illud. Recipe corticum radicem apij, corticum radicem foeniculi, ana. drach. ij. corticum radicem asparagi, drach. iij. rubiae tinctorum. drach. i. terantur omnia. & bulliant in. vj. 5. aquae, donec minuatur medietas eius, & coletur. & misceatur cum ea de syrupo acetoso scillitico. 3. i. s. & bibatur.

Ad lapidem in uesica.

Valer lapidi in uesica. i. frangat illud in uesica hoc modo. Accipe cortices radicem petroselinum, foeniculi, femina eorum, milium solis, semem maluae, & maluaufici, foenigræci. omnia uniuersaliter habere poteris. & bulliant in aqua. & colabis. in parte istius colaturae pones. 5. j. praedicti olei. & totum tepidum dabis ad bibendum. siue in balneo. & hoc ieiuno stomacho post aliquam horam post cibum. & hoc frequenter, quousque totum lapidem emittat. Veruntamen si fuerit iuuenis, & ficcus, aut macilentus, & in aestate, dabis ei cum decoctione se. melonis, citruli, cucumeris & cucurbitae, lactuca feminis, maluae uel maluaufici, osum aequaliter. ualeat agritur dinibus uesicae quoniam impeditur urina ex humore frigido oppilante collum uesicae. quod percipies, quoniam non sentit calorem circa partes illas, nec ardorem in urina. & quod calidis iuuatur, & frigidis laeditur. & quoniam sentit frigiditatem circa pectinem certior eris. Item quando sanies uulnerata, uel sanguis congelatus est in uesica, dabis cum aqua mellis. sed caue ne uulnera recentia sint in renibus. de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urinae.

Item si urina praeter uoluntatem emittatur, da ad bibendum de uino ubi decocta sint ruta, castorium, cupula glandium, semem myrti, & thus. ista eadem facias si mingat lente, partes illas frequenter ungens. Prouocat urinam ex humoribus frigidis, uel sanie, uel sanguine congelato, aut lapide in collo uesicae, meatus urinales, aut ipsum collum uesicae oppilantibus, uniuersa curabit, sicut scriptum est. Item ualeat doloribus frigidis, passionibus aurium frigidis. ualeat paralyti, tremori membrorum, & torture oris bibitum. debes ungere membra laesum in his tribus praedictis passionibus, sed primo & praecipue principia membrorum patientium. occipitium, & totam spinam dorsum frequenter. Sed in paralyti, non in principio, sed post. iij. uel. v. dies tunc praesumitur quod humores non sint superflui. Verum in paralyti sanguinea nequaquam fiat nisi in declinatione. & tunc cum cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur. In alijs duabus in ipso principio usque ad finem. Aut bibitur in hunc modum. Mentam, saluam, calaminthen, nucem muscatam, galangam facies bullire cum pingui gallina. & in ipsa bullitione pone de oleo. si copia non habes olei, ad medietatem ponas olei communis. postea de illo iure bibe ieiunus. & differas prandium per duas horas. deinde ipsam gallinam comedas cum suo iure: si tantam copiam non habes olei, in parte illius iuris si quod habueris facias bullire, & haurias. praedicta disciplina poteris cum piscibus, uti, addens cum praedictis herbis & speciebus origanum & pulegium. Si etiam piscem eo unctum assaueris, utile erit. Item hoc idem oleum cum aceto calido sumat in ore qui patitur torturam oris uel paralytin, & colluat os frequenter. maximum enim consequitur iuuamentum. Valet etiam ischiadicæ passioni, quando frequenter locus laesus ungitur, & per clystere mittitur. ualeat et podagricis, & arthriticis ex frigida causa, cum quo fiat frequens inunctio pedum uel articularum, addito modico aceti calefacti, & postea in sine aegritudinis sine aceto. Valet dolori dorsum emplastrum ex eo. & ammoniacum in eo dissoluitur. & dorsum emplastrum cum eo. hoc etiam emplastrum apostema splenis & eius duritiam dissoluit modico spatio temporis. & omnes duritias, & omnia apostemata dura. Iniectum in naribus, ualeat epilepsiae. Et quando epilepticus cadit, destilla in aures eius cum penna aliquas guttas, & apprehende de naris cum manu tua, & agita caput, & si agitur, sinatur post unam horam. in tempore interpolationis iniectum, multum confert. Valet oppilationi narium, quando nares oppilantur ex frigido humore, quod intelligas per absentiam caloris. & ipse infirmus sentit nares frigere. & asserit istud sibi accessisse, & calefacit cerebrum quando ex eo ungitur pollicem, fricans palatum, uel coronam & tempora eo unctum. aut cum cibo sumis. aut cum iure parum ex eo usque ad. ij. 3. bibas. Valet contra obliuionem. i. delectam, quando tu radis occipitium, & ungitur frequenter illud. & etiam sumptum per os, siue in cibo, siue in uino, in quo bulliat castorium & saluia & olibanum. ista frequentare debes quousque iuuamentum sentias. & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei. & sedat dolorem dentium, quando est ex frigido humore, uel ex frigiditate cuiuslibet rei. & inungendo dentes uel gingiuas eo, parum calefacit. Et iniectum in matricem, prouocat menstrua, quando in matricem cum pessario immittitur, prius ad ignem calefactum. Aperit orificia uenarum, sumptum. s. per os, sicut superius diximus. Et dissoluit sanguinem congelatum in stomacho & in uesica, quando sumitur sicut diximus ubi locuti sumus qualiter iuuat renes. & soluit urinam & frangit lapidem in uesica. Valet anhelosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptum cum decoctione hyssopi & ficuum siccarum & liquiritiae, aut alicuius istorum ad pondus drach. ij. ieiuno stomacho.

Multa hic vetera & ex auctoribus doctis exscripta.



Ad icteri curam prima quidem duo sunt maxime necessaria auxilia. scilicet phlebotomia & purgatio. Sed purgatio quidem est propinqua, eo quod cholera & non sanguis abundat in ictericis. fiet autem & aliquando phlebotomia propinqua, quando simul cum cholera abundat sanguis, & quando hepar uel splen ab inflammatione tenditur & dolet, sicut multoties accidit. Nihil enim est aptius phlebotomia in dolore uiscerum. Alius autem & phlebotomans curabat, sicut & Praxagoras. sed non distinguebat qui erat phlebotomandus, & qui non. Purgationes uero magis appropriatae sunt huic egritudini. & plus iuuantur patientes, quam purgantur iuxta principia. Ego autem euphorbio miscens epithimum, & aloem, & petroselinum, & dauci semen, & piper album, purgo ictericos. & ut plurimum quidem solum hoc sufficit. Bene uero purgat & scamoniam cum aloe, & scyoma, & quicquid aliud acutius euacuat, maxime autem quaecumque cholera ducit. Debiliora uera subductoria fortassis non conferunt, eo quod non curantur facilliter icterici, propter uentris siccitatem, nec omnino descendit cholera ad intestinum. Quibus autem in impedimento est aliquid ut purgentur, his confert uomere per raphanidas frequenter, aliquando autem & post coenam. & non hepar ad ambas euacuationes, eam scilicet per subductoria, & eam quae per uomitus, non improprie ducendum est. Et hypochondrium, ut utique mollius existens, cataplasmandum, miscendo farinae hordei de rore marino, & scinco, & artemisia, & absinthio, & abrotano, & gramine, & ruta, & cardamo, & chamæpitye, & allio, & centaurea. Haec enim alterutra urinas mouent, quod aegritudini est maximum bonum, & contrahitur uiscus. Ventosarum autem appositionem uidi praemanibus existere in Medicis, quando carent eis quae propria sunt aegritudini. Non tamen ualde laudo neque uitupero eam, sed secundum tempus. In eis enim scilicet ictericis qui a uentre, post eos qui ab hepate puro conferre. secundario uero eis qui ab hepate, quando tumorem aut dolorem habet. In eis autem qui a splene, nihil prodest uentosa. Hepar enim & ueteri applicata phrenibus, possunt euacuari per uentosa uersus hypochondrium, propter continuitatem. Splen autem nullum commune habet cum phrenibus, sed multum ab eis distat. Nequaquam igitur oportet eos qui a splene icteros curare uentosis. Mitigatis uero febribus, cerotum apponere, primum quidem cera & resinam coquendo cum cyprino, i. alcanna, & meliloto, & bdellium, & ammoniacum miscendo. Ignita uero hypochondria nequaquam laedes & farinam hordei cum floribus uitis albae, & meliloto cataplasmans. Coquere autem oportet melilotum in dulci, & terere cum farina, effundendo de ipso dulci. Fit autem id & absque farina per panem mollem. Bibere autem oportet pharmaca in hac aegritudine, succum absinthii infundens in aqua cum nardo. Fortius autem oportet coquere absinthium in aqua, & colatum dare ictericis. Optimum enim est pharmacum si quis animose offerat, non attendens ad amaritudinem. Et nimirum apparebit tibi magis dulce, quam amarum esse absinthium. Amariora enim noui hoc aristolochiam, gentianam, centauream, & alia multa. Nempe & praemittere quid iuuatiuum propter gustum, ingenerosum est, sicut & assumere quid nocuum propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiuntur icterici quid inconueniens. Amara enim eis apparent quae sunt dulcia. Unde amaritudo quae inest absinthio, a passione obtusa erit. Bonum autem est bibere ad icterum & hoc. calaminthen, peristereonem, uocant autem sacram herbam, acetosulam, lapathium acutum, quod est rubrum in stipite & frondibus, & stipites est quadrangularis, plenus semine, radix uero eius est lutea. Hoc autem per se comestum, & decoctio radice bibita, cito iuuat. Iuuat autem & domesticum lapathium similiter. Comedere autem oportet & de ea in prandio, & de decoctione radicis bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpytis, & erythrodani radix, & rosmarinus, & uocatū hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum, & hypericon, & struthion. horum enim singulum bibere licet coquendo in aqua uel cum uino, uel incisum permiscere cum melicrato, uel uino antiquo, ut plurimum uero pondus uniuscuiusque est, 3. i. Bonum autem est & terere ipsa in aqua, ut in magnitudine fabae. Expurgant autem bene in ictericis & sulfur cum ouo sorptum, & allia, assa & cruda comesta, & cepae, & raphanides. Et melicratum per se est optimum, & cicerum decoctio, & cichorium cum uino, & caulis succus, & staphylini radices, & cornu cerui abrafum, & in uino bibitum, & amygdala amara cocta in prafana, & petroselinum, & smyrnij molles radices, & anisum, & meu, & acorus, & radices de poto odoriferae, maxime autem asarum, & nardus, & sola tri succus & chamæmelus, & mercurialis, & tamariscus. Haec enim omnia sunt pharmaca ictericis purgatiua. Et offerre ipsa oportet sicut ego cum multa experientia scripsi. Non autem in solis pharmacis faciebatur cura, sed diatans quam maxime. aliquibus enim sola diata praebuit quod quaerebatur. Optimum autem est post exurrectionem mane a somnis, tentare fricari moderate cum oleo puro. Coquatur

Atur autem in oleo saluia, uel amaricinum, uel artemisia, uel bacca lauri, uel chamæmelus, uel iris, uel nardus, uel casta lignea, uel costus. Expurgant enim praedicta colorationes, & sudores mouent. Deinde absterfo suauiter, ut remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum uel malagma Amathonis, uel Polyarchi, uel alicuius talium. quae primo quidem remittere habent: deinde cyprinum cerotum, & recto hypochondrio, & superacincto patiente, ad deambulationem oportet exire. modicum uero moto bibere de praedictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere. deinde ire ad balneum, & ibi prius moto & uocitante, balnari cum aqua multa & calida. simul enim sudores sic conferunt. simul autem & pruritus cessant, & maxime si nitro & faece uini uita abstergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. Cibaria uero ictericis & pulmenta, sunt panes bene fermentati, & non multum puri. Ad secessiones enim ij conferunt. Pulmenta uero, praesuccum gaziricum, uel byzanticum antiquum, & raphanides, & capparitis cum oxymelite, & pisces mollium carnum, & petri affi, & cum cocco cnidio, & coriandro, & aniso cocti, & eritio, & cum melicrato. Haec autem & ut pharmacum profunt, ducentia ad urinas. Quando autem & terrestri fuerit eritius, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam. Comedere autem saluginosa, & bibere uinum album odoriferum, neque ab oleribus oportet abstinere. sed & horum proprie quam maxime oportet sumere, quae suauissime mouent mictionem. Sunt autem talia, pastinaca, & cartamum, & struthij germina, & scandix, i. endiuia, & cuminum, & sesamum, & molles cardui, & foeniculus, & eryngij radix, i. uitale porrum, & asparagus, & smyrnij stipites, & mercurialis, & omnia talia. Bonum est autem & origanum uiride. Domesticorum uero olerum, aptissimum est caul. & orinibum eius, & siclum, & raphanis, & rapa, & cepa hortensis, & germen sinapis, & tritio quae est de semine eius, & de allio. Carnium autem, syluestres sunt meliores domesticis, & elixae magis quam assae. Appendant autem felini semen, & anethi, & cymini. Domesticas uero assas oportet comedere, quae sint iuuenescensium. Excipere autem oportet omnia paludosa, & aquatilia, & gallos, nisi moderate carnosius fuerint. Fructuum uero, uentosi quidem omnes, non sunt apti. sed qui sunt uisceribus familiares, & urinas prouocant, absque quod sint bene cibabiles. Dactylorum uero balani, id est fructus ita sunt diuretici, ut si quis uirides comederit, sanguinolentas urinas copiose faciat. De tragematibus autem, fruxa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & non ualde antiqua. Et iuuenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cauendo a repletionem, sicut & ab indigentia. ambae enim ictericis sunt pessimae, repletio quidem, propter indigestiones, & eo quod obstruit hepar: indigentia uero, propterea quod cholericiores ostendit humores, & propter inanimositates quae sequuntur aegritudinem secundum multam necessitatem. Vbiq; igitur quod est moderatum est optimum. hoc autem magis ubi & excessus & defectus nocuum non pauca inferit, semel aut bis assumpti. Oportet autem & tardante aegritudine, peregrinationes tentare, & appensiones, & equitationes, & in sole nudari, & per se natis balneis uti. maximum enim est ab unoquoque eorum iuuamentum. Venerea uidi quosdam quidem medicorum laudantes in hac aegritudine. manifestum autem est, quod si quidem utendum est eis, in ultimis declinationibus competunt. Melius uero est magis sobrie diatari in alijs, & in ueneris. Non enim possunt tantum iuuare remissione & laetitia mentis, quantum nocent imbecillitate & infrigidatione corporis. Ultra autem quae infrigidant, tristiores faciunt. Omnino autem bonum animum & mansuetudinem sistunt, excitando quod contristat. Haec quidem est diata ictericorum. Scire autem oportet timendum esse, si hoc te faciente, & pharmacis & adinventionibus, nihil ad melius addunt, sed magis sunt peiores habitibus, hi quidem aquosati, alij autem exsiccati. Duae enim sunt euerfiones malignae & difficile tractabiles secundum aegritudinem. iccirco & a longe prohibere oportet, & obuiare eis, & obfistere. humidiores quidem, per purgationes quae per diuretica, & labores, & solares stationes, & per sudorum educationes siccando. siccores uero, per bonam nutritionem humectando. Si autem quid remanet in uultu de ictero, quod fieri solet, effusionibus quae ad nares oportet uti. Fortissimum autem est ad haec elaterium & cyclamini succus permisti cum lacte, ut non molestent repleto ore aqua. debiliora autem est anagallis, & siclum, & nigella. non tamen sunt inutilia. Eligat uero Medicus quae conueniunt aegritudini. Purgentur autem primo quidem mucilago, deinde cholera crassa, sicut uitellina. Licet autem his & post balneum uti. citius enim euacuant. & simul balneum consolatur, & est minus mordax. Et haec est cura ictericorum.

al. siclarum.

A. l. r. f. 4. c. ij. D.

al. anif

* al. amarac.

Nicolao Rhegio Calabro interprete.



DE PASSIONIBVS mulierum & matricum utile præuidi uobis scribere. Superuenientium enim diuersarum & plurium passionum in matrice, aliqua periculosa & insanabiles fiunt. ob quam rem turpitudinem nõ præferendam censeo, quoniam abscondere periculosum est. Fit igitur in ore matricis dolor & symptoma forte. & si cito non occurratur. uulnera in ipsa fiunt. Et quandoque ad hypochondria supposita suffocationem facit. & ad cor dolor superuenit fortissimus. & nominata consequitur amara saliuua, uelut si aceto & aqua os adimpleatur. & tibiæ frigida fiunt. & caput & lingua formicitant. & uox deficit. Cura. Sub matrice ponenda est lana inuoluta balsamo, aut oleo amaricino, aualio qualicumque bene redolenti. Naribus uero offer asphaltum molle. & uomica cum capillis nigrientibus, aut pennis coruinis in acetum immixtis peruomica. offer naribus sternutamenta. & soluto ore & lingua ad loquendum, bibendum est castorium cum uino. & digitum tinctum in oleo naribus offer. Lana autem supposita sit donec sanetur. quia si tolletur, reuertetur passio. Si autem matricis descensio in uentrica dolores magnificet, & fiat fornicatio tibiæ, & urina concludatur, dum uis sanare, huic offer bene olentem myrrham, & omne suauissimi odoris quod inuenieris. Ad matricis uero appone inolentas suffumigationes usque dum restituatur. *Fumigatio.* Ad matricum suffocationes, si uox deficiat, & ad periculum mortis deuenierit, ut per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurritur. Rutam uiridem frica, & confert. Item sulphur cum aceto naribus impone. Item asphaltum in carbonibus pone et nares suffumiga. *Potio ad id.* Succus urticae colatus datus in uino aut melicrato, mox iuuat. Item in periculo castorium in uino bibat. Aut castorium, & anisum in oxymelite. *Sternutatio ad idem.* Elleborum album, asphaltum, castorium tere, & offer naribus. *Pessarium ad idem.* Ruta cum melle bono linias os matricis. Ad idem. Lenticulas infunde in uino, & postea tere, & uelle calefacto collige, & appone. mirificum est. *Item qua in pectine habent dolores quasi uestiam incidentem.* G Apium tere cum castorio & adipe anseris, & pessarium impone. *Item ad eas quibus facta est apbonia de suffocatione matricis.* Picem in lanam mollem inuolue, & pessarium impone. *Ad dolorem matricis propter abstinentiam uiri, ut contingit saepe uiduis, & uirginibus, & quarum uiri diutius absunt.* Fit autem illis dolor, nausea, saliuua. tibiæ frigent. & quæ in matricum suffocatione contingunt patiuntur. Ad eius curam adhibenda sunt quæ in genesis Cleopatrarum leguntur capitulo decimo. Item febris acuta, eleuatio uentris & duritia, dolor renum & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica, aut quasi acefosa, aut cholericæ. Urinae detentio, strictio uentris, fastidium, sitis aspera, lingua nigra quasi atramento tincta, dolor ceruicis & in genis, tempora saliant & oculi. dolent extremitates digitorum & unguæ. & si in natura deponent digitum, sentiunt magnum calorem, & siccitatem, & duritiam, & strictum os matricum. Axungiam porci uirginis cum melle aduna, & post balneum suppone. hoc etiam ad omnem passionem matricis prodest. *Item ad illas quæ tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.* Adipem anseris misce in lana & suppone. *Item ad eas quæ ante & retro patiuntur in coxa, & per totum uentrem, neque surgere neque dormire possunt.* Butyrum, medullæ ceruinæ misce, & utere. *Ad dolorem matricis.* Ceræ citrinæ, ceruinæ medullæ, terebinthinæ, adipis anatis, opij obolos. ij. cum oleo cyprino utere in pessario. facit ad ignem sacrum, & febrem, in fistulis apostasum, atque caliginem, & punctiõnem, & ulcera, & alia multa. *Item ad pectinis dolorem, dorfi, & uentris, & frontis, & quandiu stare non potest.* Adipem anserinum & myrrham cum mero uino teres, & in linteo pones. *Ad eas quæ dolorem matricis patiuntur si cum uiro dormiunt, si hæc passio perseverat colica fiunt.* Vniuersaliter autem hæc latas uenas habent penitus libidinosa. natura tumescit plus intus quam foris. patent palpebræ oculorum quando concumbunt. curabis sic. Lac mulieris quæ masculum lactat, & cerusam misce, & calefac, & pone pessarium in ore matricis. Item galbano cum rosis simul utere. Item oui assi inure modicum & ros. impone pessario. *Ad inflationem & apostemata matricis.* Butyrum cum opio & rosis aduna, & in melle pessario appone. Suffumiga sic, ceram, terebinthinam, uel sagapenum carbonibus appone, superposito emmoto. *Si lumborum dolor, & circa matricis prurigo, in natura, & in ventre humidior. tunc nanque iam patet se rheumaticam factam.* Cura. Ireos radicem succo mali granati misce, & ecligma facies postquam urinam fecerit. *Ad canerum matricis, cuius hæc sunt signa, dolor in ventre & sexu, ut putet se spinam uel lignum in corpore habere. aliquando effusio sanguinis cum urina.* Betam syluaticam, & alumen scissum, & nitrum in ligno tere, & cataplasma impone. Item succum solatri cum adipe anserino in pessario. Item raphanum tempera cum eo, & utere. *Ad ulcera matricis.* Ceram, myrrhā, & adipem porcinum, cum melle in lana suppone. Item oui testam

A testam assam, fiseclon cum rosis misce & impone. *Ad matricem frigidam.* Si frigida fuerit dolet, & sanguinem profert. frigidus sudor superuenit. *Cura.* Terebinthinæ, mellis, adipis anserini. añ. misce & utere. Item artemisiā, adipem anserinum oleo rosarum misce & impone. *Signa uentostatis matricis.* * Renum amotis & intestinorum. conducit ei uentrem & clausa dolorem concitant. *Cura.* Myrrham in nigro uino bibat. si temperate. Item medullam ceruinam tere, & misce rosis ad crassitudinem mellis, & fac pessarium. *Matricis hydropica signa.* Nares mucosæ, oculi nigri, torpet per loca calida. *Cura.* Cyminū, uuam passam, sal modicum pinse, & misce, & pessarium appone. Item rubradicem coque, & bibat ieiuna. *Ad matricem clausam.* Bdellium tempera, & appone, ac suffumiga. *Si matrix exiuerit, & tardauerit, & foris uulnerata fuerit.* Terebinthinæ, medullæ uitulinæ, opij, croci, rosarum, cicuta pessarum impone. *Ad hæmorrhoidas in ore matricis.* Coronam spinæ tere, & superaspere. *Ad rheumatismum album, uel aquosum, uel rubrum, uel sanguineum, aut nigrum, sine dolore, aut cum dolore.* Cura. Sanabis sic. Papauer cum uino nigro bibant. & testam oui contere, & appone in capite funium ceræ cum olibano, & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana. *Signa matricis plenæ humoribus.* Ulceribus nimis impletur. extrema oculorum fiunt sanguinea, febres assidua, & acuta. *Cura.* Ciperū & rutam cum uino albo temperata ieiuna bibat ad corylam unam, & non plus. *Ad effusionem sanguinis matricis.* Grana uuæ sicca tere, & cum uino da, aut folia uiridis malua. *Si ex partu contingit sanguinis fluxus.* Corion basilicon incende, & tere, & cum aceto inuolue, & impone in pessarium. Item lapathij succo intinctum pessarium appone. *Si ex partu natura plagata fuerit.* Testiculos tauri etiam solue cū aqua frigida, & cum rosis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone. *Si uero consuetudine super menstrua uenerit.* Cineres uitis teras, & in linteo imponas. uel calcem teras, & similiter apponas. *Potio ad idem.* Radicem myricæ & corticem tere, & cum uino bibat. *Si matrix ex partu ulcerata fuerit.* Helenium butyro ueteri misce, & fac pessarium, & suppone. *Ad consuetudinem pronocandum.* Piperis grana commisce staphisagria, da post balneum cum uino, & cito subueniet. Item centauream tere cum folijs in aqua, & fac pilulas, & impone ori matricis. Item rubiam, nigellam, & myrrham. añ. cum uino bibat. *Ad rhagadias in ore matricis.* Coronam spinæ, gallas omphacinas tere, & unge adipe anserino, ut adhæreat puluis, & superaspere. facit & ad condylomata. *Ad eas quæ non prægnantur.* Castorij. piperis grana. xij. uino communi simul temperata cum pulegio bibat. *Ut non conceperit.* Nitrum in ore matricis in modum ciceris post concubitum mittat. *Ut cognoscat si sua culpa, aut culpa uiri est quod non concipiat.* Vasa fictilia duo signa, intus posito hordeo, & ibi fac eam & eum urinare, & pone in loco frigido per. xij. dies. cuius hordeum ingermiuauerit, eius culpa est. *Ut cognoscat an prægnans masculum uel* C *feminam in utero habeat & cognoscat si sua culpa aut culpa uiri non concipiat.* Apium cum radice sua capiti eius appone ipsa ignorante, & si primo nominauerit dum loquetur masculum, masculum. si foeminā, foeminam pariet. *Ut foemina concipiat.* Vuluam leporis siccam tere, & ambo bibant & edant. *Ut cognoscat si conceperit.* Si collum calidum habet, dorsum frigidum, concepit. si uero æquale corpus, non. *Ad eam quæ prius secunda fuerit, postea sterilis facta est.* Folia mali granati sicca tere, & cum melle fac pessarium digitorum quatuor, & post purgationem impone, diebus tribus, ut non tollatur. Et uuam passam cum granulis suis tere, & fac pessarium ut dictum est. & quando coagulata stillauerit, cognoscat uirū. *Ad uiolatam ut non cognoscat.* Alumen scissum, gallas omphacinas cum uino aminæo tere, & fac encathisma. Item cum succo pastinacæ collige, & fac ad magnitudinem orobi, & apponatur per unam horam antequam coeat. *Ad tumorem uberum.* Betam oleo coque donec soluaatur, & sic tere, & simul ceram solue, & cataplasma impone. *Item ad ubera ulcerata.* Portulacam tere cū oleo rosæ, & linteo impone. *Ad duritiem uberum, & inflationem, & ulcera, & crassitiem, & omnem passionem.* Caulem uiridem tere, & cataplasma fac. Succum autem eius spissum line. *Item ad ulcera, & cancrum, & diatrasin.* Folia hederæ coque fortiter, & cataplasma, & ex apozemate fomenta. *Ad lac augendum.* Lumbricorum uiuorum. 3. i. tere, & cum melle bibat ut non cognoscat. Item lac uaccinum aqua calida salsa uel marina fomenta, & postea cum uino calido bibat.

tal. prochirif
ma.

GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS

AD SOLONEM, ARCHIATRYM,

Ioan. Baptista Rasario, Medico, Nouariensi, interprete.

Hic liber, cuiuscunque fuerit, non est vtilitatis omnino expers.

GALENI CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.P.D.



QUOD a me petijsti, suauissime Solon, ut de ijs, quæ facile parantur, ad te scriberem, operæpretium putavi, quæ longo usu cognouissem, ea conscribere, & ad te mittere. quæ in re a capillis exorsus ad pedes usque progrediar, ut ea facile consequi homines possint. itaque a capillis initium sumam.

De ratione capillorum tingendorum.

Cap. 1.

VNGtiones capillorum, ut ex canis nigri reddantur. scoriam ferri & plumbi coque in aceto ad tertias, & illine: capillos tamen interea oleo ne tangito. Aliud. Radices capparitis terito, & in asinino lacte coquito usque ad tertiam, atque utitor. hoc autem seruandum est, siquidem capitis pilos nigros facit. Aliud. Fel marinæ testudinis ex oleo dissolue, & capillos inunge. Aliud. racemos, qui in nucibus pendent, ex oleo coquito, tum liquido bitumine addito, unge. Aliud. plumbum in uase plumbeo cum oleo reponito, capillosque ungit. Aliud. ter restrem melongiam ure, cum oleo lenias, capillos inungas, atque ita per totam noctem sinas. **N**E capilli cani fiant. Accipe colocynthida, eamque perfora, ac diligenter eius medullam abijce, tum laurino oleo imple, atque alterci semē non tritum adde, unumque diem ita sine, ac semel in anno unge. **V**T capilli albi fiant. stercus hirundinis cum felle taurino terito, atque ungit. Aliud. uerbasci albi florem comburito, tum aceto restinguito, & lenito, atque ungit. **V**T flauii fiant. Alumen in aqua coque, & cataplasmatim modo capillis per biduum imponito, deinde ex aqua, in qua fex uini combusta dissoluta sit, superdato. Aliud. decoque lupinos amaros: eo decocto capillos unge. vel lupinos ipsos amaros, crudos terito, & cum aqua permisceto, atque ungit. Aliud. vini hæcem cum oleo balanino misce ad cerati spissitudinem, & cum dormitum itur, capillos unge. Aliud. ligustri folia in succo struthij infunde, hacque infusione utitor. Aliud. cape rubiam, stoechadem, citrinum, polytricum, absinthium, & lupinos, inque aqua in uase uitreo reponito: sicque per nouem dies dimittito, bis in die commouendo. cum usus postularit, cape eius aquæ, quod satis sit, in eaque spongiam infunde, ut aquam ipsam imbibat: cumque capilli, quos ea aqua perfuderis, reficcati sint, eos aqua calida & sapone lauabis.

De casu capillorum.

Cap. 2.

SI capilli cadant, ulmi radicem, ac foliorum. m. i. in aquæ cyathis. iij. infunde, & illine. tum unge ex oleo. Aliud. Sambucum urito, cum cerato misceto, & ungit. Aliud. aloen uino nigro, austero misce, & unge. Aliud. myrrham, ladanum cum uino aut oleo myrtino misce, atq; unge. Aliud. cape multas apes, easq; cõbure, misce cū oleo, & unge. Sed caueto ne uicinas partes attingas. Aliud. nigellam combure, & cum aqua leniens unge. hoc autem est ad supercilia accommodatissimum. **D**E capillis cadentibus ijs, qui conualescunt. Ladanum ex uino, & oleo rosaceo coquito usque dum fiat tam spissum, quam ceratum, & ungit. Aliud. corticem radici mori detrahe, combure, coque, ut di- **H**ætam est. Aliud. herbæ sanguinalis semen tere, in Lixiuum conijce, eoq; caput laua. tum lentiscum excoque, ac caput coilue. **V**T capilli in loco ambusto nascantur. Folia ficulna terantur, leniantur, ac loco superdentur. **P**SILOTRYM. Cerebrum uespertilionis cum lacte muliebri lenias, & ungas. Aliud. Fel thynni cum gummi hederæ permisce, & illine. Aliud. marini leporis sanguinem recentē cape, & unge. Aliud. ceruinum sanguinem aceto permisceto adhibe. Aliud. semen syluestris urticæ cape, eoq; cum oleo dissoluto locum confricato. Aliud. uespertiones complures uiuos in bitumine reponito, ac finito, ut putrescant, & quemuis locum eis inungito.

De alopecia.

Cap. 3.

MVrem combustum terito, puluerem urfino adipi permisceto, & locum cepa alba confricans, ungit. Aliud. cantharidas combure, & tritas melli admisce, atq; unge. Aliud. folijs ficulnis diligenter fricato, tum urfino adipe inungito. Aliud. spumam marinam combure, tere, cum oleo misce, atq; unge. Aliud. ranam, cuius longa crura sint, combure, tere, pice liquida excipe, locumq; perfricando, unge. Aliud. equi stiuialis pellem ure, locumque unge. Aliud. sanguine marinæ testudinis locum inunge. Aliud. stercus muris ac thus cape, et aceto permisce, ad mellis consistentiam, & locum fricans inungito. Aliud. hastulam regiam tere, aceto, aut uino excipe: locum ante radito, ficulnisque

de medicinis facile parabilib.

141

Aculnisque folijs, aut aspero panno confricato, atque ungit. Aliud. arundinis radicem combure, & adipi urfino misce, & unge. Aliud. tithymallum, conterito locumque ungit.

De surfuribus.

Cap. 4.

Cimoliam aqua persperge, bliti succum adde, atque unge: deinde laua, tum masculum thus cape, tere, uinoque & oleo mistis unge. die sequenti cum uua taminia & oleo unge. Aliud. cape nitri, hæcis uini, mirobalanorum, singulorum libram, uua taminie felibræ: oleo uetere admisto unge. ceteros humidos surfures aqua falsala uabis, aut ex lupinorum decocto. quod est usu comprobatum. Aliud. succo portulacæ caput laua. Aliud. succo bliti caput cocto, aut crudo, cui mel admisceto sit, caput unge. Aliud. Cimoliam decocto fœnigræci misce, atque illine. Aliud. radicem syluestris cucumeris coque, eiusque decocto caput laua. Aliud. Scillam in foco obrue: ubi sit mollis reddita, succum exprime, eique parum olei adde, & perunge.

De psudraciis, & efflorescentiis.

Cap. 5.

PSydracia sunt efflorescentiæ quædam, quæ uescis eminentibus similes in extrema cute capitis exoriuntur, efflorescentiæ uero sunt ulcerationes quædam subrubicundæ, atque asperæ, quæ in superficie fiunt. eorum est huiusmodi curatio. Fabarum farinam uino subactam, cerati modo imponito. Vel ceratum ex ligustro & cerussa confice, tum appone. uel cape amyli, cerussæ, aluminis, rutæ foliorum uiridium, singulorum drach. iij. misce aceto, atque oleo myrtino, & inunge. uel cape spumæ argenti ac cerussæ singulorum semiunciam, sulfuris ignem non experti drach. viij. excipe oleo myrtino, & illine.

De achoribus, & fauis.

Cap. 6.

Achor affectio est in capite oriens, quæ tenuibus foraminibus, quibus humor paululum glutinosus prodit, cutim perforat: fauis aut maiora foramina facit, quibus humor melli similis cõnetur. curatur autem hoc modo. Vbi caput abraferis, ipsum bis, tere, aut sapius aqua calida, in qua myrtus, aut rubus, aut lentacula, aut radices asparagi, aut lupini amari decocti sint, perfunde: sique copia humoris ex capite effluet, cataplasma aut ex folijs salicis, aut quæ cum lente in aqua cocta sint, impones. utile autem est ante caput ipsum parietaria, sulfure, ac sapone illinere. uel cape lithargyri drach. xvi. foliorum rutæ drach. viij. herbæ pedicularis drach. iij. atramenti futuri drach. ij. his aceto & oleo myrtine exceptis utitor.

De tremore capitis.

Cap. 7.

AD capitis tremore, stoechadem ex aqua potui dabis, uel artemisiæ parua habentis folia, succum oleo rosaceo permisce, ac neruorum propagines unge. uel spinæ albæ semen bibendum præbe, uel castoreum in aqua dissolutum potui dato.

De capitis dolore.

Cap. 8.

Ceruinum cornu combustum, ac tritum oleo rosaceo misce, temporaque & frontem inunge. uel uulueris cerebrum lenias, caputque & tempora illinas. uel psyllo ex oleo rosaceo infuso utere. hoc autem est etiam ad hemieraniam accommodatum. uel styracem liquidam oleo mistam admoue, uel ascellos qui sub hydrijs degunt, ex oleo coque: eoque oleo caput illine. Aliud. flores mali punici, uel ipsos citinos ex uino coque, aut etiam aqua marina usque dum tertia pars absumatur, deinde tere, & cerato mistis utere. Aliud. tempera pulegio, fœniculi radice, cū farina hordeacea illines. Aliud. mentam, aut sinapi aceto misce, ac bis in die tempora inunge. **A**D dolorem capitis, & temporum. Opium ad fabæ magnitudinem cape, itemq; pulegij & lentisci partes sex, excipe aceto, & oleo rosaceo, atque ungit. Aliud. Lapathium acidum & gallam tere, temporaque & frontem unge. Aliud. castoreum oleo rosaceo, acetoque dissolue, & frontem ac tempora illine. Aliud. iridem siccam, minusque cardamomum aceto resolutū cape, ac capillos unge, ut mulieres ungere capillos solent. Aliud. peucedani liquorem oleo iirino lenias, atque ungas. Aliud. stercus hirundinum prius, quam teriam Dattingat, cum luto nidi cape, in ligneo uase aceto madefacto, frontem illinito. Aliud. gummi hederæ cum aceto & oleo rosaceo lenias, temporaque inungas. Aliud. Caprini stercus ex aceto, oleoq; rosaceo tere, frontem illine, fasciâ deliga. id mane, & uesperis faciendum: atque ita capitis dolorem sanabis. Aliud. euphorbium, & atramentum scriptorium cum aceto tere, frontemque illine. Aliud. puer, qui rebus ueneris nondum usus sit, in limine ianua ægrotantis mingat: tum acutum affundatur, & utrunque ibidem commisceatur, ad sordium spissitudinem. eademq; hora fronti imponatur. Aliud. si enixa caput doleat, cinerem ex aceto fronti imponito. Aliud. hederæ lacrima cum aceto oleoque rosaceo mista frons oblinatur. **E**PITHEMA ad idem. nasturtium cum aceto ac rosaceo misce ad cerati spissitudinem, atque ita superdato, ut a tempore ad tempus pertingat. ita enim ilico dolor adimitur, **A**D EOS, quorum altera capitis pars dolore uexatur. Acaciam rosaceo cerato exceptam adhibe. Aliud. cichorium admotum tum capitis dolores, tum exustiones a sole contractas mirabiliter aufert.

AD MORBVM comitalem.

Cap. 9.

Millum in olla uiuentem concremato, cineremque potui dato, ac sanabis. Aliud. iecur eiusdē combustum, ac tritum cum aqua bibendum præbe. Aliud. asinini stercoris fricti quotidie duo cochlearia dato, atque æger morbo liberabitur. hoc remedium longo usu probatum est. Aliud. prodest urina uerris in fumo arefacta, & cum oxymelle potui data. urina autem fabæ ægyptiæ magnitudinem

nem æquet: apri autem præstantissima est. Aliud. Ad comitiales morbum efficax est sterco hirci. E num, si quindecim eius globulos ad summum capias. Aliud. Si æger malux agrestis succum per triginta dies ieiunus bibet, sanescet. Aliud. [Mustelæ iecur siccum ex aqua potui dato, quod faciendum est, cum æger mox casurus est. Aliud. Ieporis coagulo modicum olei addito, pilulasque conficito. harum tū unam, tum duas dato.] Aliud. mustelæ sanguine ægrum obline: mustelamq; ipsam capite, pedibusque abiectis ægro da, ut uescatur. ac mustela quidem data strumas non secus pellit. Aliud. murem disseca cum Luna decrefcit: iecur ipsius exemptum, atque assatum ægro comedendum dabis. [utile etiam est oxymel, itemque acetum scillite, & Iuliani, & theriaca.] Aliud. quod odoratu prodest. tithymallum cum aceto ac polenta teras, & in placentulas, redigas, tum olfaciendas lan guenti dabis: siquidem non cadet. [prodest quoque & peucedanum & picem odorari.] S V F F I T U S comitiales morbum arguens. Lapidem gagatem suffito, ægrum contegens, ne uapor dissipetur. Si re uera morbo comitali uexatur, cadet. P O T T I O N E S, quibus dignoscitur, an non sanari comitiales possint. acaciæ drachmam ex aqua dilutam propinabis. si uomat, curationem morbus non admitte: si in febrim cadet, porio proderit. A S I D E R E percussorum curatio. conserpe ipsos asini urina, & sanabuntur. V T E U M, qui ex comitali morbo humi iacet, confestim excites. Thymum, aut pulegium tere, eiusque naribus admoue. Q V A E per nares purgant. Anagallidis cæruleum florem habentis succū F naribus infunde, ac iube, ut æger supinus spiritum ducat. hoc enim omnibus, capite laborantibus confert. Aliud. [albæ hederæ succum naribus instilla.] Aliud. ex nigella succum exprime, eumq; cum mulla instilla. eodemque modo iridem uctere oleo misto adhibe. Aliud. betæ radice succum naribus infundito, ac caput purgabitur.

DE AVRIUM uitiis, ac primum de ijs, quæ in sinibus auditus oriuntur.

Cap. 10.

A Vris lauanda est uino diluto, aut mulla, ac lycium, in oui putamine maceratum, infundendum. **A** D I N F L A M M A T I O N E S ac dolores. Contere alij capitula, & in olla cum oleo calfacias, idque oleum auri instilla, siquidem dolor sedabitur. **A** D M A G N U M dolorem. iecur anseris salsum cum nardo, eliqua, & repurgatum auri inde. **A** D A V R E S purulentas. alumen liquidum aquæ dilutum in uas uitreū conde, ac maceratum impone. **A** D A V R E S purulentas, grauiterque dolentes, utere porri succo ex melle diluto. Aliud. Opium uino dulci eliqua, ac tepesactum in aurem infunde. Aliud. Cedri lachryma cum modico nardi imponito. Aliud. mel & oleum in uase prius simul tepesacta instillabis. **A** D T E R E D I N E S, ac saniem. alumen scissile cum aceto & uino dulci coques ad mellis spissitudinem. id infusum & ad noua, & ad uetusta uitia est ualde accommodatum. **A** D E O S sonitus, qui intra aures fiūt, & ad acres G dolores. cedri lachryma melli admista, & indita confert. Aliud. aloë hepatica cū uino mulso ad fordium crassitudinem redacta, & infusa, prodest. Aliud. vulpinus adeps eliquatus instilletur. Aliud. tepesactum nardum infunde. Aliud. Cassiam cum oleo rosaceo impone. Aliud. aselli domestici oleo rosaceo feruesacti auxiliantur. **A** D E O S dolores, qui sensim ingruunt. lanam succidam in aceto feruesacta, humoremque in aurem exprimito. tum summum foramen lana succida contegito. Aliud. mali punici immaturi succum cum melle adhibe: aut lentisci, aut perdicij, aut cypri, aut rubij, horum cuiusque succum, aut per se, aut cum melle misce, tum cocto utere. ita quoque uti debes plantaginis, aut lactuca, aut herbæ sanguinalis succo. **A** D D O L O R E S sine ulcere. sulfur ignem non expertum in nares calamo insuffletur. Aliud. papaueris lachrymam lacte muliebri dilutam instilla. **A** D G R A U E M auditū. Absinthium in aqua decoque, eoque decocto aurem laua. **A** D E O S qui surdi nati sunt. Capræ recēs iugulatæ cornu caprino lotio imple, ad fumum per dies nouem teneto, tum utitor. **A** D S O N I T U S ex profundo. acetum rosaceum, rutam, & cuminum melle temperata admoue. **A** D T I N N I T U S, ac sonitus repente obortos. acetum acre tepesacta, & in aurem instilla. Aliud. bryoniæ, mellis, ueratri albi, & olei rosacei partem in unum commisce, atque in aurem demitte. **A** D A V R E M dolentem ac saniem effundentem. acetum, mel, & rosaceum oleum permisce, ac tepesacta inde. **A** D D O L O R E S acerbos. Adipem H * euthypaston oleo subactam infunde, & spongia locum obducito. ceterum ad morbos neruorum cum pari portione uulpini, suillique adipis adiecta confert. **A** D A V R I U M dolores, & inflammationes. hatulæ regiæ radix perpurganda est, & in oleum, quod in uase uitreo sit, demittenda: & per quadraginta continuos dies sub canis æstu in sole continenda, postea utitor. **A** D A U R E S ulceratas, ac purulentas. La certas paruulas uenare, mundo oleo eliqua: & in aurē infunde: & uermes, si in aure fuerint, interimes. **A** D A V R I U M uermiculos, & ad ea, quæ in aurem inciderunt, extrahenda. cepas & hyssopum in uetere urina contrita instillabis. Aliud. feminum medullæ colocynthidis, aluminis ægyptij pares portiones in cedrino oleo maceratas infunde. **A** D F O R D E S aurium educendas. lanam unguentaria glande madetam in aurem demittito, & fordium refertam comperies. Aliud. nitrum lauigatum in aurem da, acetum instilla, lanam mollem super adde, ac per noctem relinque: sequenti die calido hydrelæo perlue. **A** D A V R E M dolentem. flos salis cum oleo rosaceo, acetoque infundatur. **A** D A U R I U M saniem, magnumq; dolorem. Nitrum rosaceo temperatum in aurem infunde. Aliud. elleborum album ex uino, aut aceto cum alumine immitte, præterea uero nepitæ radice succus aceto temperatus infundatur. **A** D D I U T U R N A uitia. lycij & mellis pares portiones misce, atque utere. **A** D A U R E S inflammatas. cortices capitulorum papaueris tere, tertiamque partem cum hordeacea farina permisce, atque in dulci diluto

A diluto coquito, & cataplasma facito. [**A** D A U R E S sanie manantes, & dolore uexatas. medullam uituli liquefactam instilla. Aliud. scoriam ferri lenias, & ex aceto acerrimo instilles.

Ad strumas, & parotidas.

Cap. 11.

S TRUMÆ communi quidem curatione tolluntur ab ijs, a quibus scirrhi: sed propria, ad hunc modum. **S** FARINAM lupinorum amarorum aceto mulso coque, & illine. Aliud. sterco bouis, aut capræ in aceto coctum impone. Aliud. melli aut oleo, aut adipi suillo calcem misce, & adhibe. Aliud. farinam iridis, & sterco columbinum in uino coque, & superda. Aliud. axungia ueteris, seminis alterci, picis, olei antiqui, sterco citrini gallinæ, singulorum pares portiones misce, & impone.

De morbis oculorum, & primo de inflammationibus incipientibus.

Cap. 12.

M ENTÆ succum instilla. is enim resoluit: sed columbinus sanguis est melior. Aliud. fœniculi succum exprime, eoque utitor. sed præstat uetus. eo uero ex aqua misto utendum est. Aliud. ex ruta recenti succum exprime, eiusque succū in pixide aris rubri reconde, atq; utere. Aliud. cataplasma ex coctis coctanis, hordei farina, & uino albo conficito. Aliud. folia papaueris, ac cortices granatorum cum hordei polline cataplasmatibus more impone. Aliud. rosas coctas, & lenitas eodem modo adhibebis. Aliud. ex meliloti decoctione cataplasma facias. Aliud. ex coctani folijs tritis cataplasma cum uino albo, & polenta fac. **A** D U N G U L A M. Ungula autem morbus dicitur, cum in oculi cornea quandoque in extrema parte, quandoque uero in ima pus continetur: quod paruæ unguulæ similitudinae gerit: unde etiam morbus nomen traxit. ergo ad unguulas moderatas conducit mulla, itemque succus foenigræci, & quod fit ex thure, collirium. ad magnas autem, aloes, myrrhæ, croci, singulorum partem unam, uini partes tres, mellis partes sex cape. crocum ex modico uini dissolue, tum aloë, & myrrham: deinde mel infunde, & compone, ac in uitreo uase reconde, bisque in die utere. id enim purgat, carnem creat, & solidam partem reddit. **A** D F U G I L L A T A. sinapin contere, & ex cerato adhibe. Aliud. ossa sepia subtilissime contere, & aceto permisce, ac per noctem illine, ac liuorem adimes. Aliud. radicem, cucumberis agrestis melli mistam impone. **A** D L I U O R E S oculorum. hyssopum contritam in panno liga, & in aquam calidam infunde, & fotu liuores continge. Aliud. farinam iridis melli misce, & admoue. Aliud. cuminum tritum lacte mulieris exceptum adhibe, aut origanum eodem modo. Aliud. cruce semen cum bubulo felle tritum cataplasmatibus modo impone. **A** D P T E R Y G I A. Pterygium appellatur neruea eminentia membranæ, quæ oculo adnata est, quæ ab angulis incipiens in corneâ pertinet. hæcque cum etiam augetur, pupillam tegit. ergo magna, diuturna que pterygia manuum opera incidendo curantur: recentia uero & moderata corrigit æs combustum, uel atramentum sutorium, cum adipe suillo. Aliud. præstans. atramenti sutorij partem unam, gummi arabici partem mediam, uino dissolue, atque illine. sunt, qui caprinum iecur melli misceant, atq; ungant. Aliud. ex lilio, ligustro, & aqua collirium compone, & illine. **A** D U L C E R A, & albugines oculorum. ulcera, quæ in oculis nascuntur, in superficie sunt, eaque nephelia nominant: quæ in imo sunt, albugines. erga nephelia succus anagallidis & succus minoris centaureæ cum melle purgat: diuturna uero, attenuat cedria, & æs combustum solū in aqua, collirij modo. Albugines uero iuuat ex oleo diligenter dissolutum nitrum, & inunctū. Aliud. succum draconij exprime, melli crudo misce, & illine. uel felle hircino oculum fricato. uel os sepia coctum, melle dissolutum, illine. uel ex stercore lacertæ collirium ex aqua fac, & unge. uel felle canis marini unge, uel raphani succo, uel felle galli. uel succum malorum granatorum in uase terreo pone, & panno tege, & in sole teneto usque dum mellis consistentiam acquirat, eique par pondus mellis adde, & reponere. efficacius enim est inueteratum: & cum æger ad quietem it, oculos inungat. uel, leonino felle, quod mel acceperit, illine. si puerulus albugine uexetur, eius mater ammoniacum mandat. & in oculum insufflet: itemque oculum menstruo alicuius ex agnatione sua ungat. præterea mater paruulum digitorum sibi conuulneret, & effluente sanguine oculum inungat. **A** D C A L I G I N E M, & nebulas oculorum. succo foliorum draconij oculos illine. uel succum betonicæ admisto uino calido instillabis. **D** E H O R D E O L O. Oculos decoctione hordei foue: uel ex cera alba. uel muscas uenare, caput, pedesque earum abijce, ac reliquo corpore oculum frica. **D** E M A D A R O S I. est hæc cum oculi glabri fiunt, & *atidiosis*, cum pili palpebrarum cadunt. curantur autem sic. nucleorum palmularum coctum. 3. iij. spicæ drach. duas, tere, & ijs utitor. uel stibij assi, piperis singulorum drach. unam. spicæ. 3. treis. Aliud. quod ad castus pilorum supercilij facit. Auellanas comburito, adipi ursino, aut caprillo permisceto, & ungit. Aliud. quod etiam ad barbæ alopeciam conducit. alterci drach. duas, sterco muris drach. unam, polytrichi drach. duas, olei irini cyathos quatuor, tere, oleoq; permisce: & loco prius per forum curato, illine. Aliud. senectam serpentis combure, & illine. facit enim hæc ad narium pilos. uel nigellam tere, & pari modo adhibe. **A** D S U P E R C I L I A pilosa. Origanum combure, tere, & impone, pilis prius euulsis. Aliud. lacertæ uiridē in oleo coq; & pilis euulsis locū inunge. Aliud. chameleotis radicem sanguini ranæ misce, & illine. **V** N C T I O ad eos, qui oculos glaucos hnt. glaucos mulierū oculos reddit nigros alterci flos cæruleus in umbra repositus, & cum uti uis, uino austero permiscus, & illitus. **A** D S U F F U S I O N E S. Theriacā ex uiperis cum melle fumi experte permisce, atq; illine. faciūt ad hæc ea, quæ caput purgat, & purgatio ex hiera, & fofus ex fœniculi decoctione, & sagapenū, & ueratrū albū ex melle impositū, aut mel cū fœniculi succo. **A** D A E G I L O P A S. est ægilops abscissus paruus iuxta magnū oculi angulum, qui si negligatur, usq; ad os scinditur. atq; ægilops dicitur prius, quàm discindatur, huic

huic benefacit si glaucium, crocumque cum perdicij succo admoueat. sed frequenter hæc permutanda sunt. Aliud. conchulas cum suis testis contere, & impone. sunt qui aloem, aut myrrham misceant. Aliud. fel suillum exicca, & admoue. aliud, cataplasma ex perdicio facias. Aliud. ægilopum herbã inter frumenta nascentem cataplasmatim modo superdato. Aliud. portulacam ac thus masculum appone: ea tamen ieiunus præmandes. Aliud. craneum humanum tere, & adhibe. **AD NYCTALOPAS.** hircinũ iecur affabis, & liquore eo, qui defluit, oculos unges. prodest enim duodecies illitus. **AD PEDICULOS Oculorum.** Aqua marina tepida palpebras foueto.

De narium affectionib. ac primum de polypos, & ozæna.

Cap. 13.

Vtrium acetum dilue, & inunge. uel corticum granatorum drach. xvj. fellis taurini, amomi, myrrhæ, calamenti, prassij, singulorum drach. viij. croci drach. ij. ellebori albi tantundem cape, ac ficis utitor. **AD NARIUM** foetorem, amomi, myrrhæ, rosarum siccarum pares portiones cum oleo nardino, cape, & unge. facit huc etiã inunctio ex magmate hedy croo. **AD ULCERA** narium. Lithargyri. 3. iij. rutæ recentis, aluminis scissilis, singulorum drach. duas. excipe oleo myrtino, atque aceto. Aliud. ce rulle drach. unam, lithargyri drach. tres, scoræ plumbi, aut plumbi combusti drach. tres cape: laua omnia, & oleo myrtino excipe. **VT** sanguinem e naribus educas. florem graminis impone. Aliud. rubiam cum oleo cape, eaque nares illine. **AD FLUXIONEM** sanguinis e naribus. oui corticem combure, eiusque cape partem unam, gallæ partem mediam, insufflato. Aliud. lycium impone. Aliud. afininum sterco combure, eiusque cinerem insuffla, aut succum expressum infunde. Aliud. lapidem molarem igni candentem in aceto restingue, & odorandum præbe. Aliud. thus masculum & aloem albo oui excipe. & cum linamento appone, & pilos leporis super adde. Aliud. cucurbitulam magnam affigito præcordijs quæ recta ad partem naris patientis respiciunt. utendum quoque est adstringentibus, & quæ sanguinis prohibere impetum possint. **AD NARES** ulceratas, polypos, & ozænas. conringe spuma: & nitri: & ad spiritus odorem conciliandum collige albæ uiolæ florẽ ex suo coliculo nondum delapsum, & ex aqua tere ad mellis crassitudinem, ac partes ulceratas eo continge. Aliud. ærugine ex melle decocta locum tange. **AD INFLAMMATIONES** interiores. adipem anserinum cum porri & solani succo paribus portionibus dilutum interdum illine. **AD NARIUM** ulcera perdura. plumbum tritum cum uino, cui marina aqua mista non sit, dilue: oleique myrtini, quod satis sit, adde ad mellis consistentiam. Aliud. squamam aris ex melle decoctam adhibe. **SANGUINEM** per nares educentia. mentam melle excipe: collirium facito, ac naribus indito. **AD SANGUINIS** profluuium e naribus. rutam tritam oleo exceptam in nares mittito. uel gummi ac thus terito, & aceto liquata in nares conijce. uel cypria cinerula cum porri succo temperata utere. uel spongiam ustam pice illitam & arefactam linamento perfusam in nares mittito. uel acuti iunci florem in nares dato. **AD SANGUINIS** eruptiones, quæ suppressi non possunt, præsertim cum febricitantibus diutius sanguis effluit. pyrrion impone quandoque aridum, quandoque collirio illitum. facito autem, ut crassitudo caua narium obturet. ijsdem nares, temporaque, & frõtem obline. uel diphryges ustum, & ex aceto tritum superdato. uel lanam oui candido madidam impone. uel lanam herbæ sanguinalis, aut solanis succo imbutam naribus infunde. uel rutam ex aceto tritam circumpone, & suffitum facito. ceterum utendum est ijs, quæ reprimere, & cohibere sanguinis impetum possint: ut cicuta suffitu nares compleas, odorq; æger trahat: aut etiam nares digito comprimat: aut cerato: aut alio quouis diligenter occludat. penis quoque extremum papyro deligandum est: & in mulieribus papillas mammaram eodem modo deligabis. oblines etiam frõtem & caput refrigerantibus, eisdemque consperges. cucurbitula autem capiti affixa, præsentissimum est remedium. uel etiam si uenam frontis soluas. sternutamenta quoque sanguinem plerumque sistunt. uel buglossum herbam, aut asini finum ex aceto naribus inde. **AD STERTENTES.** anethum capiti clam subijcias: quod etiam remedio est ijs, qui ex lecto profluunt. **AD PUNCTA,** & eam, quæ ara uocatur, sine cicatrice, & ulcere, cum locum nitro deterferis, resinam terebinthinam imponito, ac per dies quinque ita finito: tum locum solve, ac puncta scriptorio specillo perforabis, deinde thus, nitrum, ac mel pari modo mista, ad cerati crassitudinem superpone: denique uero solve, & laua. uel cataplasma ex trito ueratro cum pane: uel ex solo acido lacte conficito. uel fici cortice trito obline. uel uuam taminam cataplasmatim modo impone.

AD uiriliginis, maculas, lentiginis, & alias faciei affectiones.

Cap. 14.

Syluestris cucumeris succo trito, & per cribrum traiecto faciem absterge. uel, alcyonio ex uino trito faciem illine. uel uitem syluestrem contunde, ac uino ægyptio macerata impone. uel ærucæ agreftis radicem tritam, & ouillo felle exceptam adhibe, facie nitro prius peruncta. uel elaterium ex aceto tritum, & ad mellis consistentiam redactam, ceratoque mistum inungito. Vel cinabari cum melle faciem obline. uel cachryos femine contrito lentiginis unge. ubi aruerit, ablue. Vel, cucumeris agreftis radicem, & summos ficulnos ramulos ex aceto feruefacito, ac tritos imponito. Vel, umbilici ueneris radicibus ex melle tritis facie oblinito. rubia quoque ad maculas a sole contractas, & ad uiriliginis expellendas ualet, si ea trita ex oleo facies ungetur. Aliud. *zonchum amarum ex melle contere, facieque superda. Aliud. anethi semen cum uetere uino tritum ad mellis consistentiam faciei imponito, atque ita per integram noctem dimittito: die sequenti, mane illud aufer, atque aliud recens reponet, quin etiam eodem semine commanducato maculas, & lentículas utiliter illines. Ad eadem facit alba uiola ex

Ala ex aqua. uel, aphronitrum cum cerato ex cera tyrrhenica facta faciei impone. **AD UIRILIGINES,** & album colorem. alcyonium ustum, mollique mistum illine, eodem etiam cum erui, triticique farina misto, & quæ maxime calido faciem deterge. uel amaras amygdalas detracto cortice excipe aceto acris, & cataplasma confice. uel, ocymi semen cum gallinaceo, anserino uel adipe tritum impone. itemque foenũ græcum ex aceto tritum, & illitum squamulas aufert. **AD MACULAS,** & lentículas. myrrham & crocum aqua macera, atque illine. uel purpuras & bucinas in ollam conijce, & in furno alla, tum ex melle tere, atque utere. **AD FACIEM** & albam, & extenta cute reddendam. radices syluestris cucumeris in frusta seca, refrigeraque. tum in aqua elixato, ac terito, & cataplasma facito. Aliud. splendidam facie reddens. eruum uino suaue olenti macera, & cataplasma confice. Aliud. semidalis succum exprime, humidior partem abiice. ei autem parti, quæ subsedit, oui album misce ad mellis crassitudinem. ubi hoc faciem perunxeris, oleo deterges. si autem a sole maculæ contractæ sint, faciem multa frigida lauabis, & per unum diem facies coloratior reddetur. * Violam elixa, parum aluminis adde: tum lixiuium admisce, ac tere, utereque ex multo oleo inungens. ita enim & faciei gratum colorem, & ori suaue odorem conciliabis. cupressi atque ilicis scobes simul feruefacies, ac totum corpus ea decoctione madefacito. Aliud. thuris, ac pæderotis pares portiones misceto, & ex melle terito, facie inungito, unumque diem finito, tum abluito. Aliud. lini faciem melli misce, & sub sole iter confecturus, corpus nitro prius absterfum, inungito. **NE** a sole quis exuratur, & ad faciem exustione liberandam. bulbo candido, cõtrito ex melle inunge. Si uero sine inflammatione tumefacta facies sit, terram nigram ex aqua contritam impones. Aliud. alcyonium, nardumque gallicum simul tere, & utere. **AD PANOS** & lentiginis. ex dracontij radice & melle cataplasma compones, uel nigellam ex aceto, uel pentadactyli fructum super dabis. **AD RUBOREM** faciei conciliandum. rubiam tere, & oleo misce, atque unge. Aliud. bulbum amarum tritum melli admisce, & inunge. Aliud. cicicis, rubiæ, myrrhæ sing. drach. ij. excipe adipe uitulino, & oleo mastichino, & unge: post spatium uero spongia calida absterge.

AD ORIS uitia, & primum ad labia fissa.

Cap. 15.

Gallam immaturam tere, ac resinam terebinthinam cum hyssopo & melle cape, atque utere. **AD GALTIORES** scissuras, caprinus adeps repurgatus benefacit. [Aliud. adeps anserinus & item mel ac resina terebinthina ad pares portiones addito. rosarum flore, hyssopo sicca, & mastiche, capiuntur: & ex ijs inunctio conficiatur.] **VT ORIS** halitus sit suauius. uino uetere odorato, in quo macerata iris sit, os collue, & assidue in ore parumper contine. uel, uino os, in quo serpillum maduerit, parum sub Clue. **AD FOEDOS** oris odores, sine ulcere. sunt qui uino meraciore, cui myrrha admista sit, os colluant, rotundumque iuncum odoratum terant, & interiores oris partes fricent. ita etiam marmore combusto cum aniso utuntur, & item hordeo ex melle, & sale. quidam uero linteolum comburunt, uinoque iniiciunt, ac trito utuntur. & pumicem, nardumque, ac myrrhamque adhibent. quidam semidalin, irinque melli commiscentes urunt, itaque utuntur. ex ostreis uero purpuras, bucinæque cum myrrha capiunt: cumque dormitum uadunt, aceto acerrimo subluunt. quidam uero domum egressuri, pini folia madunt, & os aqua lauunt. non desunt etiam, qui anisum, aut dulcem radicem, aut irida, aut aliud huius generis iter facturi, manducant. **AD ORIS** ulcera, ac putredines. Melantheria contusa ad hoc facit. itemque oleum immaturum aut per se, aut cum melle datum: atque etiam quæ glaucuris dicitur, contusa: cuius succus ex melle & aqua pari portione ad gargazandum datur. **AD SANGUINIS** ex ore profluuium. rosæ in oxycrato decoquantur. eaque decoctione frigida os colluatur. ac deglutitur. aut decoctione rosarum frigida, aut extremitatum uitis, aut lentisci, aut rubi, aut cytoniorum, aut acinorum uuæ, aut rhu, gargazatio fiat. Aliud. semen rosæ cum mastiche ex uino adstringenti potui da, uel ex uino, in quo rubus, & rosæ decoctæ sint. **AD ORIS** ulcera, gallam in uino coque, eoque os collue, tum gallam tritam ex melle, aut florem rosarum, adde: aut etiam decoctione foliorum oliuæ os collue.]

AD *VT dentes candidi reddantur, & reliqua eorum uitia curentur.*

Cap. 16.

In usu sunt huiusmodi quedam, quibus dentes confricantur, quæ simul & gingiuis profunt, & dentes splendidos, firmosque reddunt. itaque terram, quam eretriada uocant, urunt, & tritam apponunt. quæ sane dentes ualde splendidos facit. erui quoque farina lorio subacta illinitur. uel animalis dasypodis, i. cuius pedes pilosi sunt, caput ustum cum candidissimo foeniculo, & sepia ossibus tritis, & commistis ad usum adhibemus, uel, cornu ceruino usto, & trito utimur. quod etiam dentium dolores tollit, & ex rosaceo impositum capitis dolores sanat. uel pulegio & sale fricto mistis ac tritis: itemque ouillo talo combusto: & hordeo tosto, saleque mistis, & tritis ad eadem utitor. **LAVATIO** ad ulcera, ac dentes mobiles, & infirmos. halicacabi radicem cum malicorio crassiore elixam superdato. uel albæ populi, aut uerbernacæ radicem, aut eryngij radicem, aut herbam ipsam, aut polij radicem tere, & impone. **AD CONCUSOS** dentes, ac dolentes. Alini unguam combustam, tritamque & aceto exceptam in orbiculos con forma, ac reponet. cum uti uelis orbiculum unum aceto eliqua, & in ore continendum da. id enim statim dolorem sedat, atque adimit. Aliud, chamæcontis nigri decoctione foue, & dentium dolorem curabis. id quod etiã mures necat. Aliud, betæ succo dentes collue, ac dolorem subito adimes. Aliud. alterci radicem decoque, eaque decoctione dentes foue. dolor enim sedabitur. Aliud, rutam, hyssopum, myrrhamque ex uino tritas in ore ager contineat. Aliud. ex uerbasci radice aceto, posca, aut

aut uino decocta os laetur, & proderit. Aliud. collutio ex nitro, oleoque facta dolorē pellit. Aliud. **E** cupressi baccas ex uino & rosas decoque, & os foueto. Si uero dentes omnes doleant, os cedri liquore colluas: atque ita dolori protinus subuenies. si uero molaris dens dolcat, si radice maluae unum caulicum modo habentis tangas, dolor auferetur. ceterum dentes dolentibus, cum balneum ingrediuntur, perdicij radicem commanducandam præbe, eamque sub molari dente teneri iube, usque dum e balneo egrediuntur. atque ita dolor cessabit. Aliud. pyrethri radix manducata eodem die dolorem pellit. Aliud. herbae pontitidis radix dolorem manducata finit. **S**UFFERTVS ad dentes dolentes. Alcyonij continuo suffitu dolor auferitur. Aliud. alterci semen in suffitu dolorem sanat. **V**T dentes bene oleant. Cimoliam ex sale tere, dentefq; confrica. Aliud. caninum dentem in ignem conijce, suffitumq; facito. ut enim is concrematur, sic dentes etiam firmat. **A**D dentes exesos. si exesi dentes sint, piper album atramento sutorio trito permistum cape, aut gallam, aut alumen scissile in cauum dentem infunde, & dolorem leuabis. Aliud. limacis lapidem in frusta ad sesami magnitudinē redige. in dentis foramen inijce, ac statim dolorem adimes. facito autem operculum ex cera. Aliud. tauri iecur lento igni frictum, dentique impositum, ut primum tetigit, dolorem pellit. Aliud. unguis testudinis in molaris dentis exesi foramen impositus multum prodest. Aliud. urinum fel inditum confestim dolorem leuat. id quod etiam quoquo modo illinatur, curare solet. **A**D dentes mobiles. sanguis testudinis in ore diu contentus dentes firmat. Aliud. os collue alcyonio indico ex uino contrito, & motum sistes. **A**D dentes ex ictu concussos. corallium inde, ac per diu in ore tene. **[A**D dentium stuporem. portulaca commansa prodest. aut oleo omphacino inungito. aut olei amur: cam in uase aeneo coquito ad mellis consistentiam: siq; hac uetusta inungas, ualde proderit. **] A**D dentes euellendos sine ferramento, ac dolore. dentem fermento circunda, & parumper relinque, mox dentem lacertæ sanguine obline, & excidet. **V**T dens sua sponte cadat: Pyrethrum aceto emollitum, ac sale per triginta dies conditum denti prius repurgato circumpone. Aliud. herbam artemisiam ex aceto tritam impone. Aliud. dentem circum suffodias, & ijs uermiculis, qui in cimicis brassicarum, aliarumque herbarum folijs reperiuntur, illine, ceteros dentes caue tangas. si uero inferiores euellere dentes uis, ijs utitor uermiculis, qui inferiores illarum herbarum partes obsident. Aliud. sandaracham ex aceto tritam sine, ut siccecat: sicca autem utiliter uteris, sanguinem tamen prius circa dentē elicias, nam si ita paulisper dimiseris, ipsum digitis extrahes. aut colocynthidos agrestis radicē in dentis foramen impone. Aliud. moedi immaturi radicem arefactam tritam, & cretam dentis radicibus circumdato, ac paulo post digitis dens apprehensus sequetur. aut athiopicæ oleæ lachryma dentē male affectum tange. Aliud. lacertam agrestem arefactam, & dissectam, in pulueremque redactam **G**repones, cum dentem circū purgaueris, impone, ac non ita multo post attrahito, quia sequetur. Aliud. Vrticæ semina cum galbano misce, affectumque dentem obline, ac protinus cadet. **A**D dentes sine dolore eximendos, Lapæ herbae radix exalfecta, dentique admota facit, ut digitos confestim sequatur. **V**T dentes digitis eximantur. colocynthidas syluestres in frusta seca, aceto macera ad mellis consistentiam, tum ferramentum ad dentes scalpendos medicamento intinge, eoque dentem circum scarificabis, uidebisque, ut æger parum dehiscat, tum dentem digitis corripe, traheque: ita enim sine dolore extrahetur. **[**Aliud, Farinam ex lacte tithymalli impone, & hederæ folia superadde, ac per horam dimitte: & sine dolore confringetur. **V**T dentes candore perfundantur: Nitrum, os sepiæ, & os dactylorum tere, & utere. Aliud probatum. corallium rubrum, pumicem, ossa dactylorum, ossa sepiæ, & sal tostum tere, & utere. **A**D dentium dolorem. dentes oleo lentiscino non uetusto colluantur. uel os colluatur cum folijs rutæ ex aceto multo coctis, uel subluatur aceto scillite, uel pyrethrum & hyssopus in aceto coquatur. humiditas uero, humorque ipse euacuari debet.

DE morbis gingiuarum.

Cap. 17.

SI exese gingiuae sint, florum rosarum, drach. viij. gallarum drach. iij. myrrhæ drach. ij. melle, & impone. uel lacte asinae gingiuas colluito, uel foliorum oliuæ decoctione os subluet. uel scillite aceto gingiuas laua. uel rubiginem ferri, ac balaustia arida admoue. **A**D gingiuas tumentes, & carnem excrecentem. succum portulacæ in ore tene, uel balsam aquam oliuarum colymbadum: uel oleum ex oliuis immaturis, aut lentiscinum, aut denique melinum. quæ uero sicca beneficiunt, sunt hæc, rubigo ferri, aut æris, radix aristolochiæ, plantaginis semen: atramentum sutorium assatum, & balaustia. **A**D gingiuarum inflammationem. folia oliuæ decoque, & collue, aut gallam adhibe. Vel oliuæ folia & gallam in uino cocto decoquito. **A**D denigratas, putresque gingiuas, prodest, si face uini usta eas confrices: siquidem ipsa abstergit, mundat, candore perfundit. **A**D gingiuas subcruentas. his prodest sanguinis ex cephalica detractio: aut scarificatio gingiuarum. utilis etiam est alterci succus, aut eius decoctum ex sapa, in ore contentum. Aliud, lentisci germina, & balaustia in posca decoque, & gingiuas subluet. Aliud. rubi radicem ex uino coque atque os collue: uel rhu, gallamque uino coque, & eodem modo utitor.

DE Gurgulionis morbis.

Cap. 18.

Oleo digitum intinge, ac gallam tritam per se admoue: aut etiam cochleari iniectam impone. Aliud spinæ ægyptiæ tritum, aridumque semen adhibe. uel caricas cum oliuæ folijs ieiuno ad manducandum dato. uel liquorem cyrenaicum cum sale arefactum applica, facta prius ex aqua calida

Acalida gargarizatione. aut alumen scissile, diligenter ustum, admoue. aut stellionem lignis uitis crematum appone. probe enim faciet. uel, rubi cauliculos ex melle & pice liquida læuigatos circumpone. uel lapidis agerati florem admistum gargarizandum præbe. prodest etiam fistum alumen brassicæ succo admistum, ac gargarizatum. **A**D VRENS medicamentum uuæ applicandum. mysi & calcem niuam paribus portionibus resina terebinthina excipe, tum subde, ac sine, ut retineat: siquidem intra horas tres adimet. facit quoque ad uuæ affectionem picis recrementum, quod ex cilicia comportatur, si cochleari exceptum subdatur. itemq; uuæ acerbæ succus ex melle, ac uino ualde dulci. Aiunt autem columellam incolumem seruari, siquis uuæ acinos singulis annis ieiunus deuorarit: ac nunquam eam partem malo uexatum iri. ceterum in columellæ uitij utendum iisdem gargarizationibus est, quas ad tonsillas affectas describemus. In primis autem, atque in principio iube, ut aqua calida os foueat, deinde frigida gargarizent, aut etiam posca, aut mali punici succo ad mellis decocto consistentiam, & oxymelle eliquato. aut etiam ex dracunculi succo fiat gargarizatio: atque hæc optime proderunt. **[**A D uuam inflammatam. utilis est dulcis radicis succus cum melle admotus, itemque terra sigillata, & ægyptiæ spinæ fructus. sed hæc mitiora sunt, ut gummi arabicum, tragacantham. sarcocollaque admota. **]**

AD Tonsillarum inflammationes, & anginam.

Cap. 19.

Tonsillarum inflammationibus benefaciet, si myrteas baccas melle, absinthio & dracunculo præpares, & inungas. siquidem hoc medicamentum illitum, aut cum aliqua re gargarizatum mirabiliter prodest. si uero aliqua inflammationis reliquæ supersint, ac tonsillæ sint exasperatæ, tum lacte calido aut per se, aut cum aliquo eorū, quæ supra diximus, uti oportebit, aut furfuribus aqua elixis, aut furfurum diluto. aut † dulcis radicis farinam aqua calida bis, aut ter, madefacito, ac succo utere: aut etiam gallinaceo, hœdino uel iure. aut ptisanam cum passulis coque. aut maluæ decoctum adhibe, aut maluam cum melle coque. aut cum lupinis, & passo, & utitor. **A**D Tonsillarum humores & anginas. dulcis radicis succū eliqua, & utere. si uero crustæ exortæ sint, eas remouebis mullæ gargarizatione, aut decocto lentis per se, aut cū hyssopo, atque iride. uel fiat ex oliuarum sale conditarum aqua gargarizatio. aut modicum croci, & myrrhæ cum modico passo ferueat: aut ficus elixa, hordei que farinam eis adde, ac succo expresso, & percolato utere. aut sicuum decoctioni modicum sinapis adde, & ad gargarizandum præbe: id enim & pituitam euocat, & inflammationem pellit. **A**D Abscessus tonsillarum. ad hos ualet aliquid eorum, quæ supra scripta sunt. itemque locum aphronitro trito attinge: quandoque etiam nitri florem adiunge: nam separat crustas, & abscessus ipsos attenuat. **C**si colluendo infundatur. marrubij quoque succus lixiuio stillatitio dilutus prodest: aut ipsum marrubium in aqua mullæ decoctum: aut rutæ decoctio cum marrubio, aut per se, aut in mullæ elixato. rutæ quoque succus gargarizatus, & erui itidem decoctio. aut misy cum galla immatura. aut myrrum liquidumque alumen & mel paribus portionibus tere, & illine. atque hoc quidem non solum crustas remouet, sed etiam glandulas mirum in modum discutit. aut porcelli cruore manus imbue, ac ter lanuentis ceruicem attinge. uel cochleas sine testa in ollam conijce, torreto, in cinerem redigito, puro leniq; melle excipito, ac perungito. uis enim huius est pene incredibilis.

AD Vocem interruptam, ac submissam.

Cap. 20.

Dato bulbos duos crudos, ut uescantur. prodest etiam sicuum decoctum cum thure, myrrhaque in gargarizatione. & sulfur ignem non expertum in ouis deuoratum, quantum duorum, aut triū cochlearium magnitudinem impleat. **[**cape amygdalas amaras. xx. seminis lini ass. drach. iij. tragacanthæ aqua maceratæ drach. ij. nucleos pini. xxx. melle excipito, & utitor. uel pulegij drach. iij. seminis lini, piperis singulorum drach. ij. petroselinij drach. unam, mellis libram, misce. **]** **A**D eos, qui prope suffocantur. humanum stercus in panniculo ligatum & crematum da bibendum. opem enim feret caprinum stercus melle, & pice liquida illitum angina laborantibus mirifice prodest: aut eorum fauces collue rutæ succo & late per clysterem immisso. nam & magnam uim lachrymarum ducit, & malū lenit. Aliud. urina assidue gargarizata integram ualetudinem restituit. simul uero brassicæ succus gargarizandus est. **A**D crustas faucium, quibus pueri conflantur. unge prius, tum uinum in quo aristolochia decocta sit, ad gargarizandum detur: atq; ita quàm primum sanescunt.

AD OSSA deuorata, & cetera omnia ex gutture educenda.

Cap. 21.

Aquæ & olei pares portiones in os infusas contineto usque, dum quod deuoratum sit, eiciatur. si quis uero comedens aliquid deuorarit, suffoceturque, tu ex eadem re, qua uescatur, particulam utriusque auri ac capiti superponito, quia res deuorata, ac suffocans, descendet. **A**D hirudines ex gutture euocandas. marina aqua in gargarizatione prodest. uel olei, aut liquoris cyrenaiici magnitudo erui ex uino puro calida potetur: aut succus anagallidis, aut acetum acre cum thymo detur, tum ex aqua calida fiat gargarizatio.

AD DEstillationes.

Cap. 22.

Cre nares assidue iungito, aut idem ex sulfure & myrrha contrita ex uino, melle, & oleo efficit.

AD

AD Tussis.

Cap. 23. E

AD tussim faciunt ficus uino puro madefacti, & in cibum sumpti &, resina terebinthina in melle cocta ad lingendum data: postquam uinum passio temperatum sorbendum propinetur. Aliud pueris magis aptum. coagulum purum elixum melle excipe, ac da. Aliud. canem quem lycurgū uocant, pelle detracta epulandum proponere. Aliud. allium ex melle decoctum. Aliud. scilla summum excuato, in cauo ouum conijce, cretaque locum obtura, & asium esui da. AD EOS, qui assidue tussunt. hysopi fasciculum in aqua ad tertias decoque: eamque aquam ieiuno per triginta dies calidam potui dato. pueris uero etiam cum caricis dabis. uel, pernam contunde, & locum affectum tanquam farina consperge. id quod sanguinis etiam ex ore eiectioni auxiliatur. uel, sinapi tusum, ac tritum ad cochlearis mensurā cum uini cyathis duobus per triginta dies potui deinceps dato. AD tussēs nocturnas. mentam tritam aceto permisce, da ut absorbeatur. [suffitus ad tussim. styracis, mastiches, piperis, petroselinum singulorum. 3. i. sandarachā. 3. vi. baccam lauri unam, carbonibus ignitis impone, & aeger fumum per calamum excipiat.]

AD Suspiriosos.

Cap. 24.

SCillam in uino, aut aqua multa decoque, & propina. ad idem ualet pulmo uulpinus siccatus, & in spuluerem redactus, ex uino nigro potui datus. aut nasturtium album contusum, & melli admistum in linctu. AD spiritus difficultatem: ouillos pilos, qui prope anum sunt, ure, ac tritos in passio exhibe. uel sulfur uiuum ex uini cyathis quatuor propina. AD recta ceruice spirantes. † radiculam ex aqua calida præbe. uel, sedum cum melle tritum, & ad lingendum datum: aut bulbum, aut abrotanum, aut alicam ex multa, aut hysopum in multa coctam, aut stœchadem herbam, aut castoreum ex uino dulci, aut scillæ internam partem ex aceto multo dabis.

AD sanguinis profusionem ex ore.

Cap. 25.

QVi sic affectus est, symphyti radicem, quantam potest, comedat, eoque die acetum ne gustet. uel, terram samiam tum per se, tum cum succo herbæ sanguinalis dato. Hippio uero centaurius ad sanguinis eruptionem mirum in modum proficere dicebat, urticæ succum ex uini cyathis tribus potui datum. acetum quoque, si absorbeatur, præfertim uero scillite, iuuat: & item mentæ & tragacanthæ succus, si sub lingua contineatur.

QVIBVS ex aliqua ni sanguis ad interiora effusus est.

Cap. 26. G

CInerem uitæ aceto extinctum cape, acetumque copiose effundens eliqua, ac panniculo excocta, tum modica aqua temperatum da sex cochlearium mensura. hoc enim locum ipsum, unde sanguis fluit, constringit, & concretum sanguinem, cum deuoratum sit, colliquat, & deijcit, & cruoris effluxionem sistit: siquidem comprimit eum sanguinis effluxum, qui locis internis sit. AD omne sanguinis profuuium. symphytum herbam cum aceto † faciei imposito, si ex naribus sanguis fluat: si uero ex pectore feratur, thoraci: si ex uesica, aut utero, aut renibus, tum coxendicibus superdato.

AD sputum sanguineum, & tabem.

Cap. 27.

* COMidis partem nigram ex passio decoctam sublingua continendam ac deuorandam dato. eam enim & ad sputum sanguinis, & ad tabem ualde efficax est. AD tabem nodum absolutam, tollendam. pulmonem ceruinum calamo extrahe, & exiccatum tere, eius da cochlearia tria ex mellis cyathis tribus: tum paucis interiectis diebus, idem repete. AD tabidos & purulentam, sanguineaque sputa reijcientes. utantur salito caseo quo, cum pane uescantur, hoc modo parato, in aquam ter, aut quater demergatur, donec aqua salta non reddatur. postea charta deligatus, comburatur, ac datur separatim modico mulsi affuso. Herophilus uero caseum salitum sine alia re cum pane dabat: ac postea aquam propinabat. dicebatque cum sal in caseo uentrem perturbet, a uino dato dissolui scilla quoque tosta, cum in salsamentum est, utimur. ita enim magna sit purgatio: itemque porrum cum pane huc pertinet. cum uero diligenter purgati esse illi uidebuntur, si imbecilliores sint, ipsos carnibus, & alijs consimilibus reficiendos curamus. eadem ratio habenda est eorum, quæ ad purgationem pertinent: cum abscessus rupti sint. herba etiam uocata piscis cum axungia salis ex parte esui data sanguinem reijcientes, ac tussi uexatos mirabiliter iuuat. [AD sputum sanguinis. lemnium sigillum ac pastilli ex charabe, & qui ex corallio fiunt, & theriaca data in lecto, pro sunt.]

AD pleuriticos.

Cap. 28.

COrticem radicis potui dato, cuminum, cuius in obsonijs usus est, in aquam infunde, & potui da. uel rutæ ramusculos quinque tritos singulis diebus præbeto: aut stœchadis herbæ, quantum tribus capi digitis potest. semen quoque trifolij, aut panacis radicem, aut chamæpityn similiter propina. [AD lateris dolorem. si ad iugulum usque dolor peruenerit, mittendus sanguis est: si ad præcordia descendat, purgari corpus debet: ualidiusque utendum est clysteribus: at si moderatus

Aratus dolor sit, aqua multa danda est, ac pituitosa, aut alicæ cremor. in morbi progressu misceri sorbitioni calamentum, aut marrubium debet. prodest etiam urticæ semen cum melle. Ad dolores uero uehementiores adhibe facculos ex milio, ac furfuribus, aut fomenta ex aqua calida, aut oleo, uesica excepto: aut lanam succidam oleo, & uino, in quo sal sit, imbutam. transacto septimo die emplastro, quod rufaceum uocatur, utemur. sæpe etiam bulbi cum axungia fati fuerunt, id quoque eclegma, quod ex pineis, amaris amygdalis, & semine lini, & amylo fit, dandum est. VNGVENTVM bonum. capit hoc bdellium, costum, caulium cauliculos combustos, in cineremque redactos: quæ omnia ex adipè permiscenda sunt. hoc enim medicamentum egregie discutit.

VT mamma pendula erigantur.

Cap. 29.

CApe terram scriptoriam, eamque in melle coquito, positam in linteolo a mane usque ad uesperam: tum spongiam ex olla superaddito, donec cataplasma eduxeris. hoc enim & erigit, & turgidas mammæ facit. si uero efficacius esse cataplasma, ipsum crassius superdato & gallæ immaturæ unciam adde. VT mamma multos annos molles sint. facito ex carystia cicuta cataplasma. VT ne maiores fiant. porcellum dissecā, cruore mammæ illine, nec amplius crescent. [VT lac euanescat. * Creterium aceto macera, illine, & impone. lac arefcet. DE mammillis, ac primum de earum abscessu. cimo liam, libanotidemque, & oleum rosaceum misce, & impone. Aliud, in principio appone spongiam posca tepida perfusam, & expressam, & alliga. Aliud, palmulas ac panis micam tere, ex posca commisce, & tepidas adhibe. Aliud, coriandrum & psyllium cum cerato admoue. Aliud, panem & perdicium uiride cum cerato, ut cataplasma, per diem impone. Aliud, panem cum multa, aut melle, aut uino ad modum cataplasmatum impones: si uero grauitatem ferre māmilla non poterunt, eas oleo calente ac lana succida molli, & decoctione fœnigræci, uel althææ, uel lini seminis perfunde. AD lac prouocandum. sifamum ex uino dulci potui da. Aliud, anethum aut eius semen coque cum carne, uel cum ijs, quæ lactis copiam gignunt. Aliud, porrum in aqua coque, eamque decoctionem potui da: uel porrum contere, & percola, & aquam bibendam præbe. Aliud, succum fœniculi potui dato. Aliud, radicem fœniculi, & hordeum asium ex aqua decoque, butyrum misce, ac bibendum dato. Aliud, decoctionem hippomarathri propina, atque etiam ipsum fœniculum esui dabis. Aliud, cardamomum ex uino propina. Aliud, uiticis semen ex uino potui dato, aut bliti succum. ceterum ab acutis, salis, & acribus, & crudis oleribus abstinendum est. VT diu tensæ māmilla maneant. cuminum ex aqua tritum modo cataplasmatum impone: deinde spongiam posca imbutam si per addas, & liges. post triduum, cuminum auferes, & mammis cataplasma ex lilij radice, & melle impone, ac per triduum ita dimittes. id quod ter in mense faciendum est.

AD fetidos sudores, & tetros odores alarum.

Cap. 30.

ALas asaro a balneo, mane, quotidie illine: aut singulis diebus alumine liquido inunge: aut ocymi semine ex uino, & melle inunge. hoc tetros alarum odores pellit. uel etiam creterium adhibe.

AD eos, qui ex stomacho laborant.

Cap. 31.

CEDri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathum misce, ac sorbenda dato. id enim omnem dolorem penitus leuat. est autem * Scrapionis, omnemque superat expectationem. Aliud, anisum humidum in panno deligabis, & in calidam aquam conijcies, tum iubebis, ut sorbeat. AD imbecillos, & nausea affectos, mentæ coliculos binos, ternosue in mali punici dulcis succo feruefactos da ad sorbendum. Aliud, sambucitenera folia ex aqua munda potui dato. si dem hoc superat. AD uentriculi morsus citra bilis uomitum, tragoriganum in aqua pari portione maceratum, & ad lactis temperaturam redactum sorbendum præbe. AD stomachi imbecillitates. sinapi frictum, & tritum ex aqua potui dato prodest. EPithema ad stomachi, & præcordiorum affectionem. * face arida ce rato myrteo, aut rosaceo excepta utitor. AD singultum. si semel singultum senseris, digitum, quem saluatorem uocant, tuæ sinistra, ter in ore contineto: aut acetum absorbet, aut etiam cuminum, aut alicam, aut uomitus cieatur, ita enim singultus sedabitur. aut etiam spiritus contineatur, aut sternutatio excitetur: aut ruta ex uino propinetur: aut mica panis aceto imbuta deuoretur, aut porcelli officulum manu atteratur. iam uero subita formido singultum finit. [AD stomachi dolorem. castoreum ex posca potui da. si uero eius causa status est, cuminum in oleo coque, itemque semen dauci, & petroselinum, & unges: si frigus, lauri baccas in oleo coque, & item rutam, ac nigellam, ac fœniculi semen. si dolor immoderatus sit, foue ex milio. cucurbitula quoque magna umbilico admota ualde prodest. AD stomachi imbecillitatem. oleum ex succo cydoniorum utile est. Aliud, mastiches, styracis sing. partes. iij, absinthij, ænanthes, sing. partes. iij, olei melini partes. iij, uini quod fati est: itemque rosarum partes duas. hæc lenias, ex purpuraque, aut lana assumpta stomacho impone.]

AD choleram, & uomitum, & nolulium, & uomitum

stercoris.

Cap. 32.

VInum olbinum cholerae remedio est: nam stomacho conducit, & aluo succurrit. AD uomitum cohibendum, succo sanguinalis herbæ cibos imbue. Aliud, absinthium in aqua ad tertias decoctum

SPVRIL.

T in

in potu propina. ratione habitus aegrotantis habita. dato eodem modo centaurium, aut thymum, E aut nigras myrti baccas. Vt uomitus facilis sit. samplici folia comedendas dato. Aliud. lixiuio, stillatio poculi oras contingit. AD uoluum mirabile remedium, & item ad eos, qui ore steruus reieciunt. oleum, in quo anethum decoctum sit, potui dato: sed interim, dum coquitur, aegrotum in aqua calidam perfunde, & post olei potum, micis panis calidas esui praebeo: is enim, etiam si iam suffocetur, incolumis euadet. hoc remedio nos principem uirum in Asia nostra seruauimus. AD eos, qui frequenter uomunt. Rhum & cyminum simul contundas, & ex aceti nulli cyathis sex da potui unciam. AD eos, quos cholera uexat, ualde efficax. menta ex uino sumpta, si aeger febrem non habeat: herba quinquefolia arida, tritaque ex uini cyathis septem, aut ex aqua calida cyathis binis epota dolore confestim liberat. Aliud. cochleam cum sua testa contritam potui da. AD uomitum comprimendum. succum ex folijs, & capreolis uitis expressum cum polenta potui detur ieiuno ex aqua ad cochlearis pondus. Aliud, panacis obolum ex uino & calente oleo propina.

AD iecoris uitia.

Cap. 33.

SEminis petroselini cochlearium, menta insperfa, & pota confert. Aliud. herba fumaria in succo dissoluta, & in pillos redacta, & exiccata dolorem sedat. ac si ter ex aqua potetur, liberat. Aliud. lupinum iecur drachmae pondere ex passi sextario datum prodest. Aliud, albi piperis grana nouem, F myrrhae quantum auellanae magnitudinem impleat, simul tere, sereno caelo, alternis diebus ter, aut quater dato. Aliud, iecur equi penu cedrino reconde, tum uino chio, & aqua dilutum dato: nam quibus iecur ulceratum est, facit, ne praeterea exedatur. Aliud. maluae succus ex melle in potu sumptus, praesidio est ijs, quos iecur affligat. Aliud, hastulae regiae radix potu sumpta iecoris dolorem adimit. Aliud, alba uiola epota subito iecoris dolorem sedat, epithema ad hepaticos: laeserpitium contritum ueteri axungia excipe, ac linteolo inspersum impone. Aliud. ficum in multa decoque, tere, absinthium contritum quamplurimum admisce, atque utere. Aliud. brassica cruda imposta celere hepaticis remedium affert.

AD morbum regium.

Cap. 34.

ACanthi, Romani tricardum aem uocant, radices uirides tres, aut quatuor aridas in aqua decoque dum relictum dimidium sit: tum expressis radicibus aquam potandam praebe. AD morbum regium ualde efficax, & longo usu comprobatum. raphanos uirides cum folijs tere, & unius, aut duorum succum ex uini cyatho uno dato: ac si ieiunus sit, ante balneum exhibere iube, ut in calidum solum descendat. ita enim auriginem aquae supernatantem intuebere: si uero morbus contumacior fuerit, iube, succum ut bibat: aut anchusae radicis aridae cochlearia duo ex tribus aquae cyathis potui dato: aut G sulfuris uiui cochlearia quatuor ex uino: aut unciam herbae fabinae ex mulso. ego autem hoc utor, quod egregie facit: aphroniti uncias duas in uini aminae cyathis duobus macero, ac sub dio nocte expono, tum ieiuno potui do: idque per triduum, aut quadratum continenter facio, ac bonam ualetudinem aegrotanti restituo. Aliud. hypericon & adiantum aqua incoque, & potui da. Aliud, myricam ex aceto tritam propina. arquatos enim sanat. hoc morbo affectum in balneum duc, in solumque iube descendere, ac iunci odorati uncias duas ex uini nulli cyathis tribus bibendas praebe. id enim diurnum morbum regium solet curare, & aegrum liberare. Aliud. Adhibe ad quotidianum uictum herbam rubiam sine carne suilla, ipsius autem cotusa & cribrata cochlearium unum ex uini cochlearijs quatuor usque in sextum diem dato: deinde semper subtrahendo da uini cochlearia nouem, deinde septem, tum quinque, postea quatuor, postremo tria. si uero die trigesimo aliquid adhuc reliquiarum morbi sit, eadem dato, eodem ordine seruato. Aliud, chamamelum ex aqua potum & arquatis, & hepaticis ualde prodest. Aliud, struthion ex melle & lacte potui datur. Aliud, Aselli sub hydrijs reperti, triti, ex mulso poti arquatos liberant. Aliud, serpillum aquae incoctum, & epotum, idem facit. Aliud, sulfur uiuum unius cochlearis pondere, aut duorum ex uino potetur. Aliud, ferri arugo statim liberat. Aliud, capreae stercus tritum, cribro traiectum ad cochlearis mensuram cum uini odorati cyathis quatuor ieiuno, & loto praebentur. si febris adsit, ex aqua idem pondus dato. Aliud, ursini felis ad fabae graecae magnitudinem da, & aeger aquam superbibat. Aliud, fabinae cyathus ex mulso hunc morbum pellit. Aliud, thus aquae incoctum da. Aliud, terrestrem lumbricum tere, ac propina. Aliud, aristolochiam ex hydromelle exhibe. Aliud, cichorij succi cyathos quatuor da. Aliud, si aeger in medium balnei conclat se recipiat & sudet, sanus egredietur. Aliud, stercoris canini albi cochlearium cum tribus optimi uini cyathis per decem dies propina: id quod ad colicos etiam dolores & inflationes aequae facit. Medicamentum quod naribus infundatur, elaterij ad fabae graecae magnitudinem muliebri lacte liquatum in nares fundito. Aliud, nigella in aqua decocta & in nares coniecta in balneo, morbum regium pellit.

AD lienosos.

Cap. 35.

AGrestis rumicis radix in pila contundatur, succi eius expressi cyathi singuli per triduum propinetur. Aliud, panacis radix cotusa ad cochlearis mensuram ex aquae calidae cyathis tribus ieiuno detur. AD lienosos, etiam si scirrhū cotraxerint: corticis radicem capparum unciam, aceti sextarium, & semissimum, aquae sextarium ad tertias decoque. a cibi concoctione cyathum unum, aut duos, idque per interualla, propinato. Aliud, hederæ folia aceto incoque, ex ijs contusis succum exprime, ac robustis purum potui da: delicatioribus, aqua

Aqua dilutum: sed prius, quam bibant, concitatioem eis inambulationem impera. Aliud. centaurij tenuioris, quod iam consenuerit, in mortario contusi da non febricitantibus cochlearium. Aliud. lien leporis recens deuoratus, ut ne dentibus tangatur, magnifice prodest: oculi autem fascia uelentur, ne aeger sciat, quid deuorarit. Idem facit catulorum, qui nondum aspectum sint consecuti, lien in uentriculum non secus demissus. Aliud. uenatorij canis catulum, exiccatum, tritum, ex modico nardo, praebe ieiuno. Marcellus autem ad lienosos quoque ualde facere asserbat, si cardamomi cochlearium unum, aut duo, ex uno, aut duobus scillini aceti cyathis ieiuno daretur, idque per tres continuos dies fieri iubebat. Aliud. radices hederæ molles ex uino elixas bibere, aut crudas contusas, eodem modo. Aliud. asini stercus aridum aceto dissolutum, & per linteum traiectum potui dato. Aliud. raphani succus ex aceto mulso maceratus per triduum propinetur: dabis autem singulis diebus cyathos duos. itaque lienem extenuabis. Aliud. ferri recrementum cochlearij mensura ex posca bibendum da. Aliud. irrida longam aceto coque. ipsumque acetum potui dato. Aliud. elcorodani cor edendum, bibendumque praebe. Aliud. muxin ex aqua elixum: si arefactus sit, succum propina. muxin autem cappadocica lingua dicit. Aliud. stoechados trita cochlearium ex uini lentiscini cyatho propina. Aliud. ammoniaci thymiamatis ex aceto triti cyathum ieiuno dato. Aliud. muris lienem, ac piperis grana septem in sicu torreto, & clam edenda porrigito. Epithema ad lienosos. lapidem asium in bubulam uescicam impone, & aceto acri madefactam leni superdato: ipsum enim extenuabis. Aliud. glandem unguentariam ex aceto macera, & ad cerati crassitudinem redactam impone. Aliud. uulpis lien alligetur: lienosos enim morbo liberabit. haedinus quoque lienis appositus lienem dimittit. Aliud. brassica syluestris cataplasmatibus modo imposita medetur. Aliud. persicae arboris folia eodem modo admota profunt. Aliud. myricae semen aceto decoctum, ac tritum impositum auxiliatur. Aliud. ammoniacum thymiam aceto maceratum ac linteum illitum admoue. Aliud. crocomagma aceto maceratum, & ad cerati formam redactum, loco appone. id non remouetur, donec plane sanauerit. Aliud. capparum radix diligenter trita, & in linteum super locum data eodem die medetur. AD lienosos corticem radicis capparum in aquae libra, & semilibra aceti usque ad tertias decoque, & sexquiuinciam potui dato. Aliud. capparum radicem contunde, & aceto mulso incoctam ieiuno potui dato. Aliud. cupressi baccas ualide conteras, erui pollinem in acetum mitte, & ad emplastri crassitudinem decoque, ac leni per dies tres superdato. post tertium diem solue, & emplastrum aquae plenum comperies. Aliud. ammoniacam guttam scillite aceto triduum maceratam, ac in lauorem redactam linteolo illitam imposito, neque amoueto, quoad decidat. Aliud. folia mori refrigerata, & in umbra arefacta tere, ac medicamentum aridum facito scrupulorum quatuor, & cum modico pipere, & caryophyllis, & uino mero, calido, cum in balneum descendit, propina.

POTIO ad aquam interuentem per urinam uiuendam.

Cap. 36.

AERis uisti quantum fabae compleat magnitudinem, stercoris columbini, uini cyathos tres da. esto autem haec unica potio. Aliud. a nobis in plerisque comprobatum, tithymalli uallarum radicem pro aegrotantis uiribus edendam praebe: aquam enim statim educit. Aliud, granum cnidii contusum, cribro traiectum misce, ad strigenti crassitudinem, ac cochlearium unum plenum ex uini nulli cyathis tribus, addita modica aqua calida, ut lactis calorem imitetur, aut ex uino sorbili dato: id enim plurimum aquae expellit. Aliud. ebulli radicum succi cyathos binos, uini tantundem misce, & da. liberat, nec stomachum subuertit. Aliud. graminis decoctum epotum urinam ciet. Aliud. solani succi cyathi quatuor, mellis cyathi xvi. propinati profunt. Aliud. hyssopum & hircinum lotium ex passo epotum urinam prouocat: idem facit etiam caprinum, si tibi suppeditetur. Epithema ad hydricos. heteram crema, diligenterque cataplasma facito. Aliud, Drapphanos ex aqua decoctos, donec flaccidi sint, & hordeacea farina impactos decoque, & cataplasma ex eis conficito.

AD Umbilicum proidentem.

Cap. 37.

[Gallam comburito, aut terito, & cortici thuris admisce, & oui candido excipe, tum impone.]

AD Tormina & uentris dolorem.

Cap. 38.

ARistolochiae radix in uino potui detur. AD tormina, singultum, capitis dolorem, & difficultatem pariendi, sternutatio ad tormina, & omnia uitia interna accommodata est. Aliud. lychnitidis herbae radix lota, & uino dulci incocta, ac percolata, & epota, egregie iuuat. fecus uero, cibis, quibus uescare, modicum casiae, & olyrae non contusa admisce. AD tormina intestinorum & alui. cymini fricti, tritumque cochlearium unum, aut duo ex aquae cyathis tribus potui da, aduersus uero inflationes feruefacito acetum, ac refrigerato, tum apij contusum semen indito, atque iterum feruefacito, idque potui dato. Aliud. eresium herbam ex aqua tere, ac propina. Aliud. ex lampro. quantum satis sit, tritum ex aceto, ieiuno dabis. Aliud. ieiunus laurum manducet, succum transglutiat, partem commansam umbilico imponat. illico, tormina sedabuntur. ALVUM purgans, ano indendum. lanae hapsum felle taurino intintum ano immitte. Aliud. gallicum saponem lana inuolue, & ano impone: uel potius alumen liquidum. AD Dysenteriam,

SPVRII.

T 2 lenticulam

lenticulam teneram contusam cum rubi radice decoctam impone, & esui da. Aliud. flores mali E
punicici acido lacte incoctos tere, oleum ad eandem mensuram adde, & epulandos proponere. Aliud.
milium contusum elixum adipe uulino perfunde, & quam pinguisimum, quamque calidissimum for
bendum dato. postea uero aquam frigidissimam ille sorbeat, & statim liberabitur. Aliud. galla
internam partem tritam, in leuoremque redactam cape, & farina admista atque oui candido pastillos
fac, & assos frange, uinoque sine sale, madefac, ac edendos præbe. AD dyntericos, cœliacos, & le
uore intestinorum uexatos, quod lingendo sumitur. Laferpitij ramenta melli admista da ad lingendū.
Aliud, ouū, mel, uinū, ac mali pūnici putamē paribus portionib. misce ac frige, tū pipere exiguo cōsper
sa, potui dato: efficax id est. Aliud. oua tria in acetū conijce, per tridū macerari sine: tū modicū simila
ginis cum tribus illis ouis subige, assa, ex meraco uino perspersa exhibe. P otiones ad dyntericos, cœ
liacos, & lientericos. Vinum adstringens, in quo rhus obsiorum usque ad tertias decoquatur, po
tui da ijs, quibus male affectus uentriculus est. Aliud. uinum austerum, cui incocta galla sit, ijs
quorum uentriculus fluxione laborat, potandum pro uiribus dato. [AD distortionem, & uentris do
lorem. cyminum mandant, & deglutiant. uel carthamum & foenum græcum trita coque, & decoctio
nem potui dato. uel baccas lauri aridas, & detracto cortice terito, ac nouem cochlearia propinato. uel
serpyllum tere, & ex uino præbe. uel samplici decoctionem ex uino da. uel radicem eringij cum ui
no potui da, uel spicæ decoctione, uel castoreum. AD colicam. fenectā serpentis in uase aneco ex oleo
frigito donec comburatur, tum terito, & in oleum intincto digito, anum inungito. F

AD uentris profusum.

Cap. 39.

Callitrichi decoctionem ex aqua, bibendam exhibe. Aliud. * stœbeem, qua ad uasa testa
cea utuntur, spinis hirsutam, in mortario contunde, ex aqua decoque: & in uentris dolore eā
aquam sine uino febricitanti propina: cum uero febris non adest, uinum misce. Aliud, nucum pu
tamina, quibus nuclei conteguntur, trita ex aqua trium cochlearium mensura propinabis. Aliud.
cornu ceruinum mollius combustum, cum pari gallæ mensura potui da. Aliud, ruminis semen tritū,
ac potioni, aut cibo inspersum mirifice prodest. Aliud, quod in nucibus inest ad modum colu
mellæ, & capitis papauerum, quod ueluti tegmen est, pari mensura ex uino propina. Aliud, que
nas glandes & cribratas plurimum, in uinum austerum, ut polentam, sparge, ac potui da. Aliud, lo
custa carabi testas frictas, & tritas ex aqua dato. Aliud, struthocameli, & item aliarum auicularum
uentriculus cochleariorum duum mensura, ex uino, si febris absit, si adsit, ex aqua, benefacit. Aliud,
thuris grummus ad fabæ magnitudinem in uini nigri cyatho, ac folani cyathis duobus, dissolutus prop
inetur. Aliud, gummī albi contusi unciam ex uini nigri cyathis sex bibat. idem ano inditum facit. G
Aliud, in cochleam africanam picem infunde, & calfactæ carnem educito, & in anū bis, aut ter impo
ne. Aliud, serpentis spoliū in uase aneco ex oleo frige, cum ustum sit, tere, & digito in oleo intin
cto, anum ungit. Aliud, herba sacra inferius foueas, aquam ne attingas. Aliud, betam ex ace
to tritam more cataplasmatas a superioribus partibus usque ad inferiores impone, hoc dyntericis e
gregie confert. Aliud, ceratorum ossa contusa uentri superdato. AD dolorem dyntericorum, ma
lum cydonium assum cum pari cerati rosacei portione impositum confectum dolorem sedat.

AD colicos dolores.

Cap. 40.

Testas ostreorum crematas, & in puluerem redactas, ad duorum cochlearium pondus cum aquæ
cyathis tribus potui dabis. Aliud, thymum creticum aqua ad tertias decoctum ex attico
melle dabis. Aliud, sacram radicem tenuem in aqua ad dimidias decoque: idque decoctum per
quinque dies potui præbeat. & morbum adimet: id quod in multis est probatum. Aliud, menta
uiridis elixa detur per triduum, ac nunquā hic dolor affliget. Aliud, lauri summitates teneræ, lignæ,
si quis eis triduo uescatur, liberabunt. ceterum caue, ne olla, in qua decocta menta sit, per illud tridū H
terram attingat. AD septum transversum. fraxinei ligni ramentorum cyathus per triduum eportus per
fanat. Aliud, ad multos usus accommodatum. Colocynthida alexandrinam excauatam, non ta
men ferro, & expurgatam, in Coi uini sextarium infunde. ac feruefac: tum uinum ad calorem tempe
raturum reuersum propinato, iubetoque, ut deambulet: siquidem incolumis reddetur. multa enim ex
crementa hæc potio solet deijcere. ac ne nausea tentetur, salis grummi ore contineat. ualet idem
ad coxendicis dolores. AD COLI dolores, quod ano indatur. opium hispanum lactuca exce
ptum in anum immitte. Aliud, allij nucleum lixiuio calfactum ano inde, & arido detracto stercore
liberabitur. Aliud, si coli dolore uexatus canem dormientem expergefaiat, & in locum, in quo
canis cubabat, mingat, ipse statim dolore liberabitur, & canis morietur. AD colicos & inflatos. cera
to ligustrino laferpitium copiose excipe, & appone. ego uero parum quoque castorei adijcio, & effica
cius medicamentum redditur. AD tormina. græcum cuminum commanlum, ac deuoratum prodest.
Aliud, cnici contusi, ac foenigræci elixi succum propina. Aliud, pectinem in aqua calida madefactū
& lotum bibendum dato. Aliud, baccarum lauri aridarum corticis cochlearia nouem potui dabis.
Aliud, serpyllum lauigato atque ex mero propinato. AD omnes internos dolores, si ei, cui intestina
dolent, pedes laueris, & ex ea aqua potui eis dederis, dolor illico leuabitur.

Ad

AD intestina interseissa. Cap. 42.
* Aegyptiæ spinæ radicem, & hœdinas, caprinæ uel carnes cum pilis, corioque tere, & ex similiagi
ne cōfectas cepas, ac uino tēperatas potui dato. eadē radix pota peripneumoniacis remedio est.
suspensa quoque tertianam, quotidianamque febriū pellit: & ex oleo pota ad uulnera ualet.

AD renum, coxendicis que dolores.

Cap. 42.

IRidis farinam, peracere acetum, pinique resinam, ac lupinos, & pyrethrum, & terebinthinam, & sul
fur, & nitrum, & lauri baccas cum melle permisce, & impone. [PURGANS ad coxendicis do
lorem: liquorum tithymalli guttas quinque in ficum instilla, & comedendum præbe. id purgabit.

Quæ exterius imposita aluum ducunt.

Cap. 43.

GRanum cnidium detracto cortice excipe cerato, atque umbilico puerorum imposito. Aliud.
felle taurino umbilicum ungit. Aliud, suillus talus ustus, & contritus ex aqua propine
tur. Aliud, chamamelum ex oleo tere, inungeque, ac statim dolor cessabit. Aliud, reticulum,
quodcunque uolueris, de capite mulieris detractum in caput ægri pone, & ad bonam ualeitudinem
eum perducet. præstabit autem reticulum calfacere, tum capiti imponere. Aliud, coriandrum
Bustum, oleo dilutum umbilico superdato, ac lana tegito.

AD urinae difficultatem, & calculum.

Cap. 44.

VAlent hanc ad rem scorpionis uisus, & esui dati. si quis forte abhorreat, adipe misti, ac tosti, clam, & si
ne ulla suspitione dentur. mirabiliter enim proderunt. is quoque calculus, qui per urinā sit red
ditus, oliuæ nucleo similis, si igne candens teratur, ac potui detur, calculos, qui in uesica sunt, eliquat.
felis quoque iecur ustum, ac tritum, ut in potu sumi possit, lapide laborantibus auxiliatur. iaspis etiā
lapis in potu assumptus uesicæ calculos frangit. Aliud, umbilici ueneris radix elixa, & trita, at
que ad uncia pondus quotidie, ex uino diluto data, ad renum calculos ualde efficax est. Aliud.
succu uuæ acerba, & rufæ hederæ corymborum æqua portio ex albo uino teratur, eoque succo illine
eos, quibus urina ægre it. EPY rhema ad calculosos. ubi urina emissa sit, uetusto butyro emolli
to penem obline, & cubitum eunti lanam per triduum impone. Epythema urinam iritans, quod etiā
ad renis uiria facit. calamintham cum aceto & pipere cerato excipe, & umbilicum illine. Aliud, in
decoctione samplici æger desidet. Aliud, parietariam oleo incoctam loco uesicæ applica: ac sta
tim urina prodebit. AD calculosos. montana chamedrys multa incoquatur, ac potui detur. hoc au
tem remedio Priscus Samius uti solebat. Aliud, albæ hederæ corymbi ex uino poti lapides fran
gunt. Aliud, salicis folia contusa ex uino austero sumantur usque, dum conualescant. [AD eos,
qui præter uoluntatem urinam emittunt: galli guttur ustum cochlearis mensura ieiuno ex aqua potui
dato. Aliud, leucantheni flores septem tritos ex aqua propina. Aliud, leporis aridum testicu
lum in minutas concisum partes ex uino odorato propina. Aliud, cimices tres tusos ex uino auste
ro per nouem dies dato. Aliud, calamintham & myrrham ex aqua ante coenam propina. Aliud,
anferis linguas per triduum, singulis diebus unam epulandam dato. Aliud, rutæ syluestris semen
triduum edendum præbe. Aliud, penis cimolia ex parietariæ succo illinatur. AD mingendi dif
ficultatem rhus & rufæ hederæ corymbos ex uino albo tere, & partes sub umbilico postas illine. AD
urinae redundantiam prodeuntem cohibendam, pelliculas quæ in uentre gallinarum sunt, in sole are
facito: ex eisque drachmam ex thure masculo, & glande arida, floribus syluestris pumici, ac galla,
singulorum drach. iij. tere, datoque ex ijs ieiuno ex melle rosaceo, & aqua frigida.

AD uitia seminarum, & primo ad conceptum.

Cap. 45.

DIeuna caricas cum oleæ folijs edat. Aliud, pecudis ruminantis spumam digito sumas, & ex
uino potui des. Aliud, nasturtium tritum ex aceto per quadratum, postquam scilicet mun
datum corpus sit, edat. Aliud, uulpinum sterces in pesto imponatur, ac muliebres loci illinantur,
tum rebus ueneris utatur. Aliud, artemisiam tritam impone, & muliebri pudendum gummi un
ge, cum tertius a purgatione dies fuerit, & mulier concipiet. ut mulier marem gignat, alba fascia
puerili pedem dextrum liget, & cum uiro concumbat. ut foeminam nigra fascia sinistrum pedem
ligato. [AD conceptum. uterum leporis arefacito, terito, & post menstruas purgationes potui
dato. AD PARTVS difficultatem, chamepithyn & bitumen carbonibus ardentibus impone, ua
porem locis muliebribus affunde, aut hæc ipsa adhibe. AD foetum mortuum expellendum. fellis
taurini quantum amygdalæ magnitudinem æquet, in uino dilue. dato cochlearia duo, quæ bibat,
ac foetum statim eijciet. Aliud, lycium crudum trito caule misce cum cedri liquore, & calfactū potui
dabis. Aliud, artemisiam ex aqua multa coctam propina. Aliud, super lapidē, quæ canis, cum in eū
ictus est, mordet, in sole positū, mulier, quæ difficultatē in pariendo experitur, transeat. AD mensruas
purgationes enocandas, marrubium, nepitā, rutam, corticem: celsi singulorum. .iij. ex uino, aut aqua
decoque, & potui da. Aliud. ex aqua, qua fermentum in pane conficiendo dissoluitur, propina. AD
uteri dolores. pæoniæ, uel iridis radicem potui da. uel feminis pæoniæ grana xv. uel pulicariæ, aut
SPURIA. T 3 urticæ

urticæ succum apponito, uel etiam melisse folia ex uino decocta. Aliud, rutam uiridem tere, & cum butyro, & suillo adipe unguentum confice. v r mulier uitiata, uirgo uideatur. gallarum immaturarum, ligustri, xylocasæ, rosarum siccarum, piperis albi, grani cniidij, singulorum hexagium unum, tere, & matrice prius lota, impone. ad idem ualeat rumicis acidi semen tritum & impolitum.]

NOTA, quibus mas & femina in utero dignoscantur.

Cap. 46.

A Pium super caput mulieris clam impone, & quod primum uoce proferet, hoc est, uel marem, uel feminam, cuiusmodi pariet. hoc autem syncera ueritatis est signum. Aliud, grauidæ mulieris urinam cape, ac duas foucas fac, in alteram hordeum, in alteram triticum conijcito, tum urinam utranque persperge: tum terra claudito, ac si prius triticum germinarit, mas in lucem edetur: si hordeum, femina. v r MAS concipiatur. anserino adipe, ac resina terebinthina loci per biduum inungantur: tertio die cum uiro concumbat, & marem concipiet. v r MAS gignatur, uir sinistro testiculo ligato rebus ueneris utatur. v r femina, liget dextrum.

AD fetum retinendum.

Cap. 47.

F Acit ad hoc aëtites lapis appensus. retinet quoque foetum lapis is, qui pirastro adaatus inhaeret: qui appensus etiam gestandus est. itemque maluæ agrestis radix, quam epiboscon uocant, si appendatur, sardonius lapis usque in finem foetus retinet. is autem uentri alligandus est. herbæ quoque sideriti dis appensu foetus conseruantur.

VT Partus acceleretur.

Cap. 48.

B Vlbos amarus tritos ex uino dulci potui da. confestim pariet. Aliud, dictamnium ex uino, aut aqua potum. Aliud, suillum lac ex melle eorum. Aliud, galbanum ex aqua contritum, & potui datum, subito foetum educit. sveritus ad difficultatem pariendi. aiuga carbonibus imposita, aut duplum eius bituminis, quo fabri ferrarij utuntur, carbonibus inspersum, mirabiliter iuuat. Aliud, pulegij fasciculum in aquam calidam iniice, ac iube, ut in ea mulier desideat, eique in aurem dicit hæc, chu, ca, mi, dus. Aliud, manibus oleum contine, mulierisque illa perfrica, atque hæc dic, secundæ sitite corpus, quia præcipit uobis magna dei genitrix.

AD Lac proritandum.

Cap. 49.

R Adiculas cum tritico uino incoctas transcola, & potui da. Aliud, aquam, in qua surfur cum foeniculi radicibus sint incoctæ, potui dato. Aliud, mulsæ, in qua nigella sit, uncia propine tur. Aliud, mulsæ, in qua hederæ folia contusa sint, potui offeratur.

VT Lac euanescat.

Cap. 50.

M Arina foueto, & quæ adstringendi, ac siccandi facultatem habent, superdato. Aliud, mutiam calidam spongijs exprime, ac thuris puluisculo insperso liga, itemque chartas eodem modo. Si uero mamma duræ, inflammataque sint, eas lini semine, quod ex aceto mulso decoctum sit, illine: aut etiam fœnogræco simili modo, aut sesamo non loto, ac refrigerato, & melli commisto: aut cataplasma ex ficibus conficito. Aliud, cuminum tritum ex mulso dilutum ad cerati consistentiam, linteoque inspersum impone. portio foetum mortuum, aut non secundum naturam procedentem expellens. Fœllis tauri ad amygdalæ magnitudinem, uini ueteris diluti cochlearibus duobus temperatum potui dato statim foetum eijciet. Aliud, ouum crudum cedri lachryma illine, ac calfac, & ieiunæ sorbendum præbe. Aliud, mulsam, quæ artemisiam incoctam habeat, potui da. Aliud, lapis phœnicites illitus foetum extrahit. lapis etiam a cane demorsus foetum adhuc imperfectum educit, si prægnans mulier super ipso transierit. quod enim uentre continetur, cito admodum eijcit.

VT COGNoscatur, an mulier abortum fecerit, & ad abortum faciendum, & ad fetum mortuum, ac menstruas purgationes euocandas.

Cap. 51.

C Vm mammae graciles sunt, abortum indicant. cataplasma ad abortum impellens capit, uitæ mundæ cyathos duos, qui in olla ex aceto decoquantur; cum autem, dimidium consumptum sit, aloes uncia addenda est, ut instar malagmatis efficiatur. illine autem, & ab umbilico ad pectinem usque alliga. cataplasma ad foetum necandum sine noxa, & ulla nota suspicionis. cupressi foliorum partem aqua decoque, ac tere ad malagmatis formam, tum umbilico, & abdomini superdato, ac fascia ligato. iube autem, ut mulier supina iaceat, aut in sella ea sedeat, qua mulieres in pariendo uti solent: sopita enim sine dolore foetum edet. Medicamentum periculo uacans, ut trimestris, aut quadrimestris foetus expellatur. opopanax obolum fume, colliriū fac, & muliebribus locis immitte. id enim tutū est, & in multis probatū. Aliud, struthion tritā, melleq; exceptā paruis pessis illine, ac muliebribus locis immitte, siquidē hoc secūdas quoq; & mēstruas purgationes prouocat. Aliud, artēmiæ folia ex rosaceo terēs, & ad fordiū crassitudinē redacta imponēs menses irritabis. Aliud, caricas duas, ac dimidiam, nitri obolum, pessos confice, & immitte. Aliud, artemisiam tritam adhibe.

Aliud,

A Aliud. rutæ syluestris semen impone. Aliud. galatites lapis in suffitu eas expurgat, quæ non purgantur. **A** D mulierem, quæ a partu non purgetur. ari semen ex uino albo tritum ieiuna propinet. **A** D mulieris pallorem a partu. panacis radices contusæ & ex uino dulci ieiunæ potui datæ pallorem discutunt. Aliud, flores punicæ domesticæ oleo odorato incocti propinentur. [facem uini ueteris, lilij radicem, & allia simul teras, ac uespere faciem inunge, mane autem ablue, idque facito, donec rubicunda facies reddatur.

AD mammarum, femorum, coxendicumque fissi.

Cap. 52.

M Arinam cochleam oblongam, combustam, tere, tum albo oui, aut asinino lacte addito illine. Aliud. lapidem, qui diaphanes uocatur, tere, ac tritum cum balneo, quis ingreditur, antequam perungatur, illine: ac die uigesimo fissi sanescunt. **A** D uentris, præcordiorum, femorumq; sudores a partu. cimoliæ & pulueris thuris, (mannam nominant) par mensura albo oui excepta ex ligustrino cerato illinitur. **A** D inflationes in coxendicibus. medullam panis & melanteriam una subige, & superda, siquidem compefcit. **A** D umbilicos prominentes. gallas combustas, ac contritas cum aqua impone. v r umbilicus a partu, magnus, & formosus fiat. operculum urcei chartaceum panis inuolue, thuris pollinem oui albo excipe, & illine, atque in umbilicum infunde, alligaque firmiter.

Ad uteri strangulatus.

Cap. 53.

T Estudinis terrestris iecur tere, atque in pefso in naturalia immitte. hoc nunquam fallit, nec cuiquam communicandum est. **P** O T I O ad uteri dolorem. leporinum cor aridum, & in rameta dissectum propina. **A** D tormina uteri, corruptelas, & strangulatus. * leptosphæros accipito ad oboli semissem, erefinema uocant, tribus digitis, atque ex dulci in potu sumito. **A** D uteri dolores. punici dulcis radicem ex uino propina. **A** D uteri duritias. cuminum & rutæ folia tere, ac pice liquida, & butyro excepta in pefso ex lana inde. **P** O T I O ad mulieres hystericas. castoreum cum aniso dato. Alia, cuminum tritum, & nigellæ semissem ex mulso aceto potui dato.

POTIO ad muliebrem fluorem.

Cap. 54.

P eucedani radices, & baccarum cupressi pares portiones ex uino albo propina. Alia, uuæ nigrae acinorum arida semina bibantur ex nigro, aucteroque uino. Alia, hædi coagulum acerrimo maceratum aceto dandum ieiuno est. Alia, corallium ex uino nigro porrigatur: ac fluor confestim cohibebitur. Alia, ferulæ cinerem, ac papaueris lixiuum ex aqua parum dato, sed si largius fluat. Spongiæ usæ drach. iij. exhibe. Alia, cornu cerui uinum bibendum offer. Medicamenta quæ naturalibus imponenda sint. malum punicū lana exceptum more cataplasmatibus adhibe. aut eiusdem mali coriū decoque, & tritum in lana in pefso admoue. Aliud, gallæ internam partem, & thuris tantundem in pefso apprehende, & ex aqua adhibe. Aliud, pulegium tritum lana pura excipe, ac naturalibus applica. spongia quoque feruenti aceto madida, ac modice expressa, auxiliatur: itemque femorum coitio, & deligatio partium extremarum, & decubitus, qui in caput fiat.

VT ne muliebria naturalia in concubitu hunescant.

Cap. 55.

G Allæ immaturæ grana quatuor, eius cineris, qua ad oculorum uti uitia solemus, mystra duo teras, misce, atque in puro uase reponere. ex hoc mystrum unum uino uetere diluatur, eoque primis diebus nupta sibi naturalia illinat, atque in omni uitæ tempore illorum locorum humiditatem non sentiet. Aliud, gallas in aqua per octo dies contine: tum lanam mollem sulfure suffitam in aquam illam immerge, & non exprime, sed sine, ut arefcatur. itaque ex lana pessum facito, ac naturalibus indito. ita enim in uenereo congressu uirgo existimabitur. postea uero lanam auferto, & exiccato, atque iterum si placebit, uti poteris. Aliud, acuti rumicis semen tere, imponeque, & nihil a uirgine differre comperies. Aliud, gallas contusas in aquam funde. ea aqua mulierum pudenda subluantur, & angustiora reddentur. Aliud, panniculos tenues in aquam, quæ alumen habeat, immerge, & exicca, & exicca, tum iunci quadrati, calix, gallarum singulorum æquam portionem ex uino uetere conterito ad mellis consistentiam: in eo autem panniculos madefacias, ac resiccabis, tum dato, ut per duas horas in pudendo muliebri contineant: uel quantum necessitas postulet: & cum rebus ueneris uti uolent, eximant. Aliud, naturalia melle & nitro usque ad pubem obline, atque ita mulier cum uiro concumbat.

VT ne cui penis arrigetur.

Cap. 56.

B Vccinam combustam urina bouis castrati extinguito, atque hanc in cibis, aut potionibus adhibito. quod reliquum est, in uase reponito. Aliud, paruulum lignum appende. ita enim quiescit. Aliud, acutus iuncus impositus, & in figuram illius cyrici, qui semen cito ei aciculatur, substratis in lecto positus impetum in uenerem prohibet. Aliud, coriandrum aut pulegium, si quis frequentius eis utatur, priapum languidum faciunt. Aliud, si torpedinis fel quis bibat, ei penis non erigetur. Aliud, lucernæ, quæ sponte restinguatur, scintillam adhuc uiuam in poculum conijce, ac potui da: atque ita per totam noctem penis non arrigetur. [VT PENIS tendatur. in-

S P V R I I.

T 4 tendunt

tuoribus etiā buccinæ sunt in piscium genere.

tendunt autem pudendum, & ad uenerem stimulant hæc, nucum pinearum, piperis, petroselinum, ramenti pudendi cernini arefacti, terebinthinæ, singulorum pares portiones, quas melle exceptas ex uino bibendas exhibe. Aliud, cicerum crudorum, nucum pinearum, partes duas, feminum erucæ, piperis albi, singulorum partem unam: mellis quod satis sit, ex uino dantur. Aliud, antequam cocas, pudendum melle obline. Aliud, erucæ semen cum melle bibendum da. Aliud, erucæ succi cyathos duos cum pipere albo, quantum satis est, dato tribus diebus, idque tertio quoque die, uel da ieiuno succi erucæ, ac piperis albi cochlearium, facit ad hoc quoque marini erinacei testa in potu sumpta: itemque bubulum lac epotum. Aliud, semen polygonij & carnem piscium fluuiatiliu siccam tere, ac potui da: tentiginem enim excitat. semen quoque portulacæ ex lacte bubulo coctum mirifice prodest. oua quoque perdicis, si quis eis uescatur. Aliud, semen porri cum uino meraciore potandum offer. Aliud, polygonij succus eporus promprios in uenerem reddit. Aliud, aquam in qua ferrum extinguitur, cum uino bibito. Aliud, testiculi uulpini aridi cochlear cochlear, emittit, terram subige, & eo luto quod ex lotio illo conficitur, pudendum illine. Aliud, stercore bubulo recenti pudendum unge. Aliud, granum cnidium tere, & oleo rosaceo permisce, atque inunge. Aliud, succo uerbernae penem unge.]

VT foranus concilietur.

Lauri folia inscripta capito clam subijce, concophon, brachereon nominans.

Cap. 57.

AD eos, qui rebus uti ueneris non possunt.

Scammoniam ex aqua illine

Cap. 58.

AD morsum animalium uenenum iaculantium

Cap. 59.

Si uenosa animalia momorderint, fraxinea folia terito, eiusque succi da non febricitantibus tria ex tribus uini cyathis cochlearia. Aliud, corticem arboris glandis, uel erucam, uel chamæpityn, uel allium cape, atque ex his unum tere, & cum uino non diluto potui ieiuno da. Aliud, sanguis anatis omnibus uenenosis, lethiferisque aduersatur. idem præstant gallinæ recens iugulata, si morsibus apponantur. cunctis enim uenenosis resistunt, & curant, præter aspidis morsum. Aliud, rutam ex uino propina. Aliud, gallinæ cerebrum in potu prodest. **INUNCTIO** ad uiperæ morsum, ex chalbano & cyprino unge. Aliud, ex serpyllo & aceto unge eodem modo. **SUFFITVS** uenosa animalia fugantes, pyrethrum, sulfurque accende, & fugient. Aliud, corni cerui, & eius item pinguedo idem efficit. pellis quoque & dextri pedes ianuæ affixi ingressum cuiuslibet uenosi prohibent. Aliud, pulmo asini in suffitu omnia uenosa pellit. **VT** uipera non mordeat. trita serpentaria manum unge, & non mordebere. eius autem herbæ semen ex aqua tritum & in aquis peregrinantium positum, eas expellit. Aliud, ex succo solani manus inunge. **EPITHEMA** ad morsos a uipera. Viperæ caput præcide, partem sanguinolentam loco demorso alliga, ac sic dimitte. fomentum ad uiperæ, aranei que muris morsum, trifolium bituminosum decoquito, ac decocto calido locum morsum foueto. nemo autem, qui morsus non sit, fomento huiusmodi utatur: siquidem ita afficitur, ut se uel a uipera, uel a mure araneo demorsum putet.

GAL.


**GALENO ASCRIPTVS LIBER III. DE
MEDICAMENTIS FACILE PARABILIBVS.**

Io. Baptista Rasario interprete.

Liber hic & ordine, & iudicio ita uacat, ut Galeni esse, nullo modo uideatur.

De uitii gurgulionis.

Cap. I.



VRGVLIO sic curandus est: in principio inflammationis uictus tenuis, ac boni succi instituendus est. sorbitiones, ac gargarizationes ex mulso fiant, aut aqua mulsa, aut sapa tepida, aut oxymelle, quod solum gargarizandum est, tum eijciendum, & non deuorandum. mandendum etiam pyrethrum est, aut piper, aut uua taminia, siquidem hæc trita cum nitro, ac sale, ac palato, columellæque illita, inflammationem discutiunt. hæc eadem etiam exterius posita, & alia simili modo calfacientia, & inflammationem mitigantia, ac dolorem leuantia epirhemata, ac cataplasmata sunt accommodata. **AD** columellam pendulam, hyssopi radicem, & caricarum succum commisce, & fiat gargarizatio. simili quoque modo ad tonfillas, & uuam palmulas & lentem unâ feruefacito, ac gargarizato.

VT quispiam diu sine siti maneat.

2.

Succus dulcis radicis potui detur, aut portulacæ cyathum bibito: aut anisorum unciam, dulcis radicis succi uncias duas, tragacathæ madefactæ tantundem misce, pastillos confice, in umbra siccat, atque unum sub lingua tenendum dato, ut succus deglutatur. ita enim sitis non afflictabit.

AD auditum grauem, & surditatem.

3.

Fel capræ recens cum pari mellis ad carbones decocti modo misce in aurem instilla. uel leporis fel recens cum pari mellis portione unctum in cepæ corio tepidum redde, atque in aurem funde: id quod uel ei, qui nihil audiat, auditu restituit. uel suis mansueti fel pari portione mellis ad carbones cocti commistum, tepidum in aurem mitte. aut scillæ succum, & rosaceum misce, & infunde. aut erui succum instilla, ac stupam rosaceo imbutam superdato.

AD celiacos efficax.

4.

Myrri baccas uirides, rosas siccas, mali coria, flores mali punici syluestris, gallas quinque ex uino mulso subige, & in uentrem demitte. aut fabæ cortices uino feruefacias, ac per clysterem inde: aut lenticulæ decoctæ, aut orizæ non purgata, aut herbæ sideritidis succum tepidum per clysterem similiter immitte, acaciæ quoque succum per infernas partes in uentrem iniice: aut etiam cerussam, & lythargirum ex uino, melleque contritam.

AD tormina uentris.

5.

Cuminum ex melle edendum da: nam mirabere, quantum proderit: aut calami radicem ex uini calice potui dato.

AD alui fluorem sistendum.

Dato aquam, in qua organum incoctum sit, uel sepia testam combustam & tritam ex uino uetere propina. aut rubifructus cum folijs decoctionem ad tertias factam dato. aut cuminum græcum, & gal-diam non tritam comburito, & cum ad tertias redactum sit, ex uetere uino potandum præbe, atque id triduum facito.

AD eminentias, ani fissas, & ficos.

6.

Auripigmenti fissi unc. iij. quærne cariei unc. iij. omnia simul terito, & aridum medicamentum componito. utere autem, ut cum locum urina pueri in corrupti prius sublueris, tum inspergas. **AD** internas externasque eminentias. la serpitij radicem contusam, ac tritam impone.

ARidum medicamentum ad gingiuas exesas, & dentes concussos.

7.

Mastiches unciam, thuris unc. ij. myrrhæ, rosarum siccarum, utriusque unc. iij. sarcocollæ, gallarum, utriusque unc. iij. omnia simul tere, ac gingiuas prius collue tepido decocto semper uiui, aut myrri, aut lentisci, aut uiticis, aut foliorum oleæ, tum medicamentum consperge.

AD dentium dolorem.

8.

Dentes foue aceto, in quo hyssopum, aut organum decoxeris: aut pyrethrum, piper, & zemma & mastichen ad pares portiones præbe, ut commanducentur. Aliud. uuæ taminæ acini. iij. mastiches grana octo. commanducentur. **AD** dentes ex ictu decedentes. locum foue oleo, in quo uuæ passæ incoctæ sint: deinde aceto, præcipue si dolor irriter. post triduum uero idem iterum facito, ac dentes renascentur.

Ad

AD gingiuas excis.

Gingiuas aristolochia ex melle trita consperge, aut cornu ceruinum ustum, donec candidum reddatur, & cerussam, ac spumam argenti, & nardum, & punicem cerato excipe, & inunge. aut testitudinis restam concrematam, & ex oleo tritam in gingiuas instilla. Aut erucae semen cum succo, & caprinum fel ex melle, aut nigellam ex melle pari modo illine.

AD diuersa oculorum uitia.

Oculos caprina medulla illine, & sanescunt. aut caprinum, ouillumue adipem calida aqua maceratum superdato: aut lini seminis succo, aut muliebri lacte perfundito. AD albugines oculorum, ueteresque cicatrices paucissimis diebus adimendas: id quod uisum etiam mirum in modum exacuit: capit autem æruginis rasæ vnc. iij. ammoniaci tantundem, cerussæ vnc. ij. gummi unciam. Liquidum autem esto medicamentum, agrestis cucumeris radice succus. Aliud, lauri baccarum mundatarum, & tritarum, gummi quod satis est, permisce, fiant colliria, & cum uti uoles, tere, & cum pueri, qui uenem expertus non sit, urina illine. id enim probatum est. AD fistulas oculorum, stercoris columbini aridi drach. iij. cum masculo ture tere, tritas inspergito, donec fedetur. est etiam hoc usum comprobatum. AD albugines comprobatur remedium, quod multos iuuat, perdicis masculi fel ex melle illine, uel, ladanum uncias duas tritas ex uino optimo, & oleo, quod satis sit illine. AD suffusionem, mirabile, quod aspectum confestim restituit. muris sanguinem, galli fel, & lac muliebri pari portione misceto, ac tritis utitor. id enim & probatum est, & mirabiliter profuit. Aliud, ad suffusiones inueteratas, & nouas hebetem aspectum, & ad omnia, quæ tenebras oculis obducunt. capit autem lauri baccas, detracto cortice, x. gummi drac. ij. ex aqua pluuiæ fiunt colliria, & illinuntur: ac suffusi quidem ex urina pueri uenem non experti, qui uero cæcutiunt, ex aqua pluuiæ. AD dolores oculorum, ac uigilias. aquam mulsam infunde, & ouum coctum duas in partes eiecto putamine diuide, & oculo alliga. ita enim somno corripitur. AD oculorum, totiusque corporis carbunculos, adhibe muralem herbam cum micis panis prius posca madefactis tritam. AD aspectum exacuum, foeniculi caulem tere ex melle, quod in nouo aluæ factum sit, & ad carbonem coquito, & illinito. De hordeolis in palpebris nascentibus. Vtere acacia ex uino. AD fluxiones oculorum. Oculis, quos fluxio uexat, in principio cibus modicus prodest, itemque aquæ potus, nulla uenus, alui solutio, ac primum multa frigida, quæ modicum aceti assumpserit, faciem assidue lauet, & in lectulo odoretur: uitet autem puluerem, fumum, solis, iucernæque splendorem. tum uero rosas uirides, aut aridas passo madentes tere, & oui uirello exceptas impone: aut ex hordeacea farina passo incocta cataplasma confice; si uero dolor uehemētissimus sit, altercum quoque adijce.

AD uaria capitis uitia.

Cataplasma ad caput, fluxione laborans, cuius confectio neque caput fluxione tentari, neque oculos male affici sinit: capit cimolia, nitri, uitis albæ radice sicca, cucumeris agrestis radice, farina fabarum singulorum uncias duas: tere, & compone ad fordium crassitudinem, & utere in balneo. est enim remedium efficacissimum. AD pituitam e capite euocandam. uuum taminiam & mastichen mande: aut mastichen & zinziber. si durior mastiche sit, ceræ parum admisceto. AD capitis dolorem. rutam diligenter tritam ex aceto & rosaceo fronti impone. AD hemicraniam, porri caput, & comam oleo incoque, eoque caput perfunde, ac statim dolor auferetur. uel hederæ extremitates oleo incoque, & caput perfunde, & euentum mirabere. uel amarum amygdalis tritis frontem obtege. AD clauos, etiam si in capite sint, probatissimum: sandarachæ, aluminis scissilis, atramenti futonij, misyos, calcis uiuæ, saponis sing. pares portiones, sed calcis tantummodo duplum, tere, & ex primo saponis iufculo utere. est enim admirabile. AD hemicraniam. feminis erucae vnc. iij. rutæ uiridis vnc. vij. piperis grana. xxxj. alba ouorum tria, aceti, quod satis sit, permisce, ac locum illine. Pastillus celeberrimus Socratis ad capitis dolorem, hemicraniam, & omnia uitia ex fluxione oborta mirabilis. capit autem euphorbij drach. iij. succi thapsiæ drach. vij. zinziberis drach. unam, opij drach. iij. popanacis drach. ij. liquantur omnia simul ex aceto, ac pastilli fiunt cum uti uelis, aceto dilues, fronti que impone. potest in suffitu adhiberi, ac membro alicui fluxione uexato egregie prodest.

AD clauos & uerrucas.

Clauus numerandi sunt, totidemque formicæ capiendæ, & in panniculo lineo raro deligandæ, ij. q; addenda cochlea, tum cremanda omnia, tritaque ex aceto illinenda: aut simus bubulus aceto dilutus per triduum superdandus. ita enim clauus omnes decidit. ossa quoque palmularum combusta tere, & cum sale & ammoniaco in sole subige, & impone: si quidem ita adhibebitur curatio.

AD hemicraniam.

Lumbricos terrestres numero. xv. piperis grana. xv. aceti quantum sufficit, simul tere, & illine.

AD istus ferarum uenenum infligentium.

Qui morfi a uenenatis bestiis, caneq; rabioso sunt, sanat cancri interiorum cinis ex aqua semel, atque iterum epocus, quantum scilicet capere manu queas.

AD capitis ex uini potu dolorem.

Herba sanguinalis duos ramulos connecte, & fertam capiti imponito.

A AD dolorem hemicranium

Nasturtij semen tusum albo oui admisceto, fronti que imponito, ac stupam superdato: aut os capitis aquilæ simile simili applicato. itemque uulturis, uel lapillis in capite lupi piscis repertis utere, qui etiam appensi, ut dexter, dextræ parti, ac sinister sinistra, ad hemicraniam faciunt.

AD capillorum, barbæque defluuium.

Beta ex myrteo oleo utere, aut polytrichi capillamenta illine: aut adianti, ladanique partes æquales tritas ex oleo immaturo, aut myrteo, aut lentiscino inungito, aut ladanum uino amineo, myrteoque oleo dilutum ad mellis spissitudinem cape, eoque caput in balneo perunge. melius est autem adiantum, quod aliqui polytrichon uocant, si eius septima portio ladanum addita illinatur. ut capilli plures nascantur, cum defluunt. muris stercoris drach. iij. calamorum, quos conatelos uocant. 3. iij. amygdalas amaras. lxxij. liquoris balsami, ladani, utriusque. 3. iij. polytrichi. 3. vij. nardi gallici drachmam cape, in pice liquida ladanum madefacito, in uinoque & oleo macerato, atque arida in puluerem redacta liquidis admisce, atque utere, quotidie inungendo. ac mihi quidem uel caluis posse capillos restituere uidetur.

VARIÆ ad tussim curationes.

B Ad tussim ualet iuniperi fructus, si eum edas, aut in potu sumas. aut bdellium eorum, aut daucus creticus cum uino potui datus. aut dracunculi radix elixa, & ex melle trita. aut helenij quoque, aut perditij succus tepidus, & ex aqua ante cibum in potu sumptus. aut herbæ sanguinalis succus eorum eodém modo. aut psonatæ radix. aut nucleus pineus ex aqua potus. aut suffita propolis: aut resina potui data, & terebinthina in suffitu. aut arsenicum scissile cum chalbano suffitum, & fumus deuoratus. itemque bituminis, thuris, styracis, ac cumini suffitus. aut cinnamomum ex tepido melle potu assumptum. aut tuse cupressi bacca ex uino, cum myrrha ieiuno propinata. aut foeniculi radix, & semen ex uino cocta, & data. aut uiridis ferula ex uino. aut organum mellis incoctum, & in potu sumptum. aut myricæ flos, semen, foliaque ex uino elixa: potuique oblata. aut piceæ cortex cum aqua potui datus. aut albæ populi folia, & ramuli ex aqua, aut uino epota. aut uerbasci radix cum uino in balneo pota. aut allium crudum, aut elixum, quod edatur. iam herbæ lanaria radix ex melle sumpta eos, qui pessime affecti sunt, liberat. stercus leporis tritum ex uino calente sumptum uitij arteriæ, & columellæ, & difficultati spirandi maxime auxiliatur. idem præstat aquilæ lingua collo appensa. aut pineus nucleus integer ustus, & cum modico piperis tritus, ac melle exceptus, & laborati ad cochlearis mensuram datus. Ad ueterem uero tussim, sulfur ignem non expertum in ouum infunde, & in balneo forbendum da. Aut sinapi trito mellis dacos tres misce, ac dato. Aut nasturtij semen tritum & cubitum eunti ex aqua potui præbe. aut thus cum melle tritum summo mane, aut cubitum eunti lincgendum præbe. aut raphani succum cum melle da diluculo absorbendum. Aliud, bacca iuniperi quinq; aut septem ex melle propinetur. Aliud, cape piperis. 3. iij. nucis. 3. ij. nucleorū pineorum, hyssopi utriusque drachmā. pulegij, iridis, seminis urticæ singulorū. 3. iij. mellis quod satis sit: detur cochleariū. Aliud, sinapi, cuminum, nigella, nasturtium, partibus æqualibus simul terantur, ac uino excepta potui dentur. aut pulegium assidue mande: aut uino maceratum bibe: aut cumini fricti, nigellæ frictæ, utriusque drach. i. piperis grana. xl. simul tere, & melle fermentata ieiuno, & dormitum eunti dato. sive fumigatio, auripigmentum scissile, piper, marrubium, hordeaceam farinam, trifaginis, uitisque radice corticem, chamæleucen, mastichen, crocum, costum, omnia in unum misce, & colliria confice, & ieiuno fiat suffumigatio, & cum quieti se tradit. uel piper, nucis, auripigmentum scissile simul tere, & melle misce, atque utere. uel butyrū, adipē anseris, & resinam cum melle cotundito, ac ieiuno, eunti que dormitū præbe. Vel uirgulā foeniculi, semē piperis unā tere, & melle cōpone, ac præbe. aut solanū uescicarium, cū radicibus elixum in potu propina. AD tussim, & sanguinis reiectionē: costi, rheubarbari, D cinnamomi sing. drach. i. simul tere, & compone, & ex uino tepido potui dato. Aliud. ad tabescentes. thuris, piperis, auripigmenti scissilis, cariophylli singularum partes æquales, tere omnia ex melle, & confecta dato summo mane, & ad quietem eunti. aut auripigmentum scissile pro sale in ouum forbile inde, & ieiunus forbeat. aut auripigmentum tritum ex uino tepido in balneo potandum præbe. aut auripigmentum scissile & oui uitellum misce, & bombici illine, & per instrumentum, quod cichonen uocant, suffumigationem facito. at si suffumigatio languenti molestiam afferat, butyri quantum auellanae magnitudinem compleat, deuorandum dato, atque iterum suffumigato. id autem septies faciendum est. uel styracem bonum, ac brassicæ succum simul tere, ac compone, & ieiuno, aut dormitum eunti præbe. aut olei laurini, uinique boni sing. drach. iij. misce: & tepidum in balneo potui dato: & ceneleo, quod ex uino, oleoque mistis sit, in olla calefacto stomachum foueto. non est autem ceneleum potui dandum tabido, sed diligenter confectum calefacito, ac spongia stomachum foue. uel lupinorum decocto calido myrrham quam staten uocant, madefacies, ac pedes tussientis fouebis, ac spongia deterges, & butyri unges: tum iterum fouebis, idque ubi ter feceris, curabitur. uel hederæ granis, aut lignis, aut folijs tussientem suffumigabis. aut resinam ex uino ueteri tritam ieiuno dabis. aut agrestis canabis semē ex aqua tritū, aut cedri liquorē ieiuno propinabis. aut hyssopum, & pulegiū in posca incoctum dabis, aut beronicem

† forte legendum, syphonē hoc est fistulā.

beronicem melle illitam edendam præbebis. raphanis quoque assis simane & uesperis quis uescatur, E
profunt. item. j. chamaleuce in sulitu adhibita. uel baccas lauri, & pineos nucleos ex melle & mane &
cubiti eunti dato. A D tussientem, asperam arteriam, uocem amissam, & sanguinolentum sputum.
tragacanthæ, gummi utriusque drachmam, myrrhæ bonæ tantundem, succi dulcis radicis, ac uini dul-
cis quod satis sit, contunde, & in unum redige: cum trita sint, arida ceteris commisce. Aliud ad tussim,
& ulceratam arteriam. terebinthinæ, gummi, mellis boni, sing. unciam cape: & terebinthinæ prius eli-
xæ quantæ adde, & da ad oleæ magnitudinem, ore continendam. uel gummi, lycij, utriusque vnc. iij. in
aqua liquefcere finito, tum heminam passu cretici infunde, & feruefac donec fiat tam spissum, quàm sor-
des, & præbe ad deligendum. Aliud ad tussiculas, fremitus, & sanguinis screatum. accipe tragacanthæ
drach. ij. lini seminis tricti drach. iij. amygdalas mundatas. x. nucleum pineum adipi incoctum, ac tra-
gacantham aqua calida madefacias, & reliqua admisceas, passumq; affundens tere. ad uocem aut amissam
& sputam sanguinis, pro passo utere melle. uel raphanum in frusta rotunda secato, atque ad pru-
nas affato, & ieiuno edenda dato. A D tussim diurnam. piperis drachmam, farinæ lupinorum drach.
ij. & mellis cochlear forbendum præbe. aliud, auriculæ suillæ os perforatum collo appensum a futura
tussi tuetur. A D tussim, uitia gurgulionis, & inflammationem tonsillarum. lapilli in nidis pullorum hi-
rundinum inuenti, & appensa tussi tuentur. A D tussim, & uitia radicis gurgulionis, ac destillatione. F
zinziberis drachmam unam, chalhani, opij, styracis sing. tantundem, passo excipe, ac globulos ad erui
magnitudinem confice, & duos cubitum eunti deuorandos da. ac post dilutum passum æger forbeat.
uel zinziberis, styracis sing. drach. quatuor passo excipe, & erui magnitudine pilulas confice, & cubitū
eunti tres deglutendas da, ac passum dilutum postea propina. A D destillationem, ac tussim, probatū.
papaueris liquoris drach. ij. castorei drachma. ex his pastillos instar erui magnitudinis compone, &
eunti dormitum, habita ratione uirium, dato. aliud, quo sapientissimus Alexander utebatur: accipit au-
tem pyrethri drach. ij. costi drachmam, hæc tunduntur, cribroq; traijiuntur: ac cum uti uelis, iube, ut
nares tangant, statimq; constringant. A D arteriam ex destillatione pituita uexatam, & ad tussim. sty-
racis drach. viij. castorei drach. iij. zinziberis, chalhani, utriusque tantū dē: misce, & ad erui magnitu-
dinem pastillos confice, & noctu duos, tresue dato. postea uero non tamen statim, bibat, & leuabitur.

Medicamentum, quod capiti inpersum eius fluxionem finit.

19.

Hyperici, iunci odorati, iridis, ligni balsami sing. unciam tere, ac per cribrum traiecta caluarie insper-
ge. Aliud siccans, quod caluarie inspergatur. costi, foliorum malabathri, gallarum, spicæ nardi, iridis,
nardi gallicæ, rosarum aridarum sing. unciam tere, & cribro traiecta insperge. aliud, erucae femi-
nis, gallarum, iunci odorati, samplici, costi, iridis, ligni balsami, sing. unciam tere, tusaque & cri-
brata persperge.

A P O P Hlegmatismus hybernus.

20.

Hyssopi, origani, utriusque drach. iij. pulegij drach. ij. calaminthæ drach. j. pyrethri drach. ij. uuaæ ta-
minia, marrubij, sinapis sing. drach. j. sapæ, aceti, sing. sextarium in unum misce, & usque ad tertias deco-
ctis in gargarizatione utitor. Alius, quo uere utaris. hyssopi vnc. iij. origani vnc. ij. pulegij vnc. ij. cala-
minthæ unciæ, sapæ sextarius, aceti sextarij tres. Alius, quo æstate, & autumno: hyssopi vnc. iij. origani
vnc. ij. pulegij vnc. ij. calaminthæ, spicæ nardi, caryophyllorum, sing. vnc. j. cinnamomi vnc. ij. marru-
bij vnc. iij. iridis vnc. ij. cyperi vnc. ij. pyrethri vnc. j. sapæ, aceti que, utriusque sextarium decoque ad
tertias, & utitor.

AD destillationem.

21.

Origani fasciculos duos, pulegij fasciculum cum aceto in ollam mundā inijce, caricas sex, uuaæ passæ
grana. xij. adde, decoque omnia ad tertias, transfcola, in poculum reijce, gargarizandum præbe.

AD humores pectore contentos.

22.

Vrticæ folia ex hordei cremore decocta dabis. id enim & inflationes discutit, & materiam e pe-
ctore educit.

AD tussim, spirandi difficultatem in stomacho, & sputa sanguinis.

23.

Spongiam nouam, candidamque accipito, uritoque ac terito, ac cinerem cum melle & pipere,
quantum satis sit, misce, & sic redige, ut lingi possit. uesperis autem post coenam dato. quantum tribus
capi digitis poterit.

AD Anginam.

24.

Masculi bouis felle collum obline.

AD tussim aridam.

25.

Foenum græcum usque ad tertias decoquito, ac iusculum ex melle diluculo propina.

Pastillus ad tussim, ac fluxionem pectoris.

26.

Capit hic pastillus pulegij, hyssopi, piperis, nasturtij sing. unciam. melle excipe, ac pastillos unius
unciæ facito, atque utitor.

AD Tonsillas.

27.

Salicis folia, & semen in aqua longo tempore feruefacito, ac gargarizandum dato. hoc enim cras-
sam pituitam mirum in modum euocat, & est ad anginam accommodatum. Vel myrti & lenticulæ de-
coctum gargarizato.

A D

- A** *AD anginam.* 28.
Stercus caprillum ex melle gargarizandum iube: aut ut rutæ succo, ore aperto, fauces illinantur.
- AD destillationem.* 29.
Hyssopum, ficus, mel, rutamque ex aqua decoque, & ex ea fiat gargarizatio.
- Ad uocem claram efficiendam.* 30.
Tragacantha uino madefacta, & epota uocem claram facit.
- AD amissam uocem.* 31.
Styracem aqua dilue, in globulos ciceris magnitudinem æquantem redige: tres dato. ac statim recu-
perata uoce loquetur.
- AD inflammationem erysipelatis.* 32.
Folia sedi cum polenta modo cataplasmatibus superdabis: aut portulacæ folia cum polenta. aut etiam
brassicæ, aut calami uirentia folia tere, & superda. aut rubi, aut rhamni, & rosarum folia impone.
- AD lumbricos in aluo.* 33.
Polypodij radicem cum sapa ede. aut raphani semen ex aqua bibere: aut allium corrode: aut ulmi radi-
cem ex aqua mulsa potui da: aut corticem radicis fycamini aqua decoctum propina. aut nigella ebiba
tur, aut superdetur. aut brassicæ semen ex aqua fiat potio, aut ex mentæ succo, aut ex nasturtio & mēta.
Proprium experimentum. canabis semen aridum tūde, & cribra, & aque misceto, ut cremoris fiat tem-
peramentum, tum per linteolum mundum trajcito, ac potui dato. aut bubulum finum aridum combu-
stum & in puluerem redactum da ex uino drachmæ pondere. A D lumbricos latos, & rotundos. nitri,
nasturtij, piperis sing. unciam in puluerem redige, & ex uino cochlear da.
- AD sudorem prouocandum, febrimque finiendam.* 34.
Semen canchryos ex oleo illine, aut pyrethrum ex oleo calfactum, & per horam ante accessionem
illitum. Hoc autem, quod sequitur, expertum est. oleum cum cinnamomo factum, aut oleum chamæ-
melinum, acetum, nitrum, cum lauri folijs bene omnia decoquantur, tū æger ijs perungatur, & ex om-
ni parte contegatur. confestim enim sudabit. Aliud ad illinendos febricitantes. butyri partes duas,
mellis partem unam compone, & calfactis utitor. Aliud, lactucæ foliorum succi partem unam, olei cō-
munis partes duas, misceto, diligenterq; agitato, ac totum corpus perungito. est enim longo usu proba-
tum. Aliud, artemisiæ succi partem unam, olei rosacei partes duas misce, & inunge.
- AD hemierianum capitis dolorem.* 35.
Solani succus ex oleo inunctus, efficax est, aut sinapis semen ex melle impositum, aut ruta domesti-
ca aceto & rosaceo incocta, & illita.
- AD Canis morsum.* 36.
Facit ad hoc urticæ semen impositum: aut nigri marrubij folia: aut apiastrum ex uino potum, & su-
per morfu datum. aut allium illitum, & tostum in cibo, potuq; datum. A D eos, qui canum imperū me-
tuunt. rhododaphnes radicem collo circunda, & hominem liberabis. si autem facere periculum uolue-
ris, cani circumpone, cum furore correptus est, ac statim furor sedabitur. A D canis rabiosi morsum.
uulneribus, quæ rabiosus canis fecit, brassicæ folia cum lafere trita ex aceto superdabis. brassica etiam
per se aduersus canis rabiosi morsum facit, & item eius decoctum potui datum. ceterum brassica elixa
ante alios cibos sumpta tabidis sanitatem restituit, arteriæq; uitijs subuenit, & contusa, ac modo cata-
plasmatis lienī superdata, ipsum extenuat.
- AD Anginam, & colli dolorem.* 37.
Alba populus arida, trita, & collo illita prodest: aut nasturtij semen: aut fimus columbinus ex melle:
aut mel tepidum gargarizatum. aut canino stercore candido, & trito ex aceto, collum obline.
- AD narium odorem sedum.* 38.
Succum foliorum hederæ tepidum naribus instilla, aut calaminthæ tepidum quoq; succū, aut myr-
rham ex muliebri lacte tritam naribus infunde. ita enim suauem narium odorem reddes.
- AD sanguinis e naribus profluuium.* 39.
Acaciam ex aceto tere, ac naribus infunde. uel acetum cum sale in ollā, aut mortarium infunde, &
lanam eis imbue, quæ quantum languens ferre poterit, calfacta capiti imponatur. ac plurimis stragu-
lis illico tegi hominem impera. Nares purgans. thymum & organum melle excipe, in pastillos redi-
ge, daq; mandendos.
- AD lateris inflammationem.* 40.
Bdellium ex uino, & pariter ex aqua potum prodest. aut balsami semen ex aqua potui datum, aut
ex melle delinctum. aut aristolochiæ radix ex aqua epota. aut ruta ex mulsa in potu sumpta.
- AD febrim acutam.* 41.
Domestici peponis succus, aut ramentorum cucurbitæ succus illitus, aut rosæ ex oleo, aut plantago
superdata prodesse consuevit.
- Ut in febre præstigiis.* 42.
Vnge prius rosaceo, tum apij semen tritum impone. tum stupam rotundam instar rotæ super cor po-
ne, ac oui uitellum infunde, ac reticula tege. si ouum disperdatur, mortem portendit, si quidem id fa-
cere anima dicitur.

A D

AD uulnera conglutinanda.

Graminis radix contusa, ut medicamentum aridum imponatur, aut herbae fideritidis folia superdentur. 43. E

AD aurium dolorem.

Oleum amygdalinum: aut oleum ex nucibus, aut laurinum, aut balsaminum in aurem instilla: aut dracunculi seminis succum ex oleo infunde. aut herbae perdicidis succum ex oleo rosaceo tepidum, aut rutam uirentem oleo incoctam in aurem tepidam mitte. aut myrrham tepidam ex melle. aut rutam ex mulieris quae marem peperit, lacte tepidam instilla. aut succum ex allio expressum in aurem da. aut porri succum tepidum, aut sapam tepidam: aut porri succum melli mistum aut oleum ore contentum in aurem inspuo. aut succum cucurbitae ex rosaceo instillari iubeto. 44.

AD scabiem & prurium.

Vlmi folia arida tere, atque in balneo sparge: aut sulfure uiuo, & uua syluestri, & auripigmento, & sandaracha ex oleo, & aceto in balneo obline. aut myrrha cum lacte muliebri cutim illine, aut dulcis radicis succum ex passio propina. aut oua gallinae integra in acerrimum acetum per diem, noctemque infunde, ac si tria sint, ea cum suis putaminibus in eodem aceto tere, & sulfuris uiui, auripigmenti scissilis, uuae taminiae, cerussae, spumae argenti, nerij succi sing. unciam adde, olei ueteris quod satis sit, omnibus autem contritis in balneo utere. 45. F

AD uitia stomachi.

Folia calaminthae uirentia, & hordeacea farina superdato. 46. **A** cruditatem, inflationemque uentriculi, quo quicumque utetur, statim esuriet. anisofum drach. xij. piperis albi, lybistici, ameos, petroselinum, foeniculi sing. drach. vj. tunde, ac cribro traiecta melle cocto excipe, & drachmam da. **A** uentriculum aestuantem, nec cibum retinentem. lactuca succum ex uino dulci propina, & non amplius uomet. **A** uentriculi dolorem, lac, in quo querni carbones extincti sint, dato. **A** acorem uentriculi. trifago ex uino potui data liberat. **A** inflationem uentriculi, piperis, baccarum lauri, cumini, anisi, pares portiones contusas, & per cribrum traiectas ex uino temperato da ieiunis per triduum unius cochlearis mensuram. aut anisum ieiunis mandendum dato.

AD oculos fluxione laborantes.

Illine foeniculi succum per dies tres: aut thus ex melle, lacteque, aut centaurij succum ex melle aut folia quinquefolij ex melle impone. **A** oculos caligantes. cucurbitae ramentorum succus imponatur. **A** albuginem oculorum. Alterci folia cum polenta posita profunt. aut lignum balsami ex lacte mulieris illine. aut rutam uirentem superdato. aut pnyllium ex lacte muliebri. aut calami uirentium foliorum succus, stillinatur. **A** tollendam oculorum uertiginem. oliuae folia contunde, succoque expresso illine, & miraberis. Cataplasma ad oculorum fluxionem. portulacam cum croco, suilloque adipe contere, aut apij folia cum polenta. in magnis autem fluxionibus rosas, ac melilotum cum amylo coctas oculis superdato. 47. G*

AD dentium dolorem.

Prodest aceto, in quo nigella sit, os collucere. aut oleo, in quo gallae incoctae sint, aut aceto, in quo plantani globuli sint incocti, aut quinquefolij radix, aut peucedani radix trita, & combusta, atque illita. aut os malicorij, rosarumque decoctione colluito. **A** dentium uulnus, nitri, sepiarum testae, myrrhae sing. unciam tere, ac tritis utitor. 48.

Aridum, quod os humidum, cruentumque deterget, gingiuas carne conuestit, ac dentes candore perfundit.

Nitri combusti, myrrhae troglodytidis, testae sepiarum, sing. vnc. j. rosarum aridarum vnc. iij. utere tritum, per cribrumque traiectis. adde etiam iridis unciam, & euentum ualde miraberis. 49.

AD lateris dolorem.

Virides brassicae caules cum radicibus combustos suillo adipe excipito, atque utitor. est enim remedium ualentissimum. aut apij semen ad tertias decoquito, ac potui dato. quod etiam uehementer prodest. 50. H

AD ani tumores internos.

Amaranthum aqua macerabis, ac mane, uesperique propinabis. 51.

AD lienem cataplasma ualde probatum.

Apium, sinapi, lauri baccas accurate tritas, detracto cortice, nuces uirides, parum contunde, tum omnia in pila uehementius corundito, & aceto acerrimo per triduum macerato, & omnia simul mista ex succo tyberiadis decoque, donec cataplasma fiat. tum lienem superdato, idque contineatur a matutina ad octauam usque horam. subducenda tamen prius aluus est. huiusce autem remedij uim admirabere. Aliud ad lienem, longo usu comprobatum. arboris nouellae ficus uiridem corticem cape, cum cinere misceto, ac calefacito. 52.

AD febrem tertianam.

Tertianam febrem curat mel cum scammonia semel in potu assumptum. **A** quartanam. piper corritum, lauri baccas, cuminum, mastichen, myrrham, thus mundum, tere singillatim, tum misce, & mellis boni, quod satis sit, adde: & per quatuor dies impone. 53.

AD

AD sanguinis profusionem e naribus.

Oui putamen integrum combure, & quod ex eo liquitur, cum auripigmento commisce, & in nares injice. si uero auripigmentum praesto non sit, solus oui liquor sufficit. Aliud, caprae foeminae fetas ure, tereque, ac myrrham simili modo tritam cum caprinis fetis commistam in nares insufflari iubeas: si uiri sint, cum charta: si foeminae, cum alia re quadam. qua uero sanguis profuit, est arctissime deligandum. 54.

AD uolentas sanguinis profusiones.

Gallas mole tere, ac malicorum, puniceque grana contusa, & cum oleo, scissili, ac melle bene subacta mane, uesperique propina, ut gallarum mel. 55.

AD uentris tormina, & inflationes.

Piperis, rutae, zinziberis, parem modum tere, & trita ex aqua dato. aut artemisiam tritam, cribroque traiectam da. aut nitrum ustum, & tritum cum aliquo humore exhibe. 56.

NE boues agrotent.

Cornu ceruinum in aede Panis pone, candelam desuper accende, & caue, ne interdiu accensum obliuiscare, & eo tempore sanctum Demofarim & Arsum, qui armenta tua, uitamque custodient, **B** inuoca. 57.

VT ne porci agrotent.

* Rhafidi radicem tritam proijce in eam aquam, in qua se se fues proluunt. 58.

AD carnem agglutinandam.

Lumbricos terrestres frictos, ac tritos insperge. 59.

Curatio plagarum.

Myrrham, aloemque tere, & insperge. aut piceae resinam, aut mastichen & hederæ lachrymam cape, & confectum ex eis emplastrum impone. aut hirci axungia plagam illine, & caprae nigrae cornu consperge. aut pares portiones costi, spicae, cinnamomi, zinziberis, & cumini tere, ac cum pice subactas impone. aut panis crustam aridam contunde, & uino oleoque subactam impone, quotidie que uicissim commutabis. 60.

AD scabiem equorum.

Anguem dissecas, eius adipem ligno excipe, & equi ungularum oras inunge. 61.

AD somnum conciliandum.

In laurinis folijs inscribito haec elementa, ζς . χε . ρ β. & sub stragulis pone, illo, qui iacet, nesciente. 62.

VT Ne uisa appareant in somnis.

Rutae semen ad cervical hominis nescientis appende, & nullas imagines per somnum uidebit. 63.

AD petrus.

Auripigmentum scissile, piper, hordei farinam, lauri baccas, & pineos nucleos ouo misce, & da. aut allij spicas septem cape, auripigmenti scissilis, piperis, utriusque grana xij. * bambacem, pini nucleum, cerae modicum misce cum oui uitello, atque hoc denius accipe. 64.

AD dentes corrosos.

Auripigmentum, piper, caseum, calcem uiuam, aceto dilue, & superda. 65.

Clyster ad uitia renum.

Pulegium, origanum, sampucum, serpyllum, chamamelum, absinthium, centaurium, lauri folia, cucumerem agrestem, peponem prius contunde, tum aquae incoquito, tum cum melle, oleo, & sale tantum decocti quantum satis est, injice. 66.

Clyster ad dolorem coxendicis.

Cucumeris syluestris radices, lauri folia, rutae folia, absinthium, plantaginem, trifaginem, marrubium, nepitam, pulegium, origanum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyrethrum, uuum taminiam, aquae incoque, tum melle, oleo, saleque adiectis infunde. 67.

VT putres, nigrique dentes splendidi reddantur.

Salis contriti, * ropi, sepiarum testae parem modum cape, & omnibus simul tritis dentes confricabis, prius tamen aceto puro eos collues. 68.

CAtaplasma ad caput fluxione uexatum.

Hoc, quod subijciam, facit, ne caput fluxione tentetur, neque unquam male affici oculum finit. capit autem mastiches, myrrhae, sarcocollae, thuris, ladani, nitri, cerussae, cimoliae, styracis, rosarum sing. unciam, saponis * sancii libram, mellis tantundem, lupinorum amarorum quod satis est. misce omnia, & in balneo saponis loco utere. 69.

Pastillus ex seminibus ad tussientes.

Anisoforum amarorum unciam, feminum foeniculi, alterci, ammij sing. drachmam, apij seminis drach. iij. opij drachmam, singillatim tere diligenter, & aquam tepidam paulatim infundito, donec sordium spissitudo fiat, tum pastillos fabae instar facito, atque unum praebeto: ualde enim tussientibus conuenit. 70.

Remedia

- Remedia longo usu comprobata ad icoritis uitia.* 71. E
 Inficulum gallarum, cum papaueris capitulo decoctarū in balneo propina, & ut aeger, in latus affectū
 testus iaceat, iubeto. aut hederæ radicis decoctū cum uino potui dato. aut lauri baccas. vij. grana pipe
 ris xx. tere, & ex uino propina. aut aloes drach. iij. aflari, costi, eupatorij, hedifari, fertula campanæ, ma
 stiches, croci, seminis ocy mi, sing. drach. ij. contritas, cribratasq; ex aqua tēperata dato. Aliud icoriti, uē
 triculoque accommodatum: lauri baccarum, cinnamomi boni, caryophyllorum, aloes, hedifari, costi
 sing. drachmam cape. tere, ac melle excipe, & ex uino uetere propina. aliud, acori, seminis lini, zinzibe
 ris, rutæ foliorum mollium, sing. drachmam, anisorum drach. iij. ex mulla exhibe. aut mel cum panē mi
 stum calidum emplastri modo superdabis. aut absinthij cochlear unum ex temperato melle potui da:
 ac iube, ut in iecur aeger decumbat.
- AD linguam fluxione uexatam.* 72.
 Folijs cinaræ contusis ex melle linguam unge: aut uenam eius partis, ex qua materia fluit, seca,
 & proderit.
- AD oris ariditatem.* 73.
 Palmulas, ficusque decoque, & eo decocto cum penna illine, & contine.
- AD labia fissa.* 74. F
 Lini semen ex melle tritum appone.
- Quibus pili menti decidunt, quos raræ barbæ homines uocant.* 75.
 Piperis, euphorbij, pyrethri sing. unciam: arundinis foliorum tenerorum succum, stercoreis muris,
 oleum per combustionem expressum, tere, & perfrica, & assidue rade.
- Medicamentum uomitum ciens, cuius mystrum datur.* 76.
 Aphronitrum album in aquam tepidam demitte, quoad sit dissolutum, tum parum olei adijce, &
 potui da.
- Vomitum cobibentia.* 77.
 Mentam contusam, per cribrum traiectam, ac rosaceo admistam naribus, pectorique affundito. uel
 palmulas thebaicas, & mentæ ramulos in duobus aquæ scyphis incoque, ut sordium spissitudo fiat, ac
 dimidium propina. Vel palmæ glandium contusarum quantum satis est, accipe, ac uini myrtini modi
 cum affunde, tum nullo exceptas, aut aquæ hemina præbe.
- AD eos, qui sanguinem uomunt,* 78.
 Iuncum odoratum ex aqua decoque, & decoctionem potui præbe.
- AD pituitam uomitu educendam.* 79. G
 Mentam uiridem, aut aridam ex aqua temperata bibe. Vt facilis sit uomitus, samplici folia potui,
 raphanij, semen esui præbe: atque ita multum pituitæ uomitu reijciatur.
- Confectio catapotiorum, pituitam purgantium.* 80.
 Aloes vnc. vj. mastiches, succi absinthij sing. vnc. ij. colocynthidos vnc. iij. dentur. xxix. catapotia.
- AD Cardiacos.* 81.
 Lenticulam cum * spantæo, palmulis, ac mendefio uino potui dato. Ad cordis autem dolorem, her
 bam sanguinalem accuratè contritam, aut mala, aut cydonia, elixa, tritaque ac rosaceo cerato excep
 ta superdato. aut portulacam rosaceo cerato, myrteoue exceptam imponito. Aliud mirabile, quod usu cō
 probatum est, seminis lini heminas quatuor, aquæ heminas. vij. elixa, atque utere. hoc enim medicamē
 tum bonam ualetudinem gignit: siquidem aeger non ad peiorem, sed ad meliorem statum redigetur.
- Pastillus ad spiritus difficultatem, & diurnam tussim, in suffitu idoneus.* 82.
 Nasturtij, sinapis, abrotani, rutæ syluestris, sandarachæ sing. unciam tere, & pastillis ex aqua factis
 summa cum cura utere.
- AD spiritus difficultatem, & sanguinolentum sputum.* 83.
 Thymum cum pipere contusum, & melle exceptum delingendum præbe: atque accurate utere. pro
 pterea quod est ualde efficax. aut porrorum capita melli incocta ieiuno da, quibus uescatur. aut rutæ ari
 dæ, mentæ, utriusq; vnc. iij. cum melle terito, & duo ceratia cubitum eunti ex aqua temperata potui
 dato. pistacia quoque esui data, difficulter spirantes iuuant.
- AD sputum cruentum.* 84.
 Symphyti, mastiches fuluæ, utriusq; drach. iij. Lemnij sigilli, balustiorum, utriusq; drach. ij. tere, ac
 cribra, & ex aceto mulso cochlearium dato. Aliud probatum. Lemnij sigilli unciam, terræ asteris vnc. ij.
 corallij tantundem, præbe ex aceto mulso puro heminam: hocq; utere mane, & uesper. Aliud, acaciæ
 fuluæ, amyli medicinalis, parem modum tere, & ex aqua temperata cochlearia quinque dato.
- AD febrem ardentem.* 85.
 Sedi atque anisi folia quinque, septemue accipito, oleoque rosaceo incoquito, & ex eo a capite
 usque ad pedis plantam ungit, ac miraberis, quantum proderit. aut oleo, in quo pyrethri radix ma
 duerit, inunge. hoc enim sudores ciet, diurnos rigores discutit, & partes corporis refrigeratas, aut
 resolutas curat. Aliud, lauri baccas & thymum ex uino trita illine: tum uestibus tege, atque ita
 sudor elicietur.

AD

- AD uim genitalibus addendam, & ad ueteres affectiones.* 86.
 Calaminthā cōtusam, ac per cribrum traiectam in pilam conijce, & melle exceptā decoque, donec
 cataplastatis spissitudo acquiratur. tenui postea linreolo illitam impone, & fascia desuper deliga. est
 autem id a multis probatum. Aliud ad genitalia confirmanda, & item renes, sed neminē curato prius,
 quàm mercedem acceperis. multi enim sunt experti. capit autem zinziberis drach. iij. herbæ sabinae,
 piperis albi, utriusq; drachmam. ex mulla propinato. Aliud. picis aridæ telephij, colophonæ, masti
 ches, utri albi, aquas portiones. contere omnia, aridumq; medicamentum confice: & locum prius lo
 tum, & adhuc calidum liquida pice obline, tum aridum medicamentum inspergito, ac super imposito,
 diligenterq; deligato.
- AD genium fluxiones discutiendas.* 87.
 Caprificum contere, atque eius succo perfricato: aut succum radicis in balneo fricato. aut salem, &
 stercus columbinum trita ex oleo inunge.
- Cataplasma ad pedum dolorem ex offensione, aut castu, aut alio acri dolore.* 88.
 Salis usti, origani, cineris sarmentorum pares partes, uitellos ouorum duos, aut tres, ex uino misce,
 & impone.
- Præstantissimum ad scabros unguis auxilium.* 89.
 Vnguibus aliquo casu reuulsis aut rediuis affectis, sachar tritum, & in puluerem redactum atq; in
 spersum auxiliatur. scabros autem unguis curabis, si uiuum sulfur & oui uitellum, pari portione com
 mista ex aceto impones.
- AD ambusta.* 90.
 Argenti spumæ, croci, utriusque unc. ij. ouorum assatorum uitellos ad vnc. iij. rosacei quantum satis
 sit. Aliud, linreoli combusti cinerem cum rosaceo misceto, & ceram, anchusamq; addito, atq; utitor.
- AD sanguinis ex quauis parte effusionem.* 91.
 Soreos, atramenti sutorij, aluminis, chalcitidis, myrios, gypsi, gummi sing. drach. viij. tere, & utere.
 est. n. admodum bonum, & sui periculum dedit. Aliud, chalcitidis drach. vj. refinæ frictæ drach. iij. pul
 ueris thuris drach. ij. aridum adhibe.
- AD impetiginem probatum.* 92.
 Thuris masculi, zinziberis, aloes, sulfuris ignem non experti, sing. drach. duas, aceto excipe, & cum
 penna unge, loco prius panno ex lana perfricato. Aliud, ammoniacum, alcyonium, sulfur ignem non
 expertum paribus portionibus tere, & utere.
- AD faciem candore perfundendam.* 93.
 Alcyonium combustum & tritum cum melle & farina misce, faciemq; deterge. Aliud, * lysomumu
 don tere, & ex aceto in Sole illine. aut ollarum florem tere, cum aceto, tum locum panno perfrica do
 nec rubescat, & in Sole unge. Vt facies munda sit, butyrum, saponemq; misce, ac faciem illine.
- AD uteri dolorem, remedium sanctorum argentum non habentium.* 94.
 Asarum cum pulegio propina.
- PVRgentia paxamadum. (paxamadus uocabatur olim qui panem bis coquebant.)* 95.
 Scammonia drach. ij. aut iij. mastiches drach. ij. apij feminis drach. ij. polypodij drach. iij. cinnamo
 mi drach. j. fermenti mundi lib. j. arida commisce, ac diligenter subactis utitor.
- AD culices tollendos.* 96.
 Facito ex nigella, atramentoq; sutorio suffitum.
- AD serpentes expellendos.* 97.
 Chalbanum, cornu cerui, unguis caprinae, & lilij radicem suffito. Ad serpentis uero morsum impo
 ne porrum cum sale, & proderit.
- AD pulices fugandos.* 98.
 Syluestris cucumeris folia decoque, eoque decocto domum perfunde.
- AD difficultatem urinae in iumentis.* 99.
 Quod in falsis oliuis ligneum est, contere, & coniectum per dies quinque suffumigabis.
- AD istum arundinis.* 100.
 Radices arundinis combure, ac cinerem superda.
- AD comitalem morbum, ualde efficax.* 101.
 Cerebrū coturnicum ex unguento myrtino tere, ac stanneo uafe reponē: cumq; morbo comitali
 aliquē prolapsum intuebere, faciem eius hoc illine. miraberis sane huius naturalis auxiliij uim. subito
 enim aeger exurget.
- AD eos qui sunt appetitu destituti.* 102.
 Myrrha, thure, ammoniaco, mastiche, ex albo oui longo tēporis spatio tritis pectus & uiscera obli
 ne, & stupam superimponē.
- AD hirudines deuoratas.* 103.
 Qui hirudines deuorarūt, eos aduersus Solē statue, & ubi illæ inhaerēt, perspice, ac garū instillato:
 siquidē loco cōfectim decedēt, & expuētur. aut acetū cū butyro mistū, in quo ferrū igni cādens extin
 ctum sit, propina, quoniā id quoque hirudines eijcit. aut eū, qui hirudines deuorauit, in aquam cali
 dam usque ad mentum demitte, phialamq; aquæ frigidæ plenā ori eius admoue, sed caue, bibat. ita. n.
 hirudines

SPVRII.

V

Galeno ascriptus liber

hirudines protinus prodibunt. Aliud, si calidum acetum absorbeas, aut liquorum syriacum bibas, aut E cimices suffitu aduras, hirudines eijcientur.

AD illius apum.

104.

Maluæ succus eos, qui ab apibus icti sunt, indolentes præstat.

AD morsus serpentum.

105.

Cornu certinum combustum, & ex aceto contritum illine: aut etiam furni fuliginem, aut calami radicem, & cicer & cupressi baccas, & ceruinum cornu combure, tere, in unum misce, & ex aceto ac porro præbe.

AD inflammationes ex uena sectione ortas, humerorumque duritias, & densiones, ac sanguinis grumos.

106.

Fermētum triticeum cum axungia diligenter subige, & utere: est enim probatum.

AD hydropas.

107.

Cape sterco bubulū, si mas ægrotet, maris bouis, si foemina, foemina: & in nouā ollam infunde: tegeq; & ne difiletur, operculū luto obtege: tum ollā super calcis uiuæ cinerem per dies septē tene: octauo autem die olla detecta sterco extrahe, & aridum medicamentum uitreo uase reponere. cum uti uoles, tria cochlearia ex uino per septem dies præbe: sed in uino feruefacienda ruta est. proderit. n. hæc potio, et si tumores & œdemata adfint: si quidem reficcat, ac per urinā euacuat. ceterum æger non bibat per totum diem, nisi ter: dedit enim hoc remedium suæ efficaciz documenta maxima.

Vt uinum odio sit, & quomodo ebrietas uitanda.

108.

Vinum, in quo anguilla suffocata sit, bibe, & uinū odio prosequeris. idem facit uua inferuefacta. si uero ab ebrietate, atque morbo tutus esse uis, folia rutæ edito. eadē quoq; capitis dolorē, quē uinū excitaui, auferit. idē fiet, si acorū edas: itēq; thebaicā palmulā. ebrietatē autē nō sentit, qui prius aut septē, aut nouem, aut undecim amaras amygdalas comederit. simili quoque modo, qui ouillum pulmonem elixum ieiunus ederit, licet quantumcunque uelit, bibat, tamen ebrietatem non sentiet.

Vt quis ex uno tantum uini scypho ebrius reddatur.

109.

Sarmētorum aut aride, aut uiridis uitis modicum combure, & in phiala, in qua uinum est, restingue: ac statim qui bibet, ebrius fiet.

AD lentiginis faciei.

110.

Baccarum lauri interiora ex melle tere, & illine. aut nucleum pineum ex melle coque, † & oculis impone.

AD infantium sedem procidentem.

111.

Aqua fabrorum, in qua ignitum ferrum extingunt, calefacta subluere. deinde cochleam combustā, & in puluerem redactam inpergere.

AD pueri gingiuas, & dentes exorientes.

112.

Rosarum flores tere, & ex melle illine: aut ouillo cerebro ex melle: aut butyro ex melle.

AD lactis copiam gignendam.

113.

Sesami semen tritum ex passo bibe. idem facit * titane elixa cum foeniculo forbendo deuorata, aut nasturtium ex brassica epotum.

AD exustiones per hyemem.

114.

Muria perfunde, atque ex lente elixa, & micis panis cum rosaceo tritis cataplasma confice.

AD aquosum ramicem.

115.

Plumbaginem cum sulfure ex modico aceti, & olei decoque, locumq; illine. Aliud, ueteres nuces putridas in mortario tritas inunge. Aliud, acetum potui dato, & cornu cerui ustum superdato. aut ex argenti spuma cum aceto & oleo mista ad Solem ungit.

AD uulnus incurabile, in quavis parte corporis sit.

116.

Buglossum herbam euelle, radices præcisas accurate lotas in pila contere, suillamq; axūgiam adde, H ac bene emollitas uulneri impone.

AD uomitum.

117.

Apj radices quinque, foeniculi teneras radices quatuor, anisi drachmam, acetum, mel, & crocū ue- rum cape, omnia sine croco decoquantur, & coctis crocum adijce, ac phialæ dimidium dato.

AD oris ulcera.

118.

Oliuas molles manduca, aut uuas passas agrestes aceto incoque, & eo os collue.

AD capitis tumores, quos talpas uocant.

119.

Locum affectum mulso prius laua, deinde fel bubulum, & leporis sterco, aut quod ex sapone confectum est, impone: aut rutæ succum in foramina instillato, aut tritam aristolochiam cum aceto in foramina inijce.

DE uiribus rutæ.

120.

Ruta in primis, si quis in cibo, potuq; sumat, aspectum acuit: uenerearum rerum cupiditatem extinguit, & capitis dolorem leuat, si quis ossa capitis eius folijs tegat. succus eius cum foeniculi succo, & melle commistus, atque illitus, hebetem uidendi sensum reddit acriorem. idem facit feminis rhamni succus ex mulso illitus. mēta quoq; cū polenta cataplasmatīs modo imposta abscessus curat.

AD

de medicinis facile parabilib.

154.

A *AD cobibendum sanguinis fluxum.* 121.
Beronicem mellis ad carbones cocti plenam da comedendam: itemque brassicæ, & ocyimi feminis, utriusque grana sex trita in uino dato mulieri, quæ multi sanguinis profusio laboret.

Præfagium de agrotis.

122.

Salicis tenera folia contunde, & illine. si uiscus ægrotans fiat, euadet: si uiridis, moriturum scito.

Vt uenis impediatur.

123.

Sacerdotes erucam edunt, itemque rutam, & uiticem. itaque crucæ semen ex melle, aut cum foenogracio ieiunio illitum, intendi priapum non sinit.

AD dolorem oculorum.

124.

Crocum tritum, & cum liquore rosarum dilutum impone.

AD capitis dolorem.

125.

Si hæc signa adfint, ut tenebræ oculorum, capitis dolor, aurium sonitus, narium obstructio, diluculo oculi lachrymantes, & caligantes, tum caput ita purgandum erit: hyssopo, origano, & sale nares perfricabis: neque in posterum caput dolore tentabitur. si uero neglexeris, morbi hi hebetudo aspectus aurium sonus, casus capillorum, & dolor dentium, subsequenter.

DE peccatore humano.

126.

Cum peccator aliquod malum passurus est, in primis humiditatem in se uidetur homo presentis cere: si costæ, crudis humoribus refertus est, astuatque, & siti afflictatur, lingua item aspera, spumansq; est, & singulis horis saliuæ decurrit. par autem est, ut a coena uomat: aut summo mane præsumptis raphani radiculis, aut uiridi sinapi, aut eruca, aut nasturtio ex aqua tepida statim uomere, atque ita stomachum purgare. sic enim sanescet, alioqui, si negligat, in spirandi difficultatem, dolorem lateris, febresq; acutas incidet: ac somno penitus destituetur.

DE ventre.

127.

Quando uenter aliquod est uitium contracturus, primum tormina, doloresque in eo sentiuntur, fitque alui suppressio, & excretio, in eoque potus, cibique perturbantur, & amari uidentur, grauitas quoque in genibus, & in lumbis, renibusque dolores suboriuntur. quique ita affectus est, febricitabit. qui sic affecti sunt, simplicioribus medicinis sunt purgandi. itaque cnicum contusum, & in aqua dissolutum propina, aut brassicæ, aut betæ succum ex melle dulce redditum, addito modico salis, potui dato, ac mirabere. si rem negligas, hæc difficultas intestinorum, crebra desidendi cupiditas, & dorsi dolores subsequenter.

AD grauem auditum, & aurium sonitum.

128.

*** C** Nitrum in acetum infunde, oleumq; rosaceum, ac uinum adde, & occiput inunge. Aut, nigri uerauri radicem in aurem demitte, & sanitas recuperabitur: est enim id probatum.

AD uitem custodiendam.

129.

Vitis palmites centaurij decocto perfunde: si quidem hoc canes, uulpes, & cœli uolatili a arcebit.

AD stranguilatus uteri.

130.

Os cordis ceruini tere, ac mulieri potui da ac Dei gloriam intuebere.

Mirabile ad lumbricos remedium.

131.

Nigellam tritam cum garo propina.

AD dignoscendum, utrum mas, an femina sterilis sit.

132.

Lenticulam in urinam utriusque separatum conijcito, & cuius lens germen emittet, is filios gignet: cuius uero lens non germinat, sterilis ille est.

AD rigorem.

133.

*** D** Scribe in tribus pomis pepopula. aut ita dicito, fanus, drauus, danonus, danubius, & da, ut comedat.

Confessio gari ioachi martyropolitæ.

134.

Frustrulorum panis non fermentati, & non conditi, ac putris libram: nigellæ tziaricam, mentam semicontusam, nepitam. * bunifan, aridam, utranque ad semilibræ pondus rutæ syluestris, satureiæ, foeniculi sing. tramia xl. anisi tramia xxx. nanachuâ tramia xl. uuarū passularum pinguium maturarū semilibram, palmularū mundatarū tziaricam, mellis ueri, hilari, melisij semilibram, sacchari cantij tziaricam, rosarum aridarum, aut humoris ab eis per ignē ducti tramia c. in doliū cum aqua conijce, ac Soli per xl. dies expone. eis autē addere oportet in puro linteo deligata ligni aloes tramia. v. spicæ tramia. vij. caryophyllorū tramia. ij. croci tramia. iij. mastiches, thuris sing. tramia. x. struthij corticis tramia. xv. musci tramii ambar, tramia. ij. oia hæc linteo deligata in mediū doliij succū ponēda sunt: & per. xl. dies quotidie terēda, & exprimēda, atq; in doliū in medio succo suspēdenda. post uero. xl. dies aquā succo super natantē collige, & in alio uase reponere: & in succum aliam aquam inijce, & utranque in sole contine. cū uero totum ius in altero uase erit coactum, tum in nitido cacabo, aut in olla ad tertias usque decoque, & maturis cotoneis imple. at linteolum nūquā de medio garo extrahe. ita enim garum optimum, cunctisque hominibus utile conficietur.

AD capitis dolorem, Barnabæ monachi.

135.

Farinæ fabarum quantum capere manu potes, mastiches, cuminique parum in unum ex succo cotoneorum misce, emplastrumq; confice, & membranæ illitum fronti superdato.

SPVRII.

V 2

AD urina

Galascryptus liber

	<i>AD urine difficultatem.</i>	136.	E
Vnguentum optimum in urinæ meatum infundendum est, atque ita urina statim prodibit. aut mel & syluestrem canabim commisce, & perinæo superda: aut muscum in meatum urinæ iniice.			
	<i>AD sanguinis e naribus profusionem.</i>	137.	
Canabis folia arida, & trita in nares insufflabis. aut pannum lineum combustum ex acri aceto in nares injicies.			
	<i>AD uteros mulicrum.</i>	138.	
Obsonium e iusculo, & uerum amenetarium & cardid combusta ex ueteri uino propina.			
	<i>Ne ex arbore fructus decidat.</i>	139.	
Lilij radicem arbori appendito: fructus enim hærebit, ac non decidet.			
	<i>AD ulnus.</i>	140.	*
Cor cum pelle, cornuque ceruino combustum ex oleo inungito.			
	<i>AD stomachum.</i>	141.	
Rutam, satureiamq; cum ouo, & cuminum, ac mentæ radices in potu præbe.			
	<i>AD impetigines.</i>	142.	
Piper tritum ex lacte muliebri inunge, & curabis.			
	<i>AD dentium dolores.</i>	143.	F
Ouorum putamina, sepia, oleumque admisceto, ac coquito ad tertias, ac iube tepidum ore contineri.			
	<i>AD uentris lumbricos.</i>	144.	
Cornu ceruini ramenta ex uino uctere bibenda in balneo præbe.			
	<i>AD urine difficultatem.</i>	145.	
Coriandrum, mentam, & aquam ex melle decoque usque dum tertia pars relicta sit, & potui dato.			
	<i>AD ulnus, dulce.</i>	146.	
Stercus suillum cum oleo, acric; aceto misce, ac locū prius setaceo panno excoriatum unge.			
	<i>AD lateris dolorem.</i>	147.	
Paliuri radicem ex uino coque, donec tertia pars relinquatur, & post balneum propina.			
	<i>AD iecur, & stomachum.</i>	148.	
Aloes & spicæ, utriusque miliariisum ex uino post balneum potui dato, ac sanabis.			
	<i>AD somnum conciliandum.</i>	149.	G
Caprinum simum & trifaginem ad luti crassitudinem misce, faciemq; obline.			
	<i>AD Tussim.</i>	150.	
Raphani, ac foeniculi semen ex melle propina.			
	<i>AD dolorem cordis.</i>	151.	
Rutam & lini, ac foeniculi semen cordi superdato.			
	<i>AD lumbricos alui.</i>	152.	
Lupinos, lauri baccas, fel taurinum misce, & umbilicum illine.			
	<i>AD hæmorrhoidas.</i>	153.	
Testudinis testa in suffitu adhibita prodest.			
	<i>AD exustionem.</i>	154.	
Ouorum afforum uitellos in sartagine exure, & emplastri modo impone.			
	<i>AD pruritum.</i>	155.	
Garum, sulfur ignem non expertum, atq; oleum misceto, & inungito. & euentum mirabere.			
	<i>AD morbum regium.</i>	156.	
Chrysolachani semen, mel, & crocum misce, & cubantem in lectulo illine. ac iuuabis.			
	<i>AD uermes.</i>	157.	H
Chamæleonis radices contunde, & urticæ summitates contritas adde.			
	<i>AD tussim.</i>	158.	
Foeniculi radices tritas ieiuno propina per dies. ix. est hoc mirabile remedium.			
	<i>AD comam alendam.</i>	159.	
Maluā ac saluie radicē accurate conterito, & uasi cū bono uino infundito, & a balneo comā illinito.			
	<i>AD aurium dolores.</i>	160.	
Rubi succum exprimito, tepefacito, in aurem infundito, dolorem leuabis.			
	<i>AD regium morbum.</i>	161.	
Chrysolachani cōtusi, mellis, utriusq; cochleariū, ex uino calido ieiuno dabis. Aliud, quod admodū præstat, in dextram aurem iacenti tenuem uenam secato, & fluente sanguine commodum inde proueniens admiraberis. si lien doleat, idem in sinistrum latus iacenti, faciendum est.			
	<i>AD hepaticos spleneticos, & stomachicos, quod nunquam fallit.</i>	162.	
Viticis semen in cibo & potu ex uino mane, & uespero præbe. Aliud, apij, & petroselinī macedonici semen, & cicer, & uiticis semen conterito, & ex uino calido propinato.			

AD

de medicinis facile parabilib.

155

A	<i>AD uitia renum.</i>	163.
Semina erucæ, nasturtij, ac raphani tere, melle attico excipe, & ex uetere uino drachmam unā dato.		
	<i>Basilij isti Melitinoti de ratione uictus ad regium notarium grammaticum.</i>	
	<i>Confectio unius, quod conspiciunt, coccinumque reddit.</i>	164.
*	Dolium uino imple, quod mensuras. xx. æquet. ex eo mensuras duas cape, & in ollam lapideam infunde, adde autem seminis foeniculi, lini, sing. miliaria C. anisi miliaria L. uinum est cum his bene ferue faciendum, & ex sacco percolandum, ac sextarius in dolium mittendus. postea uero cape trispidij miliaria C. caryophyllorum miliaria v. croci miliarium, mastiches mil. iij. cyperi, ligni aloes, utriusque mil. v. omnia simul trita, cribrataque, & lineo linteolo inuoluta in medio dolio pone, atque utere.	
	<i>Eiusdem, stomachum pituitæ plenum, & caput dolore uexantem, corroborantia.</i>	165.
	Capere debes quotidie rosæ mellis mil. xx. apij seminis mil. j. anisi dimidium miliarij, & usque ad meridiem ieiunare, ac tunc cibum sumere. hæc autem ideo tibi iniunximus, quia rosa stomachum roborat, mel calcificat, foeniculum uero, & apium, si in iecore & liene copiam humoris atrii inuenerint, detrahent, & per urinas educent sine dolore. anisum uero flatus a uentre pellit, stomachumque confirmat. ad meridiem uero usque te abstinere uolumus, ne alter morbus appareret, & ut uis herbarū in uentriculo diutius moretur. post transactos decem dies, eundem semper ordinem obserua, cum saccharo rosæ, ut stomachus corroboretur, & sine molestia uiuas. de alimento uero sic decernimus.	
	<i>Vitæ ratio in cibis, ac ieiunio.</i>	166.
	Primo igitur die amygdalas amaras decem, cum pane, ac uino, quod fatis sit, edes: secundo die, mel cum pane, & uino quantum sufficit: tertio, agni anniculi carne uescere, eiusque scapulam elixam ad ignem torreto, & cum pane biscocto, & uino, quod fatis sit, edito. quarto die orizam solam ex aqua coctam, addito melle, cum pane, & uino, quod sufficiat, accipies. quinto uero die grana punici mali, amygdalas, allium cum dauco, caricis, & uuis passulis decoques, & cum pane, uinoque, quod fatis sit, uesceris. sexto die similem carnem anniculam in sartagine cum dauco decoques, & edes, & panem, uinumque quantum fatis esse conieceris, affumes, ut punici mali uis obtundatur: est enim frigida. ac malum quidem punicum additum est, ut quæ per quinque superiores dies sumpta erant, quæ re uera calida fuerunt, refrigerarentur. septimo die carnem minutatim concisam cum cicere, ac condimentis coque, & quod fatis est, comede. octauo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus syriacis, croco, dauco, uuis passis, cum alijs carnibus in frustula dissectis, & cum melle, quod fatis sit, coque, & ede cum uino, quantum sufficiat. decimo denique die ciborum, & ieiunij ratio ita instituenda est. mali punici granum non fecus, quam prædicta decoque, & cum uino, quod fatis sit, sume. hæc autem sumendi cibi ratio est, ut semper in coena menta ex melle utaris, ut cibi concoquantur, & ne pituita in uentriculo coaceruetur. Ceterum ut bona frui ualitudine possis, uenam ne incidito, nisi noxia causa subsit. Si uero morbus caput aggrediatur, uenam caluariæ secabis, & sanguinis detrahes miliaria decem. hoc autem bis faciendum erit, Aprili mense, & item septembri, sed per triduum ante, & post, abstinentia uitior. & remedium, quod præscripsimus, in hisce mensibus, bis deuorato: & capitulis papauerum ad conciliandum somnum utere: & concubitu uita: sed si uelis, rebus uti ueneris, semel in septimana post mediam noctem id facere poteris. Iulio autem mense, & Augusto debes per biduū uomere. quod utrunque fit, quoniam per unicum diem stomachus purgari non potest. & quando uomis, caue, ne aquam aut ante, aut post uomitum bibas. ac dum uomis, oculos uelabis, & deligabis: & stans uomes loco edito, aut supra flumen. si a uomitu sitis te excruciet, eam perfer, & esto sobrius. lauari autem debes mense Aprili usque ad totum Nouembrem: ceteris mensibus abstine. si tamen uolueris, semel tantum in septimana id facies: atque id semper ieiunus. si sitias, aquam temperatam bibe: & cum egressus balneum sis, olco, & mulieris, quæ foeminam peperit, lacte caput irigabis: per noctem uero pedes aqua calida cum furfuribus fouebis.	
	<i>AD capitis dolorem.</i>	167.
D	Amygdalarum lib. iij. seminum cucurbitæ lib. j. cape, & oleo ab utrisque expresso capitis uerticem, nares, manus, pedesq; inungito.	
	<i>Contra uini noxam.</i>	168.
	Cotonea mala, matura, dulcia expurga, succum exprime, & in uinum iniice.	
	<i>Inunctio probata ad artuum dolorem, & manuum, ac pedum intertrigines, corruptelas, adustiones hyemis, & uentorum manus, pedesque lædentium, quam saraceni tlen uocant.</i>	
	<i>Confectio autem est huiusmodi.</i>	169.
*	Axungia anferis partes duas, itemque medullam ceruorum iuuenum, & martafancem raparam, & mel ad carbones decoctum, ac percolatum in lebetem lapideum conijcias, & feruefacias, donec prædicta pingua contabescant: quibus adhuc calentibus martafancem adjicies, & cū penitus refrixerint, mel impones, & accurate instar malagmatis subiges. & ad ignem, aut in furno inunges: & diligenter perfricabis. inunges autem usque, dum dolor discesserit.	
	<i>AD agylopos.</i>	170.
	Fel taurinum, picem liquidam, & acetum simul misce, emplastrum fac, & superda. aut rutæ folia cū chorygio in foramina inde.	

SPVII.

V 3 AD

Galeno ascriptus liber

AD incurabilia ulcera. 171. E
 *Ariorepanij radicem in dulce uinum infunde, ægrotantique propina.
AD inflammationem pulmonis. 172.
 Piperis grana. xv. falis micas totidem tere, & *teaphen illorum adde, & commisceto, & cum gallinæ rufæ stercore & oleo inunge. aut dauci semen, nigellamq; & porrum contere, & potui da.
AD talpas. 173.
 Trifaginem & hordei farinā cum melle subigito, inungito, ac modo cataplasmatris superdato.
AD uentris, stomachique dolorem. 174.
 Thus cum uetere uino in cacabum conijce, & ad tertias decoque, & in balneo propina. aut oleū & uinum simili modo coque, & tepidum in balneo bibendum dato.
AD uitia stomachi. 175.
 Cuminum, cinnamomūq; tere, & myrrham, mastichen, & *biscunæ modicū adde, deinde coque, & misce, & potui da. aut mentæ ramulos tres, & mali punici grana, ac palmulas propina.
AD genuum debilitatem. 176.
 Lini semen, & mel in aqua feruificta, modo cataplasmatris cordi superdato.
AD lateris dolorem. 177. F
 Cataplasma ex cumino, farinaq; triticea confice, & cordi impone.
AD splenet. cos. 178.
 Folia brassicæ, ammoniacum, acetum acre, commisce, contere, per triduum obline. aut folia platani ex aqua decoq; ad tertias, ac potui da. aut brassicæ folia ad ignem torreto, & trita ex uino ppinato.
AD muliebri sanguinis profluuium. 179.
 Taurini cornu ramenta in potu ex aqua sumpra sanguinis profluuium cohibent. aut *lulacem, & semina brassicæ, & scammoniam misce, ac potanda exhibe.
AD stomachi compressionem. 180.
 Gallas tere, thoiq; flores, aut mali coria decoque, donec tertia pars relinquatur. aut scœnigræcum melli incoque, & decocti ius propina.
AD coliacos. 181.
 Nasturtij semen in ollam nouam coniectum decoque, deinde ouum separatim elixatum putamine exue, ipsumque diligenter contere, & semini nasturtij elixo adde, & cura ut unā feruefiant: si æger uelit, edat: si id non queat, aquam bibat: aut taurinos renes frictos potandos dabis: aut ueterem caseum G aceto incoque, & edendum ieiuno offer.
AD urinæ difficultatem. 182.
 Fluuiatilem pagurum contritum, & per pannum expressum potui dato: aut scœniculi radices ad tertias decoques, & ægrotanti potui dabis.
AD ani tumores exterius prominentes. 183.
 Viuam calcem, & auripigmentum recens commisce, & impone.
AD artuum dolores. 184.
 Quinqueneruiū, scorpionum, & acetum modicum misce, ac locum obline. aut etiam sinapi, & caricæ sinul tere, & in balneo impone.
AD dolorem genuum. 185.
 Maluam, hordei farinam, ac lini semen contere, & in fartagine fricta ex oleo applica.
AD ossa fracta. 186.
 Picem; thuris puluerem, palmulas, maluæ florem, & oui album misce, atque impone. tum itupam superimponc, & *calamis, fasciæq; circumliga, & sanabis.
AD Quartanam. 187. H
 In uino ueteri trifaginem coque, & ter potui da.
AD morsum scorpij. 188.
 Testem igni candentem admoue. aut *alam ex melle propina. aut humum intuens, quem lapidem premebas, eum loco affecto superdato.
AD ueneficia. 189. *
 Caridion, & latum cuminum, & zochij radicem ad tertias decoquito, & ex uetusto uino bibendum præbe. gestanda quoque sunt glaneum ossa: siquidem eadem suffita, dæmonas expellunt.
VT mulier concipiat. 190.
 Leporis uterum frictum, tritumq; assidue propinato. habeat etiam leporis sanguinem: aut uulpinū sterces cum seuo bubulo misce, ac uiri, mulierisq; pudendum eo inungito.
AD infantem in utero mortuum. 191.
 Muliebri lac cum melle, & amaranthi radicibus propina, & prodibit.
VT lactis copia gignatur. 192.
 Fœniculum & anethum cum melle & uino decoque, ac mammas quotidie illine. magna enim lactis copia gignetur.

AD

de medicinis facile parabilibus. 156

AD ueteros. 193.
 Auem iugula, ac festucam lineo panniculo inuolutam intra auim reconde, atque ita clixa: & ius propina. auis uero oculos suito, & manerem uerum, ac caridion urito, & potui dato.
AD eos, qui præter uoluntatem mungunt. 194.
 Gallinæ gulam gutturi coniunctam tere, & ure, iterumq; diligenter tere, & ex antiquo uino ppina.
AD penem roborandum. 195.
 Rapi semen tritum cum melle iungito, & panniculo attrito illitum peni superdato.
AD unguis scabros. 196.
 Sinapi & mentam ex aceto, coque, & illine.
AD intertrigines. 197.
 Marinum muscum aquæ marinæ incoctum, expresso humore, impone.
AD pedum dolores. 198.
 Myrrham, quæ mur dicitur, herbamque pulicarem cape, aut phyzurcatum, ad mystri pondus, ex aceto, & pedes illine.
AD stomachum corroborandum. 199.
 B Lignum aloes, acorum, cyperum, mastichen, thus, nigellam, fœniculum, & *spanthos accurate, conterito, & in unum redigito, & ex succo mali punici, & melle ad carbones decocto ieiunis propina.
AD sputum. 200.
 * Rosacei zupha, siue hyssopi, quod ad tussim, & pectoris angustiam, eiusque dolorem accommodatum est, confectio capit hæc, manufiacorum. 3. ij. unapia siue zizipha numero. xx. zepistania siue mixia totidem. ficus aspr. dulces. xv. aut radicem dulcem semitritam drachmæ mensura: chafchalis contusi, uel papaueris capitum drach. v. parefausa, uel polytrichi drach. ij. ane siuen, uel anisi dulcis drach. ij. tolma carauus, uel apij seminis. 3. ij. uuas passas, grana bona logaricæ semissem. zupha uel hyssopi. 3. iij. rhazani, uel seminis fœniculi drach. ij. uuas passilas, granaque mista lauabis, & emofchalum ex aqua per diem unum, & summo mane refrigerabis, & elixabis cum prædictis, hoc est logaricyon unc. iij. & usque adeo decoques, donec aquæ unā logarica semis relinquatur: ac tum percoletur, ut certo scias, in ea nullam remanere materiem. tum sacchari unam logaricam addito, ut zulapium efficiatur. quotidie autem unum per dies octo bibes, & oleum amygdalinum instillabis.
AD uomitum biliosum. 201.
 C Qui bilem uomunt, cataplasmate illinendi sunt, quod accipit palmulas, ficus, gallas uino, aut posca incoctas, & pane exceptas. præterea uero acacia, hypocistis, balauftig, & rhus, cataplasmati addantur. magna quoque cucurbitula cum multa flamma stomacho affixa ualde prodest. ceterum cibus exiguus, & crebro dandus est. Ad eos uero, qui atram bilem uomunt. & stomachum inflatum habent, spongiacerrimo imbutas aceto calido, admouebis. aut ex hederæ folijs uino decoctis cataplasma conficies.
DE singultu. 202.
 Singultus uero ex inanitione, aut expletione, aut ex acris humoribus stomachum mordentibus exoritur: quibus quidem per uomitum reiectis singultus cessat. ac plerique sunt, qui si confectioem, quæ ex tribus piperis generibus constat, deuorarint, ac mox uinum biberint, singultu corripi soleat. præterea uero, cum cibus in mordacem qualitatem corrumpitur, quidam etiam in singultu cadunt: itaque inuenimus uomitum remedio ei singultui esse, quem uel plenitudo, uel morsus excitauit: calorem uero mederi ijs, qui ex frigore singultum contraxerunt: at si ex copia humorum singultus consistat, uiolenta euacuatione opus erit, qualem sternutatio præstabit: hæc tamen eum singultum, quem inanitio peperit, non curat, singultientibus autem rutam ex uino dari conuenit, aut Nitrum ex mulla, aut fœseli, aut daucum, aut cuminum, aut zinziber, aut nepitam, aut galli-cam nardum: hæc autem singultus adimunt eos, qui ex cibi corruptela, aut ex frigore, aut multitudine ciborum constiterunt. ijs uero qui ex frigidorum, aut crassorum humorum copia in singultum inciderunt, prodest castorium ex posca darum. idem quoque ex oleo sycionio uetere cuti illitum benefacit. scillite quoque, aut mullum acetum potui datum eisdem adiuuat. iam spiritus quoque retentio uidetur singultum egregie cohibere.
AD pedum intertrigines, fissas, & pernioles. 203.
 Rubricam, aut sinopida & cimoliam pari portione ex caprifici succo illine. Aliud. hederam, nepitam, & salem in aqua simul decoque diligenter, & pedes semel, atque iterum laua, & sanescent. Aliud. muriam crassam aquæ calidæ permisce, & ex ea pedes, perniolesque foue. Tertium, salem, cuminum, oleumque misceto, & pedes prius inunctos, accurate illinito materia enim per meatus occultos discuritur.
AD podagram. 204.
 Vtere succo semperuiui, quem diligenter coxeris. Aliud. uini succum asinæ lacti, aut dulci uino mistum illine. Aliud. phocæ, leonis, lupi, aut uulpis corium elabora, calceos ex eo confectos

S P V R I I.

V 4 gesta,

gesta, pedes nō dolebunt. Aliud, uespertiones tres aqua pluuiæ incoque, tum in aquam conijce lini seminis tri uncias. iij. oua cruda. iij. olei cyathum, bubuli fumi, ceræ, utriusque vnc. iij. misce omnia, ac subige: & cubicum eunti semel, iterumque impone.

Aceti scilliti confectio, Galeni.

205.

Acetum ex scilla confectum maxime præstare ad tuendam ualitudinē Pythagoras conscripsit: quo postea omnes Imperatores sunt usi. ipse aut auctor hæc tradidit, quicumque eo utitur, eos longeuos fore, & extremam eorū aetatem integram usque ad finem futuram: ac talis quidem ipse famius senex fuit. scis enim quot annos uixerit. ceterum est literarum monumentis consignatum, hæc esse ab illo suis con sanguineis communicata, ut hoc medicamento uteretur. cumque ipse uti cœpit, natus erat annos quin quaginta, & centum decem septem compleuit annos integer, & nulla unquam incommoda ualitudine conflictatus. atque hæc quidem ipse medicamēti auctor scripta reliquit, qui, quod philosophus esset, mentiri nesciebat. ac nos eius uiri dictorū periculū fecimus: & uerā constantēque huius medicamenti uim esse attestamus. Scillam igitur montanam cape, libræ unius pondere: duram partem circuncidito: mollem in frustula secato, & aceti acerrimi sextarios octo in uas uitreum funde, atque obtura: ac per triginta dies, cum canicula ardet, finito macerari. his peractis, scillā exime, atque exprime: & huiusce acetii parum mane sorbeto. inde autem hæc euenient commoda. faucium, orisque partes nūquam mollientur, os uentriculi recte ualebit: spiritum facile duces, uox suum tenorem recte seruabit: oculorū erit sensus acerrimus, aures suum munus probe obibunt: nullus unquam in uentre uentus excitabitur: nulla erit ullius uisceris suspensio: bene spirabis, bene coloratus uiues: ad negotia ciuilia recte eris affectus: non acidum, non salsum ruetabis, si modicum huius acetii assumpseris. debes autem id ieiunus assumere, tum septem stadia deambulare, siquidem ita dissoluetur, hoc autem aceto qui utitur, quamuis summam in uictu licentiam usurpet, omnia tamen alimenta conficiet: & a nullo unquam lædetur, neque ualde admodum implebitur: sed maiores, melioresque facere progressiones uidebitur: nihil enim superuacanei in corpore permanebit, non flatu, non bilis, non sterco, non urina: sed omnia facile excernet, facileque educet: alius lubrica erit omnino, denique medicamentum hoc totum corpus purgabit, etiam si in ossibus sordes inhaerint. tabidos uero ab omnibus iam deploratos hoc medicamēto pristinae ualitudinis uidebitur. idem morbo comitiali mirabiliter profuit, ut, nisi post longa temporis interualla, non redierit. eundem morbum in principio plane expellit, neque reuerti amplius finit, est præterea ad podagras, & morbos articularum, itemque icteris, lienisque duritias ualde accommodatum. atque hæc quidem sunt priuata acetii scillitici opera: communia autem sunt quæ plurima: quibus nos admoniti, hoc salutare medicamētum ad te integræ ualitudinis, incolumitatisque tuæ causa scribendum duximus.

Vinum scillite ut fiat, ex Galeno.

Vinum scilliticum omnem potanti sanitatem affert: siquidem humores extenuat, præcipue autem pituitam: quam neque in stomacho, neque in capite, neque in uentre, neque in iecinore, neque in liene, neque in neruis, neque in ossibus denique finit consistere. nec permittit easdem partes ab ullo alio tenaci humore obstruente obsideri: sed omnia dissoluit, uentrem lenit, ac subducit, urinamque ciet, & per ipsam causas extenuat, & excernit, caput uero ita purgat, ut nares humore uacent. commodum præterea est pedum, articularumque doloribus, & morbo comitiali: omne denique bonæ ualitudinis genus parit. ut autem id conficias, scillam albam montanam sub canis exortum capito ad libræ pondus: eam per dies decem in umbra refrigera, tum scillæ ipsius refrigerata folia in uitrum uas inijce, & uini albi ueteris sextarios duodecim super infunde: & suspensum uas per quadraginta dies teneto, tum scillam extrahe, & abijce: eoque uino ad prædicta uitia utere, & eius uim cognosces, si ante cibum duas uini uncias præbebis: sin a cibo, uncia dimidium, si uero efficere potui commodum uolueris, eiq; iucunditatem conciliare, mellis sextarios duos, aut tres admiscebis.

Medicamentum, quod commansum a stomacho, gargarizatum uero a capite pituitam euocat.

206.

Origanum, gummi, hyssopum, pulegium, thymum, tribus passuncijs incoque, donec una remaneat, ac dato ut gargarizetur. si uero commanducetur, pulmonis materias extrudet. quotidie autem faciendum est, siquidem est probatum.

Ad eos, qui uix, aut ne uix quidem urinam reddunt.

207.

Cimices lestuli tere, & urinæ foramen illine, ac statim urina prodibit. hoc etiam adiuuat pueros, qui mingere non possunt.

Ad calculosos, & ad urinam ciendam.

208.

Baccarum lauri, piperisque pares portiones tere, & per cribrum traiectas ex una mulsa mensura exhibe. mulsa uero calida sit, oportet. aliud, quod calculos confringit, & foeminis ac uiris urinam prouocat: lauri corticem aqua decoque, & permisce, ac potui das efficax enim est.

AD

A *AD eos, qui sanguinem mingunt.* 209.
Zinziberis drach. ij. seminis brassicæ drach. iij. papaueris drachmam succo excipe, globulosque con fice, & laboranti porrige.

AD urinae scillicidum.

210.

Thymi, sceniculique pares portiones teres, & ex aqua temperata propinabis

AD dolorem uis, per quam urina comportatur, ad malum, cum urina ægre it, ad anbelitus difficultatem, ad sanguineum lotium, & ad calculum. 211

Afari, mysios, nardi gallici pares portiones melle attico, a quo detracta spuma sit, excipe, dato autē nucis ponticæ magnitudinem: id enim etiam senibus ualitudinem restituit, quibus sit effluxus siccorum, eumque robustiorem efficit.

AD eos, qui præter uoluntatem mingunt.

212

Lilij radicem elixam bibendam præbe. succum etiam, aut semen alterci in uino & lacte maceratū corio ceruino incude, & dextro femori appende, & miraberis. Aliud, apri ungulas ure, & ex uino bibendas da. aut galli testiculum ustum edendum offer. Aliud, cochleam cum testa ustam tere, & ex uino potui da, cum quieti se tradit.

AD urinae difficultatem, & calculum.

213.

Lini semen, piper, petroselinum tunde, cribraque, & ex condito cochlear unum cape.

AD lapides frangendos, probatum.

214.

Tres marinos scorpiones paruos integros combures, & cinerum ex condito dabis.

AD aluum sistendum.

215.

Rhyn & oryzan uino decoque ad tertias, & per anum inde: aut uinum austerum, in quo iecur hircinum sit incoctum, bibendum dabis: aut gallas uistas accurate tritas & adipem suillum misce, & frictas ex aceto comede. Piperis drachmam, farinae lupinorum drachmas tres, mellis cochlearium fume.

AD sudorem prouocandum, febrimque finiendam.

216.

Cachrys semen ex oleo illine, aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum per horam post in uasionem.

AD canis morsum.

217

C Vrticæ semen emplastri modo superdatum, aut nigri marrubij eodem modo prodest: aut apiam strum ex uino potui datum: aut moribus impositum: aut allium illitum, aut assum, quod in potu, ciboque capiatur. **A** *AD rabiosi canis morsum.* Brassicæ folia cum lafere ex aceto contrita superdato. brassica enim per se rabiosi canis moribus aduersatur, & eius etiā decoctum idem efficit, si bibatur. ceterum brassica elixa præ ceteris sumpta cibis, tabidos sanat, & uitia arteriæ corrigit. contrita uero, & lieni imposita, ipsum consumit.

AD anginam, collique dolorem.

218.

Alba populus arida, contrita, & ex melle illita, aut nasturtij semen, & columbinum sterco & melle modo cataplasmat, imponantur.

AD internas ani eminentias.

219.

Amaranthum aqua dilutum mane ac uesperis propinabis.

Cataplasma ad lienem ualde efficax.

220.

Helenium, sinapi, lauri baccas ad proportionem tere, deinde nouellæ nucis corticē parumper contunde, mox in pilam conijce, & ualentius tere, tum exime, & acri aceto per triduum macera: & omnia in unum redacta cum succo tiberiados ad cataplasmat consistentiam decoque, & lieni per octo dies summo mane superda: prius tamen euacuandus uenter est: & miraberis. Aliud ad lienem diminuendum. radicem capparis. ʒ. iij. calcis uiuæ. ʒ. iij. contunde, per cribrumque traiectas, & aceto dilutas superdato non plus, quam horæ spatium: ac totus lien absumetur. Aliud, brassicæ decoctum solum ex aceto mulso propinandum ieiuno dabis. aut rubi radicem ad tertias usque decoquito, & decoctum per triduum dabis. Aliud, corticem nucis ex aceto, & melli etiam incoctum ieiuno præbebis, aut ferrū candens in mulso restingue, & bibendum offer. est enim admirabile.

AD dentes nigros.

221.

Ossibus palmarum, mastiche, & melle dentes per septem dies perfricabis, & albi reddentur.

AD alui lumbricos.

222

Lupinos, lauri folia, ac bubulum fel misce, atque umbilico superdabis, ac proderit.

AD internas, externasque ani eminentias.

223

Amylum, picem, aquam simul feruefacias, donec tertia pars reliqua sit, ac per septem dies potui dabis.

AD aurium dolorem.

224

Vitis racemum in sartagine ex oleo frictum in aurem funde, & sanescet.

AD hirudines

225.

Trita aristolochia, saleque eas consperges.

Ad

AD calculum,urinam cientia. 226. **E**
Lauri baccas & piper paribus portionibus misceto, & ex mulfâ mystrum unum dato. Aliud, ad calculos confringendos. lauri corticem aquæ incoctum ad tertias forbendum præbe. Aliud, ad idem. Turturis stercoſum uſum ex mulfâ præbe. id enim lapides per urinam extrudit. Aliud. probatum ad eos, quos calculus uexat. ſtruthij, rhu pontici, capparîs, ſingulorum drachmam cape, & quotidie drachmam ex uino albo dabis: atque ita mingendo ſubſidentia calculoſa deiicientur. Aliud, origanum in aqua ad tertias decoques, & decoctionis cyathum unum potui dabis.

AD ſtillicidium urina. 227.

Seminis foeniculi, palmarum thebaicarum, æquas portiones tere, & ex aqua temperata calidas potui dato. **A**D urinæ difficultatem, & ſtillicidium: coſti, mellis, aquæ, cyathos nouem miſce, cratera potui dabis, ſed mercedem prius poſces. Aliud, cyperi aſiatici contriti cochlearium unum ex uino meraciore, aut ex melle dandum eſt. probatum enim id eſt. **A**D urinæ difficultatem, petroſelinû macedonicum tritum ad cochlearis pondus dato. **A**D ſtillicidium, cucurbitam aridam tere ad farinae formam, cuiusque paruum cochlearium ex aqua propinato. **A**D mingentes in ſtratis. leporis cerebrû **F** ex uino potui dato. Aliud, ueſicam aſſam da, qua per triduum ueſcatur: aut cyperum tritum in potu offer. aut leporis teſticulum ex uino odorato, tepido, propinato. **A**D ſtillicidium, thus in uino diu feruefacito, ac per triduum potui dato. * cape raphida marinum piſciculum, eumque combure, & eius cinerem bibendum præbe.

AD impetigines. 228.

Ceruini cornuramenta in aceto acerrimo ad tertias decocta illine.

AD impetigines ſeras. 229.

Hordeaceam farinam aceto acri ſubactam impone. aut haſtulæ regiæ radicem tritam frequenter illine. aut pannum lineum candenti ferro combuſtum impone: aut nucis uirentia folia ſuperdato: id autem etiam ad ſcabiem ualet.

AD penis dolorem, & inflammationem. 230.

Cuminum, ouorumq; putamina accurate decoque, ac foue, & euentum miraberis.

AD impetigines. 231.

Allium, ac theaphen, itemque aquam & oleum ſimul miſce, atque illine.

Cataplaſma ad recentia uulnera, a ligno, gladioue facta. 232. **G**

Salicis folia trita impoſita fluentem ſanguinem liſunt, uulnera agglutinant, eiſque medentur. idem facit ſimus ouillus ex oleo tritus, & cataplaſmatis modo impoſitus.

AD medicamenta letalia. 233.

Rutam ſicum, nucemque tere, & ex uino propina. fulicæ quoque ſanguis liquidus, qui ex oleo potui detur, & a uenenoſi medicamenti potui, & a uiperæ morſu liberabit.

AD fluxionem in guttur. 234.

Ni dum hiruſinis ex aceto tritum collo circumpone.

AD mammarum muliebrium tumores. 235.

Stercoſ caprinum aridum uino mero dilues, & ſuperdabis, & inflammatio diſcutietur.

AD capitis dolorem, lupinum. 236.

Suilli ſtercoris cinerem melli admiſcebis, caput rades, coque inunges, & folia braſſicæ ſuper impones.

AD tuſſim, & febrim heſticam. 237.

Styrax & braſſicæ ſuccus ſimul terantur, ac ſubacti ieiunis, aut cubitum euntibus dentur. uel olei laurini, uinique generoſi drachmæ. iij. utriuſque miſceantur, calſiantque * in balneo interius: **H** ac uinum oleumque temperentur, & ſtomachus foueatur. uel lixiuium ſtillatitium calfacias, eoque tuſſientium pedes foueas, tum ſpongia abſterges, illineſque, & fouebis. eſt enim hoc tuſſis remedium.

AD tuſſes. 238.

Refinam teres, & ex uetere uino bibendam ieiuno dabis. itemque pulegium in poſca decoctum, & beronicem cum melle ſubactam eſui præbebis: aut raphanum toſtum mane & ueſperi edi iube. aut butyrum ſalis expers, quantum auellanæ nucis magnitudinem impleat, deuorandum appones.

AD humores in peſtore contentos. 239.

Vrticæ folia ex piſſana decocta, & in potu ſumpta inflationibus aduerſantur, & e peſtore materiam educunt.

AD tuſſes. 240.

Fœnumgræcum ad tertias decoquatur, eiſque iuſculum ex melle diluculo propinetur.

VT canora uox fiat. 241.

Tragacantham in uino madefacies, potuiq; dabis. & uox clara, ſplendidaq; reddetur.

AD uocis

A *AD uocis amiſſionem.* 242
Syracem teres, & cum aqua globulos ad ciceris magnitudinem efficies. quorum ea uis eſt, ut tertio cum dederis, ſtatim uox emittatur.

VT capilli, barbaque decedentes, creſcant. 243

Oleum myrtinum, polytrichum, betamque miſcebis, capilloſq; oblines. aut pares adianti, ladanique portiones cum oleo immaturo, aut etiam myrtino, aut lentifcino teres, & illines. Aliud, ladanum in aminæum uinum, oleumque myrtinum infundes, ſimulque teres, donec fiat tam craſſum, quàm mel, & in balneo caput inunges. præſtat autem in hoc caſu adiantum ſumere, quod polytrichon quidam nominant: ſi ſeptimam eius partem ladano adijcias, atque illinas.

AD renum dolores. 244


Furfur ex farina cum pulegio decoquatur, ac per colum ius traiciatur: tum ſpongia eo iuſculo imbuta renes fouebis.

G A L E N O A S C R I P T V S L I B E R

S E C R E T O R V M, A D M O N T E M.

C E N S V R A.

Secreta hæc ut Galeni non ſunt, ita non omnino inutiliter legi poſſunt.



ROGASTI me, amice Montec, ut deſcriberem tibi librum in medicatione ægritudinum ſecundum experimentum medicinale, & conſiderationes rationales ex eis, quæ expertus ſum in multis ſapientum & bonorum in cultu legis. ſeci igitur illum: & poſui ipſum ex ſecretis, quæ non eſt neceſſe propalare unicuique hominû, timendo ne ſiant pigri, conſidendo in ipſo, & dimittant quod neceſſarium eſt in ſcientia radicum & ordine capitulorum, ſuper quam eſt fabricatio artis. Et ego quidem ſcripſi tibi in illo ſecundum meſuram uirtutis, & fideliter. Dico igitur, quòd ſubſtantia ſubiecta generationi, & corruptioni **C**mutatur in qualitatis ſuis. Quæ ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas: quæ adinuicem agunt & patiuntur: & eorum æqualitate, complexionis exiſtit bonitas. Quod eſt, quia complexio eſt factorum ſubſtantia cuiuſcunque membrorum animalis propria. Complexio igitur eſt ſubſtantia corporis, & natura eius. Et poſtea ſunt reſ ſequentes complexionem neceſſario, & ſunt odores, & ſapores, & colores, & durities, & mollities, & lenitas. Natura uero de tribus dicitur rebus: quarum una eſt complexio, ſecunda eſt uirtus reſtrix, tertia eſt compoſitio. Et quæuis ars, quæ ſolicita eſt de corpore, ſit una, ſicut uerificatum eſt iam in libris alijs: tamen partes eius ſublimis ſunt due: quarum una eſt regimen ſanorû & altera eſt curatio ægrorum. & ſunt ambæ in operationibus ſuis diuerſæ, quia ambarum prima intendit ad conſeruandum corpus ſecundum diſpoſitionem in qua eſt: & ſecunda intendit ad permutandû ipſum ab eo ſecundum quod eſt. Et quoniam ſanitas antiquior eſt ægritudine, & ſublimitate, & tempore: tunc neceſſe eſt nobis ut acquiramus in primis qualiter conſeruemus ſanitatem: & poſt illud, qualiter ſanemus ægritudines ſanatione bona. Via autem communis ad inueniendum eas ex rebus duabus eſt, ut ſciamus diſpoſitionem, quam nominauimus ſanitatem, quæ diſpoſitio ſit, quia non poſſumus ſeruare ipſam, quando exiſtit, nec reducere ipſam, quando corrumpitur, niſi ſciuerimus quid ſit. Nos uero iam proceſſimus, & oſtendimus, quòd ſanitas ſimilium partiû eſt æqualitas. & quòd ſanitas membrorum compoſitorum completur poſitione membrorum ſimilium partiû, & eorum numero: illud uero, quod ſurgit per conſeruationem horum membrorum, eſt poſt conſeruationem ſanitatis: ſicut ſi corpora noſtra nunquam ſinrentur, niſi per dolorem communicantem eis, non eſſet nobis ars neceſſaria, quæ ſciremus læſiones eorum omnes. Genera autem ægritudinum corporum noſtrorum, & corruptiones eorum, ſunt duo, quæ eis ſunt neceſſariæ, quæ ſunt ex operatione caloris innati: & ſunt eis corporibus a principio eſſe corporum radices. Et ex eis ſunt, quæ non ſunt neceſſariæ, & nos non ſumus eas mouentes, quæ quidem corrumpunt corpora noſtra non minus illis neceſſarijs. Et ego quidem ſum diſtinguens unumquodque duorum generum ſecundum ſe. Dico igitur, quòd principium noſtri eſt ex ſanguine & ſpermate. ueruntamen ſanguis eſt materia properans in receptione eius, quod deſcendit. Et nos quidem intelligimus per materiam hylen, ſequentem formam in omni parte. ſperma autem ſtat loco factoris. & unumquodque iſtorum duorum eſt compoſitum ex elementis, ex quibus compoſitum eſt alterum. (Et nos quidem demonſtrauimus ita in libro, quem edidimus de elementis ſecundum ſententiam Hippocratis.) Veruntamen in meſura miſtionis ſpecierum diuerſificantur: quia plus eſt in ſpermate. Et iam nos quidem demonſtrauimus ſecundum quod diximus, & teſtificari ſumus illud in libro de morbis & accidentibus. Et mihi quidem uidetur, ut uadam ad fundamentum ſermonis in arte medicationis per experimentum, & conſiderationem, & copulationem, & abbreviationem

uianem sermonis, & appropinquationem locutionis. Frater Montec, iste magis iuuatius liber est, E
quē composui in medicina: oēm nāque descriptionē eius expertus sum multoties in complexionibus
comparibus. Descriptiones autem quas diximus in alnemiri, idest pharmacorum, & est liber qui no-
minatur de medicinis compositis, non sunt nisi compositiones quorundam quos dixi, sicut Archige-
nis, & Archelai, & Seueri, & aliorum: quibus si uteretur aliquis secundum quod dixerunt, non fieret iu-
uamentum per eas: immo generarent agritudines. Verum ego rectificaui eas, & exercitavi super erro-
rem, qui est in eis. prima ergo descriptionum eius, quas ego composui, est descriptio medicinæ hu-
iusmodi.

Ad stuporem, & frigus, & paralyfm.

Vir quidam sexagenarius fuit, super quem uincebant humiditates superfluae, & uentositates phleg-
maticae, & erat mollis corporis. & ipse quidem conquerebatur de stupore in corpore suo, & frigore ad-
dito, & inceptio paralyseos. composui ergo hanc confectionem, quae est medicina multorum iuua-
mentorum. & ego quidem iuuaamenta ipsius dicam, post artem eius. Cuius quidem permistio. R. eu-
phorbij, croci, castae lig. cinnamomi, apij, acaciae, costi amari, spicae, gummi arabici, seminis urticae, grano-
rum alkerua, bdellij, olibani, sumach, ellebori, sulfuris citrini, styracis calamitae, piperis albi, omnium
ana. 3. vj. rosarum siccarum, pyrethri, arthanitae, fethefuliae, seminis apij, omnium ana. 3. iij. seminis al-
bedarogiez. i. ameos, seminis taraxacon, amborum ana. 3. medullae cartami, zingiberis, amborum ana.
3. iij. tere & cribella. deinde infunde in uino antiquo tribus diebus, donec fiant sicut mel. deinde funda-
tur super ea mel crassum despumatum. Deinde misceatur & fundatur super ea ex oleo balsami mensura
unciae unius. deinde ponatur super ignem leuem, & bulliat ebullitionibus duabus leuibus. & fundatur
in uase uitreo. & dimittatur sex mensibus. & quanto plus antiquatur, tanto est melius ei. Vtus est ea uir,
& conualuit usque ad quartam hebdomadem. Et dosis quidem eius est ex aureo usque ad. 3. iij. Quod
sille qui utitur ea fuerit adolescens, sumat ea ex. 3. i. & s. Haec autem medicina confert morsui facto a
cane rabioso iuuamentum manifestum statim, & dolori qui fit in acumine uerticis antiquo, & cui radun-
tur pili capitis. deinde accipitur de hac medicina pondus aur. unius, & soluitur cum aceto uini, & lini-
tur cum eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cum ea. Et ad dolorem auris soluitur cum oleo
balsami & colatur: deinde destillatur in aurem. Et ad anginam datur in potu cum aqua, in qua cocta sunt
sebesten & anethum. & deglutitur post ipsam butyrum tepidum. Et similiter ad asthma, & splenem. 3. i.
& s. cum aceto in quo decoctae sunt radices capparidis & tamarisci. Et ad renes, & ad dolores eorum cum
aqua, in qua decocta est calamintha fluuialis. Et ad serpentes in uentre. 3. i. & s. cum aqua decocti sunt
cortices granati dulcis. Et ad haemorrhoidas aur. i. cum uino antiquo. Et ad dolorem hepatis, & stoma-
chi, & ad hydropem. itaque quando est complexio decliuis ad frigus. Ad ultimum uero serua me se-
cretum magnum in omni medicatione tua. Caue igitur multiplicationem calefactionis, & inclina ad
frigidationem, per comparationem & non absolute. & incipe in propinquitate complexionis homi-
nis. & hic quidem est locus considerationis. Serua igitur hunc modum curationis, & intellige ipsum. &
fac medicinam. immittens species boni odoris aromaticas. est enim electuarium magnum. & non er-
rabis, si Deus uoluerit. Et fuge a stupefaciente oculum, nisi raro, & apud necessitatem. nam faciet festi-
nare ad eum qui utitur ipso debilitatem tunicae corneae. & hoc iterum considerandum est, intellige er-
go ipsum.

Ad phrenitum & tussim siccam, & febrem conclusam.

Medicina autem Austri qui est ex illis de Luca. quoniam conquestus est mihi de phrenitide & apo-
stematē in cerebro suo ita quod permiscebatur. & fuerunt cum eo calor, & tussis sicca, & dolor capitis
intolerabilis, & febris conclusa. Et iam medicati fuerunt ei quidam medicorum, & errauerunt super
eum. Incepi ei uti huiusmodi medicina, & sanatus est usque ad hebdomadam unam, cuius permistio.
R. ppyllij infusi in aqua cucumeris indi, deinde extrahatur, & coletur cum cribro, & coaguletur cum rob-
urae leui igne, & sumatur tragacanthae albi, gummi arabici, medullae se. citrulli, & medullae cucumeris, H
& medullae se. cydonij, medullae se. cucurbitae, medullae amyli, sandali, seminis portulacae, se. maluauisci,
omnium ana pars. i. teratur contritione bona. deinde misceantur coagulato. i. rob. & administrantur de
eo oī mane. 3. iij. & apud somnū similiter. Et cibus eius fit aqua hordei in qua decocti sint cancri fluuia-
les & sebesten. hoc enim medicamen est cui, non est par.

Ad dolorem capitis, & lachrymas oculorum, & ad insomnietatem.

Et conquestus est mihi adolescens uiceniarius. (cuius complexio erat calida, & cuius color erat fu-
scus, & erat multae quietis & tranquillitatis, & erat uincens semper complexionem regionis eius cali-
dioris) de dolore capitis superfluo inquietante, lachrymis in oculis suis, & dolore in eis, & non dormie-
bat. Composui ergo ei hoc caput purgium. conualuit ergo ex uice una. *Modus confectionis.* R. croci,
danik. ij. ladani. 3. s. condisi. 3. i. lache Kirat. i. camphorae Kiratam mediam, lubue, ambrae ana. 3. iij. opij.
3. ij. terantur & aggregentur cum melle medicinae siccae. & soluantur humidae cum sambucino, terantur,
& aggregentur cum melle despumato. Quando igitur necessitas eius est, sumatur sicut milium, & solua-
tur in lacte mulieris, & fiat cum eo caput purgium. Vir autem cuius corpus est forte, sumat pondus sex
granorum, huiusmodi enim medicina est ultima. Primum autem quod oportet praemittere in curatio-
ne agritudinum: quando uides repletionem, & tempus non longinquum, phlebotomia est, ut praemittas

tas

Atas phlebotomiam in cephalica, si agritudo est in superioribus corporis. & in basilica, si agritudo est in
inferioribus corporis. Noster autem sermo in hoc iam praemissus est in multis nostrorum librorū. Qui
autem uult esse prudens in arte ista, legat libros meos, & tunc utatur istis medicinis, quas ego compo-
sui, & expertus sum, postquam cognouerit complexiones utentium eis.

Ad dolores oculorum & ophthalmiam.

Quia dolores, qui accidunt oculo, sunt multi & diuersi, & ex eis est dolor qui uocatur ophthalmia,
qui multoties accidit oculis in multis dispositionibus, uidetur mihi ut praemittam causam eius super re-
liquos dolores oculi. quia cuidam uiro qui nominatur Fifulus, aduenit dolor inquietas, & ophthalmia
calida per causam. & erat quadragenarius. & erat quietus crassi corporis. Leniui ergo ei naturam cum
infusione myrobalanorum. & firmabo uel ostendam eam in hoc libro. deinde praecipi ei ut aperiret ce-
phalicam. & composui ei hoc sief. & nominauit ipsum iuuatium. quia iuuatus est per ipsum ipsa uice
prima. *Modus sief.* R. cerusae de plumbo, amyli, amborum ana partes. ij. & s. sarcocollae, croci, opij,
omnium ana quartam partem illius. teratur cerusae, & cribelletur cum orali. & addatur super ipsam de
aqua dulci quantum necesse est. & teratur in mortario diebus. x. in hora quieta a uento, & in loco in
quo non sit puluis. deinde infundatur gummi post illud in aqua dulci in uase mundo. Quando ergo sol-
uitur, & fit sicut aqua, coletur cum panno lini super medicinam in marmore. deinde teratur cum ea.
Quando ergo facta est medicina sicut pasta, projiciantur super ipsam reliqui pulueres, & terantur cum
ea donec inspissent. deinde fac ex ea sief. & exsiccentur in umbra in loco tecto. deinde projiciatur su-
per ipsam pannus sabini, aut pannus subtilis, defendens ipsum a puluere. postea reponatur, & me-
dicetur cum eis. & sumatur ex eis unus, & soluatur in aqua rosa & lacte mulieris. & sumatur in uene-
ra, & distilletur in oculum. Hoc autem sief est conueniens uel conferens apostematibus, & inflationi,
& uuae, & ulceri nigro, & uescicis accidentibus in oculo, & pluribus agritudinibus eius.

Ad albuginem oculi.

Alcohol autem quo usus est Ebinus monachus ad albuginem quae erat in oculis suis: & omnes me-
dici conuenerunt quod non sanaretur. & posui ipsum ei, & conualuit usque ad triginta dies. *Modus
alcohol.* R. spumae maris quae natat super aquam, stercoris lacertae, sachari, massa cumie, baurach, om-
nium partes aequales, terantur, & cribellentur, & sumatur ex memire media uncia, teratur, & decoqua-
tur cum lib. aequae, donec consumetur medietas, & coletur, & imbibatur cum hac aqua in marmore. deinde
de continetur cum contritione in sole diebus aliquot, donec consumatur aqua. deinde fiat puluis. hoc
enim est ultimum, & secretum magnum.

Ad conseruandum sanitatem oculi alcohol.

Alcohol autem quod conseruat sanitatem oculi, Montec amice, ego usus sum ad sanitatem amico-
rum meorum. & nulli qui eo usus est, accidit nocumentum in oculis suis dum remansit. & ipsum quidem
conueniens est omnibus hominibus propter subtilitatem suam. *Modus alcohol.* R. alchoroniae &
est thucia Inda, antimonij, haematitis, rubie, & est sepia abluta, & fit marina, nec aduratur, thucia, aeris
combusti, corticum aeris, aloes, folij, croci, omnium ana partem unam. i. piperis, macropiperis, salis am-
moniaci, omnium ana partem mediam, margaritarum minutarum, myrobal. Kebulorum, spumae maris,
cadmiae aureae, sachari, musci, campho. omnium ana. quartam partem, terantur, & cribellentur, & fricen-
tur in marmore diebus aliquot, donec fiant sicut atomi. hoc enim est ultimum.

Ad impetiginem & prurium.

Medicina cuius descriptionem incepti pro Sertato, pro qua ipse proiecit medicinas multas auarus
de ea usquequo accepit illam, & rectificaui ipsam, & curauit cum ea multos homines ab impetigine
quae in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & casu capillorum, tebal, & alopecia. & lendibus, & pedi-
culis, & scabie ulcerosa, & est certa. *Modus unguenti.* R. gallarum, drach. iij. granorum armenij, bau-
rach aureum. i. sulfuris citrini aur. ij. arsenici rubri, aristolo. amborum ana. aur. s. salis ammoniaci, frusti
D testudinis, fimi ueteris, amygd. amararū excorticatarum, colocynthidis, aeris usti, uenarum citrinarum,
merdasengi, radices capparidis, foliorum fici siccae, radicum cannae siccarum, & ziniar, aluminis iameni,
sief memithe, mirrhae, aloes, olibani, omnium ana. 3. s. Kirra. foliorum oliuae, fellis uaccinae. omnium ana
aur. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aceto uini, donec permisceantur. deinde leniatur cum
eo, est enim bonum ad tineam, & asafati, & ad agritudines antiquas.

Ad uermem auris.

Ingenium in extractione uermis de aure, quod ego feci multoties. Distilletur in aurem quod di-
stillat caro uaccina, scilicet quando affatur cum aqua almarmacur. deinde praeparetur cannula cum men-
sura quae ingrediatur in aurem. & sugatur cannula a superiori parte eius uehementi suctione. egredien-
tur enim uermes, si Deus uoluerit.

Ad extractionem aquae cadentis in aurem.

Pro extractione aquae cadentis in aurem sumatur uirga iunci triangulata, & est planta quae oritur
super flumina. & inuoluatur eius extremitas cum coto, & liniatur cum oleo. deinde intromittatur extre-
mitas eius secunda in aurem cum mensura quae possibilis est. & incedatur extremitas in qua est cotum
cum igne. quanto igitur plus comburitur aqua, cadet de aure. & itera illud donec egredietur aqua
tota.

Ad

Galascriptus liber

Ad extractionem spinæ de gutture.

Ingenium in extractione spinæ, quando adhæret in gutture aut transuerfatur. Elixetur frustum carnis uaccinæ, & ligetur cum chorda, & deglutatur. deinde extrahatur extractione subtili. egredietur enim spina.

Ad dolorem auris.

Ad dolorem autem in aure factum res magis iuuatiua est ut sumantur uermes inuenti sub urceis aquæ. & decoquantur cum oleo ro. & mandragora, & distilletur in aurem postquam tepet. Quod aut dicitur amice de agritudinibus aurium, iā ostēdi illud in libro de ingenio sanitatis, & in alijs libris.

Ablutio capitis cerebrum confortans.

Dico igitur, quod quandoque accidunt naribus agritudines, quæ prohibent ab olfactu & inspiratione. Dico ergo, quod prohibens ab illo, non est ex agritudine neruorum. quoniam duæ extremitates anterioris cerebri sunt similes duobus capitibus mamillarum. & sunt illæ quas diximus in eo quod præterijt de sermone nostro, quod sunt lenes, & quod ipsæ non numerantur in numero neruorum. complent inspirationem & expirationem sine medicatione neruorum. & ad ipsas ascendit odor ex foramine quod est in chartilagine intra coronam. Medicinæ cuius descriptionem scripsi Costæ monacho, & fecit ipsam. & similiter scripsi descriptionem eius Kilikedeo & Festito, & excusauit eos ab omni cura. & abscindit nocuenta attracta ad caput, & confortat cerebrum, & cauterizat ipsam, & expellit nocumentum ab ipso, & separat inter ipsum & uapores & humiditates, ex quibus proueniunt coryzæ, & delet sodam. *Modus ablutionis confortans cerebrum.* Recipe salis gemmæ, salnitri combusti, spumæ maris, baurach albi, omnium ana partem unam. ellebori albi partem mediam, condisi, staphidisagriæ, sinapis, fæcis uini. i. tartari combusti, omnium ana partem unam. sulfuris. ros. gallarum, sumach, alchannæ, squinanthi, prafij, gummi arabici, olibani, gariophyllorum, xyloaloes, lycij, arsenici, aluminis, folij, spicæ, nucis muscatæ, omnium ana. partem. s. terantur, & cribellentur, & soluantur in aqua saponis cõmunis partes. iij. cum aceto uini antiqui, & conficiantur cum eo medicinæ, & percutiatur in mortario, & fit acetum bulliens quando soluis ipsum cum sapone. & fiant trochisci, sitque unus trochiscus † drach. v. & exsiccentur in umbra. Quando igitur necessarij sunt, teratur unus trochiscus, & soluatur cum aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum, & fit natura lenis.

Ad fluxum sanguinis narium.

Et conquestus est mihi uir ex illis bonis de Roma, in primis quando hospitatus fui in ea. & erat quadragenarius, & erat delitiosus, teneri corporis, complexioque eius decliuis ad caliditatem & humiditatem. & hæc est complexio Romæ: quod ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et medicati fuerunt ei multi medicorum, & non contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam, cuius descriptionem acceperam a patre meo, & iuuauit eum statim. & ego quidem permutaueram me a domo eius, sed ipse permutauit me ad eam. & hæc fuit prima domus in qua quieui. *Modus medicina ad fluxum sanguinis narium.* Recipe chartæ Indæ. i. de papyro, cucurbitæ siccæ combustiæ, atramenti uiridis combusti, olibani, opij, aluminis usti, omnium ana drach. i. terantur, & puluerizentur, & cribellentur super ellychnium quod submersum sit in aceto, & supponatur in nares ex eo de foris. & ponatur super tempora & frontem lutum armenum cõfectum cum aceto. & ligentur strictæ manus, & pedes, & duo adiutoria cum ligamentis, & testiculi etiam. & sugatur cum umentosis supra hepar sine incisione & super splenem. & cephalica phlebotometur ex parte sanguinis. & embrochentur pedes cum aqua calida, ut attrahatur sanguis ad inferiora. & dormiat supra dorsum suum. & fundatur super faciem eius aqua frigida cum aceto. hoc enim est secretum magnum, serua igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscindit sanguinem a quocunque membro. & si submergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

Ad mollificationem linguæ.

Et conquestus est mihi uir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua, & fuit de quadam uilla ex uillis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinam, & sanatus est usque ad paucos dies. qui fuerunt minus tribus septimanis. *Modus pilularum ad accidentia phlegmatica.* Recipe albotiz, opopanax. altit dulcis, nucis muscatæ, omnium ana partem unam. terantur donec fiant sicut pasta. & fiant sicut cicer pilulæ. & ponatur sub lingua una post unam, & sugatur, & assidue tur gargarismus cum sinapi. & balneatio cum aqua non dulci. & sanatus est.

Ad nauſeam, & malitiam digestionis, & combustionem in stomacho, & retentionem urinae.

Et conquestus est mihi uir quadragenarius, cuius complexio erat decliuis ad caliditatem & siccitatem (fuit in Alexandria regione) de nauſea, & malitia digestionis, & combustionis in stomacho, & retentione urinae. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est ea statim. *Modus syrapi de fructibus.* Recipe succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana. lib. i. rob. uuae uere dulcis, & est carenum, lib. iij. decoquantur donec fiat ei spissitudo eius malitiam securans. i. ne putrefiat. & sumatur de ea omni die cochlearium unum cum aqua frigida.

Ad

secretorum

A

Ad debilitatem stomachi, & uomitum, & solutionem uentris.

Rob de fructibus conferens debilitati stomachi, & uomitui, & solutioni uentris superflue, & angustia, & adustioni quæ fit in stomacho. Composui quidem hanc medicinam Rufo propinqui temporis, qui fuit Persa. Cuius permistio. Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana. xx. numero, pitorum, iuuubarum amborum, ana. c. numero, sumac aur. xl. granorum myrti, centaureæ, terantur omnia, & ponantur in uase bireno. s. lebere, & fundatur super illud aquæ. xx. Kist. & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx & proijciatur. & sumatur lib. tres mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua, & accendatur sub ea ignis donec fiat sicut mel spissum, & coletur, & reponatur. cuius dosis sit cochlearium unum cum aqua frigida.

Ad febrem adustam, & sitim, & adustionem in stomacho.

Et conquestus est mihi uicenarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos. *Modus trochiscorum fe. adusta.* Recipe feminis citrulorum excorticati. se. portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, omnium ana. 3. viij. tragacanthæ. 3. iij. terantur, & molliantur, & conficiantur cum mucilagine psyllij, & fiant inde trochisci, sitque omnis trochiscus. 3. i.

Ad febrem tertianam trochisci.

Trochisci boni quos ego sum expertus, & quos composui uiro ex bonis, qui habebat fe. tertianam & medietatem quotidianam, & iuuatus est ex eis cito iuuamento ueloci. ad fe. tertianam, & feb. incensiuam, & febribus permistis calidæ causæ, & sunt nobilis quantitatis. serua ergo eos. *Modus trochiscorum febrisi tertiana.* Recipe rosarum. drach. xx. spodij. 3. v. amyli. 3. iij. tragachatæ. 3. ij. croci danich. ij. terantur & cribellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci. sitque omnis trochiscus. 3. i. & sumatur in potu cum aqua & syrupo acetoso.

Ad stricturem anhelitus, & dolorem stomachi, & dolorem duorum laterum, & malitiam digestionis, & eructationem acetosam, & dolorem hepatis & splenis.

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de stricture anhelitus, & dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbræ, & eructatione acetosa, & dolore hepatis sui & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea multum usque ad hebdomadem. *Modus syrapi iuuatiui.* Recipe scyllæ, lib. ij. z. se. foeniculi, petrosæ. anisi, pyrethri, hysfopi, se. ocimi gario phyllati, costi, asari, omnium ana. 3. i. se. apij, piperis, cimini carmeni, omnium ana. 3. ij. dauci, ammeos, libystici, cardamo. oijum ana. 3. iij. ocimi hortulani, satureli. i. acetosi acetosi Kist. i. mell. kist. ij. rob. chist. i. Cetero medicinas, & infunde eas in aceto tribus diebus, deinde coque ipsum, donec consumatur medietas acetii. deinde projice super ipsum uinum, & coque ipsum donec consumatur quantitas medietatis uini. deinde remoue ipsum & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipsum, donec infrigidetur bene. deinde infunde super ipsum mel despumatum, & accende ignem sub ipso donec fiat sicut mel subtile, & reponere ipsum. sitque potio eius cochlear unum cum aqua frigida: & si uolueris ipsum solutium, tunc cibatur ex eo cochlear unum cum aqua tepida, & duobus danich scammoni. est enim mirabile.

Ad frigus stomachi, & corruptionem eius.

Et conquestus est mihi uir qui erat in ætate & complexione sicut ille qui præcessit ante hunc. composui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad malitiam hystimbræ eius, & feb. quartanam quæ erat a putrefactione phlegmatis, propter debilitatem quæ euenerat in corpore eius, & in manibus eius, & ipsius renibus. *Decoctio ad feb. quartanam.* Recipe uini antiqui boni odoris albi lib. iij. mellis lib. j. zingiberis. 3. v. heyl. cardamomi, omniū ana. danich. ij. & s. croci. 3. ij. musci, piperis, macropiperis, omnium ana. danich. i. & s. terantur, & cribellentur, & puluerizentur super syrurupum, & dimitte eum in Sole diebus multis. deinde utere ex ipso cochleari. i. cum aqua frigida.

Ad corpus infrigidatum, & humectatum, & alia multa.

Et conquestus est mihi uir infrigidati & humectati corporis, mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, qui accidit ei propter syncopē & frigus in hepate suo, & suo corde, & debilitate in suo stomacho, & corruptione in uenis suis, & solutione uentris superflua, & uomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem. *Modus confectiois.* Recipe costi, folij, calami aromatici, gariophyllorum electorum, omnium ana. 3. ij. casia lignea, salis romani, amborum ana. vnc. i. galliæ, acaciæ, foliorum ro. spodij, faufel, † thuris masculi, omnium ana. vnc. s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum rob cydoniorum, & reponatur, & sumatur ex ea ad magnitudinem nucis quando necesse fuerit. est enim ultima primaria ualde.

al. piperis ualis,

Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam.

Et conquestus est mihi uir adolescens ex filijs regum (& erat teneri corporis, & delitiosus) de debilitate nimia, & subtilitate eius, & angustia, & tristitia, & cogitatione. & erat cõtinens nos aer autumnalis corruptus, alteratus, & locus in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucæ, super cuius aerem uincebat caliditas & humiditas. Composui ergo hanc medicinam, & exiuit ab agritudine sua uelociter. *Modus confectiois magna.* Recipe se. ocimi, buglossæ siccæ, foliorum propria mentæ siccæ, lapidis lazuli adusti abluti, margaritarum paruorum tritarum, Karabi marini abluti, coralli albi, lapidis armeni, se-

ta

ta combusta, omnium ana drach. x. galli, spicae indiae, myroba. epithymi Cretenfis, cinnamomi, thuris E
mastiches, zedoarie, doronoci, been albri & rubi, folij, cardamomi, gariophyll. electorum, usneae, casto
rij, liquir. excorticatae, croci, se. lactuca, se. hyofcyami, ozanorfi. i. squinathi, mandragora, xyloaloes bo
na, paeonia, rauefsceni, se. arnel, nucis muscatae, darffalaham, camub, feliniafelias. i. agni casti, se. co
riandri, ana. 3. v. limaturae argenti. 3. iij. limaturae auri. 3. s. camphora. 3. i. rosarum, spodij, amborum ana
drach. vij. musci aur. i. terantur omnia, & cribellentur, & leniantur cu unc. i. olei. ro. & quarta. unc. olei
balsami, & adiungatur ei tantum sacchari triti & cribellati, quantum sunt omnes medicinae. & confi
ciatur totum cum miua, & reponatur sex mensibus in primis. & sumatur ex eo omni die sicut abunda
chari assidue.

Ad tussim, & ad asthma.

Et conquestus est mihi uir quinquagenarius, cuius complexio erat aequalis, decliuus ad caliditatem
& humiditatem, crassi corporis: & erat regio eius multorum uentorum meridianorum, de tussi, & anhe
litu latitudinis, & asthma antiquo. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea in hebdoma
de una. *Modus medicinae.* Recipe hyssopi sicci, ocimi, capilli ueneris, prasij, liquir. decorticatae om
nium ana. drach. vi. funde desuper mensuram sacraiani unius de aqua, & coque ipsam donec perueniat
ad medietatem: deinde cola, & funde super ipsam cochlear. i. mellis: deinde da ei in potu. F

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris.

Et conquestus est mihi Iefas, qui erat ex Armenis de sputo sanguinis, & uentris solutione: & erat
adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi, & eius regio calida ualde. Composui ergo ei hac
medicinam. *Trochisci nobiles.* Recipe carabi marini adusti, acaciae abluta, gummi arabici, spodij, ro
sarum, therathit, omnium ana drach. x. opij, drach. i. mastiches, drach. iij. coralli, drach. iij. terantur, &
cribellentur, & conficiantur cum mucilagibus granorum cydoniorum, & fiant trochisci. sitque om
nis trochiscus eius drach. i. Cuius dosi sit trochiscus unus cum aqua frigida apud somnum: & si dimi
feris hos trochiscos donec aggregentur partes eorum diebus aliquot, erunt completiores ad opera
tionem suam.

Ad retentionem mestrurorum, & multa alia.

Et conquesta est mihi mulier cuiusdam amicorum eorum, quae erat ex sapientibus mulieribus: & pe
pererat, & retenta erant ei menstrua, & minoratum fuerat lac eius: & acciderat ei sputum sanguinis, &
faniei, & tussis, & anhelitus dilatatio. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuat eam. *Modus electua
rij.* Recipe succi prasij unc. vj. boni uini unciam unam, mellis unciam unam: piperis albi, thuris, myr
rhæ, omnium ana drachmam unam: coniungatur aqua prasij, & uinum in olla, & coquantur donec con
sumantur duæ partes tertiae. & tunc proijciatur super ipsum mel: & accendatur sub ea ignis donec coa
guletur, & fiat sicut mel. terantur ergo medicinae & puluerizentur super ipsum: deinde misceatur super
ipsum, quando igitur permiscetur, tunc reponere ipsum in uitreato: & lambat ex eo infirmus cochlea
rium. i. ciunus. iuuata est ergo hac medicina in spacio breui.

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris, & sanguinis.

Emplastrum quod ego composui: & ponitur super pectus, & abscindit fluxum sanguinis: & super ip
sum stomachum ex solutione uentris: & super caput ex fluxu sanguinis narium. Cuius permistio. Reci
pe myrrhæ, thuris, aloes, omnium ana. 3. iij. balauftiorum, sanguinis draconis, acaciae, sief memithe, *fe
luzaharagi, & loco eius chohol caubé, omnium ana. 3. vij. opij, radice spicae, hyofcyami, omnium ana.
3. iij. aluminis abluti, *lacuna sigillata, atramenti omnium ana. 3. ij. sumach, gallarum, granatorum sum
mitatum, scilicet balauftioru, omniu añ. 3. vj. tere illud, & cribella ipsum cum cribello subtili, & confi
ce ipsum cum uino passularum bono, aut cum aceto uini permisto, donec fiat sicut mel spissum: deinde
line super pectus ex sputo sanguinis: & super caput ex fluxu sanguinis narium: & super omni locum,
ex quo egreditur sanguis: & line ipsum super stomachum ex solutione uentris: & hoc ultimum est in eo
quod diximus: serua ergo ipsum. H

Ad uentositatem uentris, & apostema in hepate, & hydropem.

Et conquesta est mihi mulier de uentositate in uentre suo, & apostemate in hepate suo in superio
ribus eius, & in ceptione hydropis: & erat mulier tricenaria, aut quasi tantum: & erat causa eius retetio
menstruorum, & erat uincens continens nos aer calidus, & humidus. Composui ergo ei hanc medici
nam, & iuuata est ea usque ad. xxx. dies. *Confectio, quae prouocat menstrua, & expellit uentositatem.* Recipe
eupatorij, spicae, corticum casiae lignae, croci, seminis apij montani, & domestici, liquir. squinanthi, car
pobalsami, rubiae omnium ana. 3. iij. reuerteni. 3. iij. mastiches, laccæ quae non est operata, spodij, rosarum
rubrarum, aristolo. omnium ana. aur. i. terantur omnia, & cribellentur, & conficiantur cum melle despu
mato, de quo sumatur omni die pondus. 3. ij.

Ad icteritiam nigram.

Et conquesta est mihi mulier religiosa, quam extenuauerat religiositas & abstinentia, de icteritia ni
gra multum apparere: & erat corporis macri, quae iam transierat. l. annos: & erat tempus autumnus: &
erat eius regio romana, in diebus in quibus ego fui ibi. Composui ergo ei hanc medicinam: & acce
pit ex ea aur. i. & exiit ex aegritudine sua exitu bono. *Medicina ad extrahendum melancholiam.* Recipe
aloes pondus drach. vij. masti. drach. vij. agarici, polypodij, cartami, epithymi, omnium, ana, pondus
drach.

A drach. ij. folij, casiae lignae, spicae, omnium ana drach. ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum
melle despumato: sitque dosi eius aur. i. cum uino, si non fuerit febris.

Ad icteritiam citrinam.

Et conquestus est mihi uir tricenarius, qui erat monachus bonus, multae lectionis in libris, & erat ca
lesfactus de icteritia citrina multum apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea ue
lociter. *Medicina ad extrahendum choleram.* Recipe amygdalarum amararum, amygdalarum dulcium,
spodij, folij, rosarum, absinthij, mastiches, spicae, anisi, omnium ana. 3. iij. seminis scariolae drach. x. co
riandri syluestris, drach. ix. aloes, drach. vj. terantur, & cribellentur, conficiantur cum uino. Et fit dosi
omni die drach. ij. pondus.

*Ad duritiem splenis, & apostema in hepate, & aquam citrinam, & dolorem
stomachi, & renum, & tussim cum icteritia.*

Et conquestus est mihi uir ex amicis meis ex bonis religiosis de duritie in splene suo, & apostemate
in hepate suo, & aqua citrina, & dolore in stomacho suo, & dolore renu, & ex tussi cum icteritia. Com
posui ergo ei hanc medicinam *Confectio ad aegritudinem uentris, uel uacuitatis.* Recipe spicae Indiae, costi,
B corticum casiae lignae, omnium ana pondus drach. ij. foeniculi drach. iij. piperis, seminis apij, acori, an
dachocae, ireos, xylobalfami, omnium ana drach. iij. uenarum cappar. drach. v. passularum mundatarum
a granis suis, drach. x. terantur donec fiant sicut medulla: & terantur medicinae, & cribellentur, &
conficiantur omnia cum melle despumato: & sumantur ex eo omni die. drach. iij. cum aqua cappa
rum, & calaminthes, & secaniabin pauci aceti. iuuatus est ergo ea iuuamento manifesto in spacio
paruo.

Ad duritiem splenis, & hepatis emplastrum.

Emplastrum conferens duritiei splenis & hepatis. Recipe ammoniaci, bdellij, ireos, sepi uaccini, om
nium ana drach. 7 x. ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana drach. viij. piperis. c. & l. gra
na, cerae, picis ficcae, amborum ana drach. xx. aluminis iameni, sulfuris, myrrhæ, omnium ana drach.
x. pyrethri, radicum cappar, amborum ana drach. v. uisci, aristolochiae, croci, cordumeni, amomi,
olei nardini, omnium ana drach. iij. terantur bene cum aceto, & conficiantur cum eo donec permiscan
tur: & liquefiat cera, & permiscantur omnia terendo in mortario, donec fiat corpus unum, & po
natur super splenem.

Ad febrem quotidianam, & fluxum uentris, & tenesmon, & tussim.

C Pilulae quas ego composui uiro oratori, qui habebat quotidianam, & fluxum uentris superfluum,
& punctiorem, & tenesmon uehementem, & tussim: & iam erat deficcatus: & desperauerat se, & spe
rauerat mortem. iuuatus est ergo his uice una: quarum permistio haec est. Recipe castorij, myrrhæ,
amborum ana aur. i. & s. seminis hyofcyami albi. drach. iij. seminis apij. drach. viij. tere illa, & confice cu
uino, & fac inde pilulas sicut piper, & sicca eas. sitque dosi eius grana. v. cum rob myrri, & aqua.
Inquit Gal. non est nobis necessarium rememorari in hoc libro radicum aegritudinum, quoniam iam
eas diximus in alijs libris. hunc autem librum non fecimus, nisi ad descriptionem proprie: & quam
uis nos confortemus per ipsum rationes empiricorum, tamen quando ego cogito, ratione certa
agnosco, quia est unum de secretis medicinae, & thesaurus ex thesaurus eius. & omnem medicinam e
ius iam expertus sum uicibus multis in eo, qui aptus, & cui conuenit: & est conueniens * comple
xio eius.

Ad dolorem ani, & tenesmon, & uentris solutionem, & puncturam.

Ellychnium quod supponitur in ano, & efficit opus pilularum, immo melius. Recipe myrrhæ, thu
ris, mastiches, croci, omnium ana partem unam: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum uitellis
onorum, aut cum succo alefinis. i. psyllij: & fac inde, quod sit simile glandi, & pone in uno quoq; coru
D filum. Quando ergo facis illud. inunge ipsum ante oleo rosato, & pone ipsum in ano, & praecipe ut te
neat ipsum nocte tota. Quando igitur uoluerit extrahere, trahat filum, & extrahat ipsum. haec autem
medicina est sublimis ad dolorem ani, & tenesmo sanguineo, & solutioni uentris, & puncturam. Scias
ergo bonitatem eius.

Ad colicam, & uomitum, & dolorem stomachi.

Medicamen ad colicam, quod composui adolefcenti tricenario, cui acciderat colica, quae dicitur ileos,
& uomitus, & exiccatio fortis, & dolor stomachi. Cuius permistio. Recipe myrobalanorum citrinoru,
& nigrorum, masti. anisi, ammeos, seminis apij, corticum * thapsia, medullae seminis, cartami, omnium
ana partem unam, salis Indi, partem. s. aloes scotrensis ad pondus omnium medicinarum: terantur, &
cribellentur, & conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum, & fiant inde pilulae. sitque dosi eius
aur. ij. cum aqua calida ante cibum. est enim bonum ad digestionem cibi. & lenit uentrem. & ad colicam,
& uentositatem, & dolorem dorsi, & crudum humorem.

Ad lapidem renum.

Et conquestus est mihi uir de lapide, quem habebat in renibus suis, & quandoque exierat in urina. &
narravit quia egressus eum. hoc autem longinquum est: ueritamen ego audiui, quod Archigenes in qui
busdam libris dixit hoc: sed * nescio causam eius. Composui ei hanc medicinam, & iuuatus est ea usq;
al. dixi.

Gal. ascriptus liber

ad. xxx. dies. *Confectio ad lapidem.* Recipe aristol. dauci, floris squinanthi, carpobalsami, spicæ, croci, E meu. phu, apij, calicæ, chamedryos, scorodi, ameos, prasilij, dragagathi, enulæ, ireos, organi motani, carui, feseleos, corticum radicum cappar. gariophyllorū, cymini, seminis foeniculi, scillæ affatæ, sinapis, myrrhæ, seminis erucæ, conditi, omnium ana partem. i. pincarum decorticatarum ex cortice suo, quantum est pondus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. sitque dosis eius omni die drach. iij.

Ad debilitatem coitus, & dolorem vesicæ, & lapidem, & dolorem in utrisque lateribus.

Et conquestus est mihi adolescens teneri corporis ex filijs regum philosophorum ex amicis meis, de coitu, de vesica, de dolore in ea, & lapide, & de dolore in utrisque lateribus. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea uelociter. *Confectio ad coitum.* Recipe pincarum excorticatarum de cortice suo libræ unius quartam, medullæ seminis melonum, medullæ seminis cucurbitæ. been ru. & citrini, seminis decorticati, galangæ, zingiber, seccacul, seminis alphagdis, sepi scinci, omnium ana drach. x. seminis urticæ, seminis sinapis, seminis cepæ albæ, anisi, seminis papaueris albi, liquir. decorticatæ, seminis bauciæ, omnium ana drach. vij. penidiorum quantum est pondus omnium. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato, & accipiat ex ea mane, & apud somnum quantum est nux. & præcipe ei ut fiat hoc sibi cibarium diebus quibus accipit confessionem. Recipe bauciarum mundatarum ex uenis suis & cortice suo medietatem libræ. elixetur ergo donec dissoluatur. & proijciatur in ea oleum omphacinum & mel. formentur cum uitellis. v. ouorum. & quandoque decoquantur cum eo passeris. & coloretur cum croco & zingibere. & aromatizetur cum musco.

Ad satyriasm.

Medicamen cui non est simile super terram in satyriasi, & est uelocis sanationis. Cuius permistio. R. olei sambucini uel de zambach. i. de isemino libram unam. formicarum habentium alas mille. nemerefin unam & est foemina parua uulp. que in Sabano moratur. cum formicis misceantur. & inungatur cum hoc unguento mirach, & duo testiculi, & uirga, postquam suspenditur in Sole duabus hebdomadibus.

Ad dolorem testiculorum, & apostema, & uentositatem in eis.

Et conquestus est mihi uir ex bonis religiosus ex amicis meis de apostemate in testiculis, & rami ce, & uentositate in eis, & dolore eorum. Composui ergo ei hoc emplastrum, & iuuatus est eo iuamento magno. Cuius permistio. Recipe mastiches, setæ, thuris, sarcocollæ, omnium ana. drach. vi. terantur, & cribellentur, & incorporentur cum uino, & liniatur super apostema. & annectatur super ipsum cotum. & dimitte ipsum donec exsicquetur. deinde accipe pannum, & liga duo oua ad duas ancharum pyxides.

Ad prurimum testiculorum.

Ad prurimum in duobus testiculis, sumantur cerusæ drach. vi. sulfuris citrini. drach. ij. opij. 3. i. terantur omnia cum aceto uini permisto cum aqua, & pone ipsum tribus uicibus.

Ad apostema testiculorum.

Et ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes. ij. altheæ pars. i. terantur cum aceto, & liniantur super apostema. est enim bonum.

Ad dolorem iuncturarum.

Et scripsi ad Glauconem philosophum, qui erat ex bonis & puris amicis meis. & erat eius ætas adulescentia. & erat teneri corporis delicatus. & ipsius regio Beneuentum. inuaseratque eum dolor iuncturarum, & carniū quæ super dorso in directo ancharum sunt, & podagra, & dolor ancharum. Composui ergo ei hanc medicinam, & est una ex illis quam accepi ab Archigene. & addidi in ea, & rectificaui eam. iuuatus est ergo ea usque ad. lxx. dies, & non redijt ad ipsum. & est secretum magnum ex secretis medicinæ. *Pilulæ ad dolorem iuncturarum.* Recipe myrobalanorum Kébul. & indorum. & corticū Cucumeris asinini. *buzaram, loco cuius ponitur zingiber, colocynthidis interioris, salis indi, hermodactylorum, aloes scotrensis, omnium ana. drach. i. sagapeni, drach. ij. terantur, & puluerizentur, & conficiantur cum aqua foliorum Kekengi, & aqua albuzaran. & fiant pilulæ sicut piper, & desiccantur in umbra, & bibatur ex eis omni nocte tertia drach. iij. cum aqua calida. Et sumatur post illud hæc medicina, cuius modus est. Recipe buzidem. i. satyrionis partem. i. hieræ picræ partes. ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle. & bibantur ex ea drach. iij.

Ad ischiadem.

Et conquestus est mihi uir ex una uillarum romanarum, supra cuius aerem erat uincens humilitas, & uincens super complexionem uiri simile illi de ischiade. purgaui ergo corpus eius semel cum hac medicina. & excusauit ipsum a cauterio & unguento. *Medicina ad ischiadem.* Recipe hermodactylorum, turbith carnosum, buziden. i. fatirij, sanæ medullæ seminis cartami, pulpæ colocynthidis, medullæ seminis citruli, omnium ana. drach. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum butyro & melle. & est hæc porio una.

Ad humorem crudum lapidosum, & mollificationem crurium, & debilitatem corporis.

Et conquestus est mihi Abyn, qui erat *exsiccatu, cuius erat ætas adulescētia, mediæ habitudinis, delicatus,

secretorum.

162

Alicatus, de humore crudo lapidoso. qui faciebat eū sedere, & mollificatione crurium suorum, & debilitate corporis sui, & stupore in utrisque. Composui ei hanc medicinam. & usus est ea per mensem, & redijt ad sanitatem suam naturalem. *Medicina ad humorem crudum.* Recipe myrobal. kebu. & emblicorum, & indorum. & fatureiæ, ammeos, opij, organi perfici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana drach. i. buzaran, loco cuius ponitur zingiber, drach. ij. fenæ arabicæ lib. i. tertiam. spicæ, hehel, amomi, omnium ana. drach. vij. cinnamomi, ne remisch, piperis, macropiperis, spodij, ro. salis naptici, omnium ana. drach. iij. nasturtij. unc. s. salis ammoniaci aur. i. acori. drach. iij. berengi, doronici, zedoariæ tertiam aur. i. terantur, & cribellentur, & leniantur cum butyro uaccino, preparato cum clissilia tritici. i. simila, donec eijciat. ipsum. & adiungatur media libra penidiorū, & conficiatur cum melle despumato. & sumat ex eo omni die. 3. s. cum aqua in qua decocta est acorus. & utatur hoc oleo. est enim ultimū in ægri tudinibus iuncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum, & ipsarum dolore. *Oleum probatum cuius permistio.* R. costi, carpobalsami. corticis calicæ, omnium ana. 3. xxx. calami aro. buzaran, loco cuius ponitur zingiber, abrengi, loco cuius sagapenum, omnium ana. 3. xx. macropiperis. 3. vij. corderum, zingiberis, staphidis agræ, omnium ana. 3. vi. cyperi. 3. xi. uenarum squinanthi, ireos, amborū ana. 3. xij. cyperi, blactæ byzantiæ, foliorum myrti, sampluci, omnium. 3. x. tere medicinas contritione crassa, & infunde eas in uino boni odoris, secundum mensuram qua cooperiat eas, die ac nocte, & pone ipsum in olla, & infunde super eam ex aqua quantum est mensura uini. deinde infunde super illud oleum sesami, & oleum lentiscinum, de unoquoque. x. asacraiat, deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitate. vij. horarum. deinde tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari. & funde oleū ab aqua. deinde accipe in decoctione eius secunda, asari spicæ, amomi. ana. 3. x. folij. 3. vi. myrrhæ unc. i. tere omnia, & infunde ea die ac nocte. deinde cola eam in ollam, & funde super eam oleum. sitque olla in qua decoques uice prima & secunda & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicina & oleum, & accipe ollam magnam a loco *masiam, et funde in eam aquam, deinde pone ollam in qua sunt medicina & oleum in concauitate eius. & accende sub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum, & medicina per calorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipsum secundum terminum quem narraui, & peruenerit ad finem, remoue ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari. deinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertio. & accipe gariophyl. blactæ byzantiæ. nucis muscatæ, omnium ana. 3. iij. bdellij. 3. iij. mellis, styracis calamitæ. 3. xxx. olei balsami. 3. s. tere medicinas siccas, & infunde eas in uino die ac nocte. deinde cola eas in ollam. & funde super eas oleum. & accende ignem sub eis secundum quod narraui tibi. **C**deinde cola oleum, & repone. ipsum enim est ultimum in ægri tudinibus iuncturarum. & in læsione fiat inunctio ex eo, & bibatur. soluit enim naturam, & extrahit humorem crudum. & confert colicæ, & ægri tudinibus uiscerum.

al. maraxiā.

al. vn. semis.

Ad caninum appetitum, & singultum, & eructuationem acetosam.

Electuarium dia trion peperon quod ego composui Hedino, qui fuit ex bonis, & erat intra Romanam, & erat septuagenarius. conquestus est de frigore in complexione, & humiditatibus superfluis, & canino appetitu, & singultu, & ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est in hebdomade. cuius permistio. R. piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam libræ, xylobalami. 3. i. spicæ, amomi, amborum. ana. 3. iij. se. apij, zingiberis, feseleos, keifim, calicæ mundatæ, enulæ, asari, omnium ana. 3. iij. tere omnia, & cribella, & confice cum melle despumato, & repone ipsum. & sumatur ex ipso quantum bundacha.

Ad tremorem cordis, & inquietudinem, & cogitationem.

Syrupus quem composui Demicrathi, quæ est mulier bona, multi ieiunij: cui accidit tremor cordis, & inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio. & quandoque egrediebatur a ratione sua. & erat quadragenaria, constrictæ carnis albæ. cuius permistio. Recipe buglossæ exsiccatæ, foliorum rosarum, foliorum citri, foliorum ocimi citrati, capilli ueneris, ocimi gariophyl. omnium ana. hofmatum. i. quod est quarta libræ, & tria grana malorum mandragoræ incisorum. 3. vij. frustum panis, karabe contriti, setæ crudæ incisæ, lazuli loti, abluti, contriti, nucis muscatæ contritæ, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, sandalorum al. & rubrorum, margaritarum minutarum, coralli, spodij, berberis, xyloaloes boni, crudi, masti. thuris masculi, omnium ana. aur. i. terantur, & decoquantur omnia in. xiiij. libris aquæ fontis, donec consumantur duæ tertie, & comprimitur manibus pannus in quo sunt species, & colentur, & aggregentur. duæ libræ aquæ cum. x. libris boni uini, & x. libræ mellis despumati. & coquatur, donec fiat spissitudo. & infrigidetur, & aromatizetur cum. 3. i. musc. contriti. & bibatur septimanis. iiii.

Ad tremorem cordis linimentum.

Linimentum ad tremorem cordis. R. thuris ro. xyloaloes, gariophyl. spodij, sandalorum rubrorū, karabe marini, sandarachæ, omnium ana. 3. i. aluminis iameni. 3. s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua re. aut cum aqua malorum, & ponatur super cor & stomachum. est enim ultimum.

Ad dolorem hepatis, & splenis, & multa alia.

Et conquesta est mihi mulier deuota magnæ quantitatis nobilis (cuius complexio decliuis erat ad caliditatem. & eius anni. xl. erant,) de dolore stomachi, & hepatis, & splenis, & duritie in uentre, &

SPVRII.

X 2 apostemate,

apostemate, & inceptione hydropis, & dolore amborum renum, & pulmonis, & amborum laterum, & E
ueficæ, & matricis, & dolore in omnibus membris suis, & sputo sanguinis, & pleuritide. Composui ergo
ei hoc emplastrum. Cuius permissio. Recipe ceræ. helkalimbat. i. terebynthina, bdellij, thuris, am-
moniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus uitis, tortellarum de seni, amomi, spicæ, croci, myrrhæ, ma-
stiches, omniū ana. 3. viij. olei uiolati, olei scfamini, amborum ana. 3. xl. uini boni odoris quantitate qua
infundatur, donec fiat emplastrum. & accipe ammoniacum, bdellium, & thus, & myrrham, & tere & in
uino ea infunde, & cōtere ea, & liquefac. ceram cum duobus oleis, & bulliat. quando ergo liquefunt,
depone ea desuper ignē, & tere reliquas medicinas, & pulueriza super ea, & moue ea tādiu donec per-
miscantur adinuicem. deinde line ea super loca in quibus durities est, & apostema, & dolor.

Ad uomitum immoderatum, & fluxum uentris.

Emplastrum quod composui mulieri religiosæ deuotæ, cui acciderat uomitus immoderatus, & so-
lutio uentris superflua, & se. conclusa, & sitis, & adustio uehemens. & erat trigenaria. & erat tēpus asti-
uum. Cuius permissio. Recipe cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib. i. galliæ, femi-
nis myrtæ, sumach, acaciæ, fructus uitis, myrrhæ, mastiches, oīum an. iij. tortellarū de seni. 3. viij. aroma-
tici. 3. i. tere illud bene donec permisceatur, & funde super illud oleū ros. & acetum uini, & aquā ro. tali
mensura quod humectetur, & line stomachum, & iuuata est ea statim. F

Ad febrem quotidianam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quotidianam quando maturatur. Quorum permissio. Recipe ro-
farum, spodij, eupatorij, seminis cuscute, berberis, seminis endiuicæ, omnium ana drach. iij. xyloaloes
tragaganthi, absinthij, anisi, daronici, omnium ana drach. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cū
aqua calida, & fiant inde trochisci, quorum unus sit drach. ij. & bibatur cum syrupo acetofo. vij. die-
bus, & eradicabitur.

Ad febrem tertianam decoctio experta.

Decoctio ad febrem tertianam post tres accessiones experta. Cuius permissio. Recipe terenia
bin. i. semen album habens saporem mannæ, medullæ castiæ, tamarindorum, omniū ana vnc. s. myrob.
vnc. i. decoquantur cum lib. i. s. aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & coletur, & bibatur cum media
vnc. olei sesami. ipsa enim eradicatur statim.

Ad febrem quartanam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quartanam. Inquit G. iam narraui in multis librorum meorū quod
quartana quando inuadit in autumnno, pertransit in uere. & quando inuadit in æstate, dimittit in vj. pe-
riodis, quando medicus est prudens. nam quando maturatur, & utitur hac medicina, tunc facit eam se G
dire tertianā. deinde medicatur tertianæ cum eo quod dixi. quare eradicatur se. tertiana hoc regimine
ante horam quam determinauerunt medici qui fuerunt ante me. Et ego quidem determinauī illud. ue-
rum ego iam ingeniaui cum hoc, & est secretum magnum. Veruntamen nos non utimur nisi in corpo-
ribus fortibus. Quorum permissio. Recipe eupatorij, absinthij, costi, zurumbet, daronici, am-
meos, aristol. scorodij, myrrhæ, euphorbij, omnium ana aur. i. aloes, bdellij, pyrethri, sagapeni, opopa-
naci, harmel, acori, amomi, omnium ana drach. i. infundantur sagapenum & opopanax in uino, & mo-
ueantur, & terantur medicina, & cribellentur, & conficiantur omnia, & fiant inde trochisci, sitque tro-
chiscus drach. i. & bibatur cum aqua raphani.

Ad hydropem pilule.

Et conquesta est mihi filia Nicolai regis, & ipsa quidem monacha erat deuota. & fenserat de hydro-
pe horrida, & aqua citrina, in qua fatigati erant medicantes, & strictione naturæ, præparauī ergo ei hanc
medicinā, & cōualuit usq; ad septimanas quatuor, & exiuit ab ægritudine sua egressione bona & sana.

Pilula ad hydropem.

Recipe spicæ indæ & romanæ, amborum ana. 3. iij. agarici, aristol. amomi, croci, æris combusti, epi-
thymi, mastiches, hyperici, costi, chamædryos, omnium ana. 3. iij. myrrhæ, kerfe medicinalis, squināthi, H
tithymalli, omnium ana. 3. i. aloes. 3. viij. tere illud, & pulueriza ipsum, & cerne eum, et confice cū aqua,
et fac de ipso pilulas, et inunge manus tuas in cilini, sitque dosis earum, 3. ij. cum uino misto.

Ad icteritiam sparsum.

Medicamen ad icteritiam sparsum scilicet super totum corpus, quod ego composui. Recipe eu-
phorbij, epithymi, aloes, sulfuris, omnium ana partem. tere illud, et da in potu ex eo. 3. ij. cum aqua
casei. est enim ultimum quando non est calida.

Ad icteritiam causa calida.

Medicamen quod ego composui ad icteritiam calidæ causæ. R. aquam lactis caprini coagulati cum
tamarindis lib. i. succi endiuicæ lib. i. succi solatri libræ quartam. aquæ absinthij humidij. 5. s. berberis, san-
dalorum al. et machoziri. i. citrini, aloes, omnium ana. 5. i. spodij, spicæ, rauedfeni, omnium ana. 3. i. teran-
tur, et cribellentur. et permisceantur omnia, et permaneant in nocte, et bibatur ex eo omni mane lib. s.
colato cum. 5. ij. iulep. postea ponas ipsum in loco frigido, aut sumatur cum geleniabin.

Ad descensum aquæ in oculum, & uertiginem, & ischiadem.

Modus medicinæ ad descensum aquæ in oculum, quam ego composui uiro qui erat ex uiris religio-
sis, qui multiplicauerat comestionem hordei, et assiduationem uigiliarum. quare euenit super eum
malum

A malum ex descensu aquæ in oculum suum, & acciderat ei uertigo & ischias: iuuatus est ergo & conua-
luit. & ipsa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ, & phlegmatis, & angina, accidenti-
bus ex crassitudine humorum. & ad morsum canis rabidi, & habentium uenenum, & præfocioni ma-
trici. Cuius permissio. Recipe epithymi aur. x. scammoniæ, prafij, stoechados, myrrhæ, ellebori nigri
ana aur. iij. scilla affatæ, euphorbij, aloes, croci, gentianæ, petroselinij, ammoniaci, opopanax, omniū
ana aur. i. polij, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ, floris squinanthi, calaminthes fluuialis, aristolo-
chiæ longæ, omnium ana aur. ij. teratur illud & cribelletur, & infundantur gummi in uino boni odo-
ris, & conficiantur cum melle despumato quod sufficit, & dimittatur donec antiquetur. sitque dosis e-
ius aur. iij.

Ad inquietudinem.

Ad inquietudinem. i. gueffegues. Modus medicinæ quam ego composui religiosæ mulieri, cui acci-
derat inquietudo, ut & sola loqueretur secum, & syluestritas. & medicati fuerunt ei multi medicorum
& non ualuerat eorum medicatio in ea ita, quod iam desperauerat de se. Composui ergo hanc medici-
nam, & iuuata est per eam, cuius permissio. Recipe scammoniæ, anisi, karabæ, coralli combusti, xylo-
aloes puræ, seminis coriandri sicci, margaritarum minutarum, foliorum ro. spodij, mastiches, omnium
B ana drach. iij. myrob. indorum, citrinorum, kebulorum, omnium, post mundificationem ex nucleis suis,
ana 3. x. turbith al. aur. xij. agarici aur. viij. zedoariæ, daronici, omniū ana aur. ij. sachari tabarzet ad pon-
dus omnium medicinarum. teratur illud totum, & cernatur cum orali, & permisceantur. de quo suman-
tur. 3. v. in puluere, & sumantur diebus multis, & bibantur cum aqua frigida. Cibis autē sit illud quod
lene est, sicut pulli. & alteretur aqua cum syrupo myrtino, aut cum syrupo de rosis recentibus.

Ad obliuionem, & frigus in renibus, & dolores in iuncturis, & alia multa.

Et conquestus est mihi uir aburosus religiosus qui erat amicus mihi. & iam cōsecutus fuerat de ora-
tione sua quæ alius in suo tempore cōsecutus non fuerat. & de ætate cōsecutus fuerat annos. lxx. &
erat propinquus mihi. & partes quidem frigoris iam uicerant super eum. quare acciderat ei obliuio,
& frigus intensus, & dolores in iuncturis. Composui ergo ei hanc medicinā, & iuuatus est iuuamento
sufficienti, & exiuit ab ægritudine sua usque ad duas hebdomadas. & ego quidem probaui eam in mul-
tis, & inueni eam conferre ægritudinibus uesicæ & humori crudo. & sanatio eius est ex omnibus ægri-
tudinibus iuncturarum & sōda, generatis ex humoribus frigidis, & quod eleuabatur ad cerebrum ex
uaporibus ab illo humore, & a tussi phlegmatica. & præparat stomachum ut coria præparantur galla. &
rectificat ipsum, & fugat uentositatem crassam ex eo, & digerit cibum, & excitat appetitum, & resoluit
C quod ex phlegmate incrassatur in stomacho. & aliquando abstergit uisum, & acuit mentem, & delet
obliuionem. & clarificat uocem, & tardat canitiem, & dissoluit podagram frigidæ causæ. & quicumque
senex utitur ea. non indiget alio in conseruatione sanitatis.

Confectio dia trion peperon secunda.

Recipe piperis al. & nigri, macropiperis, galangæ, castiæ lignæ, calami aro. croci, spicæ Indæ, gario-
phyll. cardamomi, carpob. afari, zingiberis, seminis myrti siccæ omnium ana partem unam. mastiches
partes. v. terantur medicina, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato, & ponatur in uase
nitreo læuigato. de quo sumatur aur. i. apud somnum. & est ex secretis magnis.

Ad dolorem iuncturarum, & complexionem corruptam.

Et conquestus est mihi Arfatus & religiosus (qui erat amicus, & erat orator. & iā cōsecutus fuerat
annos. lxx. & dicebatur de eo quod nunquam irascerebatur, neque contrarius fuerat alicui, & erat mul-
tæ taciturnitatis, & dilatata scientiæ) de dolore in omnibus iuncturis suis. & uidi complexionem eius
corruptam. & alterata erat ei mens. Præcepi ergo ei ut uteretur hac medicina. Hiera magna. Reci-
pe chamepityos, scorodij, amborum ana vnc. s. seminis apij, ammeos, hafce, agarici, omnium ana vnc. i.
D gentianæ aur. iij. centaureæ minoris, vnc. s. myrrhæ, spicæ, calaminthes mōtanæ, spodij, petroselinij, pra-
fij, omnium ana vnc. ij. seminis rutæ, hyperici, hyssopi sicci, phu, omnium ana aur. iij. chamædryos, vnc.
iij. folij, vnc. i. terantur omnia, & cribellentur cum orali, & leniantur cum. ij. vnc. olei balsami, & confi-
ciantur cum sufficientia mellis organij despumati, & repone in uase leni interius. & dimittatur sex men-
sibus. ipsa nanque iuuat. hæc enim medicina est melior. Montee si sciueris mensuram eius, excusabit te
ab alijs. Ego enim uidi ipsam conferre ei. & est complexio eius sicut theriaca. Huic quidem uiro redijt
sanitas eius. deinde posui ut experirer ipsam. inueni ergo in quibusdam iuuamentum eius, quia excitat
uirtutes naturales & præcipue digestiuam. & extrahit melancholiam cum uapore. & subtiliat phlegma
& attenuat ipsum. & alleuiat exitum eius ex corpore. & refrenat choleram citrinam. & confert omni-
bus ægritudinibus hepatis & splenis. quoniam aperit oppilationem, & si profundatur in uenis, mirabi-
liter ualet. ita quod forsitan est ex mundificatione sanguinis, & cōseruat ipsum ad substantiam suam,
si fuerit seruans sanitatem. quoniam uadit in uenas & arterias. & consumit quod inuenit in eis de super
fluitatibus crassis. & mundificat meatus. propter illud frangit lapidem, & mundificat faciem humorum
ex corpore, propter subtilitatem suæ operationis. Deinde non soluit superflue propter suam frigidita-
tem. & eius potio integra est aur. i. cum aqua calida.

Galeno ascriptus liber

Ad maciem, & dispositionem senectutis.

Et fuit mihi ò Montee amicus ex bonis, qui erat æqualis complexionis subtilium humorum, extenuati corporis. & ipse quidem multiplicauerat lectiones librorum, & ieiunium, & orationem, & laborabat multum. & erat parum obuians cibo. & uigilabat plurimum noctis. & erat trigenerius die qua cognoui eum. quare minorata est humiditas corporis eius, & addita est ei macies & siccitas complexionis. & non consecutus fuerat. xl. an. & iam* superauerant ei modi ægritudinum, & albificatum erat eius caput. & debilitati erant motus eius innati. & factus erat in dispositionibus senectutis ultimæ. Præcepi igitur ei comedere. quare humectatus est hora post horam, & paulatim secundum gradationem. Composui ergo ei hanc confectionem. & præcepi ut uteretur ea. excitauit ergo eius caliditatem innatam. & rectificauit ex dispositionibus eius multum. & ambulabat super pedes suos. & confortata est quidem uirtus: & est bona senibus multum. quoniam aperit oppilationes, & confortat caliditatem innatam in eorum corporibus: & resoluit humiditates corruptas, & confortat digestionem, & confert uentositati, & resoluit phlegma a stomacho, & a iuncturis & confortat, & expellit nocuum frigiditatis: & prouocat urinam. *Modus confectionis.* R. piperis, macropiperis, cinnamomi calidi. i. acuti, floris squinanthi, spicæ Indæ, galangæ, ammeos, cymini carmeni, omnium ana. aur. v. mastiches, seminis foeniculi, anisi, zingiberis sicci, calaminthes fluuiialis sicca, omnium ana. aur. x. folij Indi, cyperi, croci, asari, casia lignea, costi dul. seminis apij hortulani, omnium ana. aur. iij. gariophyl. cardamomi minoris, cubebæ, nucis muscatae, maceris, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, foliorum agni casti, zarneb. i. rorismarini, acori, omnium ana. aur. ij. terantur medicina, & cribellentur, & ponatur cum eis sacchari tabazet libra tertia: & conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato: & reponatur in brumati leni, & sumatur ex eo ab aureo. i. usque ad aureos. ij. ante cibum, & post cibum.

Ad anginam emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, & rectificauit secundum sententiam meam, & probaui ipsum in apostematibus gutturis, & inueni ipsum mirabile, & nõ uidi quod uelocius conferret ipso: & est ex magnis secretis. *Recipe.* merdasengi, id est plumbi usi, super quod projiciatur ex oleo sesamino, & oleo uiol. quo coaguletur: postea accipiat mucilaginis psyllij, mucilaginis feminis lini, & feminis altheæ, feminis almaru, omnium ana. s. s. ouorum trium, gummi amygdalaru. s. i. infundantur in aqua coriandri die ac nocte: deinde coletur: & projiciatur in ea chamæmelis, melilori amborum ana. s. ij. aggregentur, & percutiantur percussione bona: deinde fiat corpus unum, & fiat ex eo emplastrum.

Ad omnes ægritudines emplastrum.

Emplastrum mirabile cõferens omni ægritudini. fit hoc modo. R. olei, aceti uini, amborũ ana. lib. iij. merdasengi, lib. i. & s. chalcecaumenu. s. xx. ziniar. s. xvi. colchotar. quod est atramentum album, chalcanti, corticum æris. i. batitura, omnium ana. s. xvi. decoquatur acetum & oleum, & remoueat ab igne, & projiciatur in eis lithargyrus & reliquæ medicina: deinde reducatur ad ignem, & decoquatur donec inspissentur, & rubeant: deinde utatur in omnibus uulneribus, & ulceribus, & apostematibus.

Ad morsum canis rabidi.

Illud autem, quod sanat a morsu canis rabidi, est id, quod dico tibi: & est ex medicinis nobilibus & secretis magnis: & est medicina, quam faciebat Asinius senex antiquus, qui uituperabat medicinas* per eam: & ipse quidem nõ uidit aliquem, quem momorderit canis rabiosus, & biberit eam, mori. & si non consequbatur ipsum in principio, quando momorderat eum canis. dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, & potabat ipsum ex ea. xl. diebus integris: & emplastrum faciebat loco morfo, quod dicam post medicinam. *Modus medicinae morsus canis rabidi.* R. cineris cancrorum partes decem, gentianæ partes. vij. thui is partem unam. dosis eius est cochlear unum magnum: & puluerizetur super aquam & bibatur, & non bibatur ex ea minus. s. iij. *Modus emplastri.* Recipe aceti uini, kist. i. opopanacis, vnc. ij. picis lib. iij. aggregetur illud, & fiat emplastrum ex eo: & emplastretur ex eo locus morsus. est enim mirabile.

Ad strangulationem prouenientem ex fungis.

Quid autem sanat ex comestione fungorum illum, cui accidit præfocatio? dixit Gal. ego uidi medicum de terra Alexandriæ, qui utebatur stercore gallinæ in medicatione strangulationis eius, qui comederat fungos, usus sui isto, & probaui ipsum: quod fuit, quia exiccaui ipsum, & contriui ipsum, & dedi in potu ipsum in aceto, & aqua, & melle, & uino: & uomuit statim humorem crassum, & phlegmaticum. & sedatus est, & quieuit, & inuenit tranquillitatem integram, & euasit ab accidente, quod ei acciderat.

Ad petram medicamen.

Medicamen ad petram, quod ego composui uiro ex regibus Alexandriæ, cui euenerat lapis, & lassæ erant medicantes, donec desperauerat de seipso. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est per eam, & exiuit ab ægritudine sua egressione integra. Et eius modus est. R. opij, drach. iij. acori, danich. i. & s. pyrethri, euphorbij, castorij, corticis radicum capparidis, feminis hyoscyami, galangæ, omnium ana. drach. i. cinnamomi, feminis bauciæ syluestris, feminis apij, costi, petroselinij, casia lignea, menta, myrrha, chamæpityos, calaminthes fluuiialis, & montana, gentianæ romana, radicis liquiritiæ, enulæ, chamedryos, prafij, scolopendriæ, aristolochiæ rotundæ, feminis ammeos, mastiches,

E
* Alias superauerant.

* al. super.

* al. annosus.

secretorum.

164

A mastiches, radicem lilij caelestis, cymini carmeni, gariophyllorum, seminis foeniculi, scillæ affæ, sinapis, granorum pini, anisi, carpob. seminis erucæ syluestris, cordumeni, seminis rutæ syluestris, feminis agni casti, aniuuden nigri, ana danich. i. & s. terantur omnia, & cribellentur, & limantur cum oleo balsami, quantitate quartæ unius uncia, & conficiantur cum melle despumato. dosis eius est kist. i. & s. usque ad. s. deinde probaui illud post illud, & inueni ipsum frangere maiores lapides, & extrahere omnes eos. Quod autem dicunt omnes homines de lapide iudaico, iam expertus sum, & non inueni in lapide uelicæ operationem. uerum ipse in lapide renum est fortis, & ualde mirabilis operationis: & ipse quidem est lapis ualde albi coloris, in quo sunt fila nigra, qui lapis inuenitur in Palestina: & modus dandi ipsum in potu, est ut fricetur super coram uiridem, donec ex eo resoluatur aliquid: deinde aggregetur limatura illa, & abluatur, & detur in potu cum aqua calida.

Ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & morpheam.

Decoctio mirabilis, quam composui ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & ad morpheam sparfam, & icteritiam, & uentositatem, & humorem crudum, uiro quinquagenario. cuius hæc est permistio. R. specierum trium myrobal. absinth. epith. cum semine stæchados, suchaa, bedeguard, floris uiolarum, feminis anisi, feminis foeniculi, polypodij, turbith carnosij, cartami, agarici, centaureæ, chamæpityos, chamædryos, omnium ana. s. s. capilli ueneris, fumi terræ, omnium ana. cabdati unum, tamarindorum quartam libræ unius, sebesten quinquaginta, iuiubas totidem, contundantur medicina, & infundantur in. x. lib. aquæ bullientis die & nocte. & decoquantur lento igne, donec consumantur duæ tertiæ, & confricentur digitis, & coquantur cum æquali pondere de rob. & reponatur. Dosis eius est quarta lib. unius cum quarta libræ aquæ calidæ, & guttis olei sesami, & pondere duorum denariorum scammonia antiochenæ. dosis eius fit caro ouis annualis. & potus sit syrupus de melle.

Ad multam infrigidationem & humectationem corporis, & uentositatem.

Electuarium dia trion pepereon, quod ego composui Fortuno, qui iam processerat in ætate. & erat magni corporis humectati, multæ uentositatis infrigidati corporis. Cuius permistio. R. piperis nigri & albi quod est leuius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, feminis foeniculi, anisi, asari, mastiches, omnium ana. s. i. xylobal. carpob. spicæ, cortic. casia lignea, amoni, omnium ana. s. i. cardamomi minoris, feminis apij, ammeos, croci, gariophyllorum, costi, mastiches, omnium ana. quarta. s. i. terantur & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. & sumatur ex eo omni mane pondus. s. ij. cum aqua menta & mastiches, & anisi. & sit cibus tenuis.

Ad dolorem frontis, & acetositatem in stomacho, & punctiorem.

Tryphera, quam ego composui Monteo, qui habebat dolores frontis, & acetositatem in stomacho, & punctiorem. Vtus est ergo ea diebus aliquot, & sanatus est ea ab ægritudine sua. Cuius permistio. R. specierum trium myrobalanorum, & emblicorum, & fitarabegi, & est butyrum conditum cum melle & lacte, omnium ana. aureos. x. terantur, & cribellentur, & leniantur cum oleo de amygdalis dulcibus, deinde sumatur zingiberis, mastiches, cinnamomi, piperis, asari, croci, omnium ana. aur. x. costi dul. macropiperis, fetaragi Indi. cortic. casia lignea, omnium ana. aur. iij. nucis muscatae, maceris, cardamomi, xyloal. inde. cubebæ, calami aro. omnium ana. aur. ij. penidiorum. s. ij. terantur, & cribellentur, & leniantur cum oleo balsami. & conficiantur cum melle despumato. Et sumatur ex ea omni die aureus. i.

Ad anxietatem & humectationem.

Tryphera quam composui filio regis, qui erat religiosus, & anxiosus, humectatus. R. myroba. kebul. bell. emblicorum, omnium ana. quartam libræ unius. coquantur in. x. lib. aquæ, donec consumantur tres quartæ, & coletur, & projiciatur illa aqua super myrobal. & bell. & emblicos. & ponatur in sufflatione uenti septentrionalis, donec bibatur aquositas. deinde exficentur, & puluerizentur, & cribellentur, & leniantur cum oleo bal. deinde addatur turbith gummosi pondus. s. xxx. postquã teritur, & lenitur cum oleo de amygdal. dul. mast. bdellij. hoch. i. mororum celsi, ammeos. granorum nera, cinnamomi, asari, xyloaloes Indæ, fetaragi Indi, ligni pæonia, omnium ana. s. iij. terantur omnia, & conficiantur cum melle orignalis despumato. & sumantur ex eo omni die. s. iij. cum aqua menta. est enim ultima ad epilepsiam, & melancholiam, & colicam quæ est ileos.

Ad diabetem.

Conquestus est mihi uir de ægritudine quæ nominatur diabetes. Composui igitur ei hanc medicinam. Iuuatus est usque ad hebdomadem. *Medicina ad hanc lesionem.* R. spodij, xyloal. uita. sandali, feminis portul. tragacanthæ, gummi arab. turbith. berberis, feminis endiuicæ, boli arme. omnium ana. s. iij. mastiches, cinnamomi, origani, omnium ana. s. iij. sacchari. s. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum geleniabin, & reponatur. & sumantur ex ea omni mane. s. viij. Cibus autem eius, sit aqua hordei, & robur fructuum, & emplastretur dorsum eius tarait trito & confecto cum aqua rosarum.

Ad retentionem menstruorum, & dolores.

Conquesta est mihi mulier, cuius ætas erat. xxx. annorum de retentione menstruorum cum doloribus. & erat æqualis cõplexionis per cõparationem. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea cito. *Medicina ad prouocationem menstruorum.* Recipe spicæ Indæ & Romana, & corticem casia lignea,

SPVRII.

X 4 lignea,

lignea, & rubia tinctorum, a fari, anisi, omnium ana quartam. vnc. i. medullæ seminis melonum, medullæ feminis cucurbitarum, medullæ granorum falcolorum, feminis apij, rutæ, ciceris nigri, feminis endiuæ, berberis & cuberberis. i. costi, omnium ana aur. i. terantur, & cribellentur, & leniantur cum melle despumato, & fumantur ex eo ante euentum menstruorum octo diebus. 3. iij. omni die cū aqua, in qua decoquantur cicera aut fafeli.

Ad dolorem iuncturarum, & podagras, & uentositatem.

Et conquestus est mihi Afflius (qui erat ex Manchara. & habebat corpus strictum, ad æqualitatem propinquus) de doloribus iuncturarum, & ægritudine podagræ, & uentositate. Composui ergo ei hanc medicinam, quæ est mirabilis medicina ad podagram. Recipe acori, dactyli albi recentis. 3. i. ossium uetustorum, lentis excorticatæ, turbiti, fenæ, omnium ana. vnc. i. fachari. vnc. i. terantur, & cribellentur & bibantur ex ea omni die. 3. iij. cum aqua calida.

Ad uarices.

Et conquestus est mihi uir prædictus nuper de quo iam dixi, qui erat de illis de Manchara, de ægritudine uaricum in cruribus suis. Composui ergo ei hanc decoctionem.

Modus decoctionis ad uarices. Recipe epithymi cretensis, myrobalanorum Kebutorum, amborum. ana. vnc. i. polypodij excorticati, succaha, bedegua, floris uolarum, tamarindorū, absinthij romani, squi- F nanthi, centaureæ, herbæ eupatorij. omnium ana. 5. s. passularum enucleatarum quartam libræ unius, contundantur, & decoquantur cum tribus libris aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & cōficiantur manibus, & colentur, & bibantur ex ea tertia libræ cum. 5. olei amygdalini amari in omni die tertiæ, & fiat emplastrum super crura cū emplastro de adipibus. *Emplastrum de adipibus, cuius iste est modus.* Recipe adipis agni, adipis porci, adipis urti, uituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, uulturis, ana oīum 5. i. olei sesami, olei de Kerua, olei lentiscini, medullæ cruris uaccini, olei amygd. amararum, ceræ albæ omnium ana. 5. s. ce. ru. butyri uaccini amborum ana lib. i. liquefiat, & coletur, & administretur.

Ad hæmorrhoidas.

Et conquestus est mihi uir qui mecum conuersabatur, & erat multi ieiunij, sicci corporis: super quæ uicissim eueniebant hæmorrhoides, quæ erant in interioribus eius & ipsius exterioribus, & illud erat propter multitudinem ciborum suorum frigidorum, sicut est farina hordei, & comestio lentis, & acciderat ei cum illo tremor uehemens. Composui ergo ei hanc medicinam, & euasit ab ægritudine sua usque ad decem dies. *Confectio ad hæmorrhoidas.* Recipe myrobalanorum, Kebutorum, citri. bell. seremle gi, omnium ana. 3. i. terantur, & cribellentur cum. ij. 5. olei amygdalarum dulcium, donec projiciant ipsum. deinde adiungatur ei bdellij Indi quarta lib. i. foliorum rosarum, spodij, granorum myrti torrefactorum, scorix ferri infusa scilicet in aceto, Karabe. mastiches, xyloal. neruik, abrenge, plumbi usti cum sulfure, omnium ana. 3. iij. terantur cum rob coagulato, & fumatur ex eo omni die. 3. vj. cum aqua calida, & utatur hoc emplastro. *Modus emplastri ad hæmorrhoidas.* Recipe plumbi usti cum sulfure & ceru fa, lithargyri, cineris uitis, cineris corticum nerigil, balustiorum, omnium ana. 3. i. ceræ albæ, olei sesami, butyri, omnium ana quartum libræ unius, adipis porci. 5. ij. medullæ cruris uaccini. 5. ij. liquentur, & colentur dum calent in mortario de plumbo nigro, & fit manica eius ex ipso, & siccentur in Sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo uirtutem. Emplastrum autem de adipibus nuper prædictum est magnorum iuuamentorum ad uentositatem gibbositatis, & doloribus iuncturarum, & ægritudinibus earum, & ad uentositates, & ad spasnum qui nominatur tortura, & ad omnem spasnum in neruis, & paralyticos ficcorum corporum, & similiter hoc emplastrum in quo diximus plumbum, confert omnibus ægritudinibus ani, & ægritudinibus neruorū, & ulceribus melancholicis, & administratur in ægritudinibus multis, quando medicus est prudens.

Ad cogitationem & timorem.

Descriptio electuarij diapepæon, quod composui uiro ex regibus qui erat Caron, & erat septuagenarius, & erat magnus, & acciderat ei cogitatio & timor. Composui ergo ei hanc medicinam, & iu- H^{al. neremisin.} uatus est ea plus alijs medicinis. Cuius permistio. Recipe piperis albi & nigri, macropiperis, neremisk galangæ, zingiberis, spicæ Indæ & Romanæ. keisim, amomi, carpobalsami, xylobalsami, corticum cassiæ lignæ, mastiches, xyloaloes, gariophyll. a fari, cinnamomi, keffati, abrenge, corticum citri ficcorum, omnium ana vnc. i. been albi & rubri, zedoariæ, doronoci, ammeos, radicem liquiritiæ, margaritarum minutarum, karabi, coralli, lazuli abluti, sandarachæ, croci, nucis muscatæ, aristolochiæ longæ, feminis portulacæ, feminis apij, coriandi, setæ crudæ incisæ, omnium, ana vnc. i. & s. maceris, faufel, galliæ, omniū añ. quartā partē. 5. unius. musci. 3. ij. terant. & cribellent. & leniant cū duabus. 5. olei amygd. & cōficiant cū melle de fauis, postquā auferit spuma eius, & fumant ex eo oī die. 5. ij. hoc. n. stat loco cōfectio num magnarum cū medicinæ speciales sint uelocioris iuuamenti alijs medicinis, propter susceptionē a natura.

Ad torturam, & inclinationem, & spasnum in facie.

Et composui hanc medicinam puero paruo, cui acciderat tortura, & inclinatio, & spasmus in facie sua, a casu uirtutis mouentis lacertos, exeuntis a uentriculis cerebri.

Medicina ad spasnum & inclinationem faciei.

Recipe calaminthes, ro. cinnamomi, zedoariæ, gariophyll. omnium ana. aur. i. sandal. xyloaloes, amborum ana. 3. i. musci. 3. s. terantur, & cribellentur, & leniantur oleo balsami. & conficiantur cum melle despumato

A despumato. & bibatur ex eo omni mane quarta. 3. i. usque ad. 3. unam cum syrupo de calaminthe, cum quo sigillatur liber iste. iuuatus est ergo ea usque ad hebdomadem.

Odoramentum conferens spasmō & torturæ.

Odoramentum quod est caputpurgium, spasmō conferens, & inclinationi quæ dicitur uentositas torturæ. & ipsum confert statim.

Caputpurgium ad torturam.

Recipe castorij, doronoci, been al. & ru. condisi, opopanax. abrenge, spicæ, baurach, omnium ana partem unam. terantur, & cribellentur, & aromatizentur cum musco, & fit sternutatio cum ipso.

Syrupus acetosus, quo conseruatur sanitas corporis.

Syrupus acetosus purus, quo conseruatur sanitas. Recipe aceti albi libras decem, mellis despumati lib. x. rob. libras. x. decoquantur omnia donec fiat eis spissitudo mellis. hoc est enim ultimum.

Syrupus de calaminthe, cuius descriptionem conditionauimus in fine libri: qui est

iuuatus spasmō, & alijs pluribus.

Syrupus de calaminthe, cuius descriptionem conditionauimus in fine libri: qui est iuuatus spasmō accidetis pueris, & decrepitis, & medijs, & hydropicis, & asthmaticis, & anhelitui dilatationis, & ægritudinibus phlegmaticis, & melancholicis, & est gloriosioris quætitatis medicinis omnibus in hoc modo. Cuius permistio. Recipe calaminthes fluuiialis, calaminthes montanæ, uenarum radicem liquiritiæ, radicis squinanthi, radic. endiuæ, radic. scariolæ, radic. lilij cælestis, polij, centaureæ, omnium ana. iij. libræ unius. contundantur, & decoquantur cum. xx. lib. aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia, & fricetur manibus, & coletur. & sumatur pannus lenis, & ponatur in eo spicæ Indæ & Romanæ: & ruedseni, croci, mastiches, squinanthi, gariophyll. electorum, nucis muscatæ, cyperi, arakieri, cubebæ, omnium ana. aur. i. terantur & ponantur in panno præparato ad modum burfæ, & ligentur ligamento mollificato. & decoquantur cum eo quod clarificatur ex aqua. & fit sicut aqua mellis despumati. & fit medietas eius de rob. & decoquantur donec fiat spissitudo, & coletur, & reponatur, & administratur quando necesse fuerit ad omne quod narrauimus. Inquit Hunayn filius Isaac. Istud est quod inuenimus ex libro religiosorum Galeni. & est gloriosioris benedictionis quàm libri eius alij, & iuuamenti. quod si acciderit alius liber ab ipso, transferam ipsum.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

DE MEDICINIS EXPERTIS: CUI TITVLVS EST.

MEDICINALIS EXPERIMENTATIO.

CENSURA.

In eiusmodi etiam Arabum experimentis iudicium & ratio adhibenda est.



D GNIS qui de cælo descendit super altare, combussit libros regis: & cum his combussit plurimos libros medicorum. Mihi autē combussit plurimos libros. quorum quidam erant completi, & quidam quos inceperam componere. & non doleo de illis libris, quantum de quibusdam experimentis medicinæ quæ erant ibi. quæ acquisiueram a quibusdam bonis uiris experimentatoribus. & forte pro uno experimento acquisito dabam multa bona experimenta. & forte dabam pecuniam. Et scio unum qui curabat lapidem in uelica perfecta curatione, & hoc in multis hominibus. & lucrabatur infinitam pecuniā per hoc. & solummodo per hanc medicinam acquisuerat sibi nomen optimi philosophi. Et scio alium qui curabat ficum in ano perfecte. & lucrabatur infinitam pecuniam. & aliquem docere nolebar. Et scio alium qui curabat morsum rabidi canis perfecte. & alij Medici uocabant Bezar, id est a morte liberantem. Et forte Medicus ex istis medicinis poterit congregare multa. Et bonus Medicus ex Græcis, quando sciuit aliquem hominem scire aliquod experimentum, tribuit illi magnā pecuniam ut ab eo doceretur. Et Thamor de regione Aethiopia, qui fuit ex bonis experimentatoribus, habebat bona experimenta experta. quæ sic custodiebat, quod nullus in tempore uitæ suæ potuit ea habere: & postquam mortuus fuit, peruenerunt illæ medicinæ in manu Saryriorum. qui per ea, mirabilia faciebant. & exultauit eis nomen inter Medicos. Et nos non laudamus hominem ignorantem artem ut habeat has: quoniam uellet prodesse forte, & nocebit. Et propter hoc oportet hominem scire complexiones, causas, & accidentia, ut cognoscat ægritudines, & earum accidentia. quoniam qui ignorat hæc non est securus quin noceat plurimum, & pro maiore parte. Et si aliquando proderit etiam, hoc erit ex fortuna. Et fortassis est aliqua medicina, composita ex magna scientia experti uiri, aut ad fluxum uentris, aut colicam passionem, aut ad sedandum dolores, aut ad alias ægritudines. & quoniam utetur illa medicina non in suo tempore, nec in suo loco, ideo nocebit. Verbi gratia, ponatur

natur q̄ aliquis patiat fluxum uentris iādiu, donec corpus extenuetur, aut ex humore qui alterat cibum, aut ex frigore interiorum membrorum ita, q̄ non attrahant cibum, aut ex debilitate cysteos felis in attrahendo cholera ita, q̄ cholera impellitur ad intestina, & faciat fluxum, aut ex apostemate duro, ex genere apostematum melancholicorum, in concavitate hepatis ita, q̄ cibus non possit peruenire ad ipsum, sed ad intestinum faciat fluxum uentris, uideretur tibi q̄ cura sit eadem, tamen non est. Ego autem dico, quod medicina experta laudata, quando usurpata fuerit ubi non cōuenit, cum eo q̄ non prodest, etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altarium, qui curant cum cibus sacrificiorū, quoniam error uelociter corrigitur, error autem medicinae, forte ducit ad mortem. quare oportet ut Medicus consideret complexionem & curationes consideratione perfecta. Et ego cōposui hunc librū ex medicinis expertis, quas ego probaui, & acquisiui ex bonis Medicis, & magnae sollicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum est iam Medicis sicut hiera, opiata, & theriaca, & alia medicina, quae sunt nota omnibus hominibus. & non ponam in eo nisi medicinas, quas fere omnes ignorant. hunc etiam librum fecimus unius tractatus. Et si accidat postea quod experiat aliquas medicinas, scribam eas. Prima compositio ex eis est medicina quam accepi ab Astorone experimentatore, qui erat de ciuitate Tereste. & curabat cum ipsa febres antiquas. & ualet ad complexionem corruptā. & aperit uenas, & prouocat urinam, & adiuuat digestionem. cuius haec est confectio. Recipe cinnamomi. ʒ. j. spicæ nardi. ʒ. ij. xyloaloes. ʒ. j. s. mastiches. ʒ. j. anisi. ʒ. ij. spatana, gariophyllorum, ana. ʒ. s. Conficiatur cū melle optimo, & accipe ex eo quantū auellana una, cum aqua calida. & qui est frigidae complexionis, & habet oppilationes, cum aqua foeniculi & anisi. Et iste Astorone, quando aliquis patiebatur dolorem acutum, coquebat chamamelum, & dabat aquam ad bibendū, & curabatur, & nos experti sumus multoties, & inuenimus esse uerum, & experti fuimus medicinam primam saepe, & non fecellit ex eis quae nominata sunt in laude. & testificatur hoc ratio ex compositione eius. quoniam cinnamomum contra operatur putrefactioni. illi autem est bonus odor. quare confert membrum interioribus, & subtiliat. Et spica nardi habet bonum odorem, & stypticitatem. & operario eius est quasi propinqua operationi cinnamomi. sed cinnamomum est subtilius. Lignum aloes cum eo quod ualet ad hoc quod ualet cinnamomum, est utilissimum ad frigiditatem stomachi, purgans id quod est in humiditatibus per mirabilem eius proprietatem. Et mastiche dol. sedat in stomacho, & digerit humiditatem. Anisum prouocat urinam, & aperit oppil. est enim ualde subtile. & liquefacit superfluitates. & facit dol. quiescere. Spatana aperit oppilationes, & ualet spleni utilitate magna. Gariophylli desiccant humiditates extraneas, & confortant membra interiora. Et dabat ad potandum aquam in qua decocta fuerit radix iridis, patientibus oppilationem crassam, & prima hora curabantur. Et ego dico quod decoctio absinthij, & centaureae minoris faciunt haec. sed radix iridis fortius operatur. Alia medicina, quam accepi ab aduena Aegyptiaco, qua curabat oppilationes antiquas, & febres, & asthma antiquum. & non est ei similis. & iste aduena acceperat ab uno medicorum altarium. Cuius haec est confectio. R. radic. iridis, aristolochiae longae, & ro. succi marrubij, ana. ʒ. iij. succi gasti, myrrhae, chamædryos, & camphorae, ana. ʒ. j. spicæ nardi, spatanae, ana. ʒ. ij. granorum balsami, ligni aloes, ana. ʒ. ij. & s. puluerizentur, & conficiantur cum syrupo mel. qui fit secundum hunc modum. R. garo. cinnamo. carda. myrrhae, ana. ʒ. j. & s. liga has medicinas in panno raro, & pone in j. lib. aqua die & nocte. deinde cola, & colaturā admisce lib. j. mellis boni, & coque super prunas sine fumo & flamma, & coque, donec fiat syrupus. postea confice cum oleo alias medicinas, & serua. & da ex eo in agritudinibus quas diximus, in modum auellanae uel castanae. hoc electuarium est de melioribus medicinis quas uidimus. Et uidi hunc medicū curare multas agritudines per medicinas simplices, & ex eis quas dabat est. ʒ. j. aristolo. ro. asthmatico. & dabat decoctionem epithy. epileptico ex melancholia. & accipiebat. ʒ. j. ex eo & ponebat in aqua calida per noctem. mane colabat, & apponebat a sexta parte. ʒ. scamoniae, usque ad octauam partem ʒ. nos aliquando addidimus agarici. ʒ. j. & dabat ad bibendum decoctionem agar, contra dolorem capitis. & dabat ammoniacum contra dolorem iuncturarum ex humore crasso. & saepe curabat taliter. Ego autem semper soleo dare de succo marrubij & stoechados, mistis cum aqua, in qua decoctū fuerit marrubium uiride & chamædryos, & dabam asthmatico. & ex eo sanauimus multos. Aliud medicamen, quod accepi ab aduena, cui non est simile. ualet epilepticis, & anhelosis, & tussientibus. & est expertissimum ad epilepsiam. R. hyssopi ficci, ireos, myrrhæ, piperis nigri & lon. carda. sed in loco eius ponitur nastur. & carui, ana. ʒ. ij. spicæ nardi, costi, ammeos, ana. ʒ. j. cōfice cum aqua in qua decoctum sit squinanthū. & si uolueris quod purget, cum melle confice. & da ex eo tantum a. ʒ. ij. usque ad. iij. & ultimum est ad hoc. Et dicamus decoctiones quas probauimus, & lucrati sumus ab isto Medico. Decoctio squinanthi, & granorum balsami, quando biberit ex ea epilepticus, & qui habet hu. crassos, quotidie, confert ei. Aqua in qua decocta est asa, quando biberit tristans curabitur. Decoctio agarici, quam si quis biberit qui habet dolorem antiquum capitis, sanabitur. Decoctio carui, & feminis apij, prouocat urinā & menstrua fortiter, & subtiliat humores crassos. Decoctio centaureae curat ischiadem. Decoctio corticis fistici confortat stomachum, & mundificat cannales pulmonis & hepatis. Decoctio asari prouocat urinam, & menstrua fortiter. Decoctio mastiches confortat stomachum debilem ualde. Ista ergo decoctiones accepimus ab aduena Aegyptio expertas. & probauimus eas, & inuenimus esse ueras. Medicamen, quod accepi a quodam senē, curat splenem durum. Et si positum fuerit super scrofulas, dissoluit.

A soluit. & est sublime ualde. R. ammoniaci. ʒ. quatuor, dissoluatur in succo chamæmeli, aut in succo anethi, aut in decoctione floris chamæmeli. & misce cum eodem radi. capparidis, conficiantur, & da ad bibendum. ʒ. ij. cum decoctione carui. Medicamen expertum, quod habui & accepi a quodam uiro experimentatore, ualens ad splenem. Recipe scolopendriae, granorum balsami, granorum tamarisci, rubiae ana. ʒ. ij. confice cum melle. & dentur ex eo. ʒ. iij. & postea bibat acetum in quo cocta fuit spatana. i. acorus, ita q̄ de spatana. ʒ. ij. mittantur in octo. ʒ. aceti. & coque usque ad. iij. ʒ. Medicamen quod accepi ab eo est, & ualet stomacho frigido. prouocat urinam, aperit oppilationes, & est minus forte. Recipe cinnamomi. ʒ. j. folij corticis fistici, cardamomi, absinthij, agarici, squinanthi, granorum balsami. ana. ʒ. ij. succi stoechados, feminis foeniculi, anisi, asari, ana. ʒ. iij. myrrhæ, aristolochiae rotundae, radic. iridis, mastiches, ana. ʒ. j. confice cum melle bono. & sume. ʒ. ij. cum aqua, in qua decoctum sit asarum & semen foeniculi. Aliud medicamen quod recepi ab Agargeo, confortat mēbra frigida. & ualet spasmus, & mortificationi membrorum, & generaliter omnibus passionibus cerebri frigidis, & neruorum. R. agarici, ammoniaci, succi stoechados. piperis trium generum, squinanthi, carui, ana. ʒ. ij. castorij, asari, scillae assatae ana. ʒ. j. radic. iridis, & mastiches, & feminis apij, ana. ʒ. s. spatana, scorodi, zingiberis ana. ʒ. j. s. confice cum melle bono. & sumat ex eo ʒ. ij. cum aqua calida. & iste Agargeus fuit de sapientibus qui fuerit tempore suo. & erat qui habebat unam medicinam, quam neminem docere uolebat: dabat enim eam habentibus fortem dolorem, & statim prouocabat urinam, & uentositatem expellebat ita, q̄ mox auferebatur dolor. Cuius confectio haec est. Recipe iridis, chamædryos, feminis foeniculi, anisi, apij, asari, ana. ʒ. ij. cinnamomi, zingiberis, carui, * foliorum chamæmeli, ana. ʒ. j. succi stoechados, gentiana. marrubij, ana. ʒ. ij. puluerizentur, & conficiantur cum decoctione asari, squinanthi, feminis foeniculi. fac pilulas ʒ. j. & da cum aqua in qua decoquitur flos chamæmeli. haec etiam medicina est fortis ualde, & non est ei similis in prouocando urinam, & subtiliando humores, & aperit oppilationes, & stomachum frigidum temperat & confortat. Aliud medicamen quod accepi ab eo, & ualet ad febres compositas, & digerit humores crudos. R. feminis apij, feminis foeniculi, radicis iridis, aristolochiae longae & rotundae, fol. chamæpityos, meu. phu, ana. cōfice cum oxymelite scillae, & sumat ex eo cum aqua calida, in qua decoquitur semen apij. Aliud ad febres compositas & chronicas expertū, et iam probaui multoties. R. assae foetidae, bonae, piperis nigri & longi, & feminis apij, anisi, foeniculi puluerizentur, & conficiantur cum uino antiquo. & da de eo cū aqua decoctionis foeniculi. Aliud expertum prouocans urinam. Recipe asari, feminis foeniculi, rubiae, costi, ana. ʒ. j. satireae, hyssopi ficci, ana. ʒ. ij. puluerizentur, & formentur pilulae, & detur ex eis. ʒ. j. cum aqua decoctionis foeniculi & anisi. Aliud ad pūcturas scorpionis. Recipe assae foetidae, scorodi, centaureae minoris, ana. ʒ. ij. feminis rutae, castorij, ana. ʒ. iij. puluerizentur, & conficiantur cum uino antiquo. Experimentum probatum quod laxat humores uiscosos, & est optimum contra ischiadem. & est de experimentis Irini Romani. Recipe satireae, mastiches, radic. ireos, succi stoechados, zurungen ana. ʒ. i. agarici, turbith. ana. ʒ. iij. conficiantur cum succo foeniculi. fac pilulas, & da secundum uirtutem patientis. Aliud constipans naturam arostrocamet, ualens ad fluxum uentris, quando fit ex debilitate uirtutis retentiuae: confortat intestina & membra interiora. R. ro. pul. granorum myrrae, sumac, luti armenici, ana. conficiantur cum succo plantaginis, & fac pilulas. ʒ. ij. & da cum aqua decoctionis granorum myrrae. Aliud ualens ad fluxum ex debilitate hepatis. & est expertum. R. ligni al. ros. spicæ nardi, cinnamomi, berberis, ana. ʒ. ij. laccæ, rhubarbari, gariophyl. ana. ʒ. s. conficiantur cum aqua decoctionis rosarum. & da. ʒ. ij. Aliud, & est ad fluxum prouenientem ex causa frigiditatis mēbrorum. & iste modus fluxus quādo accidit, uix separatur. & ista medicina est nimis utilis ad hoc. R. cinnamomi, ligni al. gariophyllorum, anisi, carui, chamædryos, aristolochiae rotundae, spatanae, ana. ʒ. j. puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis ligni al. Medicamen aliud quod accepi ab Acostror, qui fuit socius Astrocani: & uocabat ipsum electuarium ligni al. & non est ei simile. & iam probaui id saepe. & ualet ad debilitatem membrorum interiorum, & ad fluxum hepatis, & aperit cannales, & subtiliat humores, & confortat hepar ualde. R. rhubarbari, laccæ, spicæ nardi, asari, chamæpityos, galangae, gariophyl. anisi, ana. ʒ. iij. ros. maioranae, mastiches, granorū balsami, phu, meu, ana. ʒ. j. squinanthi. drac. j. & s. ligni aloes, chamædryos, succi stoechados, ana. ʒ. j. conficiantur cum aqua decoctionis ligni aloes & spicæ nardi. postea misce mel quod sufficit, & malaxa. & sume ex eo. ʒ. ii. uel. iij. cum aqua decoctionis ligni aloes & spicæ nardi. & haec medicina est de nobilioribus medicinis ad ea quae diximus. quoniam prouocat urinam, & confortat membrum, & aperit cannales, & ualet ad lapidem. Et iste Acastror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei qui patiebatur dolorem fortem ex frigida causa. & ponebat patientem in balneo eiusdem herbae. & dabat decoctionem utriusque aristol. asthmaticis, & ad prouocationem mēstruorū. Et dabat saccharum ros. habentibus flammam in stomacho. Medicina breues quibus utebatur Casion, qui erat ex Armenia anteriori, & fuerunt expertae, & bonae inuentae sunt. Medicamen ualens ad morsum scorpionis. Recipe assae foetidae, galbani. conficiantur cū decoctione scorodi, & aristolo. & accipe ex eo auellanā cum aqua calida. Medicamen ualens asthmaticis. Recipe marrubij, aristolo. ana. ʒ. ii. laccæ. ʒ. iii. conficiantur cū melle. & da. ʒ. iii. Aliud subtilians humores, & ualet contra putrefactionē. R. spicæ nardi, cinnamomi, gariophyl. aristolochiae longae, conficiantur cū uino odorifero, aut cum aqua decoctionis aristolochiae rotundae, & gasti. Aliud ualens ad hepar, & cannales eius. & extenuat pingues homines

homines. R. aristolochia ro. laccæ, rhu barbari, spicæ nardi, ana. ʒ. iij. conficiantur cū melle. & da. ʒ. iij. **E** Medicamen prouocans urinam fortiter. & est ualde bonum contra fe. phlegmaticas & melancholicas. R. casia. laccæ, anisi, apij, ana. conficiantur cum melle, & da. ʒ. iij. cum aqua calida in qua coctum fuerit anisum. Medicamen dissoluens naturam cito, & dissoluens uentositates. Recipe mastiches, anisi, zingiberis, ana. ʒ. i. turbith, ʒ. iij. puluerizetur, & conficiantur cum melle bono. & da. ʒ. ij. Aliud huiusmodi expertum. R. turbith, agarici, ana. ʒ. i. mastiches, anisi, ana. ʒ. i. & s. conficiantur cū melle. & da. ʒ. iij. Aliud purgans choleram. & datur in qualibet hora. & dissoluit cito. Accipe scammonia. ʒ. ij. mitte in coctano, & asla sub cinere calido. postea extrahes, & mitte cum scammonia in cydonio drach. i. mastiches. postea pinse, & fac trochiscos à. ʒ. i. usque ad. iij. & da. i. Ista ergo sunt medicinae confectæ. & sunt ualde bonæ, & expertæ.

De Medicinis Catilinæ.

Medicinae Catilinæ, qui fuit Medicus Lithois regis. Medicam expertum ualens hydropi dissoluens uentositates crassas, & confortans stomachum debilem. & est sicut bezahar ad has agritudines quas diximus. R. anisi, iridis, laccæ, spicæ nardi, ligni al. gariophyl. agarici, ana. ʒ. iij. carui. hermel, fœniculi, ana. ʒ. ij. aristolochie longæ & rotundæ, centauree minoris, satureiæ, ammeos, myrrhe, origani, ana. drach. iij. mastiches rosarum, ana. drach. viij. rhubarbari, gentianæ ana. ʒ. v. squinathi, myrrhæ, sicca ana. drach. vi. conficiantur cum melle bono. & fume drach. ii. usque ad. iij. cum aqua decoctionis carui & aristolo. & hæc medicina est nobilis ad ea quæ diximus, & eius compositio hoc ostendit. Electuarium expertum ualens fe. antiquis. & uentositatibus crassis. & purgat urinam. R. floris chamæmeli, anisi, laccæ, aristolo. rotun. ana. drach. quatuor. mastiches drach. ros. drach. ij. rubiæ drach. i. conficiantur cum melle. & utere. Aliud. R. floris chamæmeli, anisi, rubiæ, fœniculi, asari, ana. conficiantur cum melle. & fume ex ea drach. ij. cum aqua decoctionis anisi. Aliud prouocans urinam. R. asari, rubiæ, seminis cucumeris & cymini, seminis apij, ana. conficiantur cum syrupo facto ex marrubio & melle. Medicam expertum ualde hydropi. dissoluit. n. inflationem. R. iridis, aristolo. agarici, ana. conficiantur cum syrupo facto ex asaro car pobal. & melle & sumat drach. ij. cum decoctione fœniculi. Aliud prouocans urinam. R. amygdal. dulcium seminis, cucumeris, asari, aristolochiæ longæ, ana. ʒ. i. conficiantur cū aqua decoctionis rubiæ. & detur cum aqua decoctionis fœniculi & apij. Aliud ad hydropem & asthma. R. iridis, succi marrubij, aristolochiæ longæ & rotundæ, laccæ, ana. conficiantur cū decoctione iridis. & detur cum aqua calida decoctionis gentianæ. Aliud prouocans urinam. Accipe saluicæ, seminis cucumeris, laccæ rubræ, ana. confice cū melle. & detur ex eo. ʒ. iij. Aliud confortans hepar confortatione magna. & ualet complexioni frigidæ & humidæ. & est mirabile. R. rhubarbari, laccæ, gariophyl. ligni aloes, ros. rubiæ ana. conficiantur cum aqua decoctionis corticis fistici & gafit. & detur. ʒ. ij. ex eo cum aqua decoctionis aristolo. * rosa. & gafit. Aliud expertum ad splenem. R. scolopæ. ammoniaci, radices capparis, ana. confice cum melle & aceto. & dentur ex eo. ʒ. iij. cum decoctione aristolochiæ rotundæ. Aliud ualens contra lapides. R. sanguinis hirci ficci, lapidis iudaici, saluicæ, lapidis qui inuenitur in cysti fellis uaccæ, asari, amygdalarum amararum, seminis cucum. bdellij, costi, ana. conficiantur cum aqua & melle, in quibus sunt decocta rubiæ & costus. & dentur. ʒ. ij. cum aqua decoctionis asari, & floris chamæmeli. Aliud expertum contra lapidem renum. R. sanguinis hirci ficci, lapidis citrini qui inuenitur in cysti fellis uaccæ, fœniculi, saluicæ, amygdalarum amararum, ana. confice cum uino antiquo, uel aqua decoctionis radicum apij & fœniculi. forma trochiscos unius drachmæ. Et da. i. cum syrupo de saluicæ.

De Medicinis Socionis.

Medicinae Socionis. Iste fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimenta plurima in sine nobilitatis. quæ nos acquisuimus a discipulis eius, scilicet Teranoz & Hærgemez & Harcoz. medicamen magnæ nobilitatis & utilitatis, laxans & dissoluens crassas uentositates, & non est ei simile, quod etiam iam probauimus. Accipe agarici drach. iij. ellebori nigri drach. ij. & s. mastiches drach. x. folij, ligni aloes, asari, radices iridis, turbith, squinanthi ana. drach. ij. anisi, carui, fœniculi, ammoniaci, ana. drach. i. scillæ aslatæ drach. quatuor, rosarum. ʒ. vi. scammonia. ʒ. i. confice cum melle bono. & da de eo quasi auellanæ pondus. Decoctio purgans matrices mulierum, & dissoluens uentositates, & prouocans menstrua. Recipe florum ammeos, harmel, asari, flor. chamæmeli, fœniculi, gentianæ, spicæ nardi, squinanthi, chamæpithyos, chamædryos, anisi, rubiæ, ana. drach. decem. coquantur in. iij. lib. aque donec remaneat lib. i. deinde amoueat ab igne, & dissoluatur in eadem aqua calida drach. i. ammoniaci. & detur de eo, quoniam est mirabile. Decoctio ualens nimis in declinatione febris quotidianæ. Recipe gentianæ, radices apij, radices fœniculi, rubiæ, agarici, turbith, asari, rosarum, spicæ nardi, ana. ʒ. i. ponantur in caldario cum tribus libris aquæ, & coquantur super ignem leuem sine fumo & flamma, donec remanet lib. i. & soluatur in ea calida drach. i. laccæ, & utatur. Aliud prouocans urinam cito. Recipe phu. rubiæ. terantur. & dentur ex eis drach. ij. & s. cum aqua decoctionis hyssopi, & satureiæ calida. Aliud dissoluens omnes durities. curat & duritiem splenis, & scrofulas. Recipe tragacanthæ. floris chamæmeli, & pic. liquidæ, ammoniaci, medullæ cruris uiruli, galbani, ana. conterantur, & dissoluatur ammoniacum in aceto antiquo. liquefiat medulla & pix. & conficiatur pulueres, & misceantur. & super locum ponantur. Aliud huiusmodi. Accipe foliorum capparis, ammoniaci

Ammoniaci, galbani, capillorum ueneris, floris chamæmeli, medullæ cruris ceruini, ana. conficiantur, & ponantur super locum durum. Aliud quod cito laxat & dissoluit inflationem, & prouocat urinam, & ualet hydropicis. Recipe turbit, agarici, fœniculi, anisi, ana. ʒ. j. scammonia octauam partem ʒ. j. radices iridis, laccæ, spicæ romanæ, rubiæ, phu, ana. drach. j. & semis. conficiantur cum syrupo facto cū melle, hyssopo, & origano, satureiæ, & utatur. Aliud ualde bonum, subtilians humores. bonum contra asthma & laxat humorem uiscosum. Recipe aristolochiæ rotundæ, rhu barbari, succi marrubij, laccæ, turbith, ana. drach. j. mastiches drach. ij. agarici drach. unam. conficiantur cum syrupo facto ex melle & marrubio, & utatur. Aliud ualde bonum. & dicitur electuarium iridis. & est multarum utilitatum. & est ualde mirabile contra hydropem. & contra debilitatem hepatis. & prouocat urinam & menstrua. & laxat humores diuersos. Recipe aristolo. rotun. laccæ, squinan. marrubij ana. ʒ. iij. ligni aloes, rosarum, ana. drach. iij. agarici. ʒ. viij. radices iridis. ʒ. j. conficiantur cum bono melle. & detur secundum uirtutem cum aqua decoctionis spatanae & satureiæ. Aliud electuarium. & dicitur electuarium rhubarbari. & confortat hepar. & est nimis expertum. & nos iam probauimus ipsum sæpe. Recipe aristolochiæ rotundæ, ligni aloes, laccæ, spicæ nardi, folij rosarum, ana. ʒ. x. rhu barbari. ʒ. xx. conficiantur cum syrupo facto ex melle. & detur ex eo quasi auellana cum aqua calida decoctionis folij & gariophyllorum. est enim optimum in confortatione hepatis, & omnium membrorum interiorum. Aliud electuarium aristolochiæ ad remouendum typum in febris chronicis. R. asæ foetidæ, zingiberis, folij, chamæmeli, piperis nigri & longi, centaureæ, harmel, ana. drach. j. aristolochiæ rotundæ, ad pondus omnium. Conficiantur cum syrupo facto ex melle, & aristolo. & utatur secundum uirtutem patientis a. ʒ. j. usque ad. ʒ. ij. Aliud dissoluens uentositates. Recipe asæ foetidæ, rutæ, satureiæ, castorij, ana. ʒ. ij. anisi, fœniculi, ana. ʒ. j. conficiantur cum melle. & utatur cum uino puro. Aliud dissoluens uentositates, & prouocans urinam fortiter & menstrua. Accipe anisi, laccæ, aristolochiæ rotundæ, rubiæ, gentianæ, metu, phu, spicæ nardi, costi. conficiantur cum melle. & dentur ex eo. ʒ. iij. cū aqua calida decoctionis fœniculi.

De medicinis Azariconis philosophi.

Medicinae Azariconis. Iste uir quamuis non habuerit nomen inter Medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimium expertas. Primum medicamen ualet ad fe. chronicas, quæ sunt ex humore crasso, & aufert typum. & soluit uentositates. & laxat humorem uiscosum. & ualet paralyti. Recipe iridis drach. x. piperis nigri & longi, asæ foetidæ, scorodi, castorij, folij, seminis rutæ, asari, ammoniaci, galbani, satureiæ, sanguinis anseris ficci, sagapeni, xylobal. carpobal. ana. drach. s. spicæ nardi, croci, ana. ʒ. iij. chamæpityos, chamædryos, ammeos, mentæ, maioranæ, foliorum rubi agræstis, carui, gariophyll. ligni aloes, cinnamomi, anisi, ana. ʒ. iij. turbith, ad pondus omnium, agarici. ʒ. decem. terantur, & confice cum syrupo facto ex melle. & detur ex eo. ʒ. j. & s. cum aqua calida decoctionis gentianæ & asari. Istud enim medicamen est ualde expertum contra infirmitates frigidas iuncturæ, & asthma, & dolores frigidos, & dissoluit uentositates, & sæpe probauimus ipsum. Medicamen confortans membra interiora. & est ualde bonum ad fluxum chronicum. & confortat stomachum. & aufert uomitum. Recipe nuc. cypressi, ligni aloes, tamarisci, ana. drach. iij. rosarum, mastiches, laccæ, cinnamomi, ana. drach. ij. confice cum aqua decoctionis rubiæ & myrtæ. & da cum aqua decoctionis cypressi. Tertium medicamen ualet ad lapidem renum & uesciæ. & aperit oppilationes. & expellit fæces per urinam. & est expertum. Recipe capil. ueneris, cineris scorpionis. gentianæ, uiri adusti, lapidis iudaici, seminis cucum. & cucurbi. anisi, radices lilij caelestis. puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis chamæmeli uel melilo. & melle. & sumatur cum decoctione agarici. Quartum medicamen ualet hydropic. & frigiditate hepatis, & citrino colori. Recipe agarici, lilij caelestis, laccæ, aristolo. lon. & rotun. succi stœchados, succi marrubij, olibani, phu, chamædryos, chamæpityos, cinnamomi, ana. ʒ. ij. folij, gariophyll. ana. drach. v. rhubarbari, Danisi, ana. drach. iij. ligni aloes, ad pondus omnium. puluerizentur, & conficiantur cum melle. & dentur ex eo drach. iij.

De medicinis Gereonis.

Medicinae Gereonis Græci. ab isto uiro habuimus. xj. medicinas expertas ad diuersas egritudines, quas nos probauimus, & inuenimus ipsas esse mirabiles. Primum medicamen ualet ad infirmitatem stomachi frigidi & confortat ipsum, & est nimis mirabilis. Recipe trium piperum, spicæ nardi, zingiberis, ro. ana. drach. decem. ligni aloes ad pondus omnium. confice cum melle. & da cum decoctione ammeos, & mente, & gariophyll. Secundum ualet ad dolorem fortem. & iam probauimus ipsum. Recipe floris chamæmeli, squinanthi, centaureæ, aristolochiæ rotundæ. confice cum melle. & da drachmas quatuor cum aqua calida. Tertium huiusmodi est. sed præcedens securius est. Recipe croci, spicæ nardi, opij thebaici, ana. drach. ii. chamæmeli drach. ii. confice cum melle. & da drach. s. cum aqua calida. Quartum huiusmodi. & est mirabile. Recipe succi coronæ regiæ, chamæmeli quando fuerit uiridis ana. drach. iij. Et si istæ herbæ non fuerint inuenta uirides, accipe earum decoctiones, & pone octauam partem drach. croci, & squinanthi. ʒ. iij. & bulliant usque ad medietatem. & da bibendam colaturam. Quintum ualet ad dolorem ex oppilatione. R. radices lilij caelestis, agarici. ana. ʒ. iij. aristolo. lon. & ro. chamæpi. ana. drach. v. coquantur, & ponantur in lib. iij. aquæ & bulliant super ignem

ignem leuem, donec remaneat lib. j. & appone laccæ. 3. j. & s. & da ad bibendum tepidum. Sextum dif-
foluit uentofitates. & ualet colicæ ex uentofitate. R. cymini. fenicui. carui, anifi, ana. terantur, & confician-
tur cum fyrup. facto ex melle & ammi & fatureia & origano. & fumatur ex eo cum aqua decoctionis ra-
di. apij, & cum. 3. j. agarici. Septimum huiusmodi, R. anifi, cumini, agarici, abfinth. centaureæ. terantur.
& dentur de illis. 3. ij. quando uentofitates fuerint multæ, & passio fortis. Octauum laxat humorem
uifcosum. & est nimis bonum contra epilepsiam & paralyfin. quo ego semper utor. R. agar. abfinth.
colocynthid. ana. 3. j. anifi, ligni al. mali. ana. 3. ij. spatanzæ, ammoniac. sagapeni, affæ fœ. radic. lilij cæ.
ana 3. j. & s. aggregentur, & conficiantur cum aqua decoctio. anifi, aristo. lon. & ro. & melle, & fumatur
ex eo quasi auellana. Nonum ualet tristibus & timidis. R. radicis aristolochiæ rotundæ, gariophyl-
lorum, ligni aloes, ana. drach. iij. conficiantur cum melle & aqua maioranæ. & da de eo. 3. ij. Decimum
ualet lapidi renum & uesciæ, dissoluit uentofitates, & laxat diuersos humores. & est bezahar. R. tur-
bith, agarici, uiri uisti, zingiberis, lapidis iudaici, sanguinis hirci ficci, anifi, feniculi, trium pipe-
rum, chamædryos, chamæpityos, bdellij, ana 3. iij. confice cum bono uino decoctionis agarici, &
carui. Vndecimum ualet ad asthma. R. turbith, agarici, aristolo. ro. ana drach. j. confice cum deco-
ctione marrubij. & da cum decoctione asari. Istæ sunt medicinz, quas probauimus saepe, & inueni-
mus eas optimas. F

De medicinis Betarnem.

Modo dicam medicinas Betarnem Sicilia, & sunt tres, quas probauimus saepe, & inuenimus eas ef-
fe ueras. Primum ualet contra medicinas mortiferas, & est nimis experta. Recipe laureolæ, luti si-
gillati, phu, meu, apij, cinnamomi, ana 3. j. rutæ, xylobalsami, carpobalsami, ana 3. ij. confice cum melle.
& da. 3. j. & s. debilibus uel 3. ij. fortibus. Secundum ualet ad morsum scorpionis. & calefacit corpus.
& aufert tremorem in febris. R. castorij drach. i. scorodi drach. ij. costi amari drach. i. & s. zingiberis
ana drach. i. conficiantur cum melle. & detur drach. i. & s. cum uino. Tertium prouocat urinam & mē-
strua. R. pulegij, cymini radicis lilij caelestis, aristo. rotun. Conficiantur cum melle. & dentur drach.
iij. Medicamen quod composuit Amaloz de Macedonia. ualet ad fe. phleg. & dissoluit humores. lique-
facit eos. & est bonum duritie splenis. R. scolopendriæ, squinanthi, chamæpityos, castorij trium pi-
perum, spicæ nardi, folij, asari, ana drach. j. turbith, radicis lilij cæle. carpob. xylobal. puluerizentur, &
conficiantur cum melle decoctionis asari, squinanthi, opopana. & detur de eo quasi auellana. Medica-
men squilitam, quod ualet morsibus scorpionis. R. aristo. lon. & ro. ana aur. i. cymini. drach. j. affæ fœ-
tidæ, carui, feminis rutæ, ana drach. ij. castorij. drach. iij. Confice cum melle. & da drach. ij. cum aqua
calida decoctionis gentianæ, uel aristolo. uel cum bono uino. Medicamen melius, quod ualet ad do-
lores fortes. & iam probauimus ipsum, & inuenimus melius quàm theriaca. R. cymini, carui, affæ fœ-
ti. aristolo. chamæmeli, coronæ regiæ, abfinthij, agarici, ana drach. x. trium piperum, opij, ana drach. i.
croci, carpobalsami, squinanthi, cinnamomi, ana drach. ij. asari gentianæ ana aur. i. pulueriza, & confice
cum syrupo facto ex melle & squinantho & chamæmelo & corona regiæ & aniso. Et da cum aqua de-
coctionis anifi.

De medicinis Achaasos.

Medicinz sumptæ ab Achaasos experimentatore Athenarum. Ab isto nobilissimo Medico accepimus
tres medicinas compositas, quibus semper usi sumus postquam nouimus eas. sunt enim mirabi-
les. Et ab eo acquisimus. xxx. medicinas simplices expertas in diuersis ægritudinibus. Primum medi-
camentum compositum ualet ad asthma antiquum, & aperit oppilationes. Recipe asari aureum unū, suc-
ci marrubij, hyssopi, styra. ficci, castorij ana drach. s. trium piperum anifi, ana aureos duos. confician-
tur cum oxymelite scillitico. & detur ex eo a 3. iij. usque ad. iij. Medicamen secundum ualci ad fluxum
antiquum, qui contingit ex frigidity membrorum. Recipe nu. cypressi, folij, ligni aloes, spicæ nardi,
rosarum ana drach. ij. Confice cum aqua decoctionis ligni al. Et da de eo drach. iij. cum decoctione ro-
farum. Medicamen tertium confortans uirtutem retentiuam. R. gallarum, sumach, berberis, ana au-
reum. i. gummi arabici uisti, ligni al. ana drach. j. rhu barb. drach. iij. confice cum decoctione se. lapathij
acuti, & granorum myrti. & detur cum decoctione cypressi. Iste uir curabat ægritudines multas cum
medicinis ex quibus elegimus. xxx. medicinas ueraces. Primo dabat mastichen ad dolorem stoma-
chi. Secundo dabat drach. ij. affæ fœtidæ contra morsum scorpionis. Tertio dabat drach. iij. aceti for-
tis calidi contra morsum uiperæ. & est fortis operationis. Quarto mittebat succum * iari, et intromit-
tebat contra maculam oculorum. et saepe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drach.
iij. radicis lilij caelestis. Sexto dabat drach. i. asari, et curabat stranguriam. Septimo dabat chamæme-
lum puluerizatum, & malaxatum cum melle, ad dolorem * uentris & renum, propter frigidos humo-
res existentes in illis instrumentis. & prouocabat urinam. & curabantur. Octauo dabat drach. duas
laccæ contra oppilationes hepatis. Nono dabat drach. iij. ammoniaci splenitico. et curabat eum om-
nino in paucis diebus. Decimo dabat lac leprosis. et curabat multos. Sed in hoc requiritur scientia
in cognoscendo causam lepræ in qua lac conueniat. Vndecimo dabat rhu barbarum ad debilitatem
hepatis de frigida causa. et curabat omnes omnino. Duodecimo dabat drachmas duas cubebarum
ad aperendum oppilationes quæ accidunt in membris interioribus. Tertiodecimo dabat drachmas

tres

drach. i. rhu-
barbari. A tres maioranæ cum [drachmis duabus rubiæ] ad prouocandum menstrua. Quartodecimo dabat 3.
duas asari ad prouocandum menstrua. Quintodecimo dabat carui romanum contra ischiadem cū ca-
lida, & curabantur. Sextodecimo dabat castorium contra lapidem renum. Decimoseptimo dabat 3.
iij. laureolæ cum aceto. & curabat morsum scorpionum. Decimooctauo dabat 3. iij. zingi. ad infirmi-
tates frigidæ, & calefaciebat, & est nimis forte. Decimonono dabat drach. ij. aloes contra tristitiam,
& ad confortandum os stomachi, & curabantur usitando. Vigesimo dabat centauream minorem ad
ischiadem, & curabantur. Vigesimo primo dabat puluerem gariophyl. contra debilitatem uirtutis di-
gestiua. Vigesimo secundo dabat decoctionem casti contra debilitatem hepatis, & oppilationes, &
curabat omnes. Vigesimo tertio dabat oleum uiride contra spasum ex siccitate. Vigesimo quarto
dabat decoctionem agarici contra ægritudines cerebri & hepatis. Vigesimo quinto dabat alfenid, id
est penidias contra infirmitates pectoris, & curabat asthma. Vigesimo sexto dabat decoctionem cen-
tauræ & rutæ contra morsum rutelæ. Vigesimo septimo dabat decoctionem iuniperi ad prouocandū
mēstrua. Vigesimo octauo dabat decoctionē squinanthi ad dolorē * mulieris post partū. Vigesimo nono
dabat decoctionem gentianæ ad frigiditatem membrorum, & ad fluxū prouenientem ex ea. Trigesimo
dabat galbanum ad prouocandum urinā, & ad extrahendum embrium. Nos autem non scripsimus
B has medicinas, quamuis plures earum cognoscatur ab omnibus, nisi ut non negligantur ab eis. quoniā
si utatur de illis ut oportet, erunt mirabiles. Et quories, usus sui decoctione facta ex hyssopo, & asaro,
& duabus aristol. curauit de epilepsia: Et cum decoctione folij hyssopi, ex asthma. Sed oportet Me-
dicum scire quando oportet dare has medicinas, & in quo tempore, & in quibus complexionibus ua-
let. aliter non ualent.

De medicinis Andrezeos.

Medicinz Andrezeos sunt hæ. Iste fuit philosophus in tempore suo, & habebat multas medicinas
compositas: ex quibus elegi quinque expertas, & dimissimus alias quæ cognoscuntur a pluribus. Pri-
mum medicamentum ualet hydropicis, & frigiditati hepatis. & prouocat urinam generaliter & fortiter, &
dico quod nulla medicina est ei similis in apertione hepatis. Recipe radicis lilij caelestis, agarici, calami
aromatici, laccæ, asari, ros. spicæ nar. cinnamomi, ligni aloes, ana 3. i. gafit, fictici, ana 3. i. mastiches, ani-
fi, ana 3. ij. puluerizentur, & misceatur cum uino & melle, & dentur 3. iiii. cum decoctione radicis lilij
cæle. & gafit. Secundum medicamentum ualet ad asthma, cuius causa est humor crassus. Recipe gen-
tianæ, hyssopi, agarici, ana 3. s. mastiches 3. ii. Confice cum melle. & da. 3. v. Et non est similis isti medi-
C cinæ. laxat enim humorem crassum, & scindit humores crassos. Tertium ualet ad dolorem membro-
rum interiorum, & liberat a colica passione quæ fit ex crassis humoribus in intestinis. R. agarici. 3. viij.
radicis lilij caelestis, aristolochiæ rotundæ, hyssopi, mastiches, squinanthi, carpob. anifi, ana 3. i. turbith
ad pondus omnium. Confice cum decoctione agarici. & da. 3. iiii. cum calida. Quartum ualet ad ex-
trahendum embryum. & est ualde forte. Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ, affæ fœtidæ. ana 3. v.
spicæ nardi, agarici, ana 3. iiii. myrrhæ drach. i. Confice cum decoctione aristo. ro. & da. 3. ii. Quintum
est laxatiuum diuersorum humorum. Recipe turbith, agarici, mastiches, lilij caelestis, ana 3. i. ellebori
nigri, mastiches, scillæ affatæ ana 3. i. colocynthidis 3. ii. scammoniæ. 3. s. Confice & da. 3. i. & non plus.
Electuariū quod ualet ad morsum scorpionis. R. rutæ, sulfuris uiui non positi ad ignē ana aur. vi. casto-
rij aur. i. affæ fœtidæ aur. semis, pyrethri, styrac. liquidæ. ana aur. i. Confice cum melle, & da 3. i. & s. cum
uino puro. Electuarium bonum ad dolorem membrorum interiorum. quod habui a quadam muliere,
quæ acquisuerat illud a medic. altarium. Recipe croci aur. v. opij aur. ii. spicæ nardi, aur. iiii. spata-
næ aur. ii. radicis lilij caelestis, aur. vi. floris chamæmeli, aur. ii. Conficiantur cum bono melle, & utatur de
eo. Aliud optimum ex compositione Games, & est nimis forte. Recipe cinnamomi aur. vi. croci aur.
i. iiii. & s. piperis al. aur. iiii. & s. galbani aur. iiii. costi aur. ii. & s. Confice cum melle. & da 3. ii. uel iiii. in ma-
D jori fortitudine. Electuarium Zacharonis de Babylonia contra uentofitates, & passionem colicam, &
frangit lapidem, & laxat uentrem, & iam probauimus ipsum, & est ualde bonum, quādo dubitamus in
ægritudinibus utrum sit lapis uel colica, quia cōmune est ambobus. Recipe turbith, spatanzæ. ana aur.
vi. cymini, carui aur. i. agarici, radicis lilij caelestis, aristol. ana aur. vi. origani, hyssopi, ana aur. i. squinan-
thi, mastiches, ana 3. i. Confice cum melle, & da quasi auellanam. Theriaca ualens ad dolorem capi-
tis chronicum, & uentofitates, & est mirabilis. Recipe succi stœchados, succi marrubij, abfinthij, ma-
stiches, rhu barb. chamæd. chamæpityos, ana 3. vii. hyssopi aur. i. agarici, ad pondus omnium, pulueriza
& confice cum melle. Et da de eo ad infirmitatem cerebri cum aqua calida decoctionis stœchados.
& ad asthma cum uino bono. & ad prouocandum menstrua, cum succo iuniperi & feniculi: Et ad do-
lorem for tem, cum aqua decoctionis chamæmeli: & ad oppilationem, cum decoctione abfinthij: Et
ad epilepsiam, cum decoctione pyrethri: Et ad ischiadem cum decoctione centaureæ minoris: Et ad
lapidem cum decoctione radi. lilij cæle. Electuarium laccæ, ualens contra oppilationes chronicas, &
prouocans menstrua. & est bonum ualde: est etiam utile ad asthma chronicum. & ad tussim chronicam.
Recipe laccæ aur. xx. pip. lon. & nigri, centau. mino. aristol. ro. costi, galbani, ammoniaci, ana aur. x.
marru. asari, ana aur. iiii. folij, radic. lilij cæle. liquiri. ana aur. vii. pulueriza, et cū bono melle. et da quasi
auellanam cum aqua calida. Electuarium laccæ magnum, quod habuimus ab Aridione filio Meliz.
& est

* al. aristolo-
chiæ.

* al. uesciæ.

et est expertum. et est multa utilitatis. ualet asthmata, et tussi, et prouocat urinam: et sedat dolorem for-
tem, liquefaciendo phlegma. & aufert tristitia, & dissoluit uentositatē, & est mirabile ad tremorem cor-
dis, & melancholiam, & aquam oculorum, & contra morsum canis rabidi, & contra puncturam uipe-
ræ. Et generaliter dico, q̄ ualet omnibus puncturis mortiferis. Recipe aristolo. ros. radice lilij cæle-
stis, ana aur. x. squinanthi, aur. ix. asari, aur. xv. piperis nigri & albi, ana aur. vij. chamæpityos, succi mar-
rubij, succi stœchados, ana aur. vij. spicæ nardi, spicæ romanæ, mastiches, ammoniaci, galbani, scilla as-
fatæ, ana aur. x. ros. iuniperi, ana aur. ij. turbith, agarici, cyperi, ana aur. x. folij, ligni aloes, rhu barbari,
croci, olibani, centaureæ minoris, ana aur. xx. laccæ, aur. i. Conficiantur cum melle ro. & detur ex eo se-
cundum q̄ conuenit ægro. Et est hæc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem. & laxat humores
sine labore. & confortat cor hepar, & stomachum. Electuarium Assiftri, calefaciens corpus. ualens
oppilationibus hepatis, & splenis. Recipe aristolochiæ rotundæ, aur. xx. marrubij, chamædryos, ga-
sit, ana aur. v. assæ foetidæ, costi, trium piperum, ana aur. x. mastiches, aur. vij. pyrethri, aur. iij. Confice
& da cum uino. Decoctio squinanthi, ualens ad febres chronicas, & aperit oppilationes, & prouocat
urinam, & soluit uentrem. Recipe squinanthi drach. vij. marrubij. 3. ij. abfinthij, radice lilij cælestis,
ana 3. iij. aristolochiæ rotundæ, aur. vi. agarici, aur. iij. radice foeniculi, carui, ana aur. x. costi, aur. ij. masti-
ches, aur. iij. ponatur in caldario. & cum lib. ij. aquæ decoquantur donec remaneat tertia pars. & den-
tur de eo. 3. iij. hæc decoctio est ualde mirabilis habentibus ægrotudines phlegmaticas & debilitatem
interiorum membrorum ex causa frigida. Decoctio asari confortans membra debilia ex frigore. &
aufereus dolores, & scindens humores crassos, & aperit oppilationes. Et est expertissima. R. asari
aur. iij. anisi aur. vij. abfinthij, gentianæ, ana aur. iij. foeniculi, centau. minoris, ana aur. ij. ponantur cū
iij. lib. aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars. & da de eo. 3. iij. Decoctio aristolo. ualens ad la-
pidem. R. aristolo. aur. x. asari aur. ij. marrubij aureum unum. radice lilij cælestis, aur. quatuor. saliuicæ,
seminis cucumeris, anisi, ana aur. vj. coquantur cum duabus libris aquæ donec remaneat tertia pars. Et
da de eo. 3. quatuor. Decoctio agarici, ualens ad epilepsiam. & purgans matricis. & prouocās urinam.
R. agarici. 3. x. turbith. 3. i. anisi. 3. iij. armel. 3. ij. radice apij drach. v. radice lilij cælestis 3. iij. mastiches
3. ij. radice pæoniæ drach. vij. coquantur cum tribus libris aquæ donec remaneat medietas. Et dentur
qualibet die quatuor drach. utilis enim est ualde, & in epilepsia expertum est. Decoctio assæ foetidæ,
ualens ad oppilationes aperiēdas. & est utilis ualde. R. assæ foetidæ, radice lilij cælestis, radice apij,
radice foeniculi, aristolochiæ rotundæ, ana 3. x. coquantur cum lib. iiii. aquæ sufficienter. & dentur de
eo 3. iij. Decoctio pæoniæ, quæ aperit crassas oppilationes, & est ualde experta. R. pæoniæ 3. x. radi-
cis pentaphylli 3. v. aristolo. rotundæ drach. vi. coquantur cum lib. iiii. aquæ sufficienter. & dentur 3. iiii. G
Decoctio perfecta aristolo. & est mirabilis hydropic. & cito curans eos. R. duarum aristol. centaureæ
minoris, chamædryos, squinanthi, laccæ, ligni aloes, ro. ana aur. x. spicæ nardi, phu, meui, apij, anisi, radi-
cis lilij cælestis, radice apij, fistici, cubearum, hyssopi, gariophyll. marrubij, stœchados, cinnamomi,
ana aur. vij. ammeos, myrrha, ana aureos. v. costi, aur. ij. coquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et
dentur drach. quatuor cum 3. iij. istius electuarij. Recipe aristolo. rotundæ, granorum iuniperi, cen-
taureæ, ana 3. ij. ligni aloes, aur. i. spicæ nardi 3. i. marrubij. 3. iij. Conficiantur cum prædicta decoctio-
ne. Decoctio chamæmeli, prouocans menstrua. & auferens dolorem fortem. Recipe chamæmeli,
aur. ix. aristolo. aur. quatuor. laccæ, drach. ij. spicæ nardi, cinnamomi, radice lilij cælestis, ligni aloes, ana
3. j. coronæ regiæ, drach. x. decoquantur cum libris. x. aquæ in igne lento & sufficienter, donec rema-
neat tertia pars. & dentur. 3. v. Decoctio hyssopi, contra passiones pectoris, & tusses chronicas, &
ægritudine asthma, & anhelitum malum. Recipe hyssopi, agarici, radice lilij cælestis, liquiritiæ, squi-
nanthi, pæoniæ, asari, aristolochiæ rotundæ, ammoniaci, seminis foeniculi succi stœchados, succi mar-
rubij, laccæ, ana aur. ii. decoquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et dentur drach. quatuor in ma-
ne. Electuarium optimum cōtra ægrotudines diuersas. & ualet scotomiæ & uertigini. & scindit phleg-
ma uiscosum, & purgat ipsum, & aufert dolorem frigidum. Et est bonum contra uenena. & aperit oppi-
lationes. & prouocat menstrua & urinam, & calefacit corpus, & ualet ad febrem chronicam, & purgat
matricis. Recipe agarici, aristolochiæ rotundæ, succi marrubij, laccæ, ana drach. v. assæ foetidæ, galba-
ni, rhu barbari, spicæ nardi, phu, seminis foeniculi, radice apij, trium piperum ana 3. vi. ligni aloes 3. iiii.
turbith aur. decem. Confice cum syrupo facto ex melle, & asaro, & agarico, & spica nar. & laccæ. Et de-
tur drach. quatuor cum aqua calida. Electuarium expertum contra oppilationes matricis. Recipe
aristolochiæ, laccæ, radice lilij cælestis, ana. Confice cum decoctione gasit. & dentur drach. quatuor cū
aqua calida. Electuarium curans lapidem in uesica. Et est expertum. Recipe squinanthi, stœcha-
dos, ana 3. i. sanguinis hirci sicci drach. vi. lapidis iudaici, drach. ii. anisi, drach. iiii. puluerizentur, & con-
fice cum decoctione radice apij. Aliud ad lapidem. Recipe sanguinis hirci sicci, anisi, aristolochiæ
rotundæ, de lapide inuento in felle tauri, uitri combusti, saliuicæ, agarici, lapidis iudaici, amygd. ama-
rarum, ana, puluerizentur & conficiantur cum melle. Et dentur 3. iiii. cum aqua decoctionis se. apij.
Aliud mirabile contra uentositatem fortem. R. anisi, cymini, faturiæ, carui, ana conficiantur cum mel-
le. & dentur cum decoctione agarici, quæ sic fit. R. agarici, cyperi, folij, rad. squinanthi, aristolo. lon-
& ro. radice apij 3. vi. ponantur in caldario in lib. i. aquæ super ignem leuem. Et dentur 3. iiii. cum dua-
bus. 3. medicinæ prædictæ. Medicamen bonum contra asthma chronicum. R. laccæ aur. x. aristo-
lon.

Alon. aur. vj. succi marrubij aur. vij. conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida. Medicamen quod
accepimus ab Acritone contra frigiditatem stomachi, & contra humiditatem eius. Recipe ligni aloes
cinnamomi, rhu barbari, spicæ nardi mastiches, cardamomi. Confice cum decoctione rosarum & nucū
cypressi. Et detur quasi nux. Aliud ualens ad colicam ex uentositate & humore crasso. R. anisi, cinna-
momi, abfinthij, cymini, flores chamæmeli ana 3. x. agarici. 3. xx. scammonia. 3. j. mastiches. 3. v. Confi-
ciantur cum decoctione carui. Et dentur. 3. iij. cum aqua decoctionis gasit. Aliud ad dolorem capitis
& contra cephalæam, quod est expertum. Recipe succi stœchados. 3. viij. gasit, spatana, ligni aloes,
ana. 3. iij. mastiches. 3. vj. agarici, ad pondus omnium. Conficiantur cum decoctione rosarum & ma-
stic. & detur a. 3. ij. usque ad iij. drach. Aliud quod ualet in principio descensionis aquæ ad oculum, quo
sæpe curauim multos. & est expertum, & uelocis curationis. Recipe spicæ nardi aur. x. cinnamomi aur.
vij. agarici aur. ix. mastiches, ad pondus omnium. Conficiantur cū bono melle. & fumatur de eo quo-
tidie. 3. ij. est enim mirabilis operationis.

De medicinis habitis a Zenone.

Medicina Zenonis de Athenis. Iste fuit unus de magnis Medicis. ego autem non uidi ipsum, quia
non fui temporaneus eius. Sed magister meus uidit ipsum. & ille habebat experimenta bona. ex qui-
bus discipulus eius dedit nobis uiginti experimenta experta. Et nos probauimus ea sæpe, & inueni-
mus ipsa optima. Primum medicamen quod dicitur electuarium spicæ nardi, confortat hepar debile
& cor, & ualet contra uomitum chronicum. Recipe spicæ nardi, aur. c. spicæ romanæ, aur. x. abfinthij,
aur. vij. cinnamomi, aur. quindecim. laccæ mundatæ, aur. ix. gariophyll. aur. quinque, gasit, aur. xvj. mar-
rubij, aur. duodecim. aristolochiæ rotundæ, rhu barbari ana. aur. xvj. Confice cum melle. & da aur. duos
cum aqua calida. Medicamen secundum, quod dicitur electuarium centaureæ, ualet ad podagram, &
ad omnes passiones iunctorum, cui non est simile in hoc. Nam prouocat urinam, laxat crassos humo-
res & diuersos. & sedat dolores. & aperit oppilationes. & est optimum ad lapidem, & liquefacit phleg-
ma. & mundificat superflua a pulmone & pectore. hoc medicamen dedit Zotion de scriptis Zenonis,
qui composuerat id per uerfus. Recipe centaureæ minoris, aur. c. * zirungem aure. decem, anisi, foeni-
culi, apij, ana aur. vj. olibani, gariophyll. ana 3. j. agarici, radice lilij cælestis, ana aur. unum, cubebæ, gal-
bani, ammoniaci, castorij, trium piperum, spicæ romanæ, ana aur. xx. spicæ nardi, turbith, ana aure. tri-
ginta. aloes fucotrinæ, aur. xvij. carpobalsami, xylobal. scillæ asfatæ, ana aure. xvj. mastiches, croci, ana
aur. x. scammonia, aur. viij. puluerizentur, & conficiantur cum melle, & submittantur in hordeo per sex
menses. & dentur ex eo drach. iij. Et hoc medicamen est de maximis medicinis quas habebat ille Me-
dicus. Medicamen tertium, quod dicitur electuarium colocynthidis, quod laxat humores aquosos,
& phlegma, & melancholiam. & cum hoc prouocat urinam. Et uere dico q̄ non est ei simile ad acuen-
dum uisum, quia est in hoc mirabile. R. colocynthidis, scillæ asfatæ, asari, trium piperum, ana aur. vj.
spicæ romanæ, anisi, apij, foeniculi, carpobalsami, gasit, croci, ana aur. duos, spicæ nardi, chamædryos,
chamæpityos, aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ana aur. vij. puluerizentur, & conficiantur cum melle. &
submittantur in hordeo per sex menses. & detur a. 3. ij. usque ad iij. Medicamen quartum, quod dicitur
electuarium squinanthi. ualet ad dol. fortes. & prouocat urinam, & aperit oppilationes, confortat
hepar confortatione maxima, & frangit lapidem. & ualet ad fe. chronicas. Recipe squinanthi, aur. ccc.
aristolochiæ rotundæ, aur. sex. ligni aloes, aur. xiiij. gasit, aur. xiiij. croci, spicæ nardi, carpobalsami, opij,
ana aureum unum. mastiches, aure. iij. trium piperum, folij, chamæpityos, ana aur. vij. Conficiantur
cum bono uino. & detur de eo quasi auellana cum eo quod conuenit tali ægrotudini. Medica-
men quintum, quod dicitur electuarium capillorum ueneris, ad purgandum quod est in pectore ex hu-
more crasso. & est nimis expertum. Recipe capillorum ueneris, aur. xxv. radice lilij cælestis, liquiritiæ,
pæoniæ, carpobalsami, marrubij, floris chamæme. aristolochiæ * rotundæ ana aur. xv. pulueriza. & con-
fice cum syrupo facto cum melle & capil. uener. Et dentur drachmæ. iij. cum decoctione chamæmeli.
D Medicamen sextum, quod dicitur electuarium folij. ualet ad ægrotudines fortes, quæ accidunt mulie-
ribus in matricibus earum. & prouocat menstrua. & ualet ad dolorem matricis. & calefacit renes. Re-
cipe folij indi, aure. xx. cinnamomi, spicæ nardi, spicæ romanæ, rubiæ, castorij, trium piperū, gariophyl-
lorum, ligni aloes, ana drach. xx. rhu barbari, mastiches, thymi, ana aur. xvj. confice cum melle. & detur
quasi auellana. Medicamen septimum, quod dicitur electuarium aristolochiæ. ualet contra dolorem
matricis. ualde prouocat menstrua. & confortat stomachum debilem. & intercipit fluxum chronicum.
& est mirabilis operationis. & non est ei simile. & sæpe probauimus ipsum. & iste * Zotion utebatur ip-
so. Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ, ana aur. xx. radice lilij cælestis, laccæ, squinanthi, marrubij,
ana 3. ix. rhu barbari. 3. xxv. spicæ nardi, ligni aloes, ana aur. xx. puluerizentur, & conficiantur cū melle.
& dentur. 3. iij. cum aqua calida. Et ad fluxum intercipiendum, cum decoctione xyloaloes. Et ad men-
strua prouocanda, cum decoctione aristolochiæ * rotundæ. Et ad dolorem matricis, cū decoctione cha-
mæmeli & asari. Medicamen. viij. quod dicitur electuarium olibani, quod est ualde utile contra humi-
ditatem stomachi. & liquefacit phlegma. & cōuenit senibus, quia cōfortat calorē naturalem in corpo-
ribus eorū. Recipe olibani, aur. x. mastiches, aur. iij. squinanthi, aristolochiæ, ana aur. ij. ligni aloes, lac-
cæ, ana aur. j. radice lilij cælestis. 3. j. rosarum, rhu barbari, ana aur. v. anisi aur. vj. puluerizentur, & cū mel-
le conficiantur. & detur ex eo quasi auellana. Medicamen. ix. quod dicitur electuarium gasit. ua-
let

let ad hepar, quia confortat ipsum, & aperit oppilationes eius, & ualet hydropicis, & contra corruptio-
nem complexionis. R. gassit, aur. xx. laccæ, aur. x. ligni aloes, aur. vi. gariophyllorum aur. ij. cinnamomi,
aur. xxi. squinanthi, cubebæ, rhubarbari, ana. aur. xvi. rosarum, aur. xvij. aloes non abluti, aur. ij. agarici,
aur. iij. mastiches, aur. x. puluerizentur, & confice cum syrupo facto ex melle & agarico. Et est medica-
men ualde nobile. Medicamen. x. quod dicitur electuarium rhubarbari, maxime ualet fluxibilitati sto-
machi, & confortat hepar, & ualet hydropicis, & non est neq; fuit aliquod simile in hoc. & Zenon ne-
mini uolebat dare. Cuius compositio non lateat medicos, quoniam eius compositione acquisiuit eius
compositor cum magna sollicitudine. R. rhubarbari, aur. c. laccæ, aur. xx. ligni aloes, aur. xxxvi. cinnamomi,
aur. xi. aristolochiæ lon. & ro. aur. xxx. fistici, aur. l. squinanthi, aur. lxxx. maioranæ, anisi, luti sigillati, ana.
aur. xx. agarici, folij, ana. aur. vi. gassit, aur. xxx. spicæ nardi, aur. xv. triu piperu, zingiberis, ana. aur. x. stœ-
chados, origani ana. aur. ix. radices lilij cœlestis, radices endiuæ, ana. aur. vi. hyssopi sicci, mastiches, cro-
ci, ana. aur. vij. carpobalsami, xylobalsami, ana. aur. xvij. puluerizentur, & conficiantur cum melle. & de-
tur t [à. 3. iij. usq; ad. iij.] Medicamen. xi. quod dicitur electuarium capparis, ualet ad duritiem splenis.
& aperit oppilationem eius, & est optima operationis. R. capparis, aur. xx. opopanax. scolopendriæ,
marrubij, ana. aur. v. gassit, aur. xvii. ammoniaci, aur. x. sagapeni, aur. viij. puluerizentur, & conficiantur cum
bono aceto & da. 3. ij. cum decoctione carui, & capparis, & gassit. Medicamen. xij. quod dicitur electua-
rium scolopen. ualet ad duritiem splenis, & est expertum. R. capparis 3. xx. marrubij, 3. v. scolopendriæ
aur. xvi. confice cum aceto, & fac trochi. & da. 3. ij. cum decoctione tamarisci & gassit. Medicamen. xij.
quod dicitur electuarium turbit. ualet ad febres chronicas. & laxat humores uiscosos. & calefacit re-
nes. & est optimum ad passionem colicam ex uentofitate. & prouocat urinam. & est mirabile. Recipe
turbith, aur. l. agarici, aur. xvi. croci, mastiches, ana. aur. vi. squinanthi, aristolochiæ rotundæ, stœchados,
ana. aur. viij. Confice cum melle. & detur à. 3. ij. usque ad. iij. Medicamen. xiiij. quod dicitur electuariu
ellebori, ualet contra uertiginem. R. ellebori nigri, aur. xx. ligni aloes, aur. i. & s. croci, aur. i. anisi, aur. ij.
mastiches, aur. iij. maioranæ, aur. i. agarici, aur. vi. radices lilij cœlestis, stœchados, ana. aur. viij. turbith al-
bi & gummosi, aur. iij. Confice cum melle, & da. 3. iij. Medicamen. xv. quod dicitur electuarium agari-
ci, ualet contra cepheam ueterē. & stomachum confortat & hepar. Recipe agarici, aur. xvi. pæoniæ,
centa. minoris, ana. aur. vj. laccæ, ligni aloes, ana. aur. viij. gassit, anisi, chamædryos, chamæpityos, squinan-
thi, floris chamæmeli, mastiches, ana. aur. vij. rhubarbari, spicæ nardi, ana. aur. ij. turbith, aur. iij. Confice
cum melle. & da. 3. i. & s. usq; ad. 3. ij. cum aqua calida. Medicamen. xvi. quod dicitur electuarium scillæ.
ualet ad asthma, & ad oppilationes, & uentofitates. Sed non debet dari habentibus uulnus in mem-
bris interioribus. Recipe scillæ assatæ, aur. vi. t stœchados, aur. iij. agarici drach. xvi. t mastiches. 3. ij. gā G
fit, costi, triu piperum, ana. aur. x. radices lilij cœlestis, aur. v. capill. ueneris, aur. iij. floris chamæmeli aur.
iij. Confice cum decoctione agarici & melle. & da. 3. ij. cum aqua calida. Medicamen. xvij. quod dicitur
electuarium gummi, & ualet contra passiones frigidas, & uentofitates crassas, & ad dolorem iunctu-
rarum, & ischiadem. R. ammoniaci, sagapeni, opopanax. ana. aur. x. sarcocollæ, aur. ij. mastiches, aur. iij.
anisi, cymini, assæ fætidæ, ana. aur. iij. euphorbij t [3. ij.] aristolo. lon. & ro. radices lilij cœlestis, ana. aur. iij.
pone gummi in succo fœniculi, uel in decoctione eius. & reliqua terantur, & cōficiantur cum melle. &
da. 3. ij. usque ad iij. cum aliquo quod conueniat passioni. Medicamen. xvij. quod dicitur electua-
rium luti. & est utile contra uenenum. Recipe luti sigil. anisi, salis indi, agarici, ana. 3. ij. rhubar-
bari, auellanarum, radic. pæoniæ, ana. aur. iij. pulueriza, & confice cum melle. & detur quasi auel-
lana. Medicamen. xix. quod dicitur electuarium assæ fœ. ualet contra morsum scorpionis, & con-
tra febres chronicas. & liquefacit phlegma uiscosum. & dissoluit uentofitates. Recipe assæ fœ.
costi amari & dulcis, ana. aur. v. aristol. rot. zingi. asari, ana. aur. ij. castorij, cinnamomi aloes,
ana. 3. iij. rad. lilij. cœl. sarcocol. ana. 3. i. & s. aristol. gentianæ, ana. 3. vi. pulueriza, & confice
cum bono uino & melle ru. & dentur. 3. iij. Medicamen. xx. quod dicitur electuarium rosarum. ua-
let in fine quotidianæ. & hydropicis, & dissoluit uentofitates. Recipe rosarum. 3. lx. radices lilij cœl. H
3. i. & s. agarici, aur. ij. marrubij, 3. iij. laccæ, rhubar. ligni aloes, cinnamo. anisi, sc. fœnic. cymini,
absinthij, mastiches, ana. 3. vj. spicæ nardi, aristo. ro. ana. aur. i. confice cum melle. & da. 3. iij. Istæ
ergo sunt medicinæ Zenonis. & iam probauimus ipsas. Nunc uolumus scribere medicinas quas mul-
toties experti sumus, & deinde abscindetur tractatus. Medicamen subtilians humores, & præparans
ad exitum, in principijs ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxatiui. R. absinthij, anisi, semi-
nis fœ. aristolo. ro. squinanthi, carpobalsami, folij, cyperi, agarici, radices lilij cœlestis, ana. pulueriza. &
cōfice cum melle. & detur quantu auellana. Electuariu quod dicitur euadēs. ualet ad dol. chronicos. &
cōfestim. R. spicæ nardi, aur. xvj. myrrhæ, opij, laccæ, opopanax. castorij, olibani, ana. aur. septē, galbani,
aur. vj. mastiches, aur. v. folij, aur. vj. piperis longi. ij. croci, aur. x. squinanthi, aur. ix. ammeos, cinnamomi,
ana. aur. iij. scorodi. aur. ij. bdelli, aur. i. radices lilij cœl. agarici, an. aur. xvj. pulueriza, & cōfice cum melle.
Istud electuariu expertu est multoties, & cōfestim aufert dolorē. Sed nō debes dare plusquā. 3. ij. Medi-
camē Amorōis regis. ualet cōtra podagrā, & dolores iuncturā ex phlegmate uisoso, quo destruitur
motus. & ualet ad repletionē, & ad debilitatē neruorū. Et est optimu mulieribus in quibus abūdant su-
perfluitatē phlegmaticæ. Et etiā ualet cōtra lapidē. Et generaliter dico, q̄ cōpositio huius electuarij
est per adiuuamē diuinū, quod infinitis uicibus probauit, & a me non separauit nec in ciuitatibus, nec in
villis.

† al. drach. ii.
usq; ad. iij.

† al. aloes au-
rum unum.
† al. aur. vi.

† al. aur. i.

* al. xii.

Auillis. * Recipe radices lilij cœlestis, aur. xx. galbani, aur. vj. & danich. iij. ammoniaci, aur. x. & 3. ij. elle-
bori nigri, aur. vi. aristolo. lon. aur. v. rosarum, aur. xx. turbith, aur. vi. liquiritiæ, aur. x. stœchados, aur. viij.
fatureiæ, centaureæ minoris, ana. aur. viij. & s. squinanthi, aur. viij. croci, aur. i. meu. aur. vi. phu, aur. iij.
gassit, aur. j. eupatorij, aur. xvj. zirungem, aur. xx. & 3. viij. xylobalsami, carpobalsami, ana. aur. viij. oliba-
ni, aur. ij. chamæpityos, aur. xvj. chamædryos, aur. ij. mastiches, aur. vj. anisi, asari, granorum iuniperi, ana.
aur. v. spatana, hyssopi, ana. aur. v. harmel, cymini agrestis, maioranæ, scillæ assatæ, ana. aur. viij. sagape-
ni, ammoniaci, aloes succotrinæ, ana. aur. v. costi gentianæ, ana. aur. ij. origani, aur. vij. nasturtij, calami
aromatici, ana. aur. iij. Confice cum melle. & submitatur in hordeo per sex mēses. Et detur quasi auel-
lana cum aqua calida decoctionis fatureiæ & duarum aristolo. Medicamē Asiritæ romani ualet ad lapi-
dem uesciæ, & prouocat urinā. Recipe amygd. dulciū, se. cucurbitæ & cucumeris, lapidis iudaici, agari-
ci, floris chamæmeli, gentianæ, ana. 3. iij. aristolo. capil. uene. saluicæ, sanguinis hirci sicci, uiri combu-
sti, lapidis qui inuenitur in felle uaccæ, anisi, radices apij, bdellij, myrrhæ, ana. aur. v. pulueriza, & confice
cum melle. Et dentur. 3. iij. cum aqua decoctionis radicum apij & fœniculi.

Dixit Galenus, iā dicimus in hoc libro nostro, quem uocamus librum experimentationis medici-
narum, quas probauimus, & accepimus a sapientioribus hominibus, & habentibus sollicitudinem er-
ga artes. & nos iccirco composuimus hunc sermonem, ut semper Medicus habeat considerationem ad
ipsum. Scias autem q̄ Medici aliarum curabant per cibos sacrificiorum. unde nobiliores probantur
alijs Medicis. Optime enim debemus laudare uirum, qui illa facit per cibum, & plus quā illum qui
curat per medicinam, quia corpora quæ curantur per exhibitionem diætæ, reducuntur melius ad tem-
perantiam, quā quæ curantur per medicinam. Et Medicus pro uirili sua debet considerare, ut cibus
& materiæ quæ debent propinari, sint propriæ naturæ patientis uel accipientis. Et sint boni saporis, ut
æger delectetur in ipsis & diligit. Et non debet uti eadem medicina diu, ne fiat ei quasi naturalis. Et ca-
ue ne præbeas medicinas mali saporis, quoniam medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet q̄
profit. Unde & Medici dignum duxerunt cum medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos
fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxati-
uis ponere aliqua quæ stomachum confortant. Et debes cauere in curatione malitiæ complexionis si-
ne materia, ab euacuatione, & econuerso. Et debes laxare naturam a leuioribus consuetis generaliter,
sicut diximus in libro interiorum. Sed semper quando uolueris euacuare, primo subtilia, post euacua-
parum, deinde mediocriter, deinde fortius. Et caueas a medicinis nō expertis. Sed utaris expertis & usi-
tatis a bonis physicis & expertis. Et scias q̄ omnes istæ medicinæ sunt bonæ in locis suis, scilicet ubi cō-
ueniunt. Et sunt uenena in suis contrarijs. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis
plures expertas. Et si postea acquisiuerimus alias, scribemus eas in fine huius tractatus.

GALENO FALSO ATTRIBVTVS LIBER

DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.

Andrea Alciato interprete.



ONDVS grauitate menfor dijudicat, mensuram uasculi concauitate, uasculum
mensura est arida, siue humentis quantitatis. Esse autem earum quas dimetri-
mur rerum triplicem differentiam constat: unam enim ponderis, alteram sicca
substantiæ, & quæ in cumulum queat aggregari: tertiam humidæ. Plurima ue-
ro, & fere infinita, sunt huiusmodi ponderum mensurarumq; genera, uarijs re-
gionibus, uarijs utentium moribus. Quapropter a nobis de his tantum sermo
habetur, quæ maxime in communi omnium usu sunt.

De notis mensurarum & ponderum.

Cap. 2.

ETERUM quoniam aliqui non integris literis, sed per signa, huiusmodi demonstrant, melius utiq;
est & nos hac in re ueteres imitari, & in primis hosce characteres declarare. Primum quidem lite-
ra 2 quoties superadditum habet, chalcum, id est, areolum significat: hac nimiru figura 2. Quod si ha-
beat, choa, id est congium, 2. Si, choenicem, 2. Si uero litera 2 describatur, cuius infe-
rius cornu acuto accentui similis recta linea fecerit, ceratium. i. filiquam, addito 2 ostendi t, 2. Quod si su-
pra u habeat, cyathum, 2. Si 2, cotilam, id est heminam, 2. Si uero circumpuncta linea omnino in obli-
quum flexa ponatur, obolum notat, 2. Si duæ circumpunctæ huiusmodi notæ sint, duos obolos, 2.
At qui gramma, id est scrupulum faciunt, prima eius elementa describunt addita recta linea, 2. Duæ
autem coniunctæ, atque altera parte in angulum flexæ lineæ, uti duo cornua rectam drachmam con-
stituunt, 2. Cui cognominis est quam olcam uocant. Apud ueteres tamen olca per 2 scribebatur, cui in
medio litera 2 addebatur, 2. Nos idē drachmā olcamq; dicimus. At cū 2 adiectū habet, libram signi-
ficat.

ficat. λ . Aliqui tamen eadem litera acuto accentu sc̄cta idem demonstrant, λ . Ceterum quoties γ li E tera in ipso sui angulo σ habet, unciam denotat, β . μ autem, cui in summo meditullio sit, apposita, minam, β . Si uero ν habeat, mystrum, β . Si ϵ medimnum, β . Si σ modium, β . Si quando τ scribas & ρ , itemque ν adicias, tryblion feceris, $\tau\rho\nu$. At cum ξ scripseris iuxtaque ϵ locaueris, xestem, qui sextarius est, designabis, $\xi\epsilon$. Si σ apposueris, oxybaphum. i. acetabulum, $\sigma\xi$. Aliqui tamen xestem recta linea ξ - fecantes conficiunt, sic ξ , ν uero adiacentem μ habens heminam indicat, μ . Quod si effigaueris addito ρ , ceramium. i. amphoram denotabis, $\nu\rho$.

De ponderibus.

Cap. 3.

Mina Attica & Aegyptia habet uncias 16. Mina Romana uncias 20. Libra uncias 12. Vncia drach. 8. haec & olcae quibusdam dicuntur. Olcae, quae & drachma, habet ceratia, id est siliquas 18. Aiuntque in ea esse tres scrupulos. In scrupulo obolos duos. Habet autem obolus ceratia tria: Ceratium uero granula quatuor, hoc est chalcos, seu areolos duos, itemque duas tertij partes: In obolo quippe octo sunt chalci.

De humentium dimensionibus

Cap. 4.

Italicum ceramium habet choas 8. Chus- ξ -6. Xestes cochlearia duo, quae aliqui & tryblia dicunt. Alij autem aiunt xestem pondus habere librae unius, & semis. Tryblion ρ 9. tale enim est cochlearij pondus. Idem aiunt & pendere cotylam, id est heminam. Habet autem & tryblion mystra magna tria, oxybapha tria. Oxybaphum autem cyathum quatuor, & semis continet: Cyathus uero chemas paruas seu mystra parua duo. Si autem uelis mensurarum humidorum pondera diiudicare, uarias omnino in examine ipso differentias reperies, ut in olei, & uini, & mellis exemplo dicemus: etenim mel uino ponderosius quarta parte, itemque decima est. quo fit, ut fere tertia ponderis pars mellis accedat. Oleum autem mellis & uino hoc distat, quod mel oleo sesquiplum est: tantum enim, itemque eius dimidium pondus habet. at uinum nona tantum parte ipso grauius est. plus quippe claritatis in oleo est, quod infra scripta particulari ponderum formula ostendimus, ex qua per ordinem quid communiter haec differant, constituemus.

	Olei.	Vini.	Mellis.	
Ceramium Italicum, quod & amphora, habet libras	72.	libras 80.	libras 108.	
Chus, qui & congius, libras	9.	libras 10.	libras 13. semis.	
Xestes, qui sextarius, uncias	18.	uncias 20.	uncias 27.	
Cotyla, id est hemina	9.	10.	13. semis.	
Magnum Mystrum	3.	3. scrup.	8.	4. semis.
Oxybaphum. i. acetabulum drach.	18.	uncias 2.	scrup. 12.	drach. 27.
Cyathus drach. 2.	12.	drach. 12.	scrup. 4.	uncias 2.
Mystrum paruum	6.	6.	scrup. 2.	drach. 9.

Oribasius autem secundum Adamantinum auctor est, sextarium quidem Italicum uini mensura unciarum. 24. esse. pondere uero unciarum. 20. cum sextarius mensura mellis duas libras semis ponderet

De aridorum mensuris

Cap. 5.

Aegyptia artaba habet modios 5. Modius Aegyptius, & Italicus choenices octo. Choenix sextarius 2. Sextarius semifextarius duos, quos & heminas uocant. Hemina habet cyathos 8. Atticus medimnus habet semifextaria, quae hemiecta uocant. 12. Hemiectum choenicas 4. Sic medimnus habebit minas 49. xestas 96. Huiusmodi autem mensurarum pondus exprimere haud facile est, quae haec materiam iuxta inclinationem non modicum inter se differunt, quemadmodum Medici in arte praestantissimi ante nos doctores mirum in modum declararunt.

De signis & notis ponderum & mensurarum.

Cap. 1.

Signorum notarumque doctrinam utpote necessariam haudquaquam obiter perscribendam duxi, ut in pharmaco-
Scorum compositionibus, si qua ex signis notata inueniamus, statim possimus pondus ab ipsis significatum dignoscere. Igitur μ cui litera ν adijciatur, β minam significat. λ adiecto, libram λ . At β cui σ adijciatur, unciam denotat. ν μ uero cui ϵ superiectum sit, $\mu\epsilon\rho\sigma$, id est partem significat, β . Obliquum uero λ in dextram lineolae partem deflexum drachmam denotat, λ , in sinistram uero, eius dimidium β . At Romanum S apud quosdam triobulum, apud nos uero ponderis semissem indicat S. Quod si in obliquum describatur, obolus est, σ . Si duplex ea sit nota β , duos obolos ostendit. In-
Sus autem conuersum graecum sigma semiobolum, γ uero ϵ adiacentem habens xestem, id est sextarium ostendit ξ . At λ cui ν insit, cyathum ν . cui λ adiaceat olcam, id est drachmam λ .

De ponderibus & mensuris

Cap. 2.

Mina Italica drach. habet 144. Iuxta Atticos uero 122. Quo fit ut illa libram unam semis contineat. Attica uero libram tantum, unciasque tres, & praeterea drach. 7. quatuor. Vncia Atheniensibus drach. habet 7. Italica 8. Drach. scrup. habet 3. quorum in uncia 24. sunt. Libra uncias 12. Didrach. olcas, seu quae idem est, drachmas 2. Scrupulus habet obolum unum, chalcos 4. Obolus habet chalcos 6. Chalcus autem & siliqua omnium ponderum minima sunt, & aequando trutinam exauiini imponuntur. Medi-

A Medimnus habet semifexta 12. Semifextum choas quidem duas, choenicas uero 4. chus habet choenicas 2. xestas 8. Quo fit, ut medimnus choenicas habeat 48. xestas 192. Choenix cotylas, id est heminas habet 8. xestas 4. Xestes heminas 2. cyathos 12. Et ita plurimi Graecorum metiuntur. In Italis uero cogio utuntur, quo mensura sextarij quidem insunt sex, hoc est heminae 12. pondere uero drachmae 720. aqua pluuijali accepta, quod ea iustissima sit, nec unquam mentiatur. Choenix sextarius habet 3. heminas 6. Quod pondus Atticis Tryblion dicitur. Acetabulum quarta pars est heminae. Habet uero sextarius pondere drachmas 120. Proprie autem Graecorum cotyla olei habet libram unam, sextarius duas: Italica autem olei fere octo uncias, uini nouem. Id autem sciendum, mensuris pondera non aequaliter respondere propter materiae differentiam.

Ex Cleopatra libro de mundicijs. De ponderibus & mensuris.

Mina nomen ponderis habet uncias 16. drachmas 128. scrupulos 384. obolos 768. thermos, seu quod idem est, lupinos 1152. siliquas 2304. chalcos 6144. Attica mina habet uncias 12. semis, drachmas 100. scrup. 300. obolos 600. lupinos 900. siliquas 1800. Ptolemaica mina habet uncias 18. drachmas 144. scrupulos 432. obolos 864. thermos 1296. siliquas 2592. chalcos 6912. Libra habet uncias 12. drachmas 96. scrupulos 288. obolos 576. thermos 864. siliquas 1728. chalcos 4608. Vncia habet drachmas 8. scrupulos 24. obolos 48. thermos 72. siliquas 144. chalcos 384. Vocatur autem uncia alio nomine etiam quatuordecim Italicis. Drachma habet scrupulos 3. obolos 6. thermos 9. siliquas 18. chalcos 48. Italicus denarius habet drachmam unam. Est & drachmae cognominis, quae Aegyptiaca uocatur, sextam tantum Atticae drachmae partem pendens, ut quae solum obolum habeat. Scrupulus habet obolos 2. thermos 3. siliquas 6. chalcos 16. Obolus habet thermum unum semis, siliquas 3. chalcos 8. Semiobolus habet siliquam unam cum dimidia, chalcos 4. Thermus habet siliquas 2. chalcos 3. Atticus uero semiobolus supradicti semioboli quatuor quintas partes solum habet. Unde & siliqua Atticos chalcos 2. itemque chalci duas quintas partes habet: cum alias chalcus semioboli quarta pars sit: quippe 4. chalci semiobolum faciunt. Stater pendet drachmas 4. unde & retradrachmon dicitur. Cuius ponderis est, & quod dupondium uocant. Similiter & regium Charium, seu basilica nux. Cheme magna habet drachmas 3. parua autem drachmas 2. As, seu Assarion, drachmas duas. Cochlearium drachmam unam. Cyathus habet drachmas 10. siue unciam 1. & quartam eius partem. scrupulos 30. obolos 60. thermos 90. siliquas 180. chalcos 480. Est & cyathus: Sexta pars heminae. Hemina mensura quidem continet cyathos 6. pondere uero drachmas 60. uncias 7. semis. scrupulos 180. obolos 360. thermos 540. siliquas 1080. chalcos 2880. Tryblion eiusdem est mensurae cum hemina, nimirum cyathorum 6. Pendit autem drachmas 60. Xestes mensura habet heminas 2. pondere drachmas 120. Vocatur ab Aegyptijs Inium. acetabulum, habet heminae quartam partem, ut sesquicyathum: pondere autem drachmas 15. Concha magna idem mensurae & ponderis habet, quod & acetabulum. Concha minor semicyathi mensuram habet, pondus drachmas 5. Mystrum magnum sextadecima parte heminae conficitur, drachmis scilicet tribus & semisse, itemque quadrante. Quod autem paruum dicitur, heminae partem habet. uigesimali secundam, suntque drach. 2. scrupuli 2. siliqua 1. & undecima fere eius pars. Chus, id est congius, mensura quidem heminas atticas 12. habet, sextariorum dimidio minus, nempe sex, choenicas 4. pondere uero drachmas 720. Choenix mensura heminas tres, pondere drachmas 180. habet. In re rustica reperitur cotylam tertiam uel quartam esse sextarij. Choa autem sextariorum 9. heminarum 12. & Amphoram sextariorum 36. cotylarum 48. Metretam sextariorum 72. cotylarum 96. Medimnum uero sextariorum 108. heminarum 136. Apud Syros autem metreta sextarios 6. habet: at Italarum 120. Tryblion & Oxybaphu quartam similiter heminae partem habent. Cyathus heminae pars est sexta.

Aliter de eisdem.

D Mina Attica habet uncias 12. alia mina uncias 16. Ptolemaica 18. Libra habet uncias 12. Vncia drachmas 8. Drachma scrupulos 3. Scrupulus obolos 2. Obolus lupinum unum cum dimidio. Lupinus siliquas 2. chalcos autem 5. Atticus semiobolus alterius semioboli quinta parte minor est. Siliqua autem atticos chalcos 2. & unius decumam partem habet. At Chalcus ipius semioboli est quarta pars. Stater habet drachmas 4. quem & ideo retradrachmon uocant, & dipondium, & Basilicum carium, & Chemem magnam: nam parua solas drachmas duas continet, sicut & as, seu assarium: cochlear unam.

De mensuris & ponderibus ueterinariorum.

† Al. 7. semis.

Vncia habet drachmas 7. Drachma scrupulos 3. obolos 6. Hemina habet uncias 12. acetabula duo. Acetabulum facit uncias sex. Acetabulum cyathos 3. Cyathus mystra 4. Cochlear mystri dimidium. Oxybaphu facit uncias 6. Cyathus uncias 2. Mystru uncias 2. cum dimidia. Cochlear scrupulos 6. Drachma scrupulos 3. Obolum facit scrupulus. Sicilicum unciam semissemque. Mystrum cochlearia duo. Sic esse traditur cochlearium quarta unciae pars. Mina habet uncias 15. drachmas 112. semis. Libra habet drachmas 7. Denarium scrupulos 4.

† V unciae dimidium. tal. 90.

Italicum uas, quod Amphora dicitur, habet congios 8. Congius sextarios 6. Sextarius heminas 2. quæ & Tryblia dicuntur, pendunt enim idem, hoc est, mystra magna 3. id est, acetabula 4. magno enim mystro inest acetabulum, itemque eius triens: Habet autem acetabulum cyathum cum dimidio. Cyathus uero habet chemas paruas, seu mystra parua duo.

Dioscoridis, de mensuris, & ponderib.

Cap. 1.

EGo carissime de mensuris & ponderibus cum sic censerem, a minimis incipiendum, & ad usque eminam multiplicando ascendendum duxi. Siliqua idem pondus habet chalcos. Obolus chalcos habet 3. Vnde & semiobolus siliquam eiusque dimidium pondus habens. Scrupulus habet obolos 2. id est, chalcos 6. Drachma siue Olca habet scrupulos 3. hoc est obolos 9. Vncia uero drachmas habet 8. scrupulos 14. Libra habet uncias 12. drachmas 96. Mina secundum medicorum usum habet uncias 16. quod est drachmas 128. Italica autem uncias 18. hoc est libram unam semis. drachmas 144. Alexandrina mina habet uncias 20. hoc est drachmas 160.

De humentibus Vini.

Cap. 2.

Ceraminum, id est amphora, habet libras 80. Vrna libras 40. Congius libras 10. Semicongius libras 5. Sextarius libram unam, uncias 8. Hemina, seu Coryla, uncias 10. Quartarius unc. 5. Acetabulum, quarta pars heminae, habet uncias 2. semis. Cyathus, sexta pars heminae, unciam unam semis & scrupulos 4. Cheme, quæ est cyathi pars quarta, habet drachmas 3. scrupulum unum: id autem est cum aqua, tum & aceti pondus: Atuntque pluuiialis aquæ adimpleri uasculum, certissimamque hanc esse ponderis rationem. Chus, siue Congius, habet drachmas 720. Amphora habet libras 72. Vrna libras 36. Congius libras 9. Semicongius libras 4. semis. Sextarius libram unam semis. Hemina, quæ & Coryla est uncias 9. Quartarius uncias 4. semis. Acetabulum, heminae quadrans est, habet uncias 2. & semissem tere: Cyathus, qui sexta est heminae pars, habet unciam semis. Cheme, cyathi est quarta pars, habet drachmas 3.

De melle.

Mellis amphora habet libras 120. Vrna libras 60. Congius libras 15. Semicongius libras 7. semis. Sextarius libras 2. semis. Hemina libram unam, uncias semis. Quartarius habet uncias 6. drach. Acetabulum uncias 3. itemque drachmas 2. Cyathus habet uncias 2. semis. Cheme quia quarta est pars cyathi, drachmas 5.

De mensuris & ponderibus.

Cap. 3.

Medimnus habet hemicæta, id est semisexta 12. Hemicætum choas duas. Chus choenicas 4. Chœnix heminas Atticas tres: pondere uero habet drachmas 180. Chus uero est mensura heminarum 12. Atticarum: at pondere drachmarum 720. Sextarius autem duabus heminis censeatur, cum drachmas 120. pendeat. Hemina cyathos habet 6. pondus drachmarum 60. Hanc autem Attici non solum Cotylam, sed & Tryblion uocant. Acetabulum mensura est heminae quarta pars, nempe cyathus unus semis: pondus uero habet drachmas 15. Cyathus est drachmarum decem. Cheme est cyathi pars 4. drachmarum 2. semis. Magnum mystrum octaua & decima pars est heminae, drachmarum scilicet trium, scrupuli unius. Paruum autem mystrum est ipsius heminae pars uigesima quarta: habet drachmas 2. semis. Iustissimum autem mystrum scrupulos habet 8. Cochlearium uero scrupulos 3. In regio Cario, seu nuce magna drachmæ sunt 7. in pontica una: in balano, id est glâde, dimidiū est drachmæ: in Aegyptia faba, obolus semis: in eruo, chalci 2.

Quæ in alijs sunt de notis ponderum & mensurarum, non adiecimus, ne eadem frustra inculcaremus.



QUAE S I S T I fili charissime de incantatione, adiuuratione, & suspensione, si qua possunt prodesse, & si inuenire in libris Græcorum hoc, & qualiter in libris Indorum est inuenire: Cui quaestioni compendiose in hac epistola conrespondere. Omnes inquam antiqui in hoc uidentur esse concordati, corporis complexionem animæ sequi uirtutem: quæ uirtus si sit æqualiter temperata, actio quoque corporis erit perfecta. unde quia uirtutes actionis animæ, in pueris, senibus, & mulieribus imperfectæ plurimum esse uidentur: complexio quoque corporis eorum imperfecta esse probatur. & hæc imperfectio similiter continet habitatoribus intemperatæ regionis, utpote caliditatis Aethiopiæ, & frigiditatis Scythiæ. Inde Plato inquit. Quando mens humana rem amat aliquam, licet naturaliter non iuuatiam, sibi eam prodesse certificat: ex sola autem mentis intentione, corpus res illa iuuat, uerbi gratia si quis incantationem sibi prodesse confidat, qualiscunque sit, eum tamen iuuat. Si enim ut diximus, complexio corporis uirtutem sequitur animæ, necesse est re taliter se habere quod certificatur: quia ex timore, tristitia, lætitia, stupore, non solum corpus in colore mutatur, sed etiam in multis alijs rebus, ut uentris solutione, siue constipatione, uel nimia defecatione. Ego autem uidi ista, sanitatis diuturnarum passionum fuisse causas, maxime illarum quæ corruptiones sunt mentium. In sanis autem fuere infirmitatis causa hæc eadē. Vnde Socrates, Incantationes, inquit, uerba sunt decipientia rationales animas secundum spei inceptiōnem, aut secundum timoris incisionem. Indi autem Medi tantum confidunt incantationem siue adiuurationem iuuare. Græci uero antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam reuocare, qua reuocata necesse est ut corpus reuocetur ab ipsa, cum complexionem corporis uirtutem animæ constet sequi. Vnde Galenus super libro Hippocratis. De humoribus, Siquis, inquit, dixerit humores corporis mutatos immutare actionem animæ, ut animæ actio mutata mutat eosdem, nō mentitur. quod certificatur, quia quando complexio cholericæ dominatur, fit inde iracundus: & e contra in sæpe irascentibus, cholera rubea augmentatur. necesse est enim complexionem animæ corporis complexionem imitari, & corporis animæ. Iterum inquit Galenus, Intellectus & scientia in anima ex complexione augmentatur cholericæ: continentia & studiositas, ex melancholica: deambulatio uero & delectatio, ex complexione sanguinea: phlegma nihil adiuuat uirtutem animæ nisi in prima gustatorum mutatione. Constat ergo, quod si medicus animæ complexionem quoque adiuuerit, incantatione, siue suspensione, corporis complexionem ad uitam perducit. Si autem his conueniens adiungitur medicina, corpus incantatione animæ adiuuatur. quibus coniunctis necesse est sanitatem utriusque citius consequi. Item inquit Galenus, Sunt homines læti naturaliter, & delitiosi, qui quando infirmantur, sanos eos subito futuros confirmet medicus, & eorum diætam cum exercitijs reuocet: quorum spes, sanitatis est causa. Sunt & alij & contrario, natura tristes, & unde tristenter & angustientur, eorum animis semper cogitantes: quorum cogitationes oportet fallere medicum, & lætificante intentione mutare animas eorum. Sed neque excedere debet lætificandi modum, ne promissionum magnitudine negligat se medicandus. Memini enim quendam nostræ terræ nobilissimum murmurasse se esse ligatum ne cum mulieribus coiret, quem adiuui falsificando intentionem suam, & hoc magnis ingenijs: sed tamen nunquam reuocare potui, propter quod certificare & confirmare incepti quod ipse prius intendebat: Deinde adducēs sibi librum Cleopatæ, quem fecerat de foeminarum formanda speciositate, legi locum, ubi dixit taliter, Ligatus fel coruinum accipiat mistum cum sesami oleo, quo ungens totum corpus, adiuuabitur: iste autem audiens, confusus est libri uerbis, sic fecit, citoque conualuit, & augmentata est concupiscentia coeundi. Ego quoque in antiquorum lib. multis legi suspensa collo suffragari cum proprietate, non ex natura sui, quod non nego posse fieri propter confortationem mentis, ut dixi: de quibus cum sint multa, pauca tibi tangere disposui. Arist. in lib. de lapidibus ait, suspēdens sma ragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit a casu epilepsiæ suspecto: unde semper mandamus nobilibus, ut e collo filiorum suorum suspendatur, ne in hanc infirmitatem incidant. Item quod libet genus hyacinthorum suspendens collo, siue habens in digito, si intret in regionem pestiferam, non læditur, sed potius in mentibus hominum honoratur, & a maioribus petitiones eius complentur. Item sardam uiginti granorum hordei pondus portans e collo, seu in digito, non uidebit terribilia in somno. Item corneolam e collo portans, siue in digito, mitigat iram in contentione: cuius autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cuiuslibet membri stringit, maxime in foeminis. Onyx suspensus uel digito portatus augmentat in somno terribilia, & tristitiam, & inter homines contentiosos, in pueris autem suspensus saluam oris auget. Gal. stercora luporum ossa comedentium si in uentribus illa dolentium, uel e collo patientium suspensa fuerint, statim dolorem mitigant: aliquando & in

& in coxis suspenduntur, & cum fune laneo ligantur, illius scilicet ouis quæ a lupis comesta est, sicque E melius iuuabuntur & fortius, quod si filum non inueniatur, cum corrigia ceruina ligantur. Idem Gal. in uas argentum posuit, cuius quantitas fabæ fuit: & in coxis suspendit, multum profuit: hoc autem dixit in libro de simplici medicina. in libro autem eodem ait, si uiperæ suffocata collum cum filo lineo suffocandi e collo suspenderis, absolvitur a suffocatione sua, & multum ualet apostematibus faucium. Dioscorides ait dentes canini canis rabiosi quædo hominem momorderit, in frusto corij ligati, & armo suspeni, defendunt a moribus canis rabiosi. Idem, pullis hirundinis paruis in augmento lunæ acceptis, & primogenitis, si fuerint in uentre scissi, duos lapides inuenies, unum unius coloris, & alterum diuersi & oppositi: quos si ligaueris in corio uituli antequam terram tetigerint, & e collo siue armo suspenderis, epilepticis ualet, & aliquando perfanant. Quidam Medici suspendunt e collo radices herbæ acetosæ propter scroffulas, & ualet: alij suspendunt radices arnoglossæ propter easdem, & dissoluantur. Auricularis digitus abortiuus si e mulicris collo suspendatur, non concipit dum collo habebit. Hyoscyamus cum lacte caballino temperatus & corio ceruino impositus & suspensus e collo mulieris, concipere non permittit, dum in collo erit. Quidam dicunt mulierem ranam accipientem, & os eius aperientem terque ibi insipientem, nõ concipere illo anno. alij oculum hirci radice ligant sampsiuchi in orto, & irrigant cum urina rufi tauri uespere: mane autem extracta radix ligatur cum eodem F oculo in armo, libidinem augmentat. Galenus inquit, lapis coralli multum ualet ad passionem stomachi, si suspensus fuerit super stomachum uel e collo patientis. Dioscorides, semen croci hortensis ad scorpionis morsum ualet in manu tentum uel e collo suspensum: simile facit radix lauri: idem etiam iris agit. Alij dicunt radices asparagi siccæ super dentes ligatæ, trahunt sine dolore. Item pedes leporis & renes dextro armo ligati, canes latrare non permittunt: similiter iecur facit canis, nisi coloris eius generis fuerit cuius iecur fuit. Indi dicunt stercuris elephatini cum melle mistum, & in uulua mulieris impositum, nunquam permittit concipere: testatur hoc quia arbori suspensum non permittit fructificare. Aaron dixit stercuris elephantis cum lacte caballino mistum & corio ceruino ligatum & umbilico mulieris suspensum, non permittit concipere. Quidam medici dicunt pedem testitudinis dextrum pedi podagrici dextro suspensum iuuare, sinistro sinistrum: idem & in manibus. Item radix pæoniæ e collo suspensa pueris ualet epilepticis: similiter pyrethrum: idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorum excerptimus, ut mens tua in incantatione, adiuratione, & suspensione non refragetur amplius. Sed omnia si ex libris antiquorum philosophorum extrahamus, libri protendimus. At qui uoluntatem nostram hæcenus exhibuimus. Hæc autem ego non tentauimus, sed nec etiam neganda sunt mihi, quia si non uiderimus magnetem sibi ferrum trahentem, non certificamur, nec crederemus: similiter quod plumbum rumpit adamantem, quod ferrum non facit: & lapis, qui uocatur nitrum, foco incenditur: piscis autem quidam marinus se capientis sensum aufert, quæ omnia si a nobis non uideantur, non creduntur, sed tentata certificant. Et forsitan itidem se habet dicta ab antiquis. Quorum enim actio ex proprietate est, rationibus unde sit comprehendi non potest: rationibus autem tantum comprehenduntur quæ sensibus subministrantur. Aliquando ergo quædam substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilem propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.

GALENO ASCRIPTA QVÆSITA
IN HIPPOCRATEM.
CENSURA

Ex prognosticorum & aphorismorum commentarijs, sed ieiune pleraque desumpta sunt.



QUID significat tenuis & pallida urina? nempe incoctam substantiã, colore concoctam, imbecillitatemque naturæ. Colore nanque, quod facilem concoctu concoxit, nõ utique substantiã, quod sit collatu difficilis. Quod si ita diu feretur a periculo immunis perdurare homo non potuerit, quoad morbus concoquatur. Admodum nanque tenuis urina perniciosam significat cruditatem, quatenus calor quod tenuium partium est, depascitur. Quid significat tenue & fuluum? nempe tenue substantia, & fuluum colore, melius est pallido, sed tamen substantia incocta. Quid significat rufa urina? nempe incoctione, non interitum, sed non tam cito concoquitur, est nanque ex sanguine putrido, qui necdum perfectam accepit concoctionem, nec etiam suum colorem. ob hoc morbum significat diuturniorem. In continuis autem febribus uel multa sanguinis excitatis excernitur urina rufa & crassa cum hypostasi rufa, manifestumque ex colore & profusionis substantia quod assistit incoctum esse. ægritudinis certæ incocta urina flaua quidem colore, substantia uero tenuis. Quid significat tenue mictum, & foris turbulētum? utique incoctum ex circumfluentia crassi flatus, significat uero naturam incepisse concoquere. Quid significat crassa mictura & permanens crassa? talis mictura ita permanens est ut iumentorum, pubescere ac uigere significat crassos humores & spiritus ut feruorē. In his capitis dolor aut iam præsto est, aut mox affuturus, propter perturbationem, ac fumidas exhalationes, quæ sunt in humoribus. Quid significat crassum emictum, & deinde perdurans? quiescere quidem in humoribus ebullitionem & attenuari, moderatam enim significat quantitatem, hinc discernendi esse principium. Quid significat mictum tenue, & idem perdurans? extremam incoctionem id significat, nam si natura ad concoctionem inclinare tentasset, neuiquam tale excreuisset. Hoc autem fit aut uirium imbecillitate, aut obstructione oppilationeque, aut ob ægritudinis longitudinem. Nam quoniam longa quarrana est, in principio ob multitudinem & materiæ difficultatem, urina directu difficilis tenuis mingitur. Verum tenuis minuitur ob oppilationem iecoris, aut renum, ceterum ex loci dolore dignoscitur. Mingit sane tenuis & alba etiã in ætuosis febribus, quæ causi nominantur, significatque amentiam imminere. Causus nanque febris, copiam significat bilis, at diuturna urina non est, manifestumque facit in uasis bilem non manere, sed sua ad cerebrum euolui ac uolitare leuitate, ac si amens non sit: hinc noris fore: quod si iam est, mingitque tenuem & albam cum interclusa febris, mortem proximam fore prædicit. neque enim cerebri uires sustinebunt per febrim ætuosam immixta bilis acorem & discerptionem putrescentis. Vndenam oleosæ gignuntur urinae? Conflueuit febris primo quidem pingue liquefacere, deinde carnem, postremo solida exurit corpora, pingui ergo exusto, oleosæ excernuntur urinae, sensim autem eliquescit pinguedo, inde principium habet, & ascensum, & uigorem. In principio itaque colliquefactionis oleosi coloris urinas facit, ut ambiguum sit aquosæ ne sint an oleosæ. At in ascensu oleum esse apparet, ut olei mictione iam habere uideatur. Verum in uigore iam tam colore quam substantia oleum esse dixeris, idque renum est duntaxat, aut totius corporis, ac si renum sit duntaxat, aceruatim huiusmodi excernitur multitudo, cum multo caloris sensu circa renes, sin totius corporis, pedetentim sumit incrementum. Quid significant eruosæ hypostases? cum iam depasta pinguitudo est, & reliqua eliquescit caro, etiam eruosæ in urinis excernit hypostases. Ceterum aut renum est, aut totius corporis, ac si ex renibus fuerit, urina etiam concocta est, & eruosæ excernit hypostases: si cruda, totius corporis est malum. Quid significat furfuracæ hypostases? cum febris depasta fuerit pinguedinem ad uasorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, angustiores foliosis, eis tamen crassiores excernuntur quandoque ex uesica: at si febris affuerit, totius corporis est malum: sin minus, uesicæ folius, ac si urina fuerit incocta, morbus totius est corporis, sin concocta, folius uesicæ, uerum locum suum obtinet dolor. Quid pronunciant foliosæ? cum solida oblanguescunt, primo namque multum abraduntur, ac si cum febris, uniuersum affligitur corpus: sin secus, sola uesica. Ex uesica quidem sunt concoctæ: ex toto autem corpore, crudæ. Quid portendunt in urinis hypostases crimnodes, i. farinae crassiori similes? cum febris profundum uasorum comprehenderit, & maiorem latitudinem assumpserit, & longitudinem ampliorem, sunt furfurum hypostases, uocanturque crimnodes. Ceterum crimna duo significant, aut enim sanguinis torridam uim pronunciant, aut solidorum corporum ualidam colliquefactione, ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporum languor: sin rufa, id a sanguine est. Quid significat grauiter olens? tabem, & naturæ futuram extinctionem. Quid atræ significant urinae? Cunctæ profecto hæ & crassæ omnino sunt & perniciosæ. Rarissime, aut prorsus nunquam atra inuenitur tenuis urina. Nigrum certe corpus aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinæ itaque hæ sunt differentiæ, quæ crassissimas

Gal. ascripta quæ sita in Hip.

crassissimas obtinent substancias, ac crasse inueniant atræ urinæ necesse est. In acutis profecto agritudinibus perniciofa ut plurimum atræ urina est. Cum male olens, & hypostasis atræ fuerit, in agritudine acutam lapsum talem urinam emingentem, non mori impossibile est. Si sublatio sit atræ, minus malum, similiter sinebulam, uel subnebulam habeat similem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoque frigiditatem ostendit, quâdoque caliditatem. seu quoquo modo uim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem obtinet. Si fuluum antecesserit, inde in atrum conuertatur, totum ex nimio calore ostendit sanguinem atrum euasisse. Nos utique ne prætereat quartana & melancholica dissoluta amœtia atras excerni urinas & crassas. Lienosi nâque tales frequenter emingunt, cû languens ita lien apparet. Nullam nanque digestionem, & apparitionem intendit in redundantiam melancholicam. At nos ista perniciofa esse pronunciamus in acutis agritudinibus, cum tam uiris quàm foeminis atræ urinæ existunt, esse pessimas: at infantibus, si aquosas. Minus uero erunt perniciofa atræ urinæ lienem habentium inualidum: ac non ex æstuatione, at ex frigiditate atratus liuescit quodam modo sanguis, sicut aliorum quorundam: at id ex humoris melancholici refusione.

LIBRORVM SPVRIORVM FINIS.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y

Omnes sunt quaterniones, præter Y Ternionem.

V E N E T I I S.

Apud Vincentium Valgrifium.

M D L X I I.

